Si motus cęli đstrueret, đstrueret, & cęlū. Id. De struc. de stru. disp. prima. uide opp. 12 Met. 41. vide cont. zim.

K rialis, siue non, plures induxit ad errorem, & multotiens locuti fuimus de dissolutione quæstionis contingentis in ea, & similiter locuti fuimus de hoc, quod contingit ex hoc, ꝙ videlicet primum motum ex se, & ex alio est motum per accidens ꝑ naturam motoris sui. & hoc intendebamus declarare. & est manifestū ꝙ qui destruxit scientiam causarū illorum trium quæsitorum, non cōplebitur in eo scientia cœli.

De cœli simplicitate, ac spiritualitate. Cap. 5.

L

Erscrutandū est de hoc, quod dicunt, ꝙ corpus cœleste est simplex, & spirituale. intendunt. n. in ipso esse dimensiones non in materia: & ideo non recipit alterationē in qualitatibus, nec in substantia. & est sicut dixit Themistius, ꝙ Sol, & Luna, & aliæ stellæ aut sunt formę, idest dimensiones non in materia, idest corpora spiritualia, aut habēt materiam æquiuoce cum istis materiis. Nullus autem dubitat in hoc quòd sunt corpora, quæ mouentur, & etiam nullus dubitat ꝙ corpora

M non recipiunt alterationem, & transmutationem in substātia, nisi quia sunt in materia, & ideo inuenitur in eis plusquam vnū numero, & sunt species, & genera. corpora igitur cęlestia sunt absoluta à materia. Sed tamen fuit dubitatum de eis, vtrum habeant materiam, propter potentiam, quæ est in eis ad vbi: omnis. n. potentia existit in materia sed forte videtur ꝙ ista materia habet eē medium inter materiam, quæ est omnino in potentia, & inter actum purum,

Hic vr̄ velle corpora cęlestia eē diuersarū specierū. Id. Destr. destru. disp. j. Sed vide opp. 2. cœ. 49. & 59. cō. vide cont. Zim.

Materia cęli hēt eē medium inter materiā, quæ

A rum, scilicet tres dimẽsiones, in quibus non est potentia omnino, & sic potentia habebit gradus, & materia gradus, & per hanc potentiam indigent corpora cœlestia motore, in quo non est potentia omnino.

est oĩno i potentia, & actum purum.

Dubitatio Ioãnis. 12. Met. 41.

Ioannes autem dedit quæstionem, de qua plures consyderantes nõ potuerunt euadere. dixit enim si mundus est finitus, debet habere potentiam finitam, igitur est generabilis, & corruptibilis.

Solutio.

Et ad hoc dicendum est ꝙ generatio, & corruptio, & omnis motus est a virtute, quæ ẽ habitus: & omne, quod caret causis

B motus, necesse est habere quietem, quæ est eius priuatio. Et non est impossibile existere in corpore finito, quod caret motu, quietem infinitam, licet corpus sit finitum, quies enim est priuatio, & priuatio non est potentia. vnde dicit Arist. quòd, cum stellæ carẽt causis motus, quas habent corpora cœlestia, de necessitate habent quietem infinitam, quę est priuatio motus. Et similiter dicit quòd terra debet habere quietẽ infinitam, quæ est priuatio motus, quia caret agente motum in ea in-

C finitum. & ideo dicit quòd quies, quæ est in ea, contingit necessario vt sit fortior virtute cœli, qua mouetur, quia motus super ipsam fit etiam motus impossibilis in eo, qđ est quiescens, cum caret causis motus. & hoc manifestum est per se. In Cœlo igitur est priuatio infinita licet sit finitum, cùm quies sit priuatio, non virtus, sicut existimauerũt qui dixerunt quòd, quies est in eo per virtutem, immo necessario est per priuationem virtutis. & ideo videmus loquentes in hac quæstione quærere, vtrum maneat per se, aut per dispositionem additam illi, & D est permanentium per se: quia permanentia est priuatio motus, & priuatio non accidit ei, nisi quia caret agente motum. & scias quòd hæc quæstio est valde bona. & sic consumatus est libellus de substãtia orbis.

Hæc duo sequentia capita, ab Abramo de Balmes latinitate donata, quanquam ab hoc tractatu separata esse videantur, cum iam ei finis sit impositus: quia tamen in eadem uersantur re, in qua & priora: ideo ipsa Sextum, & Septimum tractatus huius capita constituimus.

E

Corpora cœlestia non componi ex materia, & forma. Cap. 6.

Iri philosophantes dubitauerunt de re motoris primi, quando dixerunt ꝙ non sit necessarium ꝙ sit hic motor, qui non sit in corpore omnino: & istud, quia ipsi dixerunt, quod in cęlis sunt duę virtutes, quarum vna est ꝙ sunt æterni, & altera ꝙ sint compositi ex materia, & forma, ex quo hæc est dispositio cuiuslibet corporis: sicque concluditur ex hoc ĩ figura tertia quòd F aliqua corpora æterna sint composita ex materia & forma, & illa sunt cõrpora cœlestia. Hoc autem est, quia ipsi putauerunt ꝙ omne generabile, & corruptibile compositum sit ex materia & forma, & istud non cõuertatur. Et veritas est quòd ista propositio cõuertitur: & hoc: quia dictum dicentis omne corpus generabile, & corruptibile est compositum ex materia, & forma, est definitio generabilis, & corruptibilis, definitiones autem conuertuntur cum

G definitis suis. Etiam oẽ compositũ ex materia, & forma est alterabile: & omne alterabile est generabile & corruptibile. &, cum hoc ita fuerit, omne compositum ex materia, & forma est non æternum: sicque concludetur cœlos non esse compositos ex materia, & forma. Aristo. autem declarauit hanc rem. quia ex quo non est in cœlis transmutatio secundum substantiam, nec alteratio, ex quo non est eis subiectum, neq; contrarium, manifestum est de dispositione eorum ꝙ ipsi sunt simplices: simplex autem est æternum necessa
H rio: & ꝙ inueniatur ex eis de dispositione materiæ ꝙ in eis sit potentia ad vbi tantum, & ꝙ propterea ipsi digniores sint nominis subiecti, q̃ nominis materiæ. Et ex eo declaratum fuerat ei ꝙ res simplex nõ mutat substantiam suam, sequitur ꝙ cęlis sit motor appositus, & hic motor non habeat consistentiam in cœlo. quia, si hoc esset ita, cęli non essent simplices, & esset in eis potentia ad receptionem formæ mouentis eos. si autem esset in eis potentia, sequeretur ꝙ corrumperentur. & ratioci
I natus est super hoc, quia, si inesset eis potentia, esset sua positio, quia iam exiuissent in actum, hoc est iã fuissent corrupti. quod est falsum possibile: hęc enim est dispositio potentiæ, & possibilitatis. igitur ex positione istius sequitur absonum impossibile, videlicet ꝙ æternum sit corruptibile. Iam autem declaratũ est in libro Priorum ꝙ ex falso possibili non sequitur impossibile. qñ autem verificatum est ꝙ in cęlis nõ sit potentia, sequitur ꝙ sint simplices, & ꝙ motor eorum non sit forma in eis secundum ꝙ inueniũtur formæ in materiis, quia essent generabiles, & corruptibiles: id autem, quod est talis denominationis, est simplex necessario. Quando autem Aristo. inuenit motum circularem motum ĩ infinitum, incępit perscrutari de motore istius motus infiniti vtrum sit possibilis, ꝙ si posset esse virtus in corpore, illud corpus esset simplex, vel esset substantia separata ab omni corpore: & vidit ꝙ notũ sit ꝙ ista actio infinita non possit esse ex virtute finita: & quod impossibile sit necessario vt quicquã sit ex virtute infinita, & denominetur se- L
cundum hanc denominationem, quia est ĩ subiecto: quia virtus, quæ est forma in corpore, non denominatur per finitatem, neq; per ipsius priuationem, nisi per subiectum, in quo est, ex quo non contingit ista denominatio qualitati, nisi propter corpus, cui contingit quantitas per se. & vidit ꝙ, si denominarentur virtutes istæ per priuationem finitatis propter subiectum suum, sequetur ex hoc ꝙ essent ex subiecto infinito in actu, hoc est ex corpore infinito. & iam declaratum est impossibilitas entitatis corporis infiniti, & de M
claratum est ꝙ nõ sit virtus, de qua verificetur ꝙ sit infinita secundum hunc modum, ex quo non est corpus infinitum: sicq; manifestum est ex hoc ꝙ demonstratio de motore abstracto consistit super verificatione ꝙ infinitum in actu sit falsum: sicq; relinquitur ei, secundum ꝙ cogat diuisio, ꝙ dicamus ei forsan hęc virtus est in corpore finito, siue hoc corpus sit compositum ex materia, & forma, siue sit simplex. Et incępit declarare ꝙ non possit esse virtus infinita, quia sit in corpore finito. hęc enim

A enim positio sibi ipsi contradiceret, hoc est positio dicens virtus, quę denominatur ꝙ sit infinita, quia sit in subiecto, & poneretur subiectum illud finitum: & fecit de hoc speciem demonstrationis, in qua dubitaret qui non esset exercitatus in illa, & iam fecit illam eandem in pluribus locis naturalium auscultationum, & hoc in principio Septimi, & Octaui Physic. & est in qua accipiat propositionem possibilem per se, licet sit impossibilis per accidens, & coniungat illi propositionem, cuius de
B structionem venatur, & concludit ex hoc impossibile. Et, cum hoc ita sit, ex quo ille iam præmiserat, & declarauerat in libro Priorum ꝙ aliquando sequatur conclusio impossibilis ex illo, cuius ambæ præmissę sunt possibiles, vel altera earum. v. g. quia iam declaratum est ꝙ linea, inquantum linea, diuidatur in infinitum, licet sit impossibilis ipsius diuisio per accidens, inquantum est linea in corpore naturali, aqua, vel igne. & ex quo declarata est ei hæc positio, ꝙ si poneretur corpus finitum, in quo esset virtus infinita, vt
C sit gratia exempli corpus cœli, iam esset possibile ꝙ poneretur corpus maius corpore cœli, licet sit impossibile per accidens: deinde coniunxit, & posuit rem notam de dispositione istarum virtutum, quæ sunt in corporibus, siue sint virtutes corporum simplicium, vel compositorum, ꝙ virtus corporis maioris est maior virtute corporis minoris, ex quo hæ virtutes, quæ sunt in corporibus, denominantur per magnum & paruum propter subiecta earum, in quibus sunt, Et ex quo verificata fuerat ei hæc positio, posuit corpus maius cœlo, quod est possibile p se, D impossibile per accidens, & cõclusit ꝙ huius corporis virt⁹ sit maior virtute corporis minoris, qđ est cœlũ pp cãm, quã diximus: quæ est pp eẽ virtutem denominatam per quantitatem ex parte subiecti, ex quo verificata fuerat ei hæc positio, & coniũxerat ei ꝙ in corpore finito sit potentia infinita maior virtute infinita, quæ sit in minori. hoc autem est impossibile, i. ꝙ infinitum sit maius infinito. Quãdo aũt sciuit ꝙ impossibile non sequatur ex possibili, qđ positum fuerat in hoc syllogismo: E neq; ex præmissa dicente ꝙ virtus, quę est in corpore maiore, sit maior virtute, quæ est in corpore minori: sciuit ꝙ falsitas esset ꝙ concludatur ex positione corporis finiti, in quo sit potentia infinita. Et ista est demonstratio vera, in qua non est dubitandum. quia Ari. iã declarauit ꝙ in corpore finito non sit potẽtia infinita, non solũ in corpore composito ex mã & forma, sed ẽt in corpore simplici. & declaratio sua iã nota est de corpe absolute, siue fuerit cõpositũ, siue simplex. Et sit hoc notũ de corpibus cœlestibus, ꝙ opa eorum F sunt finita, & ꝙ ipsa mouentur temporibus finitis, & ꝙ quædã eorum sunt velociora aliquibus, & quædã tardiora quibusdã, & qñ intelligerẽtur principia, quibus mouẽť corpa cęlestia p motorẽ propriũ eis, hoc ẽ virtus desyderatiua animalis, videretur de dispositione sua ꝙ non possit esse virtus naturalis, quia virtus naturalis mouetur ad vbi, & est virtus, ad cuius eẽ sequitur alteratio, & illa est generabilis, & corruptibilis: & virtutes, quibus mouentur cœli, nõ sunt gñabiles neq; corruptibiles

 cùm

G cùm autem non sint naturales, iam necessario sunt animæ. Et hoc iam declaratur, quia nobilissimū animatorum, quod est corpus cœleste, nō potest esse quin sit animatum. Et, quia hæc anima non sequitur alterationem, ex quo fuerat ingenerabilis, & incorruptibilis, ipsa itaq; est abstracta in hoc corpore secundum dispositionem, quam dicimus de anima, quòd sequatur alterationem, & sit generabilis & corruptibilis. qa res, quæ mouetur ex se, non habet motionem nisi inquantum est in a-
H nima, non secundum quòd sunt formæ in materiis in corporibus compositis, quarum generationem præcedit alteratio. & ex quo etiam fuit per se notum quòd corp⁹ maius habet virtutem velocioris motus, sequeretur ex positione virtutis infinitæ in corpore finito, quòd moueretur velocius quocunque motu, adeo quòd moueretur in non tempore, quod est impossibile. Sicque demonstrationes huius speciei, cùm ponerentur secundum hunc modū essent demonstrationes veræ: & nō eēt ī eis difficultas, nisi illi, qui ignorauerit id, quod declaratum est ex
I hoc in libro Priorum. Et ideo nos
Opīo Auēpace. inuenimus Auēpace, quasi negantē eas, & intelligentem ex forma verborum Auic. dubium in hac re. & ideo inueniuntur plures illorum, qui institerunt libris eius verificantes motus infinitos, qui finirētur in cœlo, quod non sequeretur ex hoc, quòd sit hic motor abstractus à ma
Cā erroris Auēpace. terijs. Causa autem huius erroris fuit, quia possibile est apud illos ꝙ in corpore æterno sit res composita ex materia & forma. sicq; ex eo est manifestum quòd, si sit corpus cœleste, impossibile sit quin sit in eo K
virtus desyderatiua, qua mouetur ad motorem, qui est finis, & quòd sit cum virtute desyderatiua intelligens, & quòd hęc virtus desyderatiua cum suo esse in corpore finito sit finita, etsi esset simplex, prout diximus. Etiam declarauit hoc Arist. per alias demonstrationes, de quib⁹ est quòd, ex quo declaratum fuerat ei quòd hic sint mota ex se, quorū quædam gignunt aliqua ex eis, & sic in infinitum, sicut generatur homo ex hoīe, & equus ex equo, & sic de similibus, conclusit quòd sit hic mobile primum ex se, quod sit causa, qua sunt hæc mouētia mota, quæ L
sunt infinita: quia hoc est possibile per accidens non eē mobile primū per accidens: quia causæ quę sunt ꝑ se, non est dubium quòd ascendunt in causam primam per se, in qua est vltimum, & primum, & sequuntur ex isto primo causæ infinitæ per accidens, in quibus non est primum, neque vltimum. Et ex quo fuit motoris hui⁹ moti quòd sit ipsum motū ex seipso per se, quod est ex quo est primum, & sic eodem modo impossibile est ipsum esse motum per accidens, sicut est dispositio motorū ex seipsis generabilium, & corrupti- M
bilium, ex quo, quicquid mouetur sub cœlo ex se habet motum suum sequentem alterationem, alteratio autē est corpori aut extrinsecus, vel ab intra, sed motum primi moti nō sequitur alteratio, quia extra ipsum non est corpus, nec ipsum est compositum ex materia, & forma potentiali ad substātiam, sed est simplex. & intēdimus per simplex quòd nō sit in eo hyle potentialis, nisi ad vbi solum. Et, cum motus eius sit continuus

A nuus,& ipsum sit in se finitum,motum per formam,quæ est in eo,quę est aïa desyderatiua, & fuerit corp⁹ cœleste aïatum,& oē aïatum mouet̃ ad amatum per desyderiū existens in eo & oē corpus fuerit finitę virtutis,sicq; est manifestum ꝙ, si virtus desyderij esset in hoc corpor̃,inquātum est,solum esset finitę motionis, & est manifestum ꝙ ipsum acquisierit continuationem motus ꝑ motorem,ad quem finitur motus. Et ex hoc est declaratū de re huius motus ꝙ ipse sit intellectus abstractus à materia, & ꝙ cœli non mouentur,
B nisi secundum ꝙ intelligunt ipsum. Si autem imaginaretur aliquod corpus cœleste,in quo sit virtus infinita,esset motus totius, & partis idem, & finiretur quicquid est hic de motibus ab illis, & esset vnus motus sine tempore. & hoc est dispositio sermonis Aristo. Et,si essent in corpore stellato stellæ plures ijs,quæ sunt, staret corpus, quia potentia eius est finita supra id, quod mouet.&,si staret motus,non posset primus motor facere acquirere ei continuitatē motus ultra deperditionem,& esset motus eius corruptibilis.si autem corrū
C peretur eius motus, corrumperetur ipsum per quietem,& corrumperētur omnia entia, quorum esse est in motu. Laudetur Deus ille, qui prouidit huic mundo per inuentionem huius corporis mobilis, quod est finiti motus secundum aliquam partem, & infiniti secundum aliquam partem. Ex quo autem motum primum ex se non finitur motus eius, neq; mouetur per accidens,quia motor in eo s̃m modū agentis est motor s̃m modum finis, manifestū est ꝙ eius primus motor sit vn⁹,& sim-

plex,& intransmutabilis, quia mouet continuo. & manifestum est ꝙ motum primum sit vnum simplex, ex quo non mouetur per accidens. quia, si ipsum esset compositum ex forma, & materia, esset mobile per accidens. Et,cum hoc ita sit,manifestū est ꝙ sit hic motor primus simplex intransmutabilis,qui est necessario abstractus à materiis.& manifestum est ꝙ hoc sit motum ab illo primum simplex,quod est cœlum. & hoc est, cuius declarationem intēdebamus.& iam Aristot. declarauit hanc rem. Ex quo,quando fuerit cōpositum ex duobus oppositis, & inuenitur vnum eorū separatum s̃m
E esse, sicut etiam alterum inuenitur separatum secundum esse, exempli gratia, si inueniretur res mota mouens, & vltra inueniretur res mota non mouens, sic manifestum est ꝙ sequatur ex hoc ꝙ inueniat̃ res mouens non mota, omnino separata secundum esse. verbi gratia, quando inuenitur color compositus ex albedine, & nigredine, vt si diceres rubeum, & vltra inuenitur nigredo ꝑ se, sic est necessarium vt inueniatur albedo per se separata à rubeo. Ac iterum,quia, vt ait Arist. principiū
F oportet esse,quod præcedat naturaliter id,cuius est principium.quia,si indigeret hoc,non esset prius natura,quia prius natura est quòd,quādo aufertur, aufert̃ id,quo est prius, & quando hoc ita fuerit, forma constans in materia non est prior natura,q̃ materia,sicq; non est verum ꝙ principium sit compositum ex forma, & materia. & iterum omne cōpositum est in potentia simplex, in nullo autem æterno est potentia vt dissoluatur. Hæ itaq; sunt demonstrationes,

G ſtrationes, quibus vſus eſt Ariſt. fm hanc quantitatem, & ſunt tutæ, & veræ, vt cerno. Complaceat ſibi Deus in nobis de eo, quod ſcripſimus in hoc quęſito, quod eſt nobiliſſimum quæſitum, & maxime in quo errauerunt philoſophi. Hoc autem actũ eſt in Marrochia anno. DLXXIIII. ad computum innouatoris legis, id eſt maumethi.

Quæſitum, quo oſtendit, quomodo corpora cœleſtia, cum ſint finita, & poſſibilia ex ſe, acquirant ab alio æternitatem, Cap. 7.

H

X quo declaratum eſt de re corporũ cœleſtiũ motorum motu circulari, ꝙ eorum motus non defecerit, neq; defecturus ſit, & declaratum eſt ꝙ omne motũ habeat mouens, oportet ꝙ mouens hæc corpora ſit potentia, vel potentię. quarum conſiſtentia non ſit in corpore, ex quo ſunt impartibiles ad partitionem corporis illarum. Et manifeſtum fuit quod ſunt impartibiles ad partitionem corporum earum, quia virtus corporis minoris earũ, & cor
I poris maioris ſunt æquales in mobilitate non deficiẽte. Si autem eſſent partibiles ad partitionem corporis earum, in quo ſunt, ſequeretur neceſſario ꝙ virtus corporis minoris, vt ſi dixiſſem virtutem mouentem orbem minorem, moueret breuiori tempore q̃ virtus mouẽs orbẽ ſtellatum. quia iam eſt manifeſtum ꝙ virtus partis corporum, quorũ virtutes partiuntur ad partitionem eorum, ſit minor virtute totius. & hæc demonſtratio continet virtutem agentem, & patientem, quæ ſunt in omni corpore, ſicut exquiſitum eſt K
Primo Cœli, & mundi. Et, ſi res ita ſe habet, iam omnis virtus in corpore, agens vel patiens, eſt neceſſario finita: ex quo virtus totius in eis eſt maior virtute partis, & virtus maioris eorum eſt maior virtute minoris. res aũt ita eſt, ſi in corporibus cœleſtibus ſit virtus recipiens, & agens in aliud neceſſario eſt finita. hoc autem ſic exiſtente iam poſſibilia eſſẽt fm eorum naturam. Si aũt hoc ita eſſet, tunc eſſet aliquod ęternum poſſibilis corruptionis. iam aũt oſtenſa eſt huius impoſſibilitas Primo Cœli. quia, ſi hoc eſſet poſſibile, iam poſ L
ſibile eſſet ꝙ conuertatur poſſibile ĩ neceſſarium. &, ſi dixerimus ꝙ non haberent poſſibilitatem corruptionis, iam non haberent virtutes receptrices, nec agentes finitas: quod eſt impoſſibile, cum ſint corpora finita. cum autem eſt commonſtratum ꝙ earum virtutes receptrices, & agentes ſunt finitæ, ex eo quod contingit eis de vehementia motus, & eius tarditate, & virtute agentis in aliud ab eis, & eius debilitate. intendo autem per virtutem agentis id, quod ẽ maius in cœlo, v.g. in ſua calefactione, M
& per agẽs minus, ſicut eſt calefactio aliarum ſtellarum. Et dicimus ꝙ virtutes corporeæ recipientes, & agẽtes, quędam ſunt neceſſario fm naturas ſuas finitæ, quæ ſunt in potentia materiæ primæ, & non eſt poſſibile eis ꝙ ſint infinitæ, hoc eſt ꝙ ſint de natura neceſſarij, neque ex natura ſua, neq; ex alio ab eis, vel ſine medio, vel mediantibus potentijs alijs inuentis in materia. & hoc eſt, quia iſtarum potentiarũ agentes hñt contraria, & patientes ſunt cõiunctæ formis, quibus ſunt contraria, ſiue fuerint

A rint istæ simplices, sicut sūt quatuor elementa, siue fuerint compositæ ex elementis: & quædā earū sunt, quæ sunt finitæ fm naturā suam, sed redditæ sunt infinitæ, & translatæ fuerunt à nā possibilis in naturā necessarij, quia est fm suam naturam infinitum agens, & necessarium, & sunt potentiæ, quæ non sunt in corporibus, & istæ sunt, quibus non sunt cōtraria, neq; sunt in materia mediantibus formis, quibus sunt contraria. Et, nisi hoc esset, cogeret nos dubiū præcedens, & est sermo dicentis quō erit æternum id, in quo est potentia
B possibilitatis, & esset aliquod possibile non exiens in actum toto tēpore. Hoc aūt est falsum, quia potentia possibilitatis in hoc loco, quā comprehendit hic intells̃us in nā eaꝝ, cōprehēdit eā. postq̄ ipsam denudauerit à potentiis nō possibilibus fm naturam. denudatio autem illaꝝ ab illis est falsa. & pō illius possiēt fm suā nām est falsa. & hoc, quia semita intells̃us est ꝙ denudet naturas, quę nō fuerint denudatæ à se inuicē, & scrutetur consequentia illas naturas essētialiter, & iudicet de eis, fm ꝙ fuerīt denudatæ, iudicio quodam. qñ aūt
C consyderaret eas fm ꝙ sunt compositæ, & suæ conditionis sit ꝙ non separantur, iudicasset de falsitate illiꝰ iudicii de eis. Ver. g. quod facit Geometra. ipse.n. qñ denudauit superficiem æqualem, & circularem à materia, iudicaret ꝙ vtamur eis fm rē indiuisibilem. quando autem Physicus perscrutatus esset hoc, declararet eius falsitatē, ex quo omnia duo corpora, quæ tangerentur à corporibus naturalibus, oporteret quòd unum tangeret aliud secundum partem diuisibilem. Et similiter, quan-
do perscrutatus fuerit intellectus de D
virtutibus finitis, quibus nō sunt cōtraria, decernet earum natura apud ipsum ꝙ suæ actiones, & passiones sunt finitæ:&, quando perscrutatus esset de is, secundum ꝙ non sit possibile eis ꝙ separentur ab infinito agēte secundum earum substantiā, fuisset apud ipsum falsum ꝙ sit in eis potentia ad possibilitatem, secundū ꝙ sunt consistentes in rebus non possibilibus, sed necessariis secundum substantiam earum. Et, quando hoc fuerit intellectum secundum hoc, dissolueretur dubium præcedens,
& foret verum, quod dicit Alexan. E
de regiminibus orbium, quod est hoc, scilicet si impossibile esset quòd sit corpus infinitum, iam omne corpus esset finitum. &, si omne corpus esset finitum, haberet virtutem finitam. ex quo autem cœli sunt corpus finitum, sequitur quòd eorum virtus sit finita. si autem esset finita, aliqua die quiesceret. quando autem quiesceret destrueretur. si autem totum hoc esset, iam rediremus, & diceremus quòd primorum corporum continuatio esset propter causam primam,
& continuatio corporum transmutabilium pro F
pter corpora prima consistentia propter primam causam. Et fuisset etiam sermo Auicen. verus, videlicet quòd res necessarię sint duarum partium necessariæ ex sua substantia. est autem necessarium ex sua substantia illud, quod dicitur necessariæ entitatis secundum suam formam, & quædam sunt necessariæ ex alio ab eis, possibiles ex substantia sua. hoc est dictum secundum consyderationem suæ substantiæ, non quòd eis penitus sit possibilitas,

tas,

G tas, & hæ ſunt, de quibus dicitur quod earum natura conuertatur ex poſſibili in neceſſarium apud intellectum, ſed non in eſſe, & impoſſibilis eſt ipſius translatio ad eſſe. Ac ẽt animæ corporum cœleſtium non ſunt aliquid vltra virtutes comprehendentes formas ſpirituales denudatas à materia, & quando intellectus ſcrutatus fuerit has virtutes, & denudauerit eas à formis ſpiritualibus, inuenit eas de natura poſſibilis. quando autem eas ſcrutatus eſſet ſm ꝙ impoſſibile eſt vt denudentur à formis ſpiritualibus, inueniet eas
H de natura neceſſarij ſm aliud ab eis. quia, ſi ipſę eſſent neceſſariæ ſm ſuã ſubſtantiam, ſicut de eis crediderũt Aldaharij, non eſſent de natura poſſibilis ſm ſuam ſubſtantiam. iam autem conſtitit demõſtratio ꝙ ſint de natura poſſibilis ſm ſuam ſubſtantiam, quando eas intellectus denudauerit à natura neceſſarij ſecundum ſuam ſubſtantiam, quæ ſunt formæ ſpirituales, quia ipſæ ſunt corpora finita, ſed nõ ſunt compoſita ex forma & materia, ſm quod ſua forma conſiſteret in materia. quia talia sũt poſſibilia ex ſua ſubſtantia, non ne-
I ceſſaria ex alio ab eis. Et ſm hoc eſt diſpoſitio cauſę cum cauſato. & hoc eſt, quia omne cauſatum, quando ipſum ſpeculatus fuerit intellectus, iudicabit ipſum eſſe poſſibile ex ſua ſubſtantia. &, ſi eſſet cauſatum à cauſa æterna, eſſet omnimode neceſſarium per aliud ab eo. ſi autem eſſet cauſatum à cauſa poſſibili, impoſſibile eſſet ipſum eſſe neceſſarium p̃ K
aliud ab eo. poſſibile autem ſimpliciter eſt oppoſitum neceſſario ſimpliciter, & natura medij inter illa eſt poſſibilis ex ſua ſubſtantia neceſſaria ex alio ab ea. ſic itaq; eſt iudiciũ verum apud intellectum in eius cõprehenſione harum potentiarum. Et ſecundum hoc exponetur ſermo Prophetæ in Alchorano, quando dicitur, omnis res eſt corruptibilis pręter faciem eius. Et ex eo, quod manifeſtatum eſt in hoc ſermone, diſſoluetur quæſtio Ioannis contra Peripateticos de æternitate mundi. quia ille ait iam oſtendit Ariſtoteles ꝙ L
omne corpus ſit finitũ, & ꝙ cuiuſq; finiti virtus ſit finita, ergo non verificaret̃ de mundo ꝙ ſit æternus. quia impoſſibile eſt ꝙ illud, cui non eſt virtus infinita, ſit virtutis infinitæ, niſi poſſe eẽt ꝙ poſſe cõuertatur in neceſſarium. Latuit aũt eũ ꝙ virtutes finitæ ſunt duarum ſpecierum. Virtus, cui ab eius initio eſt poſſibile ꝙ recipiat neceſſitatem ab alio ab eo, & non auferatur neceſſarium, quia poſſibile eſt æternum eſſe neceſſarium, ſicut dixit Ariſtoteles octauo Phyſicarum auſcultationum. Et virtus, de qua eſt impoſſibile ꝙ recipiat M
neceſſitatem ab alio ab ea. & ſimiliter neq; in particulari, uel in vniuerſalibus ſuis, vel ſuis generibus.

Diſſolutio qõnis Ioannis.

Sermonis de ſubſtantia orbis finis.

AVERROIS
DESTRVCTIO DESTRVCTIONVM PHILOSOPHIÆ ALGAZELIS.

Calo Calonymos Hebræo interprete:

Adiunctis multis Disputationibus, ac etiam Dubijs Algazelis, quæ prius apud Latinos minime reperiebantur.

PROLOGVS AVERROIS.

B INtentio noſtra in hoc ſermone eſt declarare ordinem, & apparentiam opinionum ſermonum poſitorũ in libro Deſtructionis Philoſophiæ Algazelis, & diminutionẽ plurimorum dictorum eius à gradu veritatis, & demonſtrationis.

DISPVTATIO I.

De narratione rationum Philoſophorum, circa antiquitatem mundi, & earum deſtructionibus.

ALGAZEL.

C AIt Algazel, recitans rationes Philoſophorũ de Antiquitate mundi. Sufficit autem nobis narrare ex rationibus eorum id, quod eſt conueniens animæ. Et dicimus ꝙ hic modus rationis eſt triplex. Primus quidem, cũ dicunt impoſſibile eſt vt proueniat innouatum ab antiquo abſoluto. nam, cum poſuerimus ꝙ ab antiquo non prouenerit mundus exempli gratia, deinde prouenit, tunc nõ proueniebat antea, quoniã non fuit ad eſſe ipſius aliquid inclinans. Et, ſi eſſe mundi ab eo fuit poſſibile poſſibilitate abſoluta, tunc, cum productus fuit, non euadet quin innouatum ſit quoddam inclinans, aut nõ. E ſi non fuit quoddam innouatum inclinans, ergo mũdus remãſit in poſſibilitate abſoluta, vt fuerat antea. ſi vero innouatum fuit inclinans, permutabitur quidem ſermo de hoc inclinante. quare nunc inclinauit, & non antea. & ſic aut procedet in infinitum, aut deuenietur ad aliquod inclinans, quod nuuquam defecit eſſe inclinans.

AVERROES.

F AIt Auer. Iſte ſermo eſt ſermo in ſupremo gradu graduũ topicæ, & non peruenit ad demonſtrationem. quoniã propoſitiones eius ſunt generales: & generales ſunt proximæ communibus: propoſitiones vero demonſtratiuæ ſunt ex per ſe dictis, & appropriatis. Nam nomen poſſibilis dicitur æquiuoce de poſſibili vt plurimum, & poſſibili vt raro, & poſſibili ęqualiter: & non videtur neceſſitas inclinãtis in eis eſſe eodem modo. poſſibile enim vt plurimum bene exiſtimatur ꝙ inclinetur ex ſeipſo, non autem ex inclinãte ab extra in oppoſitum quidẽ poſſibilis æqualiter. Sic etiam & poſſibilitas

G litas aliqua est in agente,& est possibilitas agendi:& aliqua est in patiente,& est possibilitas recipiendi. Et nō uidetur necessitas inclinantis esse in eis eodem modo. Nam possibilitas, quæ est in patiente, apparet in ea necessitas inclinātis ab extra. apprehēditur.n.sensu in rebus artificialibus, & multis ex rebus naturalibus. est tñ dubium in rebus naturalibus. nam multæ ex rebus naturalibus est principium mutationis earum ex eis. & ideo existimatur in plurimis earum ꝙ motor sit motum: & non est notum per se ꝙ oē motum habeat mo- H torem,& ꝙ non sit hic res, quæ moueat seipsam. nam hoc totum indiget declaratione: & ideo perscrutati sunt de eo Antiqui. Possibilitas vero, quæ est in agente existimatur in plurimis eius ꝙ non indigeat in exitu eius in actum inclinante ab extra. nam permutatio agentis ex non agendo ad agendum existimatur in plurimis eius ꝙ non sit mutatio indigens mutāte: sicut ꝑmutatio Geometræ ex non geometrizando ad geometrizandū, & permutatio docentis ex non docendo ad docendū. Sic etiam & mutatio, quæ dr̄ indigere mutāte, aliqua est, quæ est in sub- I stantia,& aliqua in qualitate, & aliqua in quantitate,& aliqua in vbi. Et Antiquum ē aliquod dr̄ de antiquo ex se, & aliquod de antiquo ex alio apud multos, Vlterius mutationes, aliquæ earum apud aliquos permittūtur de antiquo, vt possibilitas ꝙ sit voluntas innouata in antiquo apud Carneos, & possibilitas generationis,& corruptionis in materia prima apud Antiquos, & tñ ē antiqua. Sic ēt & intellecta dicuntur de intellectu, qui est in potētia, & tñ est antiquus apud plurimos eorum. & sūt K aliqui eorū, apud quos non permittitur,& præcipue apud quosdam Antiquos eorum,& non apud alios. Similiter & agens aliquod est, quod agit voluntarie, aliquod vero naturaliter: & non est quidē qualitas emanationis actionis possibilis ex eis eadem, s. circa necessitatem inclinātis. Et quis scit an sit hæc diuisio agentium sufficiens? aut inducet demonstratio ad agens, quod non assimilatur agenti naturaliter, neq; agēti volūtarie, quod nobis apparet. Omnia ista sunt quæsita magna, & excelsa: & vnumquodq; eorum indiget spe- L culatione separatim,& cum eo, qđ dixerint Antiqui de eo. Assumere aūt vnum loco multorum quæsitorum est locus famosus locorum fallentium turpiū:& error in vno hoꝝ principioꝝ est causa erroris maximi circa speculationem de entibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Dubitatio autem est dupliciter. Primo quidem, vt dicatur eis, quare negatis id: quod dicitur, ꝙ mūdus fuerit productus voluntate antiqua, quæ determinauerat esse eius, & ꝙ procederet priuatio vsque ad finem, ad quem perue- M nit,& ꝙ inciperet esse ab eo, in quo incœpit, & esse antea non fuit de voluntate eius,& ideo non fuit productus: attamen in hora, qua product⁹ fuit, fuit de voluntate eius, voluntate tamen antiqua,& ideo innouatus fuit? Quid ergo prohibet hanc opinionem,& quid eam falsam reddit?

AVERROES.

Ait Auer. Iste sermo est fallax. quoniam cum impossibile sit ei dicere possibilitatem retardationis esse acti actioni id agentis,& deli

A beratis actionē ipsam, cùm fuerit agens eligens, dixi possibilitatem retardationis eius prouenire à voluntate agentis. retardatio autē acti ex volūtate agentis bene possibilis est, sed retardatio eius actioni agētis est impossibilis, & sic retardatio actionis ex deliberatione ad agēdum in agente voluntatio. Attamen dubitatio remanet, prout est. nam de necessitate eueniet ei vna duarum rerum, aut ꝙ actio agentis non causabit in agente mutationem, ex qua sequitur vt sit ei mutās ab extra, seu ꝙ ex mutationibus aliqua ē de substantia mutari absq; indigentia mu B tantis, aut quòd reperit aliqua mutatio, quæ bene potest euenire antiquo absque mutante. Nam id, ex quo manutenetur cōtrouersia hic, sunt duo. quorum Vnū est, ꝙ actio agētis sequitur ex ea necessario mutatio, & omne mutatum habet mutantem. Secundum vero, ꝙ antiquū non mutatur mutatione aliqua. & hoc totum est difficilis declarationis. Et ꝙ non potest se saluare ab eo secta assaria est ponere agēs primū, seu actionem primam, quoniā im- C possibile est eis ponere ꝙ dispositio agentis circa actum, quod innouat, sit hora actionis dispositio eius hora priuationis actionis. & ibi procul dubio est aliqua dispositio, quæ innouatur, & proportio, quæ nō fuerat: & hæc necessario, seu in agente, seu in patiente, seu in vtroque. Et, cū sic fuerit, tunc illa dispositio, quæ innouatur, cùm de necessitate omne innouatum sit ei agens, erit proculdubio agens eius, aut aliud agēs. & sic nō erit hoc agens, ꝗ primū agēs, & non erit sufficiens in agendo ipsū solum, sed cum alio. aut agens illius dispositionis, quæ est conditio re- D quisita in agendo, est ipsummet. & non erit hæc actio, quæ posita est, emanata ab eo prima, sed erit actio eius, propter illam dispositionē, quæ requiritur in agente, antequā agat actum. & hoc sequitur necessario, vt vides. Nisi dixerit aliquis abusiue, quòd sunt aliquæ dispositiones, quę fiunt in agentibus, non indigentes quidem mutāte. & hoc profecto est absurdum, nisi apud permittentes ꝙ sunt hic aliqua, quæ fiunt ex se: & est sermo primorum ex Antiquis, qui E negauerunt agens. & est sermo, cuius falsitas est manifesta ex seipsa. Attamen in hac dubitatione est confusio. nam, cum dicimus voluntatē æternam, & voluntatem innouatā, dicuntur, æquiuoce. & etiam in contrarietate. nam voluntas, quæ nobis apparet, est potentia, in qua est possibilitas agendi vnum duorum oppositorum æqualiter, & possibilitas recipiendi vnum duorum volitorū æqualiter, cum voluntas sit desyderiū agentis ad actionem. &, cum eā egerit, defecit desyderium, & peruenit volitum. & hoc quidem desy- F derium & actio alligatur duobus oppositis æqualiter: sed, cùm dicitur, quòd hic sit volens vnum duorum oppositorum æternum, aufertur definitio voluntatis propter permutationem naturæ eius à possibilitate ad necessitatem. &, cùm dicitur voluntas æterna, non aufertur voluntas apud peruentionem rei volitæ. &, cùm non fuerit ei principium, non fuit innouata ab eo hora in peruentione rei volitæ. & non potest innui talis esse, nisi dicatur ꝙ demōstratio perducat ad inuentionem agentis secundū potētiam, ꝗ non est,

G nec voluntaria, nec naturalis, ſed lex
appellat eam voluntatem, ſicut per-
ducit demonſtratio ad res, quæ exi-
ſtimantur primo aſpectu eſſe oppo-
ſita, & tamen non ſunt oppoſita, vt
dicimus de ente, quod non eſt infra
mundum, nec extra eum.

A L G A Z E L.

AIt Alga. reſpondens pro Philo
ſophis. Si autẽ dixerit aliquis
hoc falſum eſſe manifeſta falſitate:
quoniam innouatum habet efficiẽ-
tẽ, & cauſantem, ſicut eſt falſum in-
nouatum eſſe abſq; efficiente, & cau
ſante, ſic etiam eſt falſum eſſe aliqđ
H efficiens cum complemẽto ſuarum
conditionum, ad hoc vt ſit efficiens,
& cauſans, ac fundamentum, adeo ꝙ
non remãſit ex eis aliquid omnino,
deinde retardatur ab eo cauſatum.
ſed eſſe cauſati apud verificationem
cauſantis cum complemento ſuarũ
cõditionum eſt neceſſarium, & eius
tardatio eſt falſa, ſicut eſt falſum eſſe
innouatum cauſatum abſq; cauſan-
te. Et ante eſſe mundi erat volens re
pertum, & voluntas reperta, & pro-
portio ei⁹ ad volitũ reperta, & nõ eſt
innouatum uolens, nec volũtas, nec
fuit innouata voluntati proportio,
I quæ ante nõ fuerat. nam totum hoc
eſt mutatio. ergo quomodo innoua
tum eſt volitum? & quid prohibuit
quin ſit innouatum antea? & diſpoſi
tio innouationis non ſeparata eſt à
diſpoſitione priuationis innouatio-
nis in aliqua rerum, nec in aliqua di
ſpoſitionum, nec hora horarũ, nec
proportione proportionum, ſed om
nia eadem, ſicut fuerant antea, & ad
huc non fuit eſſe rei volitæ, reman-
ſerunt prout fuerant, & tamen repe-
ritur volitum, ergo non eſt hoc niſi
vltimitas inſaniæ.

A V E R R O E S. K

AIt Auer. Hoc eſt manifeſtum
in vltimitate manifeſtationis,
niſi apud negantem aliquam pro-
poſitionum poſitarum ſuperius. ſed
Alga. ſe permutauit ab hoc ad exẽ-
plum poſitiuum. & inuoluit cũ eo
hanc reſpõſionem Philoſophorum.
& hoc eſt, quod dixit.

A L G A Z E L.

AIt Alga. Et non eſt falſitas hu-
ius generis in cauſato, & cau-
ſante neceſſario, & per ſe tãtum, ſed
etiam accidẽtali poſitiuo. nam, ſi ho
mo dixerit repudiare vxorem, & nõ
peruenerit repudiũ, ſtatim non ima L
ginatur ꝙ adhuc perueniet: quo-
niam poſuit ſermonem cauſam iu-
dicij poſitione, & deliberatiue: & nõ
intelligitur retardari cauſatum, niſi
dependeat repudium in aduentu pa
tris, aut in introitu in domũ. & non
erit ſtatim, ſed cum aduentu patris,
& in introitu in domum. & ſuperſe
debit peruentio causati vſq; ad inuẽ
tionẽ eius, quod non inuenitur nũc.
& non peruenit res, niſi iam innoua
ta fuerit diſpoſitio, & eſt ingreſſus ĩ
domum, aut aduentus patris, adeo
ꝙ, ſi uoluerit aliquis aſſumere cauſa
tum à loquela circa peruentionem
eius, quod non peruenit, non in- M
telligitur, licet ipſemet ſit ponens &
eligens expreſſe poſitionem. &, cùm
hæc poſitio non fuerit intellecta. &
eam non intelligimus, quomodo in
telligemus hoc in cauſatis eſſentiali-
bus intellectualibus neceſſariis? In
conſuetudinibus autem id, quod eſt
in intentione noſtra, nõ retardatur
ab intentione cum præſentia inten-
tionis ad id, niſi propter prohibens.
ſi aũt verificabitur intentio, & poſ-
ſe, & auferuntur prohibentia, non
intelligitur

A intelligitur retardari ei esse intenti. & hoc quidem imaginatur in deliberatione. quoniam deliberatio nõ sufficit ad hoc, vt sit actio, sed deliberatio ad scribendum nũquam faciet scripturam, nisi innouetur intentio reperta in homine, cũ venerit hora actionis. Si aũt fuerit voluntas antiqua. vt est intentio nostra ad actionem, non põt imaginari retardari intentum, nisi propter prohibẽs, nec imaginari præcessionem intentionis, nam non intelligitur intentio in die ad surgendum in mane, nisi per viam deliberationis. Si autem fuerit voluntas antiqua, vt est delibera
B tio nostra, hoc quidẽ non sufficit in aduentu deliberati, sed impossibile est absq; innouatione emanationis intentionis apud inuẽtionẽ. & in eo est sermo de mutatione. Iterum remanet dubitatio. quare hæc emanatio, aut intentio, aut electio, aut volũtas (appella eam vt vis) innouatur nũc, & non antea. & sic aut inuenietur innouatum absq; causa, aut procedet in infinitum. & reuertitur sermo ad id, quod reperitur causans cũ complemento suarum conditionũ.
C & non remansit aliquid demõstratum tale, & tamen retardatur causatum, & erit absq; dispositione innouata: quod est falsum.

AVERROES.

AIt. Auer. Hæc exemplificatio est positiua de repudio. & existimauit cum ea roborare rationes Philosophorum: eas tamen debilitat. nã secta assaria potest dicere ꝙ, sicut retardatur repudium loquelæ vsq; ad aduentum conditionis, cùm fuerit mane, aut aliud, sic retardatur esse mundi in actione Dei vsq; ad tẽpus inuẽtionis conditionis, à quo dependet. & est hora, qua intendit esse D eius. Attamen non est sic in materialib⁹, sicut est ĩ intellectualib⁹. qui autem assimilat hunc mundum materialem intellectuali, est ex eis, qui sequuntur cortices rerum.

ALGAZEL.

AIt Alga. Non est necesse apud iussum, & non est apud aduẽtum conditionis retardantis iussui mandantis. quoniam nõ erit iussus absq; eo, ꝙ copuletur ei actio mandantis, & non est proportio intellecti ex eo, quod assumitur à natura ĩ hac intelligentia à subiecto sibi conuenienti. Deinde dixit Alga. respõ E dens quidem pro secta Assaria. & responsio est, vt dicatur falsum esse voluntatem antiquam dependere ab innouatione rei, quicquid sit, &c. vsque ad, & inconueniens absolutũ non sufficit absq; demonstratione.

AVERROES.

AIt Auer. Hic sermo est ex sermonibus nimium rethoricis. & vis eius est ꝙ, cũ posuerit aliquis quòd, cùm sit agens cum omnibus suis cõditionibus, impossibile est vt retardetur ei actum, nõ euadet quin F ponat hoc sciri aut rõne, aut quia ẽ ex rebus ꝑ se notis. si aũt rõne, oportet quidẽ eũ, vt eã afferat: & tñ nulla est ibi rõ. si vero posuerit hoc tanq̃ per se notũ, oportet vt id sciant oẽs hoĩes disputantes, & alij. & hoc non est verum: quoniam non est de conditione requisita in rebus per se notis, vt sciant eas oẽs hoĩes: nam hoc non est magis q̃ esse famosum: sicut non est necesse ei, quod est famosũ, vt sit per se notum.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. tanq̃ respondens pro secta Assaria. Nos au-

G tem de necessitate intellectus scimus quòd non imaginatur causans cum cõplemento suarum conditionũ absq; causato. & permittere hoc est dominatio ex necessitate intellectus, &c. vsque ad, non sciebat artem suam omnino.

AVERROES.

Ait Auer. Summa huius sermonis est quòd, ipsi non ponunt possibilitatem contrarij eius, quod videtur de necessitate impossibilitatis retardationis acti actioni agentis abusiue, & absque ratione perducente
H eos ad hoc, sed posuerunt hoc ex demonstratione, quæ perduxit eos ad innouationem mundi. sicut nõ ponunt Philosophi contradictionẽ necessitatis intellectionis sciti cum numeratione scientiæ, & sciti, eò quòd vniuntur in Deo glo. nisi per viam demonstrationis, quam existimauerunt adduxisse eos ad hoc in æterno ipso, & eo magis eum, qui posuit ex Philosophis contradictionem necessitatis eius, quòd sciens sit seipsum, & non scit opus suum, cum dixerit in Deo glo. quòd non scit, nisi seipsũ.
I Attamen hic sermo, cùm inspicitur, est de genere oppositionis corrupti corrupto. nam omne scitum scientia vera, & vniuersali in omnibus entibus, non reperitur demonstratio, quæ contradicat ei. & omne, cui reperitur demõstratio contradicẽs, reputatur quidem esse verum, non quòd sit verum in rei veritatẽ. Et ideo, si fuerit notum per se vere esse numeratam sciãm &, scitum in apparenti, & in occulto, nos profecto sententiabimus quòd non est demonstratio apud Philosophos esse eandem, & in Deo glo. si vero sermo de numeratione scientiæ, & sciti est opinio, bene possibile erit de identitate eorum apud Philosophos esse demonstrationem. & similiter, si fuerit per se notum quòd non retardatur actum agentis actioni eius, & posuerit cõtrarium huius secta Assaria ex eo, quòd apud eos in hoc est demonstratio, nos quidem sciemus sententia incisiua quòd nõ est apud eos in hoc demonstratio. Et hoc quidem, & similia, quando euenerit eis disputatio, reuertitur res ad consyderationem creationis conuenientis, quę non sit nutrita in opinione, & existimatione. quandoquidem id imaginatus est ille cum signis, & conditionibus, quibus distinguitur inter veritatem, & existimationem in libris Logicæ: sicut est, cùm commoti fuerint duo in vno sermone, & vnus quidem eorum dicit, quòd sit versus, reliquus vero quòd non sit uersus: non reuertitur iudicium in eo, nisi ad creationẽ perfectã: quæ quidem discernit versum à nõ versu, & ad scientiam versuum. & sicut ille, qui apprehendit versum, nõ prohibetur ei, quin neget eum negans, sic etiam est in eo, quod est verum apud vnum hominem, nõ prohibetur ei, quin neget id negas. Isti autem sermones oẽs sunt in vltimitate mollitiei, & debilitatis. oportebat tamen eum, vt non inuoluisset hunc suũ librum his sermonibus, si fuerat intẽtio eius in eo loqui cum hominibus priuatis. Et, quoniam consequẽtia, quæ adduxit in hac sua disputatione, sũt extranea, & extra disputationem, dixit statim sed nõ permittemus cõsequentia huius disputationis, & dicimus eis, quare negatis aduersariis, cùm dixerint antiquitatem mundi esse falsam? quoniam inducit ad tenendum reuolutiones

K

L

M

A tiones cœli infinitas numero, & non est numerus vnitatibus earum, licet habuerint sextum, quartum, & medium, &c. vsq; ad, & necesse est vobis dicere quod non sit par, nec impar, vt recitabimus postea. Et hæc etiam est quæstio sophistica. & summa eius est. quoniam, quemadmodum vos nō potestis contradicere nostræ rationi, quod mundus sit creatus, & est quia, si esset non creatus, essent reuolutiones non pares, nec impares, sic etiā nos non possumus contradicere sermoni vestro. quod, cum fuerit agens nō deficiens habere conditiones agentis,
B non retardetur ei actum. & hic quidem sermo finis eius est confirmare dubitationem, & eam cōfiteri: & est vna intentionum sophistarum. Tu autem, qui huic libro incumbis, iam sciuisti sermones, quos dixerūt Philosophi circa affirmationem, quod mūdus sit antiquus, cum hac ratione, & sermones, quos dixit secta Assaria in cōtradictione eius. & audi rationes sectæ Assariæ circa nouitatem: & audi sermones, quos dixerūt Philosophi in contradictione rationū sectæ Assariæ in eo, quod scripsit iste hō.

ALGAZEL.

C Ait Algazel. Et dicimus, quare negatis aduersario, cū dixerit antiquitatem mūdi esse falsam? quoniam causabit reuolutiones orbis infinitas numero, & non est numerus vnitatibus earū, licet habuerint sextum, quartum, & medietatem. nam orbis Solis voluitur in anno vno, & orbis Saturni voluitur in triginta annis, igitur reuolutio Saturni erit tertia pars decimę reuolutionis Solis, & reuolutio Iouis medietas sextæ reuolutionis Solis: nā ipse voluitur in duodecim annis. & sicut non est finis in numero reuolutionum Saturni, sic D non est finis in numero reuolutionum Solis, licet sint tertia pars decimæ, & sic etiam nō est finis in reuolutionibus orbis stellarum, quæ voluuntur in triginta sex millibus annorum semel, sicut non est finis in motibus ortus Solis in die, & nocte semel. Si autem aliquis dixerit quod falsitas huius habetur necessario, quæro quomodo recedēt ab hoc sermone? Si vero dixerit, numerus harū reuolutionū aut est par, aut impar? siue seu par, & impar? seu nec par, nec impar. Si quidem dixeritis par, & impar simul, seu nec par, nec impar, tūc E habebitur falsitas eius necessario. Si vero dixeritis par, tunc par fiet impar in eodem. & quomodo determinauit id, quod est infinitum vnum.

Si vero impar, tunc impar fiet par in eodem. & quomodo terminauit hoc vnum, quo fit par? & sequitur vobis necessario sermo, quod nō sit nec par, nec impar.

AVERROES.

Ait Auer. Summa huius sermonis est, cùm imaginati fuerint duo motus habētes reuolutiones inter extremitates vnius temporis, deinde F imaginata fuerit pars vniuscuiusq; eorum inter extremitates alterius tēporis, tunc proportio partis ad partem est proportio totius ad totum. Verbi gratia, si fuerit reuolutio Saturni in spatio temporis, quod dicitur annus, tertia pars decimæ partis reuolutionis Solis in eodem spatio, tunc, cùm imaginati fuerint omnes reuolutiones Solis ad omnes reuolutiones Saturni, quæ fuerint in eodem tempore, de necessitate quidem erit proculdubio proportio

G omnium reuolutionum vnius motus ad oẽs reuolutiones alterius motus proportio partis ad partem. Attamen, cũ non fuerit inter duos mot⁹ vl̃is proportio: quia vnusquisq; eorum est in potentia, i. non hñs principium, nec finem, & fuerit ibi proportio inter partes, quia vnaquęque earum est in actu, tunc nõ sequitur de necessitate vt sit proportio totius ad totum proportio partis ad partẽ, vt posuerunt hoĩes in rõnibus suis: qm̃ non reperitur proportio inter duas dimensiones, & duas mẽsuras,
H quaꝝ vnaquæq; ponitur infinita, ergo Antiqui, quia posuerunt exempli gratia vniuersum motum solis non hr̃e principium, nec finem, & sic motum Saturni, non erit quidem proportio inter eos omnino vt sequatur ex hoc, vt summa vniuscuiusq; eoꝝ sit finita sicut sequitur in duab⁹ partibus ipsius summæ. & hoc est manifestum per se. Hic aũt sermo facit opinari ꝙ, cùm fuerit proportio partium ad partes proportio multi ad paucum, sic etiam sequit̃ in genere, vt sit proportio vnius eorum ad al'terum proportio multi ad paucum.
I Attamen hoc sequitur, cum fuerint ambæ summæ finitæ: cũ aũt nõ fuerit ibi finitas, non est ibi multitudo nec paucitas. &, cum ponitur, ꝙ ibi sit proportio multitudinis ad paucitatem, imaginatur ꝙ sequat̃ ex hoc alia falsitas, & est ꝙ sit infinitum maius infinito: quod quidem est falsũ. cum. n. accipimus duo infinita in actu, tũc reperitur ꝓportio inter ea: cùm autem accipimus ea in potentia, non est ibi proportio. Hæc est responsio huic quæstioni: non autem id, cum quo respondit Alga. pro Philosophis. & cum hoc resoluũtur oẽs dubitationes eueniẽtes eis in hoc capitulo. K Et difficillima omnium est illa, quã assueti sunt dicere, s. si fuerint motus in tempore præterito infiniti, non reperitur motus ex eis in tempore præsenti demonstrato, nisi finiti sint antea motus ĩfiniti. & hoc quidẽ est verum, & concessum apud Philosophos, si positi fuerint motus præcedentes conditio requisita in esse posteriorum. nam, cùm oporteat vt reperiatur vnus, oportet vt reperiantur ante eum causæ infinitæ. & nemo sapientum concedit esse causas infinitas, sicut est possibile hoc apud Daharios: quoniam sequeretur esse causatum absq; causa, & mo L tum absq; motore. sed Philosophi, quia induxit eos demõstratio, ꝙ hic sit principium motiuum æternum, cuius esse nõ habet principium, nec finem, & quòd actio eius necesse est vt sit non retardans esse eius, sequitur ergo apud eos vt actio eius non habeat principium, sicut est in esse eius. sin autem, tunc actio eius erit possibilis, non necessaria, & non erit principium primum, ergo sequitur vt actiones agentis. cuius esse nõ habet principium, non habeant principium, sicut est dispositio in esse eius. M &, cùm sic fuerit, necesse est vt non sit aliqua suarum operationum primarum conditio requisita in esse secundæ.. quoniam vnaquęq; earum non agit per se, & esse vnam ante alteram est per accidens. & est possibile apud eos esse infinitum per accidens, non autem per se. immo est necesse vt sit hæc species infiniti necessaria sequens esse principij voluntarij æterni. & hoc non est in imaginationibus motuum succedẽtium, aut continuorum tm̃, sed ẽt in rebus

A in quibus existimatur quòd præcedens sit causa subsequẽtis, vt homo, qui generat hominem,& similia,nã faciens hominem demonstratum, mediante alio homine, necesse est deuenire ad agens primũ antiquũ, cuius esse nõ habet principium, nec in faciẽdo hominem ab homine, & esse hominem ab alio homine in infinitum est generatio per accidens: anticipatio vero,& postpositio p se, nam sicut agens, cuius esse non hẽt principium, nõ est principium operationibus suis, quas operatur absq; B instrumẽto, sic non est principiũ instrumento, quo operatur operationes suas, quibus non est principium ex operationibus quidem eius, quarum mos est, ut sint cum instrumẽto. Et, quia opinati sunt loquẽtes ꝙ id, quod est per accidẽs, sit per se, negauerunt esse eius,& est difficile soluere sermonem eorum: & existimauerũt ꝙ ratio eorum sit necessaria. Attamẽ hoc est manifestum ex verbis Philosophorum. qm̃ declarauit princeps Philosophorum, & est Aristoteles, ꝙ, si motus haberet motũ, non esset motus:&, si elementum haberet elementum, non reperiretur C elementum. Et hic quidem modus infiniti non habet apud eos principium. nec finem, quare non est verum dicere de aliquo eius, ꝙ finiat, neq; ꝙ sit ingrediens ipsum esse in tempore præterito, nec finiet, qm̃ omne, quod finitur, iam incœpit, & quod non incœpit, non finietur, & hoc etiam est manifestum ex eo, qđ principium, & finis sunt in prædicamento relationis. Quare sequitur ei, qui dicit ꝙ est infinitas in reuolutionibus orbis in futurum, vt non ponat in eis principium. nam oẽ, quod habet principium, habet finem: hoc D autem non habet finem: ergo non habuit principium. & sic est dispositio in primo, & vltimo, scilicet ꝙ oẽ habens principium, habet finem: & quod non habet principium nõ habet finem: & quod non habet finẽ, non est cessatio alicui partium eius in rei veritate, nec est principiũ alicui partium eius in rei veritate: & quod non est principium alicui partium suarum, non habet finem. Et ideo, cùm interrogauerunt Loquentes Philosophos, si cessauerint motus, qui sunt ante motum præsentẽ, responderũt ꝙ non cessauerint nam E expositione eorũ, ꝙ non est eis principium non habent cessationem. opinio autem Loquentium, ꝙ Philosophi concedunt cessationem eorũ, non est vera. quoniam non cessat apud eos, nisi id, quod incœpit. Igitur declaratum est tibi ꝙ in rationibus, quas recitauit ex Loqnentibus de innouatione mundi, non est sufficientia ad tangendum gradum veritatis, & ꝙ non deueniunt ad gradum demonstrationis: nec rationes, quas recitauit ex Philosophis in hoc libro, perueniunt ad gradus demonstrationis. & hoc est, quod intendi- F mus declarare in hoc libro. Et melius quod potest cum eo responderi interroganti de eo, quod ingressum, est ex operibus eius in tempore præterito, vt dicatur ꝙ ingressum est ex operibus suis, sicut ingressum est ex esse eius. ambo enim nõ habẽt principium. Id autem, cum quo respondit Alga. pro Philosophis circa contradictionem rationis, quòd sit aliquis motuum orbium velocior alio, & difficultatem in eis, est hoc, quod dicit.

G ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dicatur locus erroris est, cùm dicunt, ꝙ hæ reuolutiones sunt collectio vnitatum: quia istæ non sunt in rerum nã: præteritum.n.finitum est, futurum vero adhuc non reperitur: collectio autem innuit entia præsentia, & tamen non reperitur aliquid hic. Deinde dixit Algazel, in contradictione huius dicimus quod numerus diuiditur ad par, & impar, & falsum est, vt excludatur numerus ab eis, siue numeratum remaneat, siue deficiat. cùm autem posuerimus nu
H merum ex numeris, necesse est credere ꝙ non potest quispiam euadere, quin sit par, aut impar, siue iudicauerimus eum esse, siue nõ esse. nã licet non reperiatur post esse, nõ deficit tñ hæc propositio, & non mutatur. hæc est summa sermonis eius.

AVERROES.

AIt Auer. Hic sermo est verus in habente principium, & finẽ extra animam, seu in anima, s. ꝙ fit iudicium intellectus de eo circa par, & impar hora priuationis, & hora esse eius. id autem, quod est in potentia, scilicet non habens principium,
I necfinem non verificatur de eo, nec ꝙ sit par, nec impar, neq; ꝙ incœpit, neque ꝙ finietur, nec ingrediens in tempus præteritum, nec in futurũ: nam id, quod est in potentia, est tãq̃ id, quod non est. & est id, quod voluerunt Philosophi, cùm dixerint ꝙ reuolutiones, quæ fuerant in præteritum, & in futurum non reperiuntur. Dispositio autem huius quæstionis est, omne, quod denominatur esse collectio determinata, habẽs principium, & finem, aut denominatur in hoc ex eo, ꝙ habet principiũ, & finem extra animam, aut denominatur in hoc ex eo, quòd est in anima, non autem extra animam. id autem, quod est ex eo totum in actu, & determinatum in præteritum in anima, & extra animam, est necessario aut par, aut impar. quod vero ex eis fuerit collectio non determinata extra animam, nõ erit quidem determinatum, nisi ex eo, quod est in anima: anima.n. non potest imaginari id, quod nõ finitur in esse suo, & denominatur ẽt hoc modo ꝙ sit par, aut impar: in eo vero ꝙ est extra animam, non denominatur nec par, nec impar. & sic etiam est id, L
quod fuerit de eo in præteritum, & ponatur esse in potentia extra animam, s. ꝙ nõ habet principium, nec denominatur ꝙ sit par, nec impar, nisi ponatur in actu, s. habens principium, & finem. ergo omnes motus non habentes totum, nec collectionem, s. habentes principium, & finẽ, nisi in eo, quod est in aĩa, sicut est dispositio in tempore, & motu circulari, necesse est in natura eorũ, vt non sit nec par, nec impar, nisi fuerit ex eo, quod est in anima. Causa autem huius erroris est quoniam res, cùm fuerit in anima in vna denomina- M
tione, imaginatur ꝙ sit extra animã in denominatione illa. Et, quoniam nihil est eius, quod fuerat in preteritum, quod imaginetur in anima, nisi finitũ, existimatur ꝙ oẽ, quod fuerat in præteritum, sit sic natura eius extra animam. Et, quoniam id, quod erit eius in futurum, adiuuat imaginatio ꝙ sit infinitum ex eo, ꝙ imaginabitur pars post partẽ, sicut existimauit Plato, & secta Assaria ꝙ sit possibile, vt sint reuolutiones orbis in futurum infinitæ. Et

hoc

A hoc totum est iudicium imaginabile, non demõstratiuum. & ideo fuit magis apprehẽdens radicem suam, & magis conseruans positionẽ suam ille, qui posuit mũdum habere principium, ponendo habere finem, ut fecerant aliqui Loquentium. Sermo autem Alga. postea ꝙ nos dicimus eis ꝙ non est falsum secundum radices vestras ponere entia præsentia eadem in esse, diuersa tamen in denominatione, & sunt infinita, & sunt animæ hominũ separatæ à corporibus hora mortis, quæ sunt entia non denominata, nec paria, nec B imparia. ipsi autem negant quod dr̃ contra hoc scientia necessaria, sicut, cùm vos posuistis destructioñe dependentiæ voluntatis antiquę innouationi necessariam, est sermo in vltimitate mollitiei. Summa aũt eius est, ꝙ non debet denegari id, quod dicimus de eo, quod est necessariũ apud vos, ꝙ nõ sit necessarium, postquam vos ponitis res possibiles, quarum impossibilitatem ponit aduersarius esse notã de necessitate intellectus. id est ꝙ, sicut vos ponitis res possibiles, & aduersarius opinatur quod sint impossibiles, sic ponitis vos res C necessarias, & aduersarius ponit eas non esse necessarias. & non potestis in hoc toto adducere differentiam inter duas positiones. Etiam declaratum est in Logicis ꝙ huiusmodi est disputatio Rhetorica debilis, aut Sophistica. Attamen responsio in hoc est, vt dicatur ꝙ id, quod ponitur notum, necessario est sic in seipso. Quod vero vos ponitis, quòd destructio eius sit nota necessario, non est. sicut vos ponitis. & non est via ad habendum differentiam eorum, nisi per virum perfectę naturalitatis, sicut, cùm aliquis posuerit D aliquem sermonem esse versum, alium vero quòd nõ sit versus, quòd discernere hoc spectat ad virum perfectæ naturalitatis scientia ĩnata homini. Ponere autem animas absque materia multas numero est q̃d non notum ex opinionibus Philosophorum. nam causa multitudinis numeralis est materia apud eos: causa vero distinctionis in multitudine numerali est forma. Reperiri autem multa numero, eadem tamen forma absque materia, est quid dubium. nam non cognoscitur, nec distinguitur indiuiduum ab indiuiduo aliquo attributo, nisi E per accidens, quoniam reperitur aliud, quod communicat ei in attributo illo: distinguitur tamen indiuiduum ab indiuiduo ex parte materiæ. Etiam impossibilitas reperiendi infinitum ei, quod est in actu, est radix nota ex opinionibus Philosophorum, siue sint corpora, siue non sint corpora. & non reperitur aliquis, qui faciat differentiam inter habentem situm, & non habentem situm in hac re, nisi Auicenna tantum: alij vero omnes, non inueni aliquem eorum, qui hoc dicat. & non conuenit radici suarum F radicum: & est ex rebus vanis. nam Philosophi denegant infinitum in actu, seu corpus, seu nõ corpus. quoniam sequitur ex eo, quòd sit infinitum maius infinito. Auicenna autem intẽdit blandiri vulgo in eo, in quo assueti sũt audire de anima. Sed est sermo paucæ sufficientiæ, & blanditiei. nam, si essent infinita in actu, esset pars vt totum, scilicet cùm diuisum fuerit infinitum in duas partes. verbi gra. si linea, aut nume-

Cã multitudinis numeralis ẽ ipsa mã, distinctionis vero ĩ multitudine ipsa forma.

G rus eſſet infinita in actu ex duobus lateribus, deinde diuidatur in duas partes, tunc eſſet quælibet partiũ infinita in actu, & totũ eſt infinitũ in actu. ergo totũ, & pars, quælibet eorum eſſe infinitum in actu. & hoc eſt falſum. & hoc totum ſequitur, cũ ponitur infinitum in actu, non autem in potentia.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit opinionem Platonis eſſe verã: & eſt ꝙ anima ſit antiqua, & vna: diuiditur tamen in corporibus: &, cùm ſeparetur ab eis, redit ad fontem, & H radicem, & fit vna. Dicimus ꝙ hoc ẽ magis abominabile, & magis abſurdum, & potius credi debet ꝙ ſit contradicens neceſſitatis intellectus. Nã nos dicimus ꝙ aĩa Socratis eſt alia ab anima Platonis. ſi enim eſſet eadem, ſequeretur inconueniens neceſſario. quoniam vnuſquiſq; apprehendit animam ſuam, & bene ſcit ꝙ non ſit anima alterius. ſi autem eſſet eadem, eſſent æquales in ſcientijs, quæ ſunt attributa eſſentialia animabus, ingredientia quidem cũ animabus in omni relatione. Si vero dixeritis ꝙ ſit vna, diuiditur tamẽ cir- I ca alligantiam cum corporibus, dicimus diuidi vnum, non habens quidem magnitudinem, menſura aliqua in quantitate menſurabili eſt falſum de neceſſitate intellectus. Et quomodo vnum fiet duo? immo mille? deinde redit in vnũ. ſed hoc intelligitur de habente magnitudinem, & quantitatem: ſicut mare diuiditur in lacus, & flumina, & ad id redeunt: id autem, quod non habet quantitatem, quomodo diuiditur? Et intentio in hoc toto eſt declarare ꝙ ipſi non vicerunt aduerſarios ex opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, niſi cum rationibus neceſſitatis innouantis requiſiti, ꝙ hoc ſit poſſibile: & ꝙ ipſi non poſſunt abſolui ab eo, qui ratiocinatur neceſſario cum eis in his rebus contra opinionem eorum, & non poteſt fugi, & euadi ab eo. K

AVERROES.

AIt Auerr. Socrates eſt alius à Platone numero: & tamen ipſe, & Plato ſunt idem in forma, quæ eſt anima. ſi autem eſſet anima Socratis alia ab anima Platonis numero, ſicut Socrates eſt alius à Platone L numero, tunc eſſet anima Socratis, & anima Platonis duæ numero, & eædem in forma. & eſſet animę anima. &, cum neceſſe fuerit, vt ſit anima Socratis, & Platonis eadem in forma, & idem in forma, euenit ei multitudo numeralis, id eſt diuiſio propter materias, tunc, ſi anima non moritur ad mortem corporis, ſeu fuerit in ea aliquid huiuſmodi, neceſſe eſt, cum ſeparetur à corporibus, vt ſit vna numero. hæc autem ſcientia non eſt via adipiſcendi eam in hoc loco. Sermo autem, quem fecit in deſtructione opinionis Plato- M nis, eſt ſophiſticus. & ſumma ei⁹ eſt, quoniã anima Platonis aut eſt alia ab anima Socratis, aut eſt eadẽ: ſed illa non eſt anima Socratis: ergo eſt alia. Attamen nomen alietatis eſt æquiuocum. ſic etiam & identitatis nomen dicitur tot modis, quibus dicitur alietas. & anima quidem Socratis, & Platonis ſunt eædem aliquo modo, & multæ aliquo modo: ac ſi diceres ſunt eædem ex parte formæ, & multæ ex parte ſubiecti earum. Cùm autem dixit ꝙ nõ imagi

natur

A natur diuiſio,niſi in eo,quod habet quantitatem,eſt ſermo falſus in parte.quoniam hoc eſt verum in eo, quod diuiditur per ſe,& non eſt verum in eo,quod diuiditur per accidens:ideſt quod illud diuiditur per accidens,quia eſt in diuiſibili per ſe. diuiſibile autem per ſe eſt corpus. exempli gratia diuiſibile per accidens eſt,vt diuiſio albedinis repertæ in corporibus,cùm diuiditur corpus per ſe:& ſic formæ, & animæ diuiduntur per accidens, ideſt per diuiſionem ſubiecti earum. Anima autem præ cæteris aſſimilatur lumi
B ni,&,ſicut lumen diuiditur ad diuiſionem corporum illuminatorum, deinde fit vnum in ablatione corporum, ſic eſt res in animabus cum corporibus. Et adducere hoc ĩ his demonſtrationibus eſt turpe. nam reputatur de eo, quòd non ſit homo talis,ꝙ hoc eum lateat: ſed voluit cum hoc blandiri hominibus ſui temporis:& eſt remotum à moribus eorum,qui intendunt patefacere veritatem. Et forte iſte vir habet excuſationem ex tempore, & loco ſuo,ſicut diſcernitur ĩ libro ſuo. Et,quoniam iſti ſermones non ad
C iuuant ad veritatem aliquam, dixit & intentum ex hoc toto eſt declarare ꝙ ipſi non vicerunt aduerſarios ex opinione eorum de dependentia voluntatis antiquæ in innouatione, niſi cum rationibus neceſſitatis innouãtis requiſiti:& ipſi nõ poſſunt abſolui ab eo, qui ratiocinatur demonſtratiue cum eis in iſtis rebus contra opinionem eorum, & nõ poteſt euadi ab eo. Ego autem dico ꝙ qui ratiocinatus eſt de eo, quod eſt notum per ſe quòd ſit tale aliter quam ſit,non reperitur ſermo, cũ quo poſſumus abſolui ab eo. Nam D omnis ſermo declaratur cum rebus notis,quibus æqualiter ambo credunt aduerſarii. &, cum ratiocinatus eſt vnus aduerſariorum in omni ſermone quòd ſit aliter quàm ſit, ille,quẽ poſuit aduerſarius, non erit ſibi via contradicendi ei,ſed talis eſt extra ſpeciem humanã, & ſunt homines,quos debemus corrigere, & caſtigare.Qui vero ratiocinatus eſt in per ſe noto quòd nõ ſit per ſe notum propter errorem ingrediẽtem in eo,hic quidem eſt ei medela. & eſt ſoluere dubitationem illam. Attamen qui non cõcedit per ſe notum,quia eſt diminutus in natura- E litate,hic quidem non eſt eum aliquid docendum,nec corrigendum. nam eſt,ſicut ille, qui imponit cæco vt ſciat deſignationẽ colorum, ſeu eorum eſſe.

ALGAZEL.

A It Alga.ratiocinans pro Philoſophis. Si autẽ dixerit hoc conuertitur contra vos. quoniam Deus glo. ante creationem mundi poterat eum creare menſura anni, aut duorum annorum,& non eſt finis poſſe eius:& quaſi expectauit,& non creauit,deinde creauit,tunc tẽ- F pus dimiſſionis aut fuit finitum,aut infinitum.ſi dixeritis finitum,ergo eſſe creatoris fuit finitum.ſi vero infinitum,ergo finita eſt menſura,in qua ſunt poſſibilitates infinitæ, & ambo falſa. Dicimus ꝙ menſura, & tempus ſunt creata apud nos. & nos declarabimus verificationem reſpõſionis ad hoc,cùm loquemur de ſecunda ratione eorum.

AVERROES.

A It Auer. Plurimi eorum, qui dixerunt innouationem mundi

G di, dixerunt innouationem temporis cum eo. Quare, cum dixit quod mensura dimissionis aut est finita, aut infinita, est sermo non verus. nam quod non habet principiũ, nõ cessat, nec finitur: & etiam quoniam aduersarius nõ confitetur quod sit dimissioni mensura. Quod vero debet dici eis, est vtrum sit possibile vt innouatio temporis si extremitas eius, quæ est eius principiũ, longior ab instãte, in quo sumus? aut impossibile? Si dixerint impossibile, tunc posuerunt mensuram terminatam, qua maior nõ potest imaginari ab agente. & hoc est H falsum, & abominabile apud eos. Si vero dixerĩt quod sit possibile vt sit extremitas eius longior ab instante extremitatis creatæ, dicatur eis, vtrum sit possibile in hac extremitate secũda, vt sit extremitas lõgior ea? Si dixerint sic, & non euadent ab hoc, dicatur eis ergo hic est possibilitas innouationis mensurarum infinitarum numero, & sequitur vobis, vt sit cessatio earum secundum vos in reuolutionibus conditio requisita in innouatione mensuræ temporalis, quæ est ex eis. Si autem dixeritis quòd id, quod est infinitum, non I cessat, tunc id, quod sequitur secundũ vos aduersario in reuolutionibus, sequitur vobis in possibilitate mensurarum temporũ, quæ innouantur. Si autem dixerit quod sit differentia inter ea, quoniam possibilitates illæ infinitę quæ sunt in mensuris, non exierũt in actum, & possibilitates reuolutionum infinitarum iam exierunt in actum, dicitur eis quod possibilitates rerum sunt ex eis, quæ connectuntur rebus, siue sint præcedentes res ipsas siue cum eis, vt tenẽt aliqui, & sunt necessario numerantes res ipsas. Si autem falsum est reperiri reuolutiones infinitas ante reuolutionem repertam in instante, tunc erit falsum K reperiri possibilitatem reuolutionũ infinitarum: nisi quòd posset dicere aliquis quòd tempus est terminatum mensura, id est tempus mundi: & impossibile est reperiri tẽpus maius eo, & minus eo, vt Philosophi dicunt de mensura mundi. & ideo isti sermones non sunt demonstratiui. Quare esset magis cautum dicenti mundum esse creatum ponere tempus terminatum mensura, & nõ ponere possibilitatẽ ante id, quod est L possibile, & ponere etiam magnitudinem finitam. sed magnitudo hẽt totum, tempus vero non hẽt totũ.

ALGAZEL.

Ait Alga. recitãs de philosophis in eo, quod negarunt aduersario, quod sit ex per se notis retardari actionem antiqui antiquo, aliqua specie rationum in hac propositione. Si autem dixerit, quare negatis dimittenti rationes necessitatis, & adducẽti rationem eis ex alijs modis? &c. vsque & non discernitur, & cognoscitur res à suo simili in aliquo.

AVERROES. M

Ait Auer. Summa eius, quod recitauit ipse de Philosophis in hoc capitulo, est in adducendo rationẽ, quod impossibile sit reperiri innouatum ab agente æterno ex eo, quòd impossibile est vt sit ibi volũtas. Attamen hæc quæstio est eis cõgrua, cum concesserint aduersario quod opposita omnia sunt indifferentia respectu ad voluntatem antiquã, tam id, quod fuerit ex eis in tẽpore, vt prius, & posterius, & tã id, quod est in qualitate contraria, vt albedo, & nigredo: & sic priuatio, & esse sunt apud

eos

A eos indifferentia respectu ad voluntatem primam. &, quoniam concesserunt hanc propositionem aduersario, licet non teneant eam, dixerunt eis ꝙ de natura voluntatis est nõ inclinare magis actionem vnius duorum indifferentium prę alio, nisi ex aliquo approprianté. & est causa, q̃ reperitur in vno duorum, quæ non reperitur in alio. sin autem, tunc eēt vnum duorum indifferentium casu & fortuna. Philosophi autem confitentur eis hunc sermonem. nam, si esset voluntas ab æterno, tunc esset possibile fieri innouatum ab antiquo &, cum non potuerint Loquẽtes respondere, coacti sunt ad dicendum quòd voluntas antiqua sit attributum, cui⁹ natura sit distinguere rem ab indifferenti absque eo, ꝙ sit ibi approprians inclinans actionem vnius duorum indifferentium præ alio: sicut caliditas est attributũ cuius natura est calefacere, & scientia est attributum, cuius natura est apprehendere scitum. Attamen eis respondet aduersarius ex Philosophis, hoc est falsum, & non potest imaginari esse eius. quoniam duo indifferentia, quæ apud volentem

B

C sunt æqualiter, non pẽdet actio eius magis in vno quàm in alio, nisi in eo sunt differentia, idest in eo, qđ est in vno eorum attributum, quod non est in alio. cum vero fuerint æqualia omnibus modis, & non fuerit ibi approprians omnino, tũc voluntas pendebit in eis æqualiter. &, cum pendebit in eis æqualiter, & ipsa fuerit cã actionis, non est dependentia actionis in vno eorũ magis quàm in alio. & tunc aut pendet in duabus actionibus simul, aut nõ pẽdet neque in vno eorum, & ambo

D sunt falsa. In primo autem sermone quasi concederent eis, ꝙ oĩa sunt similia respectu ad agens primum, & sequit̃ eis vt sit ibi approprians pri⁹ eo. & hoc est falsum. Et, quia respondent ꝙ voluntas sit attributum, cuius natura est discernere, & cognoscere simile à simili, in eo ꝙ est sil̃e, contradixerunt eis, ꝙ hoc non intelligitur, nec est quid intellectuale de voluntate, & quasi negauerũt eis radicem, quã iam cõcesserunt. Hęc est summa huius capituli, & est permutatio sermonis à quæstione prima ad sermonem de voluntate: permutatio autem est operatio sophistica.

E

ALGAZEL.

Ait Alga. respondens pro Loquentibus circa affirmationẽ voluntatis. Dubitatio autem est dupliciter, Primo quidem, cum dixerint hoc, non potest imaginari: nã an scitis hoc de necessitate, aut speculatione, aut impossibile est ratiocinari aliquod eorũ, vsq; ad affirmare attributum, cuius natura est appropriare rem suo indifferenti?

AVERROES.

F Ait Auer. Ista disputatio includitur in duabus rebus. Prima est, quia ipse concedit, ꝙ voluntas, q̃ apparet nobis, non est verum de ea dicere quòd distinguat rem à simili, in eo quòd est simile. & ratio intellectualis iam cogit, vt sit attributum tale in agente primo, & id, quo existimatur impossibile esse attributum tale, est, sicut existimatur ꝙ nõ est hic ens, nec infra mundum, nec extra. Et secundum hoc voluntas attributa ipsi Deo glorioso, & voluntas hominis erũt dictæ æquiuoce, sicut est in nomine sciẽtiæ, & aliis attributis,

G tributis, quorum esse in æterno, nõ est prout est in innouato, appellam⁹ tamen eam voluntatem in lege.

Attamen apparet ꝙ finis gradus huius disputationis est topicus. quoniam demonstratio, quæ inducit ad affirmandum attributum tale in hac re, s. ꝙ appropriet simile in esse à non simili, est positio volitorum similium, & tamen non sunt similia: immo etiam sunt opposita, postquam omnia opposita reuertuntur ad esse, & priuationem, quæ sunt in vltimitate oppositionis, quæ est re-
H pugnans similitudini. & positio eorum, ꝙ res in quibus pendet voluntas, sint similes, est positio falsa: & sermo erit de hoc postea. Si autem dixerint, nos autem diximus ꝙ sunt similia respectu ad volens, postquam fuerit remotum ab intentionibus: intentiones enim sunt, quæ appropriant rem magis vni actioni, quã alteri: dicimus ꝙ intentiones, quæ sunt ex eis, quibus perficitur substãtia volentis, vt intentio nostra, qua pendet volũtas nostra in rebus, sunt falsæ de Deo. quoniam voluntas talis est desyderium rei ad perfectionem apud diminutionem repertam
I in substantia volentis. intentiones vero, quæ sunt in substantia voliti, non ex eo ꝙ aliquid voliti peruenit volenti, quod non fuerat in eo, sed hoc peruenit volito tantum, vt exitus rei à priuatione ad esse, non est dubium ꝙ esse est melius sibi, quã priuatio, i. rei exeunti. & hæc est dispositio voluntatis primæ cum entibus. quoniam ipsa eligit semper eis melius duorum oppositorum: & hoc essentialiter, & primo. & hæc ẽ vna specierum disputatiõis, quas includit hic sermo. Secunda vero est quia ipse non concedit hoc attribu- K tum voluntatis, quæ est in apparentia nobis, & conatus est affirmare ꝙ reperiatur in nobis in rebus similibus voluntas, quæ eligit rem præ simili. & adduxit ad hoc exemplum, vt si ponantur ante aliquem duo dactyli similes omnimode, & consyderat ꝙ impossibile est eos simul capere, & consyderat ꝙ non imaginetur apud eum inclinans ad aliquem eorum, & ipse proculdubio eliget vnũ eorum in capiendo. Quod quidem est sophisticum. Nam, cum posuerit aliquod tale, & posuerit volentẽ quem induxit necessitas ad comedẽ- L dum dactylum, seu ad capiendum, tunc captio quidem vnius duorum dactylorum in hac dispositione nõ est distinguere simile à simili, sed est tenere simile loco similis: & quemcunque eorum acceperit, peruenit ei volitum, & erit adimpleta eius intentio: & voluntas sua erit pẽdens in electione captionis vnius eorum, potiusquam in dimissione absoluta, non autem in captione vni⁹ eorum, & electione eius, potiusquã in dimissione alterius, s. cum ponantur intentiones in eis æquales, quoniam ipse non eligit accipere vnũ M eorum, quodcunq; sit, & inclinat eũ ad relinquendum aliud. & hoc est manifestum per se. nam electio vnius eorum præ alio est inclinatio vnius eorũ prę alio, & impos'e est vt inclinet ad vnum duorum similiũ præ alio, in eo ꝙ est simile. si autem fuerint in esse suo, in eo ꝙ sunt duo indiuidua, non sunt similia: nam omnia duo indiuidua, differt vnum eorum ab alio aliquo attributo, appropriato ei. ergo, si posuerimus voluntatẽ pendere in aliqua re appro-

priata

A priata alicui eorum, tunc imaginatur esse voluntas in aliquo eorum pro alio, propter differentiam repertam in eis, igitur non erit pendens volūtas in duobus similibus, in eo quòd sunt similia. Hæc est dispositio rei, quam narrauit de primo modo dubitationis. Deinde recitauit Alga. secūdum modum dubitationis in eo, quod dixerit non reperiri attributum, quod distinguet vnum similium ab alio, & dixit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et modus Secundus dubitationis est, quia nos dici B mus, vos autem in opinione vestra estis indigentes appropriatione rei præ simili. quoniam mundus est à causa sua causante eum in dispositione propria cum assimilatiōe differentiarum eius: & quare appropriatur aliquibus modis? & falsitas differentiæ rei à simili in intellectu aut ī necessitate naturaliter, aut coacte non differt, &c. vsque ad, fuit autem affirmatio situs in eo, potius quàm mutatio situs. & hoc est, quod non potest euadi ab eo.

AVERROES.

AIt Auer. Prouenit ex hoc ser C mone quod oportet de necessitate Philosophos confiteri quod sit hic aliquod attributum agenti mundū, appropriansrem præ simili. nam ipsi tenent quod mundus potest esse maior quàm est, aut minor. &, cum sic fuerit, sunt similes circa esse eius. Si autem dixerint Philosophi quod mundus possibile est vt sit in figura sibi propria, & quantitate corporum appropriatorum, & numero appropriato, & quod hæc assimilatio nō imaginatur, nisi in tempore innouationis, & quod non sit ibi hora, in qua fuit innouatio mundi dignior alia, dicitur eis quod iam possibile fuerat eis respondere huic quod creatio mundi fuit in hora digniori, sed appropinquātur eis duo similia, inter quæ impossibile est Philosophis ponere differentiam: quorum vnum est appropriatio partis motus, qui est in orbibus: secundum vero appropriatio loci polorum orbium. quoniam omnia duo puncta opposita, quæ posuerimus in linea protracta ab vno eorum ad aliud, transiens per centrum sphæræ, possunt esse poli. appropriatio autem duorum punctorum præ cæteris pūctis, quæ possunt E esse poli eiusdem sphæræ præ cæteris punctis, quæ sunt in illa sphæra, nō erit, nisi ex attributo appropriāte vnum duorum similium. Si vero dixerint quod non est verum vt omnis locus sphęræ possit esse locus polorum, dicitur eis, sequitur uobis secundum hanc radicem quod nō erit similium partium: & iam vos dixistis in multis locis quod est simplex, & propter hoc fuit ei figura simplex, & est rotunda. Vlterius, si posuerint quod sint ibi loca non similia, dicetur eis quomodo sunt dissimiles naturaliter? an ex eo quod sunt corpus, aut ex F eo quod sunt corpus cœleste? & non potest esse priuatio similitudinis his duobus modis. Dixit &, cum sic fuerit, sicut stat apud eos, dicere quod horæ in innouatione mundi sunt similes, sic bene stat aduersario dicere quod omnes partes orbis sunt æquales, vt sint poli. & non videtur quod hoc appropriatur eis in vno situ præ alio, nec in vno loco præ alio. & hæc est declaratio huius quæstionis, & est rhetorica: nam multa, quæ apparent demonstratiue esse necessaria, sunt

primo

G primo aſpectu poſſibilia. Attamē reſponſio apud Philoſophos eſt ꝙ ipſi opinātur fuiſſe apud eos demōſtrationem, ꝙ mundus ſit compoſitus ex quinque corporibus, corpore quidem neq; graui, neq; leui, & eſt corpus cœleſte rotūdum, quod mouetur circulariter, & quatuor corporibus: quorum duo ſunt ſicut extrema: nam vnum eſt graue abſolute, & eſt terra, quæ eſt centrum corporis circularis, & alterum eſt leue abſolute, & eſt ignis, qui eſt in concauitate orbis circularis: & id, quod ſeqtur terram, & eſt aqua, eſt graue in

De cōpōne mundi quamplurima.

H comparatione ad aerem, & leue quidem in comparatione ad terram: & aſſociatur aquæ aer, & eſt leuis in cōparatione ad aquam, & grauis in cōparatione ad ignem. Et cauſa ꝙ terræ ſit grauitas abſolute, eſt quia eſt ī vltimitate remotionis à motu circulari: & ideo fuit centrum fixum. Et cauſa leuitatis ignis abſolute eſt, quia ē ī vltimitate appropinquationis motui circulari, & corpora, quæ ſunt inter ea, reperitur eis vtrunq; ſimul .ſ. grauitas & leuitas, quia ſunt in medio inter duo extrema .ſ. locū

I lōgiorem, & locum propinquiorē. &, niſi eſſet corpus circulare, nō eēt ibi nec graue, nec leue naturaliter, ec ſurſum, nec deorſum naturaliter, nec abſolute quidem, nec reſpectiue, nec eſſent diuerſa naturaliter, adeo ꝙ terra, exempli gratia, de natura eius eſt vt moueatur ad locum appropriatum, & ignis de natura eius etiam eſt vt moueatur ad alium locū, & ſic quod eſt inter ea ex corporibus, & mūdus eſt finitus ex parte corporis circularis. corpus enim circulare eſt finitum ex ſe, & natura ſua ex eo, ꝙ id circuit ſupficies vna circularis: corpora vero rectarum

K dimenſionum nō ſunt finita ex ſe, cum poſſit eſſe in eis additio, & diminutio. ſunt tamē finita, quia ſunt in medio corporis, cui impoſſibilis eſt additio. & diminutio: & ideo eſt finitum ex ſe, & propter hoc impoſſibile eſt vt ſit corpus circuens mundum, niſi circulare. ſin autem, ſequeretur vt corpora aut finiantur ad alia corpora, & procedet in infinitū, aut finiantur in vacuum. & iam declarata eſt impoſſibilitas amborum

L ſimul, Qui autem imaginatus fuerit hoc, ſciet ꝙ omnis mundus, qui ponitur, impoſſibile eſt vt ſit, niſi ex iſtis corporibus, & ꝙ corpora aut erunt circularia, & erunt non grauia nec leuia, aut recta, & erunt grauia aut leuia, ſ. ignis, aut terra, aut quod eſt inter ea, & ꝙ iſta nō ſunt, niſi circularia, aut in continente circulari: quoniam omne corpus aut mouetur à medio, aut ad medium, aut circa medium: & ꝙ in motibus corporum cœleſtium eſt dextrum, & ſiniſtrum, & cōmiſcentur corpora quatuor, & fiunt ex eis omnes generatio

M nes contrariæ: & ꝙ iſta quatuor corpora contraria non deficiunt eſſe ꝓpter motus illos in generatione continua, & corruptione continua, i. in partibus ſuis. quoniam, ſi deficeret aliquis horum motuum, tunc corrumperetur hæc ordinatio, & proportio. nam manifeſtum eſt ꝙ hæc ordinatio neceſſe eſt vt ſit cōſequēs numerum repertum in iſtis motibus. ſi enim eſſet magis, aut minus, peruerteretur hęc ordinatio, aut eēt alia ordinatio, & numerus horum motuum aut eſt de neceſſitate ad eſſe eius, quod eſt hic, aut ad bene eē. Et hoc totum non expectes hic declara-

Si deficeret aliqu[illegible] cœleſtiū motuun[illegible] corrūpe[illegible]tur hęc [illegible] dinatio [illegible] ꝓportio Idē lib. [illegible] ſuba or[illegible] ca: 4. uic[illegible] oppoſi. [illegible] Met. 41. Vide cē[illegible] zim.

A declarari demonstratiue. si autem fueris ex hominibus demonstrationis, speculare de his in locis suis. & audi hic sermones, qui sunt magis sufficientes sermonibus istorum:&, si non fecerint te adipisci veritatem facient tamen te adipisci dominiũ cogitationis: quæ mouebit te ad habendum veritatem in speculãdo in scientiis. Nam consydera q́ quilibet orbis orbium cęlestium est viuens: quoniam sunt habentes corpora determinatę mẽsuræ, & figuræ, & mouentur ex se ex partibus determinatis, non ex quacunque sit: & omne,

B quod est tale, est viuẽs necessario. s. nos, cum videmus corpus determinatæ quantitatis, & qualitatis moueri in loco ex se à parte determinata, non propter aliquid ab extra, nec ex quacunque parte ex partibus, & mouetur simul ad duas partes opposi- tas, sententiabimus decisiue q́ sit viuens. Diximus autem non propter aliquid ab extra, quoniam ferrum mouetur ad magnetem, cum occurrit ei magnes ab extra, ac etiam quia

C mouetur ad eã à qualibet parte partium. Et, cum verificatũ fuerit hoc, ergo corpora cœlestia habent loca quæ sunt poli naturaliter: & impossibile est vt sint poli præter illa loca. sicut animalia, quæ sunt hic, habent membra propria in locis propriis corporis, & in eorum operationibus propriis, & impossibile est vt sint in aliis locis eorum, sicut membra motus, quæ sunt in locis determinatis animalis. poli autem sunt ĩ animali circulari in gradu horum membrorum. s. q́ sunt mẽbra motuum. Et nulla est differẽtia in hoc inter animalia rotundi corporis, & non rotũdi, nisi q́ ista membra differunt in animali non rotundo figura, & potentia, & in animali rotũdo differunt potentia tantum: quare existimatur in eis primo aspectu q́ non differant, & q́ possibile sit vt sint poli in orbe, quæcunque puncta fuerint. Et quemadmodum, si aliquis dixerit q́ hic motus ĩ hac specie animalis, i. quæ est hic, possibile est vt sit in quocunq; loco eius, & q́ sit in loco, vbi est in alia specie animalium, est deridendum: quoniam datum est omni animali motũ fieri in locis conuenientibus naturæ illius animalis, aut in loco tali, & in alio non potest fieri motus illius animalis: sic est dispositio in diuersitate corporum cœlestium in locis polorum ex eis. nam corpora cœlestia non sunt eadem specie, plura vero numero, sed sunt plura specie, vt indiuidua animalium diuersorum, licet non reperiatur illius speciei nisi vnum indiuiduum tantum. Et hęc eadem responsio est, quæ dicitur in responsione, quare cœli mouentur ad partes diuersas. nam ex eo, quòd sunt animalia, necesse est vt mouẽtur ex partibus determinatis, sicut ẽ in dextro, & sinistro, & ante, & retro quæ sunt partes determinatæ in motu animalis, nisi q́ sunt diuersa in animalibus diuersis figura, & potentia, & sunt diuersa in corporibus cœlestibus potentia. & ideo posuit Aristo. q́ in cęlo sit dextrum, & sinistrũ ante, & retro, & sursum, & deorsum. Diuersitas autem corporum cœlestium in partibus motuũ est, quia differunt specie: & est quid propriũ eis, s. q́ differant species eorum propter diuersitatem partium motuũ eorum. †Et consydera corpus cœleste primum eẽ vnum animal, cui determi-

D

E Corpa cœlestia non sunt eadẽ spẽ. Idem lib. de sba orb. ca. 5. vide opp. 2. cę. 49. & 59. cõ. Vide cõr. 2im.

F

†Corp⁹ cęleste est vnũ aial. vide 5. d. sp. 3. & 2. cę. 42. 71. & 74.

G determinauit natura sua seu ad ne-
cessi tatem, seu ad bene esse, vt mo-
ueatur secũdum omnes partes suas
vno motu ab oriente in occidens: a-
lij vero orbes, determinauit natura
eorum, vt moueantur contra hunc
motum. & pars orbis totius, quã de-
terminauit natura, est melior omni
bus partibus, cũ hic orbis fuerit me
lior oĩb⁹ orbibus, & totis melius mo
bilibus oportet, vt sit ei pars melior.
Et hoc totum declaratũ est hic mo-
do rhetorico: in locis autẽ propriis
declaratum est demonstratiue. si er
go dilexeris esse ex hominibus de-
H monstrationis, perquire ea in loco
proprio. Et, cùm sciueris hoc, non
erit tibi difficile debilitare rationes
quibus ratiocinatus est Alga. cũ fue
rint duo mot⁹ diuersi similes in cõ-
paratione ad quemlibet orbem or-
bium cęlestium, & in comparatione
ad id, quod est hic. quoniam appa-
ret primo aspectu ꝙ motus orienta
lis possit esse alijs præter orbem pri
mum, & ꝙ motus occidentalis pos-
sit esse ei. & hoc (vt diximus) est, vt
si quis imaginatus fuerit ꝙ pars mo
tus in Cancro sit pars motus in ho-
mine. & non euenit hæc existima-
I tio de Cancro. & homine propter
diuersitatem figuræ in eis: euenit ve
ro orbibus cœlestibus, quia sunt cõ-
cordes in figura. & qui consydera-
uerit in aliquo facto factorum, non
declarabitur ei scientia eius, nisi cũ
declarata fuerit ei scientia intenta
in illo facto, & finis intentus in eo. &
cum non sciuerit omnino sciẽtiam
ei⁹, possibile erit vt existimet ꝙ posse
sit reperiri hoc factũ, licet sit in qua
cunque figura fuerit, & in quacũq;
quantitate, & quocunque situ par-
tium, & in quacunque compositio-
ne. hoc idem euenit Loquentibus, K
de corpore cœlesti. Et omnia ista
sunt cogitationes primo aspectu, &
sicut qui opinatus fuerit hoc in fa-
ctis, ignorat facta, & factorẽ, sed ha-
bet in eis opiniones non veras, sic ẽt
est dispositio in creatis. Et aduerte
huic radici, & non acceleres in iudi-
cãdo creaturas Dei glo. primo aspe-
ctu, & eris ex eis, de quibus dicitur,
tu es prope os eorum, & longe ab in
terioribus. Illuminet Deus glo. o-
culos nostros lumine scientiæ suæ,
& auferat à nobis velamina ignorã
tiæ. nam ipse est tribuens scientias:
& noticia operationum propriarũ L
corporum cœlestium est noticia fa
cientis ea, quem inspexit Abraam.
requiescat in pace, cum dixerit fa-
ciens cęlum, & terram: & nos trans-
feramus ad sermones Algazelis in
motibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundum vero con-
sequens consyderatur ex par-
te diuersitatis motuum orbium: ali
qui quidem ex oriente in occidens,
& aliqui econtra, &c. vsque ad possi
bile est aduersario afferre rationes
diuersitatis in rebus, & dispõnibus. M

AVERROES.

AIt Auer. Non latet autẽ te Rhe
torica in hoc sermone, ex eo,
quod præcessit, ac etiam eius respõ-
sio, & ꝙ hoc totum est eius, qui nõ
intelligit naturas illas excelsas, & o-
perationes nobiles, quæ fiunt ex eis
& assimilat scientiam Dei glo. scien
tiæ hominis ignorantis. Et, cum di-
xit, si autem dixerint duæ partes op
positæ sunt contrariæ, & quomodo
fient æquales, dicimus ꝙ hoc est, si-
cut id, quod dicitur, ꝙ ante, & post
in inuentione mundi sunt contra-
ria, &

A ria,& quomodo ponit̃ assimilatio corum. Id autem, quod existimauerunt, ꝙ sit notum esse similitudinẽ horarum diuersarum in comparatione ad possibilitatem essendi, & ad omne congruum, quod imaginatur positio eius in esse, & sic etiã est nota æqualitas dispositionum, & situum, & locorum, & partium in comparatione ad congruum ei, illud est sermo manifesti erroris ex se, nam, si concessum fuerit ꝙ possibilitas esse hominis, & priuationis sit æqualiter in materia, ex qua cau
B satus est homo, & ꝙ hoc sit ratio ad probandum ꝙ sit inclinans faciens esse, & non priuationem, tunc non est possibile imaginari ꝙ possibilitas videndi, & non videndi ipsius oculi sit æqualiter. nam nemo potest ponere ꝙ partes oppositæ sint æquales, sed debet ponere ꝙ recipiens ea est indifferens, & sequuntur ex eis operationes indifferentes. & sic ante, & post, quæ sunt similia, ex eo ꝙ hoc est ante, hoc vero post, possibile est tamen vt ponatur ꝙ sint similia circa receptionem esse. Attamen hoc totum non est verum. nam qđ
C in est oppositis, essentialiter est, vt recipiẽtia eorum sint diuersa: ꝙ autem recipiens actionem contrariorum sit vnum in vna hora hoc est impossibile. Philosophi autẽ non tenent possibilitatem esse rei, & priuationis æqualiter in vna hora. sed tempus possibilitatis esse est aliud a tempore priuationis, & hora apud eos est conditio requisita in innouatione eius, quod innouatur, & in corruptione eius, quod corrumpitur. Si autem esset tempus possibilitatis esse rei, & tempus priuationis idem, idest ĩ materia rei propinqua,

erit esse eius corruptio possibilitatis D priuationis eius, & erit possibilitas esse, & priuationis ex parte agentis: non autem ex parte recipientis. Et ideo, qui conatus est ex hac via affirmare agens est sermo sufficiens, tamen est rhetoricus, & topicus, non demonstratiuus: licet existimatum fuerit in Alfarabio, & Auicenna ꝙ ipsi processerint hac via ad probandum ꝙ omnis actio habeat agens. & est via, qua non processerunt Antiqui: & profecto secuti sunt isti duo viri in hoc Loquentes nostræ gentis. Attamen quo ad innouationem totius apud tenentem innoua- E tionem eius non imaginatur quidẽ in eo antecedẽs, nec subsequens. qm̃ antecedens, & subsequens in horis imaginantur in comparatione ad instans præsens: &, cum non fuerat ante creationem mundi apud eos tẽpus, quomodo imaginatur vt præcedat instans ipsum, in quo creatus est mundus? & non potest demonstrari hora ĩ creatione mundi: quoniam antea aut non fuerat tempus, aut fuerat tempus infinitum: & ambobus modis non demonstratur ei hora propria, in qua pendeat voluntas. & ideo hic liber nomen propriũ F sibi congruum præ cæteris est Destructio simpliciter, non destructio philosophandi. nam quod facit adipisci incumbentem ei est destruere, & deuastare sententias. Et, cum dixit si autem fuerint ei possibiles rationes diuersitatis cum similitudine, conueniunt aduersario rationes diuersitatis in rebus, & dispositionibus, .i. si verificatum fuerit Philosophis ponere diuersitatem in partibꝰ motuum, verificatur etiam aduersario ponere diuersitatem in tempori

G bus cum credulitate ſimilitudinis in eis. Attamen hæc eſt contradictio ſecundum ſermonem dicentis, non ſecundum rem ipſam, cum cōceditur proportio inter partes oppoſitas, & tēpora diuerſa. & huic cōtradicit proportio in hac mutatione tēporum, & partium. & aduerſario eſt ponere æqualitatem inter eos in ratione diuerſitatis, aut ratione ſimilitudinis, quare omnia iſta ſunt ſermones topici.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dubitatio autem Secunda pro radice rationis eo-
H rum eſt vt dicatur, vos negatis emanationem prouenientem ab antiquo, & tamen impoſſibile eſt vobis abſque cōfeſſione eius. Nam in mūdo ſunt innouationes, & habent cauſas. ſi autem innouationes illæ proceſſerint ad alias innouatiōes, & ſic in infinitum, eſt falſum. & hoc non eſt id, quod cogitet aliquis intelligens. Si autem hoc eēt poſſibile, eritis abſque neceſſitate concedendi agens, & affirmare neceſſarium in eſſe, quod eſt ſuſtentaculum innouationum poſſibilium. &, cum innouationes habuerint extremitatem,
I ad quam deueniat proceſſus earū, tunc illa extremitas erit antiquum ipſum. ergo non euadet ſecundum radicem veſtram, quin permittam⁹ emanationem innouati ab æterno.

AVERROES.

AIt Auer. Si vellent Philoſophi ponere ens antiquum in eſſe ꝓpter ens, quod innouatur, hoc modo inferēdo rationem, ſcilicet ſi poſuiſſent ꝙ innouatum, ī eō ꝙ eſt innouatum, emanat ab æterno, tunc eſſet eis refugium exonerandi ſe à dubitatione in hac diſputatione. Sed debes ſcire ꝙ Philoſophi pmit- K
tunt eſſe innouatum ab innouato ī infinitum per accidens, cum fuerit hoc reiteratum in materia comprehenſa finita: vt ꝙ ſit corruptio corrupti in eis conditio requiſita in eſſe ſecundi tantum. ver. g. quoniam eſt neceſſe apud eos vt homo ab homine generetur, cum conditione, ꝙ corrumpatur homo præcedens, ita ꝙ ſit materia, ex qua generetur tertius. verbi gratia ꝙ imaginentur duo homines, quorum primus fecit ſecundum ex materia hominis corrupti: &, cùm fuerit homo ſecūdus, ipſemet homo primus corrumpit', L
& facit homo ſecundus ex materia eius hominem tertium, iterum corrumpitur homo ſecundus, & facit ex materia eius homo tertius hominem quartum. Nam poteſt imaginari in duabus materiis poſſe fieri actionem in infinitum, abſq; eo ꝙ ſequatur inde falſitas. & hoc tantū, quantum remanet agens. &, cū hoc agens non fuerit ei principium, nec finis in eſſe ſuo, tunc hæc actio non habebit principium in eſſe ſuo, nec finem, vt declaratum eſt ſuperius. Et ſic accidit imaginari in eis in tēpore præterito, ſ. cū præceſſerit ho- M
minem homo, qui eum fecerit, & hō corruptus, & ante hominem illum homo, qui eum fecerit, & homo corruptus. nam omne tale, cum ſuſtentatur in agente antiquo, tunc eſt in natura circuli, in quo impoſſibile eſt eſſe quid totum. Si vero fuerit homo ab homine ex materiis infinitis, & poſſibile eſt vt addātur additione infinita, tūc eſt falſum: quoniam eſſet poſſibile reperiri materiam infinitam, & reperiretur quiddam totum, quod nō finiretur: quoniam,

A niam, si reperiretur totum finitum additum additione infinita, absque eo, quod corrumpatur aliquid eius, tūc erit possibile, vt reperiatur totum, quod non finitur: & hoc est, quod iam probauit Aristo. in lib. Physi. ergo modus, quo probauerunt Antiqui ens antiquum, quòd non moueatur omnino, non est ex parte esse innouatorum ab eo, in eo quod sunt innouata, sed in eo quod sunt antiqua in genere. Et conueniens apud eos est, quòd hic processus in infinitum sequatur ab ente agēte antiquo: quoniam innouatum necesse est vt sequatur per se à causa innouata. Sed B modus, quo posuerūt Antiqui, quo ad esse ens æternum vnum numero, absque eo, quòd recipiat aliquā speciem mutationis, sed duo modi: quorum Vnus est, quoniam inuenerunt hoc esse circulare antiquum, inuenerunt enim generationem hominis, qui reperitur nunc, esse corruptionem præcedentis, & generationem huius corruptionem præcedentis, & sic corruptionem eius, quod corrumpitur ex eis, inuenerunt esse generationem subsequentis: & intulerunt de necessitate quòd hæc mu- C tatio antiqua sit à motore antiquo, & moto antiquo, non mutabili ex se, sed quod mutatur tantum in loco secundum partes, scilicet appropinquando quibusdam generatis, & distando. & hoc erit causa corruptionis corrupti ex eis, & generationis generati: & illud est corpus celeste. & hoc quidem corpus est ens, nō mutabile: & ipsum est causa innouationum ex parte operationum suarum, quæ fiunt, & ipsum, ex parte cō tinuationis harum operationum, ei s non habens principium, nec finē, est ex causa non habente principiū, D nec finem. Secundus autem modus, quo posuerunt ens antiquum, non corporeum omnino, nec habēs materiam, est, quia inuenerunt omnia genera motuū deuenire ad motum in loco, & inuenerunt motum in loco deuenire ad mobile ex se à motore primo, non moto omnino, nec per se, nec per accidens: sin autē, reperirentur motores, qui mouentur, simul infiniti: & hoc est falsum. Et oportet vt hic primus motor sit æternus: sin autem, non esset prim⁹. Et, cum sic fuerit, tunc omnis mot⁹ in esse deuenit ad hunc motorem ꝑ E se, non autem per accidens: & est id, quod reperitur cum omni moto in hora, qua mouetur. Esse autē mobile ante motorem, vt hominem generari ab homine, hoc est per accidens, non per se. Motor autē, qui requiritur in homine à principio generationis eius ad finem esse eius est hic motor. & sic esse huius motoris requiritur in esse omnium entium, & requiritur in conseruatione eorum, quæ sunt in cœlo, & terra, & reliquorum, quæ sunt in medio. Et hoc totum nō declaratur in hoc loco demonstratione, sed ser- F monibus, qui sunt de genere huius sermonis, & sunt magis sufficientes, quàm sermones aduersarii ei, qui confitetur veritatem. Et, cum declaratum fuerit tibi hoc, non indiges euasionibus, quibus tuetur se Alga. à quæstione Philosophorum circa modos dubitationum contra eos in hac disputatione: quoniam sunt euasiones diminutæ. nam, cum nō fuerit sibi declaratus modus, quo posuerunt ens æternum in esse, nō erit declaratus ei modus euasionis eorū

G ex eſſe innouati ab æterno. & hoc eſt, ſicut diximus, mediãte eo, quod eſt æternum ex ſe, ſed generabile, & corruptibile ꝓpter motus ſuos particulares, non propter motum vniuerſalem circularem, ſeu mediante eo, quod eſt paſſionis æternæ in genere, ſ. non habens nec principium, nec finem. Sermo autem Alga. reſpondet pro Philoſophis. Si autem dixerit, nos equidem non negamus emanationem innouati ab antiquo ideſt quodcunq; innouatum fuerit ſed negam⁹ emanationem innoua-
H ti ab antiquo, quod ſit caput innouatorum ab antiquo. poſtquam nõ diſtinguitur hora innouationis ab ea, quę fuerat antea circa inclinationem modi eſſendi, non ex eo, quòd imaginatur hora, nec inſtrumentũ, nec conditio, nec natura, nec accidẽs nec cauſa cauſarum, quæ cauſat aliquam rem. Cùm autem non fuerit hoc ĩnouatum primũ, ipſum poteſt eſſe vt emanet ab eo cum innouatione alterius rei de diſpoſitione ſubiecti recipientis, ſeu aduentu horæ conuenientis, aut eò ꝙ currit ita
I hoc curſu naturali. Et, quia reſpõdit eis Alga. hac reſponſione, dixit, reſpondens eis, interrogatio autem de aduentu diſpoſitionis, aut aduentu horæ, & omni, quod innnouatur in eo, eſt conueniens, & aut procedet in infinitũ, aut perueniet ad antiquum, ex quo erit innouatum primum. Attamẽ nos dicimus quòd hęc interrogatio eſt, quam interrogauit primo: & hæc ſpecies cõſequẽtiæ eſt illa, quam intulit contra eos, ad tenendum ꝙ emanet innouatũ ab æterno. &, quia reſpondit ei reſponſionibus non congruis interrogationi, & eſt permittere innouatũ ab æterno, non autem innouatum K primum, ideo reiterauit quæſtionẽ eis. Sed reſponſio huius quæſtionis eſt id, quod præceſſit de modo emanationis innouati ab antiquo primo, non in eo ꝙ eſt innouatum, ſed in eo ꝙ eſt æternum, ex eo ꝙ eſt æternum ſecundum totum, innouatum vero ſecundum partes. nam oẽ agens æternum apud eos, ſi emanauerit ab eo innouatum per ſe, nõ eſt antiquum primum apud eos. & actio eius apud eos ſubſtentatur antiquo primo. ſ. aduentus conditionis L actionis antiquĩ, quod non eſt primum, ſuſtentatur antiquo primo, eo modo, quo ſuſtentatur innouatum ab antiquo primo: & eſt ſuſtẽtatio, quæ eſt ſecundum totum, nõ ſecundum partes. Deinde adduxit reſponſionem pro Philoſophis in eo, quòd ipſe imaginatus fuit partim imaginationem opinionis eorum: & eſt ꝙ non poteſt imaginari innouatum ab antiquo, niſi mediãte motu circulari, q aſſimilatur antiquo, ex eo ꝙ non habet principiũ, M nec finem: & aſſimilatur innouato quia omnis pars ei⁹ imaginatur generata, & corrupta: & hic motus ex innouatione partium eius erit principium innouationum, & erit in æternitate vniuerſitatis ei⁹ actio æterna. D. d. circa dubitationem huic modo, quo emanat innouatũ ab antiquo primo ſm opinionẽ Philoſophorum, & dixit eis, motus circularis aut eſt innouatus, aut antiquus. Si aũt eſt antiqu⁹, qũo poſſit eẽ principium primũ innouatorũ? Si vero innouatus, tũc indiget innouãte, & ꝓcedet res in infinitũ. Si vero dixerint ꝙ ipſe aſſimilatᷣ antiquo aliquo modo, & aſſimilatᷣ innouato aliquo modo

A modo: nã assimilať antiquo, ex eo ꝙ est permanẽs, & assimilať innouato, ex eo ꝙ innouať. Dicimus vtrũ sit principium innouatorum, ex eo ꝙ est permanens, aut ex eo ꝙ est innouatus. Si aũt ex eo ꝙ est permanens, igiť emanat aliquod innouatum ex aliquo, ex eo ꝙ est ꝑmanẽs. Si vero emanat ab eo, ex eo ꝙ est innouatus, ergo indiget eo, qđ faciet innouationem, & ꝓcedet hoc in infinitum. & hæc est dispõ sermonis eius. Et est sermo sophisticus. qm̃ nõ emanat ab eo innouatum, ex eo ꝙ est ꝑmanens, sed emanat ab eo, ex
Ait Alga. Et secunda est, qm̄ nigredo, & albedo, determinat intellectus in eis ante esse earum ꝙ sint possibiles. Si aūt hæc possibilitas referatur ad corpus, in quo fiunt, ita ꝙ dicatur dispositio eius, ꝙ hoc corpus poſſe est vt denigretur, & dealbetur. &, cū albedo in se non sit possibilis, & non habeat denominationem possibilitatis: sed poſſe est corpus, & possibilitas referṫ ad id: tunc dicimꝰ. quid est iudiciū nigredinis, & albedinis, in se, vtrum sit poſſe, aut necessarium, aut impoſſe? & nō pōt euadi quin dicatᷣ ꝙ sit poſſe. & significat ꝙ E intellꝰs, & determinatio circa poſſitatem nō indigent pōne substantiæ entis, ad quod referatur possibilitas.

AVERROES.

Ait Auer. Hæc est fallacia. nam poſſe dr̄ de recipiēte, & r̄cepto: id aūt, quod dicitur de subiecto recipiente, opponitur ei impossibile: id vero, quod dr̄ de recepto, opponitur ei necessarium. Quod autem denominatur à possibilitate, cui opponiṫ impoſſe, nō est id, quod exit in actū à possibilitate, ex eo ꝙ exit in actū. qm̄, cū exierit, aufertur ex eo possibilitas. denominatur tn̄ à possibilita F te, ex eo ꝙ est in potētia. & subiectū huius possibilitatis est subiectū, qdᷣ permutatur ab esse in potentia ad esse in actum. & hoc est manifestū ex definitione possibilis. nam est id, qđ non est, & est in poſſe vt sit & nō sit. Et hoc nō ens possibile, nō est poſſe ex eo ꝙ non est, nec ex eo ꝙ est in actu, sed est possibile ex eo ꝙ est in potentia. Et ideo dixit secta Namatezela ꝙ id, quod non est, sit substātia quædam, nam id, quod non est, est cōtrariū ipsi esse: & vnūquodq;

G differt ab alio. &, cùm aufertur priuatio alicuius rei, est loco eius esse eius. &, cum aufertur esse eius, est loco eius priuatio eius. &, quoniam substantia priuationis, impossibile est vt conuertatur in esse, nec substantia esse conuertatur in priuationem, necesse est vt recipiens ea sit quid tertium præter ea, & est id, quod denominatur à possibilitate, & generatione, & permutatione à denominatione priuationis ad denominationem ipsius esse. priuatio.n. nõ denominatur à generatione, & mutatione, nec res, quæ fit in actu, denominatur hoc: & generatum, H cùm erit in actu, aufertur ab eo denominatio generationis, & mutationis, & possibilitatis: ergo non potest euadi de necessitate ab aliquo denominato à generatione, & mutatione, & conuersione ex priuatione ad esse, sicut est in permutatione cõtrariorũ vnius ad aliud, s. quod necesse sit esse eis subiectum, in quo adueniunt vnum quidem post ablationem alterius, nisi quod in mutatione, quæ est in alijs accidentibus, est in actu, in substãtia vero in potẽtia. Nec possumus etiam ponere hoc denominatum à possibilitate, & mutatione rem, quæ est in I actu, s. ex qua fit generatio, ex eo quod est in actu. quoniam hoc etiam deperditur: id aũt, ex quo fit generatio, oportet vt sit pars generati. Igitur hic est subiectũ necessario recipiens possibilitatem, quod est sedes mutationis, & generationis: & est id, quod dicitur generari, & mutari, & permutari ex priuatione ad esse. Nec possumus ponere hoc de natura rei exeuntis in actum, s. de natura entis in actu. nam, si hoc esset, nõ generaretur ens. generatio. n. est ex nõ ente, nõ ex ente. nam natura est quod, ad quod conuenerunt Philosophi, & secta Mahatazela quod reperiatur: nisi K quod Philosophi tenẽt quod non erit denudatum formis repertis in actu, scilicet non erit denudatum ipso esse, e permutatur tñ ex esse ad esse, sicut permutatur sperma exempli gratia ad sanguinem, & permutatio sanguinis ad membra sensitiua. nam, si esset denudatum ipso esse, esset ens in se. si autem esset ens in se, nõ esset ex eo generatio. & hoc quidem apud eos est id, quod appellãt materiam: & est causa generationis, & corruptionis: & omne ens denudatum ab hac natura est apud eos non generabile, nec corruptibile. L

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertia vero, quod animæ humanæ apud eos sunt substãtiæ existentes per se, & non sunt corpus, neq; materia, nec copulatæ adæquatæ materię, & sunt innouatæ, prout id tenet Auicenna, & verificantes ex eis, & habent possibilitatem ante innouationem suam, & non habent substantiam, nec materiã vt sit possibilitas earum denominatio relatiua, & non reducitur ad posse potentis, nec ad agens, & sciendo ad quid reducitur, cõuertitur hoc cõtra eos. M

AVERROES.

Ait Auer. Nunquam vidi sapientis esse dictum, quod anima fuerit innouata innouatione vera, & postea quod sit remanens, nisi id, quod recitauit Auicenna. omnes tamen confitentur quod innouatio eius sit relatiua, & est peruentio eius ad possibilitates corporales, recipientes quidem hanc continuationem, sicut possibilitates. quæ sunt in speculis ad copulationem radij Solis cum eis. & hæc possibilitas apud eos non est de natura possibilitatis formarum generatarum

A ratarum,& corruptarum,sed est possibilitas modo, quo opinātur demōstrationē adducere nos ad eam.& subiectum huius possibilitatis est natura diuersa à natura materiæ & non percipiet opiniones eorum ī his rebus nisi qui operā dederit libris eorum cum conditionibus,quas dixerunt. & attributa,quæ dixerunt,cum perfectione scientiæ innatę,& magistro sapiente. Dubitare aūt Alga. his rebus hac dubitatione non cōuenit tali, qualis ipse est. Nam nō euadet ab vno duorū aut enim ipse sciuit hęc omnia secundum veritatem, & ad-
B duxit ea hic pręter veritatem:& hęc est operatio prauorum: aut non intellexit ea secundum veritatem, & dubitauit in sermone, mediante re, quæ non comprehendit scientiam: & hæc est operatio ignorātium.Iste autem vir,absit apud nos ab his duabus denominationibus, licet nō possint boni euadere,quin vilipendant eum. Attamen vilipensio Alga. est cōpilatio huius libri.& forte coactus fuit propter tempus,& locum eius.

ALGAZEL.

C Ait Alga. respondens pro Philosophis.Si autem dicatur reuersio possibilitatis ad iudicium intellectus est quid falsum.qm̄ nihil est iudicium intellectus, nisi sciētia de possibilitate: possibilitas autem est scitum, quòd est diuersum à scientia. sed scientia est,quæ id comprehēdit, & id sequitur, & alligatur ei, prout est.scientia autem,si imaginatū fuerit quod sit priuatio eius, non deperditur scitum, quod est possibile,sed remanet possibile possibile, licet non sciatur. scitum vero, cùm imaginatum fuerit auferri,auferetur sciētia.

D scientia autem, & scitum sunt duo, quorum unum est sequēs, aliud vero attrahēs,&c. vsq; ad, & erit possibilitas denominatio eis hac via.

AVERROES.

Ait Auer. Quod posuit in hoc capitulo est sermo verus,& declarabitur tibi hoc ex eo,quod diximus de ītelligētia naturę possibilis.

ALGAZEL.

Ait Alga.contradicens sapientibus. Et responsio est quod reuersio possibilitatis, & necessitatis, & impossibilitatis ad iudicia intellectualia est vera. & id, quod dixe-
E runt, quòd dispositio iudiciorum intellectus est scientia eius, & scientia determinat scitum, dicitur eis, quemadmodum coloratio, & animalitas, & alia iudicia vniuersalia sunt permanētia in intellectu apud eos, & sunt scientiæ, quibus dicitur non esse scita, & scita quidem eorū non habent esse demonstratū, adeo quod declarauerunt Philosophi quòd vniuersalia repetiuntur in scientiis, non autem demonstrata: esse vero demōstratum est in particularibus indiuidualibus, quæ sunt sensibilia,
F non autem intellectualia,sunt tamē causa consyderationis intellectus, & faciendi iudicium abstractum à materia intellectuali:ergo coloratio est iudicium abstractum in intellectu præter nigredinem, & albedinem. & non potest imaginari, cùm fuerit color, qui non sit niger, nec albus, nec alius color. & confirmata est intellectui forma colorationis absque differentia, & dicitur quòd sit forma, cuius esse est in scientiis, non autem demonstrata

G si aūt hoc non fuerit impossibile, sic non erit impos̄e id, quod diximus.

AVERROES.

Ait Auer. Hic est sermo sophisticus. nam possibilitas ē quid vniuersale habens particularia reperta extra animam, vt sunt alia vniuersalia. scientia autem non est sciētia rei vniuersalis, sed est sciētia particularium modo vniuersali, quem facit intellectus in particularibus, cū abstrahit ab eis naturam unam cōmunem, quæ diuisa est in materiis, & vniuersale non est natura eius natura rerū, quibus est vniuersale. Attamen ipse in hoc sermone fallitur, accipiens quidem naturam possibilitatis pro natura vniuersali, absque eo, ꝙ sint ibi particularia, in quibus sustentatur hoc vniuersale, s. possibilitas vniuersalis. vniuersale autē nō est scitum, sed cum eo sciuntur res, & est quid repertum in natura rerū scitaꝝ in potentia. &, nisi esset hoc esset comprehensio eius particulariū, in eo ꝙ sunt vniuersalia, comprehēsio falsa. hoc aūt sic esset, si nā sciti esset particularis per se, nō aūt per accidens. sed est contrarium, s. ꝙ scitum est particulare per accidens, vniuersale vero per se. & ideo cùm non cōprehendit id intellectus, ex eo ꝙ est vniuersale, fallitur in eo, & iudicat de eo iudicio falso. cùm autem abstraxerit naturas, quæ sunt in particularibus à materijs, & posuerit eas vniuersales, bene pōt de eis iudicare iudicio vero, & ꝙ nō misceantur ei naturæ. & possibilitas est vna harū naturarum. Vlterius sermo Philosophorum ꝙ vniuersalia reperiuntur in intellectu, non autem demonstrata, intentio eorum in eo est, ꝙ reperiuntur in actu in intellectu, non autem demonstrata, & non ponunt ꝙ non reperiuntur omnino demōstrata, sed volunt ꝙ sunt in potentia, & non in actu. nā, si non essent, oīno essent falsa. &, cùm fuerint extra intellectum, sunt in potentia, & possibile est extra aīam in potentia. ergo hoc mō assimilatur natura eorū naturæ possibilis. Et ex eo conatus est facere sophisticationem, qm̄ assimilauit pos̄itatem vl̄ibus, quia sunt conueniētia, & eadē, circa esse, qđ ēst in potētia. Vlterius posuit ꝙ Philosophi dn̄t ꝙ vl̄ia non hn̄t esse extra animā omnino, & intulit ex hoc, ꝙ possibibile nō hēt esse extra aīam oīno. O quanta est vilis hęc fallacia, & corrupta sententia huius hominis.

Scīa non ē rei vl̄is, sed particulariū in vl̄i. vide 1. de Aīa cō. 8. & alia ibi annotata. Vide Ale. Aph. lib. 1. Quæstio. natural. qō. 3.

ALGAZEL.

Ait Alga. Cū aūt dicunt si imaginaret̄ priuatio intellectuū, aut occultatio eorū, nō auferet̄ possibilitas, dicimus, si imaginaret priuatio eorū, vtrum iudicia vl̄ia, & sūt genera, & species, essent priuata. Cū autē dixerint sic, quia nihil hn̄t, nisi iudicia in intellectu, sic etiam est dictum nostrū de possibilitate. & nulla ē differētia inter ambas naturas. Si autem existimauerint ꝙ remanserint in scientia Dei glo. sic ēt est sermo de possibilitate, & necessitate. & intentum est ostendere cōtradictionem verborum eorum.

AVERROES.

Ait Auer. Apparet ex hoc sermone contradictio sui ipsius, & ignorantia eius. nam magis sufficiens, quod sit in eo, fundatur super duas propositiones, quarum vna est ꝙ ipse declarauit quòd possibilitatis aliqua est particularis extra animam, & aliqua vniuersalis, & est intel-

A intellectum illorum particularium.
& est sermo non verus. Si autem di
xerint ꝙ natura particularium ex-
tra animam ex possibilibus est natu
ra vniuersalis, quod est ĩ intellectu,
tunc non habet nec naturam parti-
cularis, nec vniuersalis, aut erit natu
ra particularis natura vniuersalis. &
hæc omnia sunt dementiæ, & chi-
meræ. & quomodocunque sit, vni-
uersale habet aliqđ esse extra aĩam.

ALGAZEL.

Ait Alga. Excusatio autem de
impossibilitate, ꝙ referatᷣ ad
materiam, quæ attribuitur rei, cum
B prohibetur ei contrarium eius, non
omnis profecto impossibilitas est
sic. nam esse socium Deo glo. est fal-
sum, & non est materia, ad quam re
feratur impossibilitas. Si autem exi
stimauerint ꝙ falsitas socii est sepa-
ratio Dei glo. in se, & esse eius est ne
cessarium, & separatio refertur ad
id, dicimus eis ꝙ non est necessariũ.
mundus enim est cum eo, igitur nõ
est separatus. Si vero existimauerĩt
ꝙ separatio eius à simili est necessa
ria, & contradicẽs necessario est im-
possibile, & est relatio eius ad id, di
cimus ꝙ dispositio separationis Dei
C glo. à mundo, non est sicut separa-
tio eius à simili. nam separatio eius
à simili est necessaria, & separatio e-
ius à creaturis non est necessaria.

AVERROES.

Ait Auer. Hic totus est sermo
vanus, & cadens. quoniam nõ
est dubium apud eum ꝙ iudicia in-
tellectus sunt iudicia ei secundũ na
turas rerum extra animam. &, si nõ
esset extra animã, nec possibile, nec
impossibile, tunc essent iudicia in-
tellectus in hoc, ac si non esset iudi-
cium, & non esset differentia inter
intellectum, & imaginationem. Es- D
se autem simile Deo glo. est impos-
sibile in esse, sicut ipse est necessari⁹
in esse. & non est opus multiplicare
sermonem in hac quæstione.

ALGAZEL.

Ait Alga. Adhuc excusatio est
inconueniens in animabus in
nouatis, habentibus substantias se-
paratas, & possibilibus antea ad in-
nouationem: & non est ibi aliquid,
cui attribuitur. Cum autem dixe-
rint ꝙ materia possibile est vt eli-
gant eam animæ istæ, sunt relatio-
nes longæ. Si autem hoc vobis suffi-
cit, non est absurdum, quin dicatur E
ꝙ dispositio possibilitatis innouati
est ꝙ potens id possibile est ei vt id
innouet, & erit relatio eius ad agẽs,
licet non fuerit innatum ei, sicut est
relatio animæ ad corpus patiẽs, quã
uis non sit ei innatum. & nulla est
differentia inter proportionem ad
agens, & proportionem ad patiens,
cum nõ fuerit quid innatum in am
bobus subiectis.

AVERROES.

Ait Auer. Intendit inferre eis, si
posuerint possibilitatem in in
nouatione animæ, non innatam in
materia, ꝙ si possibilitas in patiente F
vt possibilitas in agente in emana-
tione actionis ab eo, & erunt æ-
quales ambę possibilitates. & hoc ẽ
incoueniens. quoniam secundum
hanc positionem adueniet anima,
q̃ si vellet corpus ab extra, sicut vult
faciens factum, & non erit vt dispo-
sitio in corpore, quẽadmodum non
erit faciens dispositio in facto. At-
tamen responsio ei est ꝙ non prohi
betur quin reperiantur aliquæ ex ꝑ-
fectionibus, quæ currunt cursu di-
spositionum, cum separatur subie-
ctum

G ctum eius, vt nauta in naui, & facies cum instrumento, quo operatur. Si autem est corpus tanquam instrumentum animæ, ipsa quidem est dispositio separata. Sed non est possibilitas, quæ est instrumento, vt possibilitas, quæ est agenti: sed reperit instrumentum in ambabus rebus simul, idest possibilitate patientis, & possibilitate agentis. & ideo sunt instrumenta mouentia, & mota. & in eo quod sunt mouētia, reperitur eis possibilitas, quæ est in agēte: & in eo quod sunt mota, reperitur eis possibilitas, quæ est in patiente. & non sequitur
H eis ex positione animæ separatæ vt ponatur possibilitas, quæ est in recipiēte, eadem cum possibilitate, quæ est in agente. Vlterius possibilitas, quæ est in agēte, apud Philosophos non est iudicium intellectuale tantum, sed iudicium de re extra animam. & non est vtilitas contradicēti, assimilanti quidem vnam duarū possibilitatum alteri. Et, quoniam consyderauit Alga. quod isti sermones omnes faciunt dubitationes, & confusionem ei, qui non potest eas soluere, & est opus prauorum Sophistarum, ideo dixit.

I ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dixerit adhęsistis in omnibus quæstionibus oppositioni dubitationibus cum dubitationibus, & non euadet id, quod posuistis, à dubitationibus, dicimus dubitatio declarat corruptionē sermonis proculdubio, & soluuntur modi dubitationum, consyderando dubitationem, & quæsitum. Nos autem non intendimus in hoc libro nisi adaptare opinionem eorū & mutare modos rationum eorum cum eo, cum quo declarabitur destructio earum. & non incumbemus K ad sustentandum opinionē aliquā. vnde non egrediemur ab intentione libri, nec complebimus sermonē in assumendo rationem demonstrātem innouationem mundi: quoniā intentio nostra est destruere rationes eorum, notificando id, quod sequitur. affirmare vero opinionem veram, derelinquimus in alio libro quem edere decreuimus in hoc, domino concedente, quem Fundamēta legum appellabimus: in quo quidem affirmationem facere intendimus, sicut in hoc libro destructione facere volumus. L

AVERROES.

Ait Auer. Oppositio autem dubitationibus cum dubitationibus non facit destructionem: facit tamen confusionem, & dubium ei, qui fecit dubitationes dubitationibus, & non verificatur apud eum vna duarum dubitationum, & destructio dubitationum, quæ opponuntur ei. Et plurimi sermonum, cum quibus opposuit hic vir, sunt dubitationes euenientes, cum adducuntur sermones eorum, aliquis apud aliquem, & assimilantur diuersi adinuicem. Attamen hæc quæ- M stio non est perfecta quæstio enim perfecta est, quæ facit destructionē opinionis eorum secundum rem ipsam, non secundum sermonem dicentis. vt est positio eius, quod sit possibile aduersario quod possibilitas sit iudicium intellectuale, vt ponunt hoc in vniuersali. Nam, si conceditur verificatio similitudinis inter ea, non sequitur ex hoc destructio essendi possibilitatem iudicium adhærens ipsi esse. sequeretur enim ex eo vnū duorum, aut destructio essendi vniuersale

A uersale in intellectu tantum, aut eẽ possibilitatem in intellectu tãtum. Et debuit incipere adaptare veritatem, antequam inciperet de eo, qđ facit confusionem consyderantibus & dubitationem, vt non moriatur consyderans, antequã incumbat libro illi, aut moriatur ipse, antequã componat eum. qui quidem liber adhuc non peruenit ad nos: & forte non edidit eum. Cum autem dixit ꝙ ipse non intendit in hoc libro aliquam opinionem sustentare, dixit hoc, vt non existimetur de eo ꝙ ipse intendat sustentare opinionem

B sectæ Assariæ. & apparet ex libris dedicatis ei quòd reuersus est in scientiis diuinis ad opiniones Philosophorum. & ex magis apparentibus de eis in hoc, & verior in confirmatione eius est liber eius, appellatus Fenestra luminarium.

DISPVTATIO II.

De destructione sermonis eorum de æternitate mundi, & tẽporis, & motus.

ALGAZEL.

C DIT Alga. Scias ꝙ hęc disputatio est ramus primæ. quoniã mundus apud eos, sicut ẽ antiquus, non habẽs principium in esse suo, sic est æternus, non habens finem in fine suo: & non potest imaginari finitas, nec corruptio eius, sed nunquam defecit, nec deficiet sic esse. Rationes autem eorum quatuor, narratæ circa antiquitatem eius, extenduntur circa æternitatem eius. & dubitatio cõtra eas est, sicut dubitatio hic absq; differentia. Nam ipsi dicunt ꝙ mũ- D dus est causatus, & causa eius est antiqua, & æterna: & sic est simul causatum cum causa. & dicunt ꝙ, cum non mutatur causa, non mutat̃ causatum, & causa eius remanebit. & super hoc ædificauerunt prohibitionem innouationis & ipsamet currit circa ablationem cessationis cursu primæ. & hęc est via eorum prima.

Secunda autem est, quoniam mũdus, cum corrũpitur, erit corruptio eius post eẽ ei⁹, & erit in eo post, ergo fuit in eo tempus. Tertia vero via est, ꝙ possibilitas essendi nõ cessat. & sic esse possibile potest esse in E cõueniẽtia possibilitatis, nisi ꝙ hęc ratio non est fortis. nam nos negamus ꝙ sit antiquus ex parte ante, & non negamus ꝙ sit æternus à parte post, si fecerit Deus glo. eum remanere in æternum: cum non sit de necessitate innouati vt habeat finem, & de necessitate actionis est vt sit innouata, & vt habeat principium. Et non est necesse apud aliquem, vt sit mundo proculdubio finis, nisi apud Ela abo alhauil alhalaph. qui quidem dixit sicut est impossibile in tempore præterito esse reuolutiones infinitas, sic etiam est in futurũ. F & est falsum. quoniam omne futurum non ingreditur in esse omnino non comprehenso, nec æquali. præteritum vero iã ingressum est totum in esse comprehenso, licet nõ fuerit æquale. &, cum declaratũ fuerit nos non denegare remanentiam mundi ex parte intellectus in æternum, sed potest stare remanentia, & finitas eius: ergo cognoscit̃ quæ pars possibilis conuenit in lege. & consyderatio in eo non dependet in re intelligibili.

AVER-

G AVERROES.

AIt Auer. Quod autem dixit, ꝙ id, quod ſequitur ex ratione prima eorum de antiquitate mundi in præteritum, ſequitur idem ex ea in futurum eſſe verum: & ſic etiam eſt in ratione ſecunda eorum. Cum autem dicunt quòd nõ ſequitur in tertia ratione in futurum id, quod ſequitur in præteritum ſecundum opinionem eorum, quia nos negamus vt ſit mundus æternus in præteritum, & non eſt falſum vt ſit æternus in futurum, niſi apud Auoalhozil alhalaph, qui quidem tenet eſſe H mundum ęternum ex duabus extremitatibus falſum, nõ eſt, ſicut dixit. quoniam, cum concedunt eis quòd mundus non defecit poſſibilitas ei⁹ & quòd poſſibilitas euenit ei, tãquã quid eum ſequens, quo menſuratur hæc poſſibilitas, ſicut euenit enti poſſibili, cum exierit in actum hæc diſpoſitio, & apparet de hoc ſpatio ꝙ non habuerit principium, verificabitur eis tempus non habere principium. hoc enim ſpacium nihil aliud eſt niſi tẽpus. & appellatio eius. qui appellauerit id dahar, ideſt ęternũ, nihil eſt. Et, cum fuerit tempus I copulatum poſſibilitati, & poſſibilitas copulata eſſe moti non habet principium. Cum autem dixerint ꝙ omne, quod reperitur in præteritũ, habet primum, eſt propoſitio falſa: quoniam primum reperitur in præteritum æternum, ſicut reperitur in futurum. Diſtinctio autem eorũ in hoc inter primum, & operationẽ eius, eſt ratio indigens demonſtratione. quoniam eſſe eius, quod fuit in præteritum non æternum, eſt aliud ab eſſe eius, quod fuit in præteritum ęternum. nam id, quod fuit in præteritum non æternum eſt finitum K ex duabus extremitatibus. ſ. habet principium, & finẽ. quod vero eſt in præteritum ęternum non habet principium, nec finem, neque ceſſationem. & ideo, quia non ponunt Philoſophi ꝙ motus circularis habeat principium, non ſequitur eis vt habeat finem: quoniam ipſi non ponunt eſſe eius in præteritum eſſe generabile & corruptibile. & qui cõcedit hoc eis, contradicit verbis ſuis. & ideo fuit hæc propoſitio vera, ꝙ omne habens principium habet finem. Quòd autem ſit quid habens principium, & non finem nõ eſt verum, L niſi ꝙ poſſibile fiat æternum. nam omne habens principium eſt poſſibile. Quòd autem ſit aliquid poſſibile, vt recipiat corruptionem, & recipiat ęternitatem, eſt quid non ſcitum, & debet ſpeculari de eo. Et iam ſpeculati ſunt de eo Antiqui, & Hauoalhauil conuenit cum philoſophis in eo, ꝙ omne innouatũ corrumpitur, & eſt conſequens fortiſſimum ad eradicandum ſermonem de innouatione mundi. Qui autẽ diſtinguit inter præteritum, & futurum, ꝙ id, quod fuit in præteritum, iam exiit totum in eſſe: id vero, qđ M erit in futurum, non exit totum in eſſe: exit enim de eo aliquid, & aliquid non: eſt ſermo fallax. Nam id, quod fuit in præteritum: in rei veritate iam exiit in tempore: & quod exiit in tempore, id excedit tempus ex duobus lateribus, & habet totũ, & eſt finitum neceſſario. Quod vero non exiit in præteritum, vt eſt ꝓceſſus eius, quod innouatur, nõ exit in præterito, niſi æquiuoce. ſed ipſum cum præterito durat in infinitum, & non habet totum. totum vero

ro

A to ex partibus eius. tempus enim nō reperitur ei principium primum, in nouatum in præteritum. nam omne principium innouatum est in tēpore præsenti: & omne tempus præsens habet ante id præteritum: ergo id, quod reperitur æquale tempori, & tempus est æquale ei, necesse est vt sit infinitum, & φ non exeat ex eo in esse præterito, nisi partes eius, quas comprehendit tempus ex duobus lateribus: sicut non exit in esse moti ex tempore in rei veritate, nisi instans, nec ex motu, nisi id, quod mouetur in magnitudine, in qua B mouetur in instanti, de quo quæritur. Nam quemadmodum ens, quod non defecit in pręteritum, non dicimus φ id, quod transiit ex esse eius, exiit nunc in esse: nam, si hoc esset, erit esse eius principium, & tempus id comprehendit ex suis lateribus: sic dicimus de eo, quod est cum tēpore, non autem in eo, & in reuolutionibus præteritis, φ exit ex eis in esse imaginabili id, quod ex eis comprehenderit tempus. Quę vero sunt cum tempore, adhuc non exeunt in esse: sicut non exiit in esse præteritū C id, quod non defecit esse, postquam non comprehendit id tempus. Cū autem imaginatus fueris ens æternum, operationes quidem eius non retardantur ab eo: sicut est mos omnis entis, cuius esse est perfectum, vt sit tale. nam, si ipsum fuerit æternū, & non exiuerit in tempore præterito, sequitur necessario vt non exeāt operationes eius in tempore præterito. nam, si exiuissent, essent finitæ: & hoc ens æternum non deficeret esse absque operatione. & id, quod nō deficit nō operari, est necessario impossibile. Et est conueniens enti, cuius esse non exit in tempore, & id D non comprehendit tempus, vt sint operationes eius tales, nam nulla est differentia inter esse entis, & operationes eius. Si autem fuerint motus orbium cœlestium, & eius, quod sequitur ex eis, operationes entis æterni, cuius esse non exit in esse præterito, necesse est vt operationes eius non exeant in tempore pręterito. Et nō omne, quod dicitur de eo nō exire, possibile est vt dicatur de eo iam exiuisse in tempore præterito, nec φ iam finitum est. omne enim habens finem habet principium. Vlterius, cum dicimus de eo non de E fecisse, est negatio processus in tempore præterito, & habere principiū.

Et qui ponit exitum fuisse in tempore præterito, ponit ei principiū. & ipse quidem petit principium in quæsito. Et, cum non sit verum, id, quod non defecit cum esse æterno, iam exiuisse in esse, nisi exiuerit ens æternum in esse, cum exit in tempore præterito. Igitur, cum dicimus omne præteritum iam exiuit in eē, intelliguntur de eo duo. quorum vnum est, φ omne, quod exiuit tempore præterito, iam exiuisse in esse: & hoc est verum. pręteritum vero F copulatum ipsi esse, quod non defecit. s. quod non euadet ab eo, nō cōuenit vt dicamus exiuisse in esse. nā, cum dicimus de illo exiuisse, est contrarium eius, quod dicimus, φ sit copulatum enti æterno. & nulla est differentia in hoc inter operationem, & esse, s. φ qui concedit possibilitatem esse entis, quod non defecit in præteritum, debet etiam concedere φ hic sint operationes, quę non defecerunt antea in præteritum. & nō est necesse vt sint operationes eius

omnino

G omnino positæ in esse, sicut non sequitur in duratione substātiæ eius in preteritum, vt exiuerit in esse. & hoc totum est manifestum, vt vides.. Hoc autem esse primum possibile est vt faciat operationes, quę nō defecerunt, nec deficiēt. &, si hoc fuerit impossibile in operatione, erit quoque impossibile in esse. nam oē ens operatio eius est copulata ei in esse. Isti autem homines ponunt impossibilitatem operationis æternæ ei, & esse eius æternum. & hæc est vltimitas erroris. sed dare nomē innouationis mundo, vt dat lex, ē magis
H gis proprium, quàm quod dat secta Assaria. nam operatio, in eo ꝙ est operatio, est innouata. Imaginatur tamen antiquitas in eo, quoniam hæc innouatio, & operatio innouata non habet principium, nec finē. Dixi, & ideo difficile est Mauris appellare mundum æternum, & Deū æternum. & ipsi non intelligunt de æterno, nisi non habens causam. & iam vidi aliquos sapientum Maurorum adhærere huic opinioni.

ALGAZEL.

Ait Alg. Via autem Quarta eorum sequitur. quoniam ipsi di
I cunt, cum corrumpitur mundus, remanet possibilitas esse eius, nā possibile non sit inconueniens, & est attributum relatiuum, & indiget omne innouatum secundum opinionē eorum materia præcedenti, & omne corruptum corrumpitur ad materiam precedentem. materiæ autem, & radices non corrumpuntur: corrumpuntur tamen formæ, & accidentia. quæ sunt eis.

AVERROES.

Ait Auer. Cum autem ponitur aduentus formarum circulariter in eodem subiecto, & ponatur ꝙ K agens in hac circulatione est agens, non deficiens, non sequitur ex hac positione falsum. Si vero ponitur aduentus vnius post ablationem alterius in materiis infinitis specie est falsum. & sic, si ponitur hoc absque agente æterno, seu ab agente nō æterno. quoniam, si fuerint ibi materiæ infinitæ, reperiretur infinitum in actu. & hoc ē falsum. & magis absurdum est vt sit aduētus vnius post ablationem alterius ex agentibus in nouatis. quare non est verum hoc modo ꝙ homo generetur omnino L
ab homine, nisi ponatur hoc circulariter in eadem materia, ita ꝙ erat corruptio aliquorum hominum ꝓcedentium materia subsequentium & esse aliquorum præcedentiū currit cursu agentis, & instrumenti cū subsequentibus. & hoc totum est ꝑ accidens. quoniam, cum sint hæc tā quam instrumenta agentis non deficientis, generatur homo mediante homine, & ex materia hominis. & hoc totum: cū non diuiditur hac diuisione, non euadet consyderans in his rebus à dubitatiōibus, ex quibus nō potest saluari. Et Deus glo. M
ponat te, & nos cum his, qui peruenerunt ad gradum sapientum, attingētium ad finem veritatis circa possibile ex operationibus eius, & necessarium, quod non finitur, & totum hoc, quod diximus hic, non declaratur ī hoc loco. Et debet speculari de eo cum prudentia, & assiduitate ſm cōdōnes, quas declarauerūt Antiq, & eas cōdōnes posuerūt in speculatione. & impoſſe ē cū hoc, qn audiat hō sermones contradicentium in oī re, de qua speculatur, si dilexerint esse ex hominibus veritatis.

ALGA-

A ALGAZEL.

AIt Alga. Et respōsio omnium est, quod diximus. separauim⁹ tamen hanc disputationem, quoniā habent in ea duas alias rationes. quarum Prima est, quam tenuit Galenus, dicens si Sol exempli gratia reciperet corruptionē, appareret de eo resolutio in tempore successiuo: & tamen aspectus significantes mensuram eius post tot milia annorū nō significant nisi hanc mensuram. &, quia non resoluitur in his temporibus, longis indicat ꝙ non corrumpetur. Dubitatio autem de ea ē multis modis. quorum Primus ē, & forma huius rationis talis ē. Si Sol corrumperetur, non est dubium ꝙ eueneritei resolutio: sed consequēs est falsum: ergo & antecedens etiam falsum. & est syllogismus, qui appellat̃ apud eos conditionalis copulatus. Quæ quidem conclusio non sequit̃ quoniam antecedens non est verū, nisi copuletur ei alia conditio. nam, cum dicit si corrumperetur, impossibile est quin resoluatur, hoc consequens non sequitur ipsum antecedens, nisi cum additione conditionis. & est vt dicatur, si corrumperet̃ corruptione resolutiua, impossibile est ei quin resoluatur in longitudine temporis, aut declarabitur ꝙ nō sit corruptio, nisi per viam resolutionis, ad hoc vt sequatur consequēs ab antecedente, & tamen non conceditur ei, quòd non corrumpitur res nisi per resolutionem. Sed resolutio est vna specierum corruptionis.

Et non est inconueniens vt corrumpatur res in esse suo, & est in hora perfectionis suæ.

D AVERROES.

AIt Auer. Res autem, cum qua contradixit huic sermoni, est, quia consequentia inter antecedens & consequens non est vera. nam corruptum non oportet vt resoluatur, cum corruptio aliquando proueniat rei ante resolutionem. Attamen consequentia vera est, cū ponitur corruptio secundum cursum naturalem, & non ponitur coacte, & concedatur etiam ꝙ corpus cœleste sit viuens. nam omne viuens, quod corrumpitur secundum cursum naturalem, resoluitur, antequam corrumpatur necessario. Sed istæ sunt E propositiones, quas non concedit aduersarius de cœlo, nisi cum demōstratione. Quare fuit sermo Galeni rhetoricus. Et quod cautius est in hoc sermone est ꝙ cœli, si corrumperentur, corrumperentur quidem aut ad elementa, ex quibus componuntur, aut ad aliam formam, eo ꝙ spoliarentur forma sua, & reciperēt aliam formā, vt accidit formæ simplicium, cum generatur aliquod eorum ab aliquo, s. elemēta quatuor. Si aūt corrumperētur ad elemēta, illa eēnt pars alterius mūdi. nā nō cōuenit vt sint ex elemētis cōtentis in F eis. qm̄ ista elemēta sunt pars nō habens mēsurā respectu eorū: immo proportio eorū ad illa est ꝓportio puncti in circulo. Si vero spoliarent̃ forma sua, & reciperent aliam, erit hic corpus sextum contrarium eis, quod nō est nec cœlum, nec terra, nec aqua, nec aer, nec ignis. & hoc totum est falsum. Cum aūt dixit ꝙ nō resoluitur, est famosum, & est diuersum à primis veris. & iam dictū est de quo genere sunt istæ propositiones in libro Posteriorum.

ALGA-

G ALGAZEL.

Ait Alga. Secundus vero, si concedimus ei hoc, & quod nõ sit corruptio, nisi per resolutionem, vnde scietur quod non eueniet ei resolutio? Aspicere autem obseruantias est falsum: quoniam non scitur mensura eius, nisi prope veritatem. & Sol, qui dicitur quod sit maior terra. 170. vicibus aut prope hoc, si diminuta fuerit ab eo mẽsura parua exempli gratia, non appareret sensu. & forte fuit hucusq; in resolutione. & iam diminuta est mẽsura palmi, aut amplius, sensus tamen non potuit id compre-
H hendere: quoniam mensura eius in scientia Perspectiua non scitur nisi prope veritatem. quoniam sicut gẽma, & aurum sunt composita ex elementis apud eos, & tamen recipiũt corruptionem, deinde si reponatur vna gemma per centum annos, non erit diminutio eius sensibilis. & forte proportio eius, quod diminuitur à Sole in mensura temporis obseruantiarum est sicut proportio eius, quod diminuitur à gemma in centum annis. & hoc quidem non appa ret sensui, & indicat quod natura eius
I est in vltimitate corruptionis. Et iam dimisimus recitare multas rationes huius generis, quas negant intelligentes, & posuimus hanc rationem, vt sit speculum, & exemplum eius, quod dimisimus, & contẽti fuimus quatuor rationibus, quæ indigerent labore in solutione dubitationum earũ, vt diximus superius.

AVERROES.

Ait Auer. Si Sol resolueretur, & esset id, quod resoluitur ex eo tempore obseruationis incõprehensibilis quantitatis propter magnitudinem corporis ei⁹, erit id, quod sit ex resolutione ĩ eis, quæ sunt hic, K
ex corporibus: quid habẽs mensurã comprehensibilem. quoniam resolutio omnis sensibilis resoluti erit per corruptionem partium eius, quę resoluuntur. & impossibile est in illis corporibus resolutis in resoluto quin remaneant in mundo omnes, aut resoluantur ad alias partes. & quodcunque horum fuerit, necesse est vt faciat in mundo mutationem manifestam, aut in numero partiũ eius, aut in qualitatibus earũ. Si autem mutarentur quantitates corporum, mutaretur actio, & passio eorum. Si autem mutaretur actio, & L
passio eorum, & præcipue stellarũ, mutaretur id, quod est hic ex mundo. igitur imaginatio resolutionis in corporibus cœlestibus est impossibilis in ordinatione diuina, quæ est hic apud philosophos, & hic sermo non peruenit ad gradum demõstrationis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio vero secunda apud eos circa falsitatem corruptionis mundi est, quia dicunt, mundus non corrumpitur substantia eius, quoniam non intelligitur causa in hoc: & id, quod non fuerat M
corruptibile, deinde corrumpitur, impossibile est vt sit sine cã. & hæc quidem causa aut erit ex voluntate agentis æterni, & est falsum. quoniã cum non voluerat corrumpere eũ, & deinde vult, profecto mutatus est. & inducet ad hoc vt sit antiquum, & voluntas eius in eadem dispositione in omnibus temporibus, & tamẽ volitum mutatur ex priuatione ad eẽ, adhuc ex esse ad priuationem. & id, quod diximus superius de falsitate essendi innouatum ex volũtate antiqua,

A tiqua, indicat falsitatem corruptionis. Et addit ei hic alia dubitatio fortior, & est quod volitũ est operatio volentis proculdubio. & omne, quod non fuerat agens; deinde fit agens, nisi mutetur, ipsummet impossibile est quin sit operatio eius ens, postquã non fuerat. s. n. remansisset vt fuerat antea, non esset ei actio: & nunc ẽt non est ei actio: ergo non operatur aliquid. corruptio autem nõ est aliquid, quanto magis quod sit operatio. &, cum corrumpitur mundus, & fit operatio, quæ non fuerat, quid est ista operatio? vtrum est esse mũdi? & est falsum, cum cessat esse, aut
B operatio eius priuationis mundi, & priuatio mundi non est quid ĩ esse, adeo quod dicatur id esse, quod fecit agens, & adinuenit inuentor. & propter hoc dubium existimauerunt quod diuiduntur Loquentes in fine huius in quatuor sectas. & quælibet secta tenuit falsum.

AVERROES.

Ait Auer. Quod autem recitauit Alga. de Philosophis quod cogent aduersarios ĩ hoc sermone circa possibilitatem corruptionis mũdi, vt æternum, quod est innouans,
C sequatur ab eo operatio innouata, & est priuatio, vt coegerunt eos in innouatione, iam locuti sumus superius de eo, cum tractauimus de innouatione mundi. nam dubitationes euenientes in hoc in innouatione, ipsæmet contingunt in corruptione. & non oportet reiterare id in hoc loco. Quod vero est propriũ huic loco de eo, quod omnis homo dicens innouationem mundi, necesse est ei vt sit operatio agentis, dependens in priuatione, adeo quòd agẽs fecit priuationem, est id, quod recusauerunt concedere omnes sectæ, & D indiguerunt sermonibus, quos recitabit postea. Attamen hoc sequitur necessario dicenti quod agens depẽdet operatio eius in inuentione absoluta. i. in inuentione rei, quæ non fuerat antea, nec in potentia, nec fuerat possibilis, & extraxit eam agens à potentia in actum, immo innouauit eam innouatione absoluta, quoniã operatio agentis apud philosophos non est aliud, nisi exitus eius, quod est in potentia, ab eo, quod ponit id in actum. & depẽdet apud eos in ente in duobus extremis: in inuentione quidem id pmutat ab esse in potentia ad esse in actu, & aufertur pri- E
uatio eius: in priuatione vero, in pmutando ens ab esse actu ad esse in potentia, & accidit vt fiat priuatio eius. Qui vero non ponit agens hoc modo, sequitur ei hæc dubitatio, s. quod dependeat operatio eius in priuatione in duobus extremis simul. s. in uentione, & priuatione. Sed, quoniam in priuatione est magis manifestum, non possunt loquentes euadere ab aduersariis: nam manifestũ est quod sequitur dicenti hoc vt agens operetur priuationem. quoniam, cum permutauerit rẽ ab esse ad pri- F
uationem absolutam, iam operatũ est priuationem absolutam prima intentione, in contrarium eius, cum permutauerit eam ab eẽ in actu ad esse in potẽtia. innouatio enim priuationis erit in hac permutatione quid sequens. & hoc idem sequitur eis in inuentione: nisi quod est magis occultum. nam, cum produxerit rẽ, auferet priuationem ei[9] necessario. Et, cum sic fuerit, non est inuentio aliquid oĩno, nisi conuersio priuationis rei ad eẽ. sed qm̃ fuit finis, hu-

G ius motus inuentio, possunt dicere ꝙ operatio eius dependeat in inuentione: & non possunt dicere hoc in priuatione, cum fuerit finis hui⁹ mot⁹ priuatio. Quare non possunt dicere ꝙ operatio eius non dependeat in destructione priuationis, sed dependet in inuentione, & sequitur cum hoc destructio priuationis. sed sequitur eis necessario vt depẽdeat operatio in priuatiõe. ens enim ſm eos non est ei nisi hora, qua est priuatum absolute, & hora, qua est in actu. cum autem fuerit in actu, non dependet in eo operatio agẽtis, nec H cum fuerit priuatum. remansit ergo vnum duorum, aut ꝙ non depẽdeat in eo operatio agentis, aut ꝙ dependeat in priuatione, & conuertetur in esse. Qui autem intelligit hoc de agente, ipse quidem permittit conuerti corpus priuationis in esse, aut cõuerti corpus esse in priuationem, & ꝙ dependeat operatio agentis in permutatione corporis cuiuscnnq; duorum oppositorum ad reliquum. & hoc totum est in vltimitate falsitatis in aliis oppositis, quanto magis in priuatione, & esse.

Isti autem homines comprehẽderunt de agente id, quod comprehendit habens visum debilem de vmbra rei loco rei, adeo ꝙ existimant ꝙ vmbra rei sit res ipsa. & hoc, sicut vides, est quid sequens ei, qui nõ intelligit de inuentione exitum rei ab esse in potentia ad esse in actu, & de priuatione contrarium eius: & est mutatio eius ab actu ad potentiã.

I

Et ex hoc apparet ꝙ possibilitas, & materia sunt requisita in omni innouato: & ꝙ, si reperiretur ens existens per se, impossibile est esse ei priuationem, nec innouationem. Quod autem recitauit Alga. de secta Assaria ꝙ ipsi permittunt fieri innouationem substantiæ existentis per se, & non permittunt priuationem eius, est opinio in vltimitate debilitatis. nam id, quod sequitur in priuatione, sequitur in inuentione, nisi ꝙ in priuatione est magis manifestũ. & ideo existimauit ꝙ ipsi diuersantur in hac re. deinde recitauit respõsiones sectarum in hac dubitatione q̃ eis accidit in priuatione, Et dixit. K

ALGAZEL.

Ait Alga. Mahatazeli autem dixerunt ꝙ operatio, quæ emanauit ab eo, est ens, & est cõsumptio quam quidem creauit non in subiecto, & corrumpet totum mundum in instanti, & deperdetur consumptio absoluta ex se, ita ꝙ non indigebit alia consumptione, vt procedat in infinitum. Et, cum recitauerat hanc responsionem eorum illi dubitationi, L

ALGAZEL.

Ait Alga. Et hoc quidem est falsum multis modis. Quorum vnus est, ꝙ consumptio non est ens operatum, & certum, ita ꝙ apprehẽdatur consumptio eius. Adhuc, si esset ens, non corrũperetur ex se absq; corrumpente. Vlterius non corrumpet mundum. qm̃, si creatum fuerit in substantia mundi, & pars eius, est inconueniens. nam sedens contãgit sedem. & congregantur etiã saltim in instanti. &, cum fuerit possibilis congregatio eorum, non erit contrarium, & non consumet ipsum. Si autem creauit eum non in mundo, nec in subiecto, quæro vnde cõuertetur esse eius in esse mundi? Præterea in hac opinione est aliud conueniens M

A niens,& eſt ꝙ Deus glo. non poteſt corrūpere aliquas partes huius mūdi,& non aliquas, & etiam non poteſt niſi facere innouationem vacui in priuatione mundi totius. quoniā cum non fuerit in ſubiecto,erit proportio eius ad totum eodē gradu.

A V E R R O E S.

Ait Auer. Hic ſermo eſt debilior omnibus,quibus laborauimus cōtradicere.qm̄ vacuum, & priuatio ſunt duo nomina ſynonima:&,cum non creat priuationem, non creat cōſumptionem. Si autē conſyderauerimus vacuum eē,erit
B finis gradus eius,vt ſit accidens,& eē accidens abſq; ſubiecto eſt inconueniens.& etiam qūo imaginatur vt priuatio operetur priuationem? & hoc totum aſſimilatur ſermoni Meuorſameorum.

A L G A Z E L.

Ait Alga. Secunda autem ſecta eſt,quia dixerunt operatio,q̄ emanauit ab eo,eſt priuatio,& priuatio eſt præfatio eſſe innouātis eū ex ſe,& fit mundus incorruptus, & ſic eſſe apud eos in inuentione innouabit ipſum ex ſe,& fit ens ī eo ens. & hoc etiam eſt falſum.quoniam in
C eo eſt eſſe antiquum ſubiectū innouationum, etiam eſt exitus ab intellecto.nam non intelligitur de inuētione niſi eſſe attributum voluntati & poſſe.ponere autem aliquid præter voluntatem, & poſſe,& eſſe potens ad id,& eſt mundus, non intelligitur.& ſic etiam priuatio.

A V E R R O E S.

Ait Auer. Carmei autem tenēt ꝙ hic ſunt tria,agens,& actio: & eſt id,quod appellant operationē & actum:& eſt id, in quo dependet operatio.& ſic vident ꝙ hic ſit priuatio,& actio, quam appellāt operationem priuationis, & rem priuatam.& vident ꝙ actio ſit res firma in ſubſtantia agentis. & hoc non facit apud eos innouationem in patiēte,ꝙ ſit innouatum: qm̄ hoc eſt ex capitulo proportionis,& relationis. innouatio autem ꝓportionis,& relationis nō facit innouationē ſubiecti eorum.innouationes vero faciētes mutationem ſubiecti ſunt mutationes,quæ mutant ſubſtātiā ſubiecti,vt mutatio rei ab albedine ad nigredinem. Attamen, cū dicunt ꝙ actio ſtat in ſubſtantia agentis, eſt error:eſt.n.relatio reperta inter agens,& actum:&, cum refertur ad agens,appellatur actio:cum vero referatur ad actum,appellatur paſſio. E

Sed Carmei in hac poſitione, non ſequitur eis vt antiquum nō operet̃ innouatum, & nō vt antiquum nō ſit antiquum,vt putauit ſecta Aſſaria.ſed quod ſequit̃ eis eſt vt ſit ibi cā magis antiqua,quā antiquū. qm̄ agens,cū nō operatur, & poſtea operatur,abſq; eo ꝙ deficiat ei hora, qua non operat̃ aliqua conditio cōditionum eſſe operati,manifeſtum eſt ꝙ innouatum ſit hora operationis aliquod attributum, quod non F fuerat agenti ante operationem: & omne innouatum habet agēs innouans,& ſequitur vt ante cām primā ſit cā,& procedet in infinitum. & iā locuti fuimus de hoc.

A L G A Z E L.

Ait Alga. Tertia autem ſecta ē ſecta Aſſaria, qui dixerunt ꝙ accidentia cōſumuntur ex ſe,& non imaginant̃ remanere.nam,ſi imaginarent̃ remanere, non imaginaret̃ conſumptio eorū hac de cā. Subſtātiæ vero nō remanent ex ſe, ſed re-

G manẽt ex se, sed remanẽt remanẽtia addita esse earũ. &, cũ nõ creauerit Deus glo. remanentiam in eis, corrumpent' substantiæ ad priuationẽ remanentiæ. quod quidem est falsum: quoniam est in eo de negatione sensus, ꝙ nigredo non remaneat & sic ẽt albedo, & ꝙ innouat' ĩ oĩ hora. intellectus tamen determinat ꝙ capillus, qui est ĩ capite hominis hodie, est capillus, qui fuerat heri, non similis ei, & determinat ẽt de nigredine capilli. Vlterius est in eo dubitatio alia, & est ꝙ remanens, cum remanserit in sua remanentia, necesse H est vt remaneãt attributa Dei in remanentia. & hæc remanentia remanebit in remanentia, & indigebit alia remanentia, & procedet in infinitum.

AVERROES.

Ait Auer. Istæ sermo est in vltimitate vanitatis, & ruinæ, licet dixerint eum multi antiquorũ, s. ꝙ entia sunt in fluxu continuo. & quasi sunt infinita incõuenientia, q̃ eum sequuntur. Et qũo reperit' ens, quod consumatur ex se, & consumitur esse in consumptione eius? Nã, si ipsum cõsumeretur ex se, esset ex I se. si aũt hoc esset. sequeret' vt res, q̃ ipsum reperiret', ex se cõsumeretur. & hoc est falsum. qm̃ esse est contrarium consumptionis, & impossibile est vt reperiantur duo contraria in eodẽ eodẽ modo. Quare id, qđ est ens permanens, & absolutum, nõ imaginatur de eo consumptio. nam si esse eius determinaret priuationem, esset ens, & non ens in vno instanti: quod est falsum. Vlterius, si entia remanent, aliquo attributo remanente in se, vtrum remanentia eorum, in eo ꝙ sunt entia, aut in eo ꝙ non sunt? & est falsum vt sit hoc K eis in eo ꝙ nõ sunt, sequitur vt sit remanentia eis in eo ꝙ sunt entia. &, cum omne ens necesse est vt sit remanens, ex eo ꝙ est ens, & priuatio innouata est ei, quæro ad quid remanent entia in remanentia? & hoc totum est error ex corruptione ꝓueniente in intellectu: ideo dimittamus hanc sectam: qm̃ falsitas sermonis eorum est magis manifesta, quã indigeat dubitatione.

ALGAZEL.

Ait Alga. Quarta vero secta est aliquorum Assariæ, qui dixerunt accidentia cõsumi ex se, substã L tias vero remanere. &, si nõ creasset Deus glo. in eis motum, nec quietẽ nec coniunctionem, nec separationem, esset falsum remanere corpus non mobile, nec quiescibile, & corrumperetur. & ambæ sectæ Assariæ dicebant priuationem non indigere agẽte. est. n. quies actionis, qm̃ nõ intelligũt esse priuationem actionẽ aliquam. Dixerunt vero philosophi, &, cum vani sint hi modi, non remanet modus aliquis sermoni de possibilitate priuationis huius mundi, ẽt si dixerimus ꝙ hic mũdus fuerit innouatus. nam cum confessio- M ne eorum innouationis animæ humanę rõcinant' de falsitate priuationis eiusmodi ꝓpinquis his, quos diximus. Demũ apud eos oẽ existẽs ex se, nõ in subiecto, nõ imaginatur priuatio eius post esse eius, siue sit antiquũ, siue innouatũ. &, cũ dr̃ eis, cũ ingredit' ignis vice aquæ, corrũpit' aqua, dicũt nõ corrũpit', sed conuertit' in vaporẽ, & deinde cõuertit' in aquã: materia vero prima remanet in aere, & est materia, q̃ erãt subiecta formæ aquæ: spoliatur autẽ

materia

A materia forma aquę,& induitur forma aeris.&,cum aer occurrit frigido,ingrossatur,& factus est aqua: nō aūt ꝙ materia innouata sit: sed materia est cōis inter elementa, & mutantur in ea formæ eorum.

AVERROES.

Ait Auer. Qui autem dixerit ꝙ accidentia nō remaneant per duo tpa,& ꝙ esse eorum in substantiis sit cōditio in remanentia substātiæ,ipse quidem non intelligit quid sit in sermone suo ex cōtradictione. Nam,si essent substātiæ, cōditio in esse eorū cum nō possint esse acci- B dētia absq; substātiis,in quibus existāt,tunc positio accidētium est cōditio in esse suo,& est inconueniens vt sit res conditio in esse sui ipsius. Vlterius quō erunt cōditio requisita,& ipsa quidē nō remanent p duo tpa? nā instans,quod erit finis priuationis eius,qđ est ex eis, & initium esse partis,quæ est ex eis,necesse eēt vt corrūpať in hoc instāti subā.hoc n.instās nō ē in eo aliqđ ptis corruptæ,nec aliqđ ptis,q̄ est.nā,si esset ī eo pars rei corruptæ, nō eēt ei finis. & sic,si esset ei aliqđ rei,q̄ est. Demum ponere id, quod nō remanet C per duo tpa,cōditionē in remanētia esse eius,quod remanet per duo tpa est absurdū etiam.nā id,quod remanet per duo tpa,dignius est remanere quā id,quod non remanet p duo tpa,qm̄ id,quod nō remanet p duo tpa,esse eius est in instāti, & est fluxus:quod vero remanet p duo tpa, esse,eius est permanens. & quomodo erit fluxus conditio in esse permanentis? aut quō erit id, quod remanet in specie, conditio in remanentia eius,quod remanet in indiuiduo.& hoc totum est inuolutio falsitatis. Debes autem scire ꝙ qui D non ponit materiam rei,quæ generatur,sequitur ei vt sit ens simplex, & impossibilis est ei priuatio. simplex enim non mutatur,& non mutat substantiam suam ad substantiā alterius.& ideo dicit Hippocrates si esset hō ex vna re,non doleret corpus eius.i.nō corrumperetur,& mutaretur:& sic ēt sequeretur vt nō generareť,sed esset ens,quod non defecit,nec deficiet.id autem,quod recitauit Auicen. de differentia in hoc inter innouationem corruptionem in anima,nihil est.

ALGAZEL. E

Ait Alga. Respondens philosophis.& rñsio est ꝙ id, quod dixistis de partibus, ꝙ potest euadere à qualibet earū,& declarabiť destructio eius ſm radices vestras, non est verum,& conueniens vȓitati radicis vestrę in eo,quod est de genere suo. sed prolixe de hoc non loquemur: sed sufficit nobis loqui de vna parte. Et dicimus quare negatis dicenti ꝙ inuentio,& priuatio sint in voluntate Dei glo.&,cum ipse voluerit,adinuenit:& cū volet,corrūpet, & est, cum sit potens, volens in perfectione.& ipse quidem in hoc suo iudi- F cio nō mutatur in se, sed tm̄ mutať eius operatio. Cū autem vos dicitis ꝙ agens impossibile est emanare ab eo actionem, & quid emanauit ab eo,dicim⁹ ꝙ id,qđ emanauit ab eo, est innouatum,& est priuatio,postquā nō fuerat priuatio,& postea facta est priuatio,& emanauit ab eo. Si autem dixeritis ꝙ priuatio nihil est,& quō emanat: dicimus & ipsa quoq; nihil est.ergo quō fuit: & nihil est emanare ab eo?&,cū ītelligiť ꝙ sit,ītelligiť relatio ei⁹ ad posse.

G AVERROES.

AIt Auer. Hoc totum ē sermo sophisticus,& corruptus. Nā Philosophi nō negant esse priuationem rei cū corruptione corrumpētis eam: immo nō ꝙ corrūpens eam dependeat operatio sua à priuatiōe eius, in eo ꝙ est priuatio, sed dependet operatio sua ī permutatione ab esse, quod est in actu, ad esse, qđ est in potētia,& sequiť ei ꝙ sit priuatio & innouatio eius.& hoc modo comparať priuatio ad operationē. & nō sequiť, ex eo ꝙ est priuatio, statim ad actionē agentis in ente vt agēs sit

H agēs eius primo,& per se.& ipse, qm̄ cōcessum est ei hoc dictum ꝙ sit priuatio ꝓculdubio statim ad actionē corrūpētis in corrupto, intulit ꝙ sit priuatio per se,& primo ab agēte eius. quod quidē impossibile est. nā agēs, nō depēdet operatio eius à priuatione, in eo ꝙ ē priuatio, s. primo, & essentialiter. Quare, si entia sensibilia essent simplicia, nō generarētur, nec corrūperētur, nisi dependeret actio agentis primo,& essentialr̄ à priuatiōe. Attamē depēdet actio agētis à priuatione ꝑ accidēs secun

I datie,& hoc quidē in permutatione passi ab esse, quod ē in actu ad aliud esse,& euenit ei ex hac actione priuatio, vt mutatio ignis ad aerē, qm̄ euenit huic priuatio ignis. & sic est dispositio apud Philosophos in esse,& priuatione.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et quæ dr̄ia est inter vos,& dicentem negationē innouationis priuationis oīno accidētibus,& formis? & dicit ꝙ priuatio sit nihil,& qūo fit?& qūo denoīatur innouatione? Et nō est dubiū ꝙ priuatio imaginať fieri in accidētibus,

K & quod denoīatum est innouatione est intellectuale, siue appelleť res siue nō appelleť.& relatio huius, qđ est intellectuale, ad posse potentis etiam est intellectualis.

AVERROES.

AIt Auer. Innouatio priuationis hoc modo ē vera,& est id, qđ ponūt Philosophi, qm̄ emanat ab agente secūda intētione,& per accidēs: & nō sequiť ex eo ꝙ emanat, & est intellectualis vt sit essentialr̄, & primo. Dr̄ia aūt inter Philosophos, & negantē fieri priuationem ē, qm̄ Philosophi nō negāt fieri pri-

L uationē oīno, sed negant fieri principalr̄,& essentialr̄ ab agēte. nā agēs nō depēdet operatio eius à priuatione necessario, primo,& ꝑ se.& priuatio apud eos sequiť actionē agentis in esse,& est id, quod sequitur dicenti mundum corrumpi ad non ens omnino.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit seq̄tur opinioni eius, qui ꝓmittit priuationē rei post esse eius, vt dicatur ei quid est id, quod innouatum est,& apud nos nō corrūpitur res in uēta. Et intelligimus ꝑ priuationē accidētium innouationē suorū cō-

M trariorū, quę sunt entia, nō aūt innouatio est priuationis absolute, quæ est nihil. qđ enim nihil est, qūo denoīatur innouatione? vt, cū dealbatus est capillus, id, quod innouať, ē albedo tātum,& est ens,& nō dr̄ ꝙ innouatum sit priuatio nigredinis.

AVERROES.

AIt Auer. Hæc responsio Philosophorū est falsa. nam Philosophi nō negant fieri priuationem, & prouenire ab agente. Attamen nō prima intētione, vt sequiť ponenti rem

A ti rem permutari ad priuationẽ absolutam. sed priuatio apud eos innouat' cum perditione formæ rei corruptæ, & innouatione formæ, cui ẽ cõtraria. vnde fuit dubitatio Alga. in hoc sermone dubitatio vera.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et hoc est falsum duobus modis. Primus quidẽ, cũ quæritur vtrum innouatio albedinis includit priuationẽ nigredinis, vel ne? Si aũt dixerint ꝙ nõ, tũc mẽtiuntur. Si vero dixerint ꝙ sic, an inclusum est ipsummet includens, vel
B aliud? Si dixerint est idem, tũc contradicit sibi ipsi: nam res non includit seipsam. Si vero dixerint ꝙ sit aliud, an hoc aliud intellectuale, vel non? Si aũt dixerint ꝙ non, quærimus qũo scitis ꝙ sit inclusum? & iudicium de eo quòd sit inclusum indicat ꝙ sit intellectuale. Si autem dixerint ꝙ sic, hoc quidem inclusum, & intellectuale, & est priuatio nigredinis, an est antiquum, vel innouatũ? Si aũt dixerint antiquum est falsum. Si vero dixerint innouatum, denominatum quidẽ ab innouatione, qũo non erit intellectuale? Si au
C tẽ dixerint nõ antiquũ, nec innouatum, est falsum. qm̃ ante innouationem albedinis, si dixerint nigredinẽ esse corruptã, est falsum. & post eã, cum dicitur ꝙ non sit, est verum, & innouatur proculdubio. & hoc, qđ innouatur, est intellectuale, & oportet vt attribuatur potenti.

AVERROES.

AIt Auer. Est quidem innouatum intellectuale, & attribuit' potenti, sed per accidens, nõ autem per se: qm̃ nõ dependet operatio agentis à priuatione absoluta, nec à priuatione vnius rei. Nam non est in potentia potentis ꝙ ponat ens, nõ D esse primo, & essentialiter, s. ꝙ conuertat corpus esse ad corpus priuationis. & omnis, qui non ponit materiam, non euadet ab hoc dubio. s. ꝙ sequitur ei vt depẽdeat operatio agentis à priuatione, primo, & essentialiter. & hoc totum est manifestũ, & nõ est opus protelare sermonem in eo. Et ideo dixerunt sapientes ꝙ principia rerum generabilium, & corruptibilium sunt duo per se, & sunt materia, & forma, & vnũ per accidens, & est priuatio: qm̃ est conditio requisita in innouatiõe innouati. s. vt eam præcedat: &, cum re- E peritur innouatũ, aufertur priuatio &, cũ corrumpitur, adest priuatio.

ALGAZEL.

AIt Alga. Secundus autem modus dubitatiõis est ꝙ id, quod corrumpitur, apud eos non est per contrarium, vt motus: motus enim non habet cõtrarium. & oppositio inter eum, & quietem apud eos est oppositio habitus, & priuationis, nõ autem oppositio esse ad eẽ. & quies est priuatio motus. &, cum non fuerit motus. non erit quies quid contrarium eius, sed est priuatio absolu F ta. & sic ẽt sunt attributa, quæ sũt ad perfectionem, sicut impressio figurarum sensibilium in humido cristallino in oculo, & sicut impressio formarum intelligibilium in aĩa, q̃ conuertuntur ad impressionem eẽ absq; remotione contrarij. &, cum corrumpunt', erit dispositio eorum ablatio esse absq; aduentu contrarij postea: & ablatio eorum est præfatio priuationis absolute, & apprehẽdit intellectus esse innouatũ. & qui intellexit ꝙ fit in se, licet non fuerit

G aliquid, intellexit, & attribuit posse potenti. Et declaratur in hoc ꝙ, cũ intellexerimus imaginationem fiẽdi innouatum voluntate antiqua, non differt siue sit id, quod innouatur priuatio, siue esse.

AVERROES.

Ait Auer. Differt autẽ magna differentia, cum ponitur priuatio emanare ab agente, & emanare esse ab eo. quoniam, cum ponitur esse primo, & priuatio secundarie. i. ꝙ ponatur innouata ab agente, mediante aliqua specie esse, & est ponẽ
H do esse in actu in potentia, destruendo actum, qui est habitus in subiecto, est verum. & quod non erit impossibile apud Philosophos hoc modo, vt corrumpatur mundus, eo ꝙ ꝑ mutatur ad aliam formam. nam priuatio hic est subsequens, & per accidens. Quod autem est impossibile apud eos, est vt corrumpatur res ad non esse omnino. quoniam, si hoc fuerit, tunc agens dependeret operatio eius à priuatione primo, & essentialiter. & hic sermo totus, assumiť in eo id, quod est per accidens, ꝙ sit
I per se, & sequitur Philosophis de eo id, quod dixerunt de impossibilitate eius. & plurimi sermonum huius libri sunt huius naturæ. & propter hoc conuenientius nomen huius libri est liber Destructionis simpliciter, seu Destructio Alga. non Destructio Philosophorum. & verius nomen huius libri est liber differentiæ inter veritatem, & ruinam sermonum Loquẽtium, dicentiũ Deũ glo. esse agens mundi, & mundum opus, & operationem eius.

DISPVTATIO III. K

De declaratione inuolutionis eorum.

ALGAZEL.

AIT Alga. Philosophi profecto, non autem Epicurei, putauerũt quòd mundo sit causa efficiens. & Deus glorio. est agens mundi, & efficiens eius. Et hoc est illusio secundũ radi L ces eorum. Nam mundus secundũ radices eorum non potest consyderari quòd sit operatio Dei glor. tribus modis. Primus quidem ex parte agentis. Secundus autem ex parte patientis. Tertius vero ex parte vtriusque. Ex parte autem agentis, quoniam impossibile est quin sit volẽs, & eligens, & sciens rem, quam vult: Deus vero glo. nihil vult, & nullam habet operationem: & quicquid influitur ab ipso, cõsequitur ab eo cõsecutione necessaria. Ex parte vero M patientis, quoniam mundus est antiquus, & æternus: operatio vero dicitur de innouato. Et ex parte vtriusque, quoniam Deus glo. apud eos ẽ vnus omnimode: & ab vno non emanat apud eos nisi vnum omnimode. & mundus est cõpositus ex diuersis, quomodo ergo emanat aliquid ab eo?

AVERROES.

Ait Auer. Id autem, quod est in agente, est ꝙ non potest esse quin sit volens, eligens, sciens quidẽ id, quod vult, adeo ꝙ est agens eius, quod voluerit, est quid non notum ex se, & terminus non cognitus in actione mundi, nisi fuerit ei demonstratio,

A stratio, aut verificetur permutatio iudicij apparentis ad occultum. Nã nos videmus res agẽtes imprimẽtes dupl'r. est.n. aliqua, q̃ nõ agit nisi vnũ tm̃: & hoc quidẽ ꝑ se, vt calidum agit calidũ, & frigidũ agit frigidũ: & ista sunt, quæ vocãt Philosophi agẽtia naturaliter. aliæ vero sunt res, q. bus est agere aliquid in aliqua hora, & agent contrarium in alia hora, & ista sunt, quę apppellamus volentia, & eligentia. & hæc quidem agũt ex scientia, & consilio. Primo autẽ agẽs glo. abest ab eo attributio alicuius harum duarum actionũ mo- B do, quo attribuit' generabili, & corruptibili apud Philosophos. nam eligens, & volens est id, cui deficit volitum: Deo vero glo. non deficit aliquid, quod voluerit: & sic eligens est id, quod eligit sibi vnum duorũ nobilium: Deo vero glo. nõ deficit aliquid nobile. & volens, cùm peruenerit ad id volitũ, deficit voluntas eius. demum voluntas est passio, & mutatio: De⁹ uero glo. est absq; passiõe, & mutatiõe. Et sic ẽt magis, & magis abest ab actione naturali. nam actio rei naturalis est necessaria in se, & tamen non est necessitas de substãtia C volentis, sed est perfectio eius. Vlterius actio naturalis non erit ex sciẽtia: & Deus glo. iam declaratum est demonstratiue ꝙ actio eius emanat ab eo ex scientia: ergo modus, quo Deus glo. est volens, & agens, nõ est declaratus in hoc loco: qm̃ non est similis voluntas eius voluntati nobis apparenti. Et quomodo dicit ꝙ non intelligitur de agente, nisi quod egit consilio, & electione? & ponit hãc definitionẽ sequi in apparẽti, & in occulto, & tñ Philosophi nõ cõfitẽtur cõsecutionẽ h⁹ definitionis: sicut sequit' eis, cũ auferũt hãc defini- D tionem ab agente primo, vt auferãt ab eo actionẽ. Hoc aũt ẽ manifestũ per se. & qui hoc dicit, ẽ decipiẽs, nõ aũt Philosophus. nam decipiens est, qui intendit facere sophisticam apparentiam, non autem ostendere veritatem. &, cùm errauerit in veritate, non dicitur de eo ꝙ sit decipiens, Philosophi vero manifestum est ꝙ ipsi perquirunt veritatem, & nõ decipiunt omnino. & non est differentia inter dicentem Deum glo. velle voluntate dissimili voluntati humanæ, & inter dicẽtem ipsum scire sciẽtia dissimili sciæ humanæ. & quem- E admodum non apprehenditur qualitas scientiæ eius, non apprehenditur qualitas voluntatis eius.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et verificabimus vnũ quemq; horum modorũ triũ cum imaginatione eorum in contradicendo ei. Primus quidem, cũ dicimus agens est præfatio eius, ex quo emanat actio cum eo, ꝙ vult actionem electiue, & cum scientia in volito, & apud vos tenentes ꝙ mundus est à Deo glo. sicut causatum à causa, consequetur consecutione ne- F cessaria, ita ꝙ non potest imaginari separari à Deo glo. parum, sicut consecutio vmbræ ab homine, & aeris à Sole, &c. vsque ad, qm̃ totum hoc emanat ab eo: & hoc est incõueniẽs.

AVERROES.

Ait Auer. Summa huius sermonis sunt duo, quorum Vnum est, ꝙ nõ numeratur in numero causarum agentium nisi is, qui agit consilio, & electione. nam actio agentis naturaliter in aliud non numeratur numero causarum agentium. Secũdum vero, ꝙ modus, quo tenẽt mũdum

G dũ emanare à Deo glo.eſt ſicut conſecutio vmbræ ab hominæ,& aeris à Sole, & deſcenſus lapidis deorſum, quæ quidem non appellatur actio: nam actio non ſeparatur ab agente. Dixi & hoc totũ eſt falſum. nã Philoſophi tenent ꝙ cauſæ ſunt quattuor,& ſunt materia, agens, forma, & finis. & agens eſt id, quod extrahit aliquid de potentia ad actum, & à priuatione ad eſſe. & hæc quidem extractio aliquando eſt conſilio, & electione, & aliquando natura, & ipſi non appellant hominem, cùm facit vmbram, cauſam agentem, niſi
H abuſiue.qm̃ non eſt ſeparatus ab ea: agens vero ſeparatur ab acto. ipſi tamen credunt quòd Deus glorio.ſeparatur à mundo. & nõ eſt apud eos huius generis.nec etiam eſt agens diſpoſitione agentis,quod nobis apparet,nec habens electionem,nec non habens electionem, ſed eſt agens harum cauſarum,extrahens totum ex priuatione ad eſſe, & id conſeruat modo perfectiori,&excelſiori,q̃ eſt in actionibus nobis apparentibus. Et non ſequit̃ eis aliquid huius quæſtionis.nam ipſi tenent ꝙ actio eius emanat à ſcientia, & non ex neceſſi-
I tate inducẽte ad illud,non ex ſe, nec ex re ab extra, ſed propter excellentiam, & bonitatem ſuam: & eſt neceſſario volens, eligens excellentiori gradu volentium eligentium. nã non euenit ei diminutio, quæ euenit volenti,quod apparet. Et hæc eſt doctrina ſapientis principis Philoſophorum in quibuſdam libellis ſuis, editis in ſcĩa Metaphyſicę. qm̃,cũ aliqui dñt qũo incœpit De⁹ glo. mũdũ ex nihilo?& fecit eum ex nihilo. Dicimus in reſpõſione huius ꝙ agens aut erit vis eius, ſicut poſſe eius, & poſſe eius,ſicut voluntas eius, & vo- K
luntas eius, ſicut ſapientia eius: aut erit vis debilior ipſo poſſe, & poſſe debilius voluntate, & voluntas debilior ſapiẽtia.&,ſi aliqua harũ potẽtiarũ fuerit debilior alia, tũc cã prima abſq; dubio, non erit inter eã & nos aliqua dñia, & ſequeretur ei diminutio,ſicut ſequitur nobis.& hoc eſt nimium inconueniens: aut erit quælibet harum potentiarum in vltimitate perfectionis; cũ vult poteſt, & cũ poteſt vigoratur,& omnia in vltimitate ſapientiæ, adeo ꝙ reperietur actio eius,quod voluerit, vt voluerit L
ex nihilo. & abſit ab hac diminutione reperta apud nos. Et dixit totum hoc,quod eſt in hoc mundo, eſt alligatum potentia,quæ eſt in eo,proueniente à Deo glo. & niſi eſſet illa potentia in rebus, non eſſet permanens ictu oculi. Dixi,ens compoſitũ eſt duplex.aliquod.n.in quo compoſitio ſit res addita ipſi eſſe compoſitorum,& aliquod. quod eſt ipſummet eſſe compoſitorum in compoſitione eorum,ſicut eſſe materię cum forma.& hic modus entium non reperitur in intellectu, ita ꝙ præcedat eſſe eorum cõpoſitionem eorũ: ſed M
compoſitio eſt cauſa eſſe,& eſt præcedens ipſum eſſe. ſi igitur primum fuerit cauſa compoſitionis partium mundi,quorum eſſe eſt in compoſitione,eſt cauſa eſſe eorum. Et non eſt dubium,ꝙ omne id, quod eſt cã eſſe rei,eſt agens eius. Sic debet intelligi res in opinione Philoſophorũ: ſi uerificatum fuerit apud ſpeculantem de opinione eorum.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dicit, oẽ ens, quod non eſt neceſſarium in eſſe ex

ſe, ſed

A se, sed est ex alio, appellatur hoc ens actum, & appellatur eius causa agẽs & non curamus, siue sit causa agens naturaliter, siue volũtarie, sicut vos nõ curatis de hoc. nã ipm, siue sit agẽs cum instrõ, siue sine instrõ, &c. vsq; ad, sicut dicimus egit, & non egit.

AVERROES.

AIt Auer. Summa huius sermonis sunt duæ respõsiones. Quarum prima est, omne, quod est necessarium ex alio, est productum à necessario ex se. Attamen hæc responsio debet argui contra eam. qm̃ necessarium ex alio non oportet vt

B sit id, ex quo est necessarium suum esse agẽs, nisi denominetur de eo verificatio agentis, & est extrahẽs de potentia ad actum. Secunda vero responsio, & est ꝙ nomen agentis est, vt genus eius, quod producitur electione, & consilio, & eius, quod producitur naturaliter, est sermo verus. & hoc indicat id, quod diximus cũ definiuimus nomen agentis, sed iste sermo inducit ad credendum ꝙ Philosophi non teneant ipsum velle. & hæc pars non est nota ex se, s. quòd omne ens aut erit necessarium in esse ex se, aut ex alio.

C ALGAZEL.

AIt Alga. dubitãs Philosophis. Hæc appellatio est corrupta, nam nos non appellamus omnẽ causam, quomodocunque fuerit agens, nec omne causatum actum. si.n. hoc esset, non esset possibile dicere inanimatum nõ habere operationem. sed operatio est animalis. & hic sermo est ex sermonibus famosis, & veris.

AVERROES.

AIt Auer. Cùm autem dixit ꝙ non appellatur omnis causa agens, est verum. ratio vero eius in hoc, ꝙ inanimatum non appellatur D agens, est falsa. Nam inanimatum, cùm aufertur ab eo operatio, illud quidẽ, quod aufertur ab eo, est actio, quæ erit ab intellectu, & voluntate: non autem actio absoluta. qm̃ reperimus aliqua inanimatorũ, quæ extrahunt talia, qualia sunt ipsa à potẽtia ad actum. sicut ignis, qui conuertit oẽ humidum, & siccum in ignem sibi similem, & hoc, quoniam extrahit eum à re, qua fuerat in potentia ad actum. & ideo oẽ id, in quo non est potentia: nec dispositio ad recipiendum in se actionem ignis, non agit ignis in eum sibi similẽ. ipsi vero negãt vt ignis agat. & postea erit de hoc disputatio. Et etiam, quia nemo dubitat ꝙ in corporibus anima- E lium sunt potentiæ naturales, facientes cibum esse partem nutriti. demũ regit potentia corpus viuum regimine tali, quę si imaginata fuerit auferri, moritur aĩal, vt dixit Galenus. & ex hoc regimine appellamus id viuens, & ex priuatione huius potentiæ appellatur mortuũ. Deinde dixit ꝙ appellare inaĩatũ agẽs, est locutio abusiua, vt appellatᷓ requirens volẽs.

AVERROES.

AIt Auer. Cùm appellatur agẽs, F & intendit in eo. ꝙ agit operationem volentis, tunc est agens abusiue. sicut, cùm dicit ꝙ ipsum requirit, & ꝙ ipsum vult, cum vero intendimus ꝙ ipsum extrahit aliud à potentia ad actum, est agens in rei veritate dispositione perfecta.

ALGAZEL.

DEinde dixit Alga. Dictum autem vestrum, ꝙ, cum dicimus agens est vniuersale, & diuiditur ad id, quod est a natura, & id, quod est à voluntate, non est concedendum.

& est,

G & est, sicut dictum dicentis q volens est vniuersale, & diuiditur ad volens cum scientia in volito, & volens, qd nescit, quod vult, & est corruptũ. nã voluntas includit scientiam necessario: & sic agens includit voluntatem necessario.

AVERROES.

Ait Auer. Cùm autem dixerint agens diuidi ad volens, & non volens, est verum. & id indicat definitio agentis. similitudo vero eius in diuisione voluntatis ad eam, quę est cum scientia, & eã, quæ est sine scientia est inconueniens. quoniam operatio, quæ est cum voluntate, assumitur in definitione eius sciens: & tunc est diuisio chimeralis. Attamẽ diuisio agentis non includit sciẽtiã: nã extrahit à priuatiõe ad eẽ aliud, quod non habet scientiam. & hoc est manifestum.

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga. Cùm autem dicitis q, cùm dicimus agẽs naturaliter non est diminutio primo, non est sic. quoniam est diminutio ei in rei veritate. sed diminutio non intelligitur, & non nimis fugit natura ab ea: quoniã remanet abusiue. I nam, cùm id fuerit causa aliquo modo, & agens etiam causa, ideo appellatur agens abusiue. &, cùm dicitur agens electiue, est duplicatio in rei veritate: sicut cùm dicitur vult, & ipse scit id, quod vult.

AVERROES.

Ait Auer. Hic est sermo, quem nemo dubitat esse falsum. nã id, quod extrahit aliud ex priuatione ad esse, s. cùm operatum est in eo aliquid, nõ dicitur de eo, q sit agẽs, in eo q assimilatur alteri, sed est agẽs in rei veritate, eo q definitio agentis conuenit ei. diuisio autem agentis sit id, quod agit naturaliter, & id, quod agit electiue, nõ est diuisio nominis æquiuoci, sed est diuisio generis. & ideo dictum dicentis agens est duplex, agens naturaliter, & agẽs electiue, est diuisio vera. nam extrahẽs aliud à potentia ad actum diuiditur in has duas partes. K

ALGAZEL.

Ait Alga. Sed quoniam imaginatur dicere agens, & est abusiue, & agens, & est in rei veritate, non fugiet anima, quin dicat agens electiue. & erit dispositio eius agens vera actione: non autem abusiue, vt dicit aliquis aliquid in lingua sua, & respicit cum oculo suo. quoniam, cũ bene potest attribui aspectus cordi abusiue, & loquela motione capitis, & cõmotione manus abusiue: qm̃ potest dici, dixit cum capite suo, voluit, seu noluit: sic non est inconueniens dicere dixit cum lingua sua, & inspexit cum oculo suo. & erit dispositio eius ad remouendum tollerare abusionem. & hic lapsus pedis. & innuit locum subductionis. L

AVERROES.

Ait Auer. Hoc est deceptio, & quid turpe sapiẽti, vt adducat talem similitudinem falsam, & causam mendosam, vt animæ attrahantur ad diuisionem agentis in naturale, & voluntarium. nam nemo dicit inspexit cum oculo suo, & sine oculo suo, & tamen ipse credit q hæc sit diuisio aspectus. dicit tamen inspexit cum oculo suo, ad intelligendũ verum aspectum, & remouẽdum q non intelligatur aspectus abusiue. & ideo videtur intellectus q, cùm intelligit per verbum vidit, q sit res vera à principio rei, ita q teneat id esse M

aspectum

A aſpectum oculo,eſt quaſi figmentũ. cùm vero dixerit agẽs per naturam ſuam, & agens per electionem ſuã, nemo intelligentium contradicit ꝙ hæc ſit diuiſio agentis. Si autem dictum ſuum egit cum voluntate ſua, eſt ſicut dictum ſuũ aſpexit cũ oculo ſuo, tũc erit dictum ſuum egit cũ natura ſua abuſiue. Attamen agẽs naturaliter eſt fixioris operationis famoſæ,q̃ agens voluntarie.nã agẽs naturaliter non prohibetur in operatione ſua,& operatur continue:agens vero voluntarie non eſt ſic. Quare aduerſarius poteſt cõuertere B quæſtionem ſupra eos, ſ. dicere egit nã ſua, eſt ſicut dicere aſpexit oculo ſuo. & dicere egit voluntate ſua eſt abuſiue,& præcipue opinione ſectæ Aſlariæ, qui dicunt hominem nõ habere virtutem,nec actionem imprimendi in entibus. Si autem actio, quæ apparet ſic, quomodo ergo dicitur ꝙ impreſſio actionis veræ ĩ eo, quod non apparet, eſt vt ſit à ſcientia,& voluntate?

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis.Si autem dicitur ꝙ nomen agentis habetur notitia eius ex C lingua,&c. vſque ad, Si aũt dixeritis hoc totum eſſe abuſiue,vos quidem laboratis in eo abſque ſuſtentaculo.

AVERROES.

Ait Auer. Summa huius ſermonis eſt ratio famoſa:& eſt ꝙ idioma arabicum appellat imprimẽtẽ in re, licet non habuerit electionẽ agens verum, nõ autem abuſiue.;& eſt reſponſio topica, quæ non conſyderatur in reſponſionibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens eis. Et eſt reſpõſio,ꝙ totum hoc eſt abuſiue:actio vero vera eſt illa, quæ eſt D cum voluntate.Et ratio eius eſt:qm̃, ſi nos poſuerimus innouatũ ad productionem,cuius ſunt duo, vnũ voluntarium,& aliud non voluntariũ, ſemper intellectus attribuit actionẽ voluntati,& ſic etiam idioma. nam qui proiecerit hominem in ignem, & moritur, dicitur ꝙ ipſe fuerit interficiens,non autem ignis,ita ꝙ, cũ dicitur non interfecit eum,niſi talis, erit dictum eius verum,&c. vſq; ad, non eſſet faciens, nec agens,niſi abuſiue.

AVERROES.

Ait Auer. Hæc reſponſio eſt ex E opere Sophiſtarum, qui permutant de ſophiſticatione ad ſophiſticationem. Alga.autem eſt vir excellioris gradus,& rationis.ſed forte homines ſuæ ætatis induxerunt eũ ad edendum hunc librum,vt remoueret à ſe murmurationem, ꝙ ipſe teneat opinionem ſapiẽtum. qm̃ nemo attribuit actionem inſtrumẽto eam tamen attribuunt primo motori. qui autem interfecit aliquem in ignem, eſt agens in veritate,ignis vero eſt inſtrumẽtum interfectionis. qui vero comburitur ab igne, abſq; ꝙ ſit ibi electio hominis,nemo dicit F eum comburere ignẽ abuſiue. Modus autem ſophiſticationis in hoc ẽ, qm̃ ipſe ratiocinatus eſt cum eo, qđ eſt verum coniunctim, de eo, quod eſt verum ſimpliciter, & ſeparatim, & non coniunctim.& eſt locus ex locis fallaciæ, vt qui dicit de Æthiope,qui eſt albus dentibus,ꝙ ſit albus ſimpliciter. Attamen Philoſophi non dicunt ꝙ Deus glo.nõ vult ſimpliciter, qm̃ eſt agens cum ſcientia: & hæc ſcientia, & agens excelſioris duarũ operationum oppoſitarum, licet

G licet ambæ fuerint potes: ſed dñt ꝙ non vult voluntate humana.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si aũt dicitur nos intẽdimus, cum fuerit Deus glo. agens, ꝙ ſit cã eẽ oĩs entis, pter eũ, & ꝙ mũdus conſiſtit pp eũ, & niſi eſſet Deus glo. non imaginaretur eſſe mundi, &c. vſq; ad, & non eſt curandum de nominibus, cũ apparuerit res ipſa.

AVERROES.

Ait Auer. Summa eius eſt, ꝙ cõcedunt homines aduerſarijs Deum glo. non eſſe agens: ſed eſt cã
H è numero cauſarum, ſine qua non perficitur res. Et eſt profecto reſponſio vilis. quoniam ſequitur ex hoc Philoſophis, vt ſit primũ principiũ per viam formæ vniuerſi, eo modo, quo aĩa eſt principium corporis. qđ nemo eorum dixit.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens eis. Dicimus ꝙ intentio noſtra eſt declarare ꝙ hoc non ſit operatio, & opus: ſed operatio, & ars eſt id, quod emanat à voluntate in rei veritate. & iã diximus de verificatione actionis, vſq; ad, & intentum huius quæ-
I ſtionis eſt patefacere errorem.

AVERROES.

Ait Auer. Hic autem ſermo ſequeretur Philoſophis, ſi dicerent id, quod ipſi dicunt. nã ſequitur eis ſecundum hanc poſitionẽ ꝙ non ſit mundo agẽs, nec naturaliter, nec volũtarie, nec aliquid agẽs vltra hos duos modos. & id, quod dixerũt, nõ eſt manifeſtus error eius: ſed error eſt, qm̃ attribuũt Philoſophis id, qđ non eſt ex dicto eorum.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secundus autem modus in deſtructione eius, ꝙ mun- K dus ſit operatio Dei glo. eſt ſm radicem eoꝝ, circa cõditionem in actione, & eſt ꝙ actio eſt præfatio ĩnouationis. & mundus apud eos eſt antiquus, non aũt innouatus. & diſpoſitio actionis eſt extractio rei à priuatione ad eſſe in ĩnouatione eius. qđ quidem nõ imaginatur in antiquo. nam id, quod eſt, impoſſibile eſt innouari. &, cùm cõditio actionis eſt vt ſit innouata, & mundus apud eos eſt antiquus, quomodo ergo erit actio ipſius Dei glo.

AVERROES.

Ait Auer. Si autem mundus eſt L antiquus ex ſe, & ens, nõ ex eo ꝙ eſt motũ. omnis. n. motus eſt compoſitus ex partibus innouatis, tũc nõ eſt ei agens omnino. Si vero eſt antiquus, in eo ꝙ eſt in innouatione continua, & non eſt in innouatione eius principium, nec finis, id quidẽ, quod habet innouationem continuam, dignius eſt nomine innouationis, q̃ id, quod habet innouationem, quæ ceſſat. & hoc modo mundus eſt innouatus à Deo glo. & nomen innouationis in eo eſt dignius nomine antiquitatis. Sapientes autem appellauerunt mundum anti- M quum, vt caueãt ab innouato, quod eſt ex aliquo, & in tempore, & poſt priuationem.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit innouatio eſt inuẽtio entis, poſt eius priuationem, reſpondemus ꝙ agens, cũ innouauerit, utrũ quod emanat ab eo dependenſque in eo, eſt eſſe abſtractum? aut priuatio abſtracta? aut vtrunq;? Et falſum eſt dicere ꝙ dependens in eo ſit priuatio pręcedẽs:

nam

A nam non est agenti impressio in priuatione. Et falsum etiam est dicere vtrunq;:q̄m priuatio non dependet ĩ eo oĩno,& priuatio in eo ꝙ est priuatio, non indiget agente omnino. Remanet ergo vt dependeat ab eo, in eo ꝙ est ens.nam emanat ab eo esse abstractum, & nullam habet proportionem cum eo,nisi esse. Et,si ponatur esse continuum.ponitur proportio continua.&,si cõtinuata fuerit hæc proportio,tunc proportionatum ei est dignius, & durabilioris impressionis,nisi ꝙ non depẽdet priuatio ab agente in aliqua hora. Re-B manet ergo vt dependeat ab eo, ex eo ꝙ est innouatum,& nihil est dicere ꝙ sit innouatũ, nisi quòd sit post priuationem, & priuatio non dependet ab eo.

AVERROES.

AIt Auer. Hic sermo est ex responsionibus Auicẽnæ in hac quęstione Philosophorum.& est sermo sophisticus:quoniam dimisit in eo vnum membrum diuisionis vniuersalis. Nam.ipse dixit ꝙ actio agẽtis aut dependet ab ĩnouato in esse, aut in priuatione prçcedẽti, ĩn eo ꝙ est priuatum,aut in vtroq; simul: & C est falsum vt depẽdeat à priuatione: nam agens non agit priuationẽ: & propter hoc etiam est inconueniens vt dependeat ab vtroq;: ergo remanet vt dependeat in esse, & innouatio nihil aliud est, nisi dependentia actionis in esse, s.ꝙ actio agentis est inuentio,& sunt æqualia in hoc,esse, cui præcedit priuatio, & esse,cui nõ præcedit priuatio. Modus autem fallaciæ in hoc sermone est, quoniam actio agentis non dependet in esse,nisi hora priuationis,& est esse, quod est in potentia,& non depẽdet in esse,quod est in actu, ĩ eo ꝙ est in D actu,nec in priuatione,ĩ eo ꝙ est priuatio, sed in esse diminuto, cui euenit priuatio.& actio agentis non depẽdet in priuatione, priuatio enim non est actio. & non dependet in esse,cui non copulatur priuatio. nam esse,quod fuerit ĩ perfectione sua vltima non indiget inuentione,nec inuẽtore:esse autem,cui copulatur priuatio,non reperitur,nisi in hora innouationis innouati. Quare nõ euadit ab hoc dubio, nisi ponat ꝙ mundus nunquam defecit copulari cum esse suo priuationem, & adhuc non deficiet copulari ei, sicut est in esse E motus. nã ipse continue indiget motore. Et verificantes ex Philosophis dicunt quòd hæc est dispositio mũdi superioris cum creatore glo. præcipue eius, ꝙ est sub mundo superiori.& ĩ hoc differũt creata à factis.nã facta,cũ inuẽta sunt, non copulatur eis priuatio,ꝑꝑ quam indigẽt agẽte, quo esse eorum permanet.

ALGAZEL.

AIt Alga. Cùm autem dicitis ꝙ ens impossibilis est inuentio eius,si intelligitis per id,ꝙ in futurũ non habebit esse post priuationem, est verum. Si vero intelligitis ꝙ in F hora,qua est,non est,iam declarauimus ꝙ ipsum non est,nisi cũ est,nõ autem hora,qua nõ est. nam est,cũ agens eius id adinuenit: & agẽs non adĩuenit id hora priuationis,nisi hora,qua est aliquid eius. & adinuẽtio est copulata ei, ꝙ agens adinuenit, & actum inuentum. nam inuentio est præfatio proportionis inuentoris ad inuentum:& totum hoc cum ipso esse,non autem antea: ergo inuentio non est nisi inuento,si intelligimus per inuentionem propor-

tio-

G tionem, qua agens inuenit, & actum inuentum dixerunt. Et in hoc terminamus ꝙ mundus sit Dei glorio. actio antiqua, & æterna. & nulla est hora, in qua non sit Deo glor. actio in eo: nam alligatum est esse agēti. &, si continuata fuerit alligatio, continuatur etiam esse. si vero cessauerit, cessat. non autem sicut imaginamini ꝙ Deus glo. si imaginati fuerimus priuationē eius, remaneret mūdus. quoniam existimatis ꝙ ipse sit, sicut ædificator cum ædificio: quia ipse deficit, & remanet ædificium.
H nam remanentia ædificij non est ex ædificatore, sed est ex siccitate retinēte compositionem eius. si.n. non esset in eo virtus retentiua, ut aqua exempli gratia, non potest imaginari remanētia figuræ innouatæ in actione agentis in eo.

AVERROES.

Ait Auer. Et forte mundus est huiusmodi. demum non verificatur iste sermo, & est vt sit inuentio ab agente inueniente, dependens in esse, in eo ꝙ est in actu, in quo nō est diminutio omnino, nec potentia potentiarū, nisi imaginemur ꝙ sub-
I stantia entis est, cùm est ens. Nam ēs actum non esset inuentum, nisi per inueniens agens. &, si fuerit ipsum esse inuētum ab inuētore aliquid additum substantiæ eius, non est necesse vt auferatur esse, cū aufertur hæc proportio, quæ est inter inueniens agēs, & ens actū. si vero nō erit aliqd additū, sed ipsūmet est ī relatione, s. in eo ꝙ est inuētū, pōt esse id, quod dixit Auic. Attamen hoc non cōuenit mūdo. qm̄ mundus nō est ens in prædicamēto relationis, sed est in p̄dicamento substantiæ: relatio vero est quid eueniēs ei. Et forte hoc, qđ dixit Auicēna, est verum in formis K corporum cœlestium cum eo, quod apprehendunt de formis separatis à materia. qm̄ Philosophi existimant hoc. declaratum est enim ꝙ hic sūt formæ separatæ à materijs, quarum esse est in formis earum, & ꝙ scientia mutatur ad scitum hic. scitum.n. est in materia.

ALGAZEL.

Ait Alga. respondens Philosophis. Et respōsio est ꝙ actio dependet in acto ex īnonatione eius, non ex parte priuationis eius præcedentis, nec ex parte esse eius tātum. quoniam non dependet in eo, in ad- L uentu horæ innouationis apud nos, & est ens: depēdet autem in eo hora innouationis eius, ex eo ꝙ est innouatio, & exitus ex priuatione ad esse. si autem auferatur ab eo innouatio, non intelligitur esse actionem. & hoc non intelligimus in agēte. & dictum vestrum, ipsum esse innouatum idem est, quod fuerit cū priuatione præcedenti. & esse cum priuatione præcedēti nō est de actione agētis. & pō ponētis est talis, immo est conditio in esse actionis agētis, s. præcessio priuationis. esse aūt, cui nō p̄cedit priuatio, sed est cōtinuum, cō- M uenit vt sit actio agētis. & nō oē, qđ requiritur vt sit agens agens, necesse est vt sit actio agentis. qm̄ substantia agentis, & posse eius, & voluntas eius, & scīa eius est cōditio requisita ad hoc vt sit agens. & hoc non est de conditione agentis. sed nos non intelligimus agens, nisi ens.

AVERROES.

Ait Auer. Hic sermo est totus verus, ꝙ actio agentis dependeat ī acto, in eo ꝙ est mobile. motus autē ab esse, quod est in potētia, ad

A ad esse, quod est in actu, appellatur innouatio. &, sicut dixit priuatio est conditio ex conditionibus esse motus à motore, & id, quod est conditio in actione agentis, non est necesse, cùm nō dependeat in eo actio agentis, vt dependeat in eo cōtrariū, vt intulit Auic. necessario. Sed Philosophi opinātur ꝙ entium quædā sunt. quorum differētiæ substātiales sunt in motu, vt vētus, & alia, & cœlū, & quod est sub eo, sūt huius gn̄is, ex entibus quorum esse est ī motu. &, cùm sic fuerit, ergo est in innouatione cōtinua, quæ non defecit, nec
B deficiet. & sm̄ hoc, quemadmodum ens æternum est verius in esse, q̄ nō æternum, sic ē t id, cuius innouatio est æterna, dignius est nomine īnouati, q̄ id, cuius īnouatio ī aliqua hora. Et, nisi esset mū dus huiusmodi, s. ꝙ substātia eius est in motu, non indigeret mūdus post esse suum creatore glo. sicut nō indiget domus esse ædificatoris post complemētum, & separationē eius ab ea, nisi esset mūdus in prædicamēto relationis, vt conatus est Auic. declarare in sermone præcedēti. Et iam diximus nos ꝙ id, quod conatus est in hoc, est verū
C in formis corporum cœlestium. &, cùm sic fuerit, mūdus indiget inuentione agētis hora sui esse, ex eo ꝙ est agens ambobus modis simul, s. quia substātia mundi cōsistit in motu. & quia forma eius, qua substētatur, & existit, est de prædicamēto relationis: nō autem qualitatis, s. dispositionum, & habituum numeratorum ī prædicamēto qualitatis. & omne, cuius forma ingreditur in hoc genus, & numeratur in eo, est, cùm existit, & perfectum est esse suum, non indigēs quidem agēte. Et hoc totū dissoluit tibi hāc similitudinem, & aufert à te confusionem, quæ generatur in hominibus ex istis sermonibus contrarijs. D

ALGAZEL.

Ait Alga. respōdens pro Philosophis. Si autē conceditis abusiue esse actionem simul cum agēte, & nō postponi ei, sequitur ex hoc, vt sit actio innouata, si agens fuerit innouatum: aut antiqua, si fuerit antiquum. Si autem cōditionaueritis ꝙ retardetur actio agēti tempore quodam, hoc est falsum. qm̄ ex motione manus in vase aquæ mouetur aqua cum motu manus, nō antea, nec E postea. nam, si motio est postea, erit manus cum aqua, anteq̄ declinet ad aliud latus. si vero antea, separaretur aqua à manu. &, cùm fuerit cum ea, est causatum eius, & actio ex parte eius. si autem posuerimus manum præcedeř aquam, quæ mouetur, erit motus aquæ etiam cōtinuus. & ipse quidem cum cōtinuatione sua causatus, & actus, & nō prohibetur hoc in positione cōtinuitatis. & sic est ꝓportio mundi ad Deum glo.

RESPONSIO. F

Ait Auer. In motu aūt cum motore est vez. in ente vero quiescēte cum inuētore eius, seu in eo, cuius natura nō est quiescere. aut moueti, si ponatur inuētor, huiusmodi nō est verū. hæc aūt proportio inuenitur inter agēs, & mūdum ex eo ꝙ mouetur: ꝙ autē oē ens necesse sit vt sit actio eius copulata esse, est verum, nisi acciderit enti aliquid extra naturam, aut accn̄s accidētium, siue sit actio naturalis, siue voluntaria, idem est. Et vide qūo posuerūt secta Assaria ens antiquum, & prohibuerūt ei actionem in suo esse antiquo,

deinde cōcesserunt id ei, adeo ꝙ esse eius antiquum diuiditur ad duplex esse antiquum, præteritum, & futurum. & hoc totum est apud Philosophos deceptio, & confusio.

ALGAZEL.

AIt Alga. respōdēs Philosophis. In sermone præcedēti dixim⁹ nō negare actionē cum agēte postq̄ fuerit actio īnouata, vt motus aquæ, qui innouatus est ex priuatione. & possibile est vt sit actio aquæ, siue sit retardās à substātia agentis, siue coniūctum ei. Negamus tn̄ actionē antiquam. nam id, quod nō innouatur ex priuatione, appellamus actionem abusiue absolute absq; veritate, causatum vero, causa possibile ē vt sit īnouata, & vt sit antiqua: vt dr̄ ꝙ scīa antiqua est cā vt sit antiquū sciēs, & tn̄ nō loquimur de ea. loquimur. n. de ea, quæ appellatur actio, & dependentia causæ nō appellatur actio causæ, nisi abusiue, sed appellatur actio cum cōditione ꝙ sit īnouata ex priuatione. nam abusio abutētis in appellādo antiquum cōtinuū in esse actionem in aliud, erit abusio accommodata. Et, cùm dicitis si imaginati fuerimus motū aquæ cū digito, antiquum nō extrahit motū aquæ, quin sit actio, ē error. nā digitus nō habet actionem: agēs vero habēs manum est inuētor. si autē imaginati fuerimus antiquum, erit motus manus actio eius, ex eo ꝙ quælibet pars motus est innouata ex priuatione, & hac consyderatione erit cum ea. motus vero aquæ tm̄ nō dicimus ꝙ sit de actione eius, sed est de actione Dei glo. & quomodocunq; sit esse actionē prouenit ex eo ꝙ est innouatum: qm̄ est cōtinuæ īnouationis, & est actio, ex eo ꝙ est innouata. Deinde dixit Alga. respōdens pro Philosophis. Si autem dicitur, si cōceditis ꝙ proportio actionis ad agēs, ex eo ꝙ est, sit sicut ꝓportio causati ad causam, deinde cōceditis imaginationem cōtinuitatis ex proportione ad causam, tūc nos nō intelligimus in dicēdo ꝙ mūdus sit actio, nisi ꝙ sit causatum cōtinuæ proportionis cum Deo glo. Si autem nō appellabitis hoc actionē, non est disputatio de nominibus, cum videātur res ipsæ. Dicimus ꝙ nō intelligimus in hac disputatione, nisi ꝙ vos tolleratis hæc nomina absque veritate. & Deus glo. apud vos nō est agēs verꝰ, nec mūdus est actio eius vera. Si vero dicitis hoc simpliciter, est abusiue absq; veritate. & iā apparuit hoc.

AVERROES.

AIt Auer. Hic sermo posuit in eo, ꝙ Philosophi concesserint ei eos velle ꝙ Deus glo. sit agēs, & ꝙ sit causa mūdi tātū, & ꝙ causa sit simul cum causato. Attamē hæc est declinatio eorum à primo sermōe, qm̄ causatum sequitur à causa, quæ est causa eius per viam formæ, & ꝑ vi āfinis: cātum uero nō sequitur à causa, quæ est causa agēs, sed aliquādo reperitur causa agēs, & nō reperitur causatum. & fuit Alga. tanq̄ prætor, qui irascitur contra substitutū in eo, quod nō præcepit ei. Attamē Philosophi tenēt ꝙ mūdus habet agēs, quod nō defecit esse agens, & nō deficiet: s. nō defecit esse ei extrahēs ex priuatione ad esse, & nō deficiet. Etiam fuerat hæc qō antiqua inter sectam Aristo. & sectam Plat. qm̄ Plato, quia dixit de īnouatione mundi, nō fuit in sermone eius dubium ꝙ ipse ponat mūdum habere faciēs, & agēs. Aristo. vero quia posuit

A fuit ipſum eſſe ęternum, dubitauerunt cõtra eum ſequaces Plato. hoc dubio, & dixerũt ipſum non tenere mũdum habere faciẽs: & coacti sũt ſequaces Ariſt. reſpõdere reſpõſionibus determinãtibus Ariſto. tenuiſſe mũdum habere faciẽs, & agẽs, & hoc eſt manifeſtum in rei veritate in loco ſuo. Et fundamẽtum in eo eſt ꝙ motus apud eos in corporibus cœleſtibus eſt, quo cõſiſtit eſſe eorum: & dãs motum eſt agẽs motus in rei veritate. &, cùm corpora cœleſtia non perficiatur eſſe eorũ, niſi motu, tũc dãs motum eſt agens corporum cœ-
B leſtium. Vlterius iam declaratum eſt apud eos ꝙ ipſe dat vnitatẽ, qua mũdus eſt vnus: & dans vnitatem, q̃ eſt cõditio in eſſe rei compoſitæ, dat eſſe partium, ex quibus fit compoſitio. compoſitio .n. eſt cauſa eorum, vt declaratum eſt. & hæc eſt diſpoſitio primi principij cum mũdo toto. Cũ aũt dñt actionem eſſe innouatã, eſt verum, quia ipſa eſt motus. diſpoſitio vero priuationis in ea eſt ꝙ nõ ſit ei principium, nec finis. & nõ intelligunt, cum dñt mundum eſſe æternum, ꝙ fuerat antiquum cum rebus æternis, ex eo ꝙ ſunt motus:
C ſed diſpoſitio æternitatis in eo eſt, quia nõ habet principium, nec finẽ. Et, qm̃ hoc nõ intellexit ſecta Aſſaria, ideo difficile eſt eis dicere ꝙ Deꝰ glo. ſit æternus, & mundus ſit ęternus. Quare nomen innouationis continuæ eſt verius in eo, q̃ nomen æternitatis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Tertius vero modus eſt circa falſitatem, ꝙ ſit mundus actio Dei glo. ſm radicem eorũ ex cõditione requiſita apud eos inter agẽs, & opus, & eſt ꝙ ipſi dixerũt nõ emanat ab vno, niſi vnum: principium autem eſt vnum oĩbus modis: mundus vero eſt compoſitus ex diuerſis: ergo non poteſt imaginari ꝙ ſit actio Dei glor. ſm ꝙ ſequitur ex radicibus eorum. D

AVERROES.

Ait Auer. Cùm autem cõceditur hæc radix, & ſequitur, difficile eſt reſpondere ei. ſed eſt res, quã nõ dicunt, niſi poſteriores ex Philoſophis Maurorum.

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga. reſpondẽs ꝓ Philoſophis. Si autem dicitur mundum vl'iter nõ emanare à Deo glori. immediate, ſed quod emanat ab eo eſt ens vnum, & eſt prĩcipium creaturarum & eſt intellectus abſolutus. ſ. eſt ſubſtãtia exiſtẽs per ſe, nõ multiplicata, ſciẽs ſeipſum, & ſciens principium ſuum, & appellat eum lex nomine. Angeli: deinde emanat ab eo tertius, & ex tertio quartus. & multiplicatio entium eſt mediate. qm̃ diuerſitas entis, & multiplicatio eius, aut erit propter diuerſitatẽ potẽtiarum agẽtium, ſicut nos agimus ex virtute appetitiua, aliter q̃ agimꝰ ex virtute iraſcibili: aut erit propter diuerſitatem materierum, ſicut Sol dealbat pannum lotum, & denigrat faciem hominis, & reſoluit aliquas ſubſtantias, & indurat aliquas: aut ꝓpter diuerſitatem inſtrumẽtorum, ſicut Carpentarius ſecat cum ſerra, & cum ſecuri ſcindit lignum, & perforat cum perforatiuo: aut erit multiplicatio actionis mediate, cùm egerit aliquam actionem, & poſt hãc actionem agit aliam, & multiplicabit actionem. Et oẽs iſtæ diuiſiones sũt falſæ in primo principio. in ſubſtantia. n. eius non eſt diuerſitas nec ĩ eo E F

G est cõsecutio, vel posterioritas, vt declarabimus in rationib⁹ vnitatis. nec est ibi diuersitas materierum: nam sermo est de causato primo, qđ emanat à primo. nec est ibi diuersitas instrumẽti: nõ. n. reperitur cum Deo glo. in gradu suo: & sermo est de innouatione primi instrũ: ergo nõ remanet, nisi ꝙ multiplicatio in mundo emanet à Deo glo. in via mediationis, vt diximus superius.

AVERROES.

Primũ cũ fuerit simplex, et vnũ, nõ prouẽit ab eo nisi vnũ.

Ait Auer. Summa huius sermonis est ꝙ primum, cùm fuerit simplex, & vnũ, nõ prouenit ab eo, nisi vnũ. sed diuersificatur actio agẽtis, & multiplicatur, aut ex parte ma-
H terierum, & nõ sunt materiæ cũ eo: aut ex parte instrũ, & nõ est instrũm cum eo: & nõ remanet, nisi ꝙ sit ex parte medij, cũ emanat ab eo primũ vnũ, & ex hoc vno vnũ, & ex hoc vno vnũ, & ita reperit̃ multiplicatio.

ALGAZEL.

Deinde dixit Alga. dubitans eis. Dicimus & sequitur ex hoc vt nõ sit in mũdo, nisi vna res composita ex diuersis: sed entia oĩa erũt eadem, & quodlibet eorũ erit causatũ vniuscuiusq; superioris, & causa in-
I ferioris vsq; ad causatũ, quod nõ habet causatum, sicut deuenit ex parte ascẽsus ad causam, quæ nõ habet causam. Et tñ nõ est sic. nã corpus apud eos est ex forma, & materia, & ex collectione earum fit quid vnum. nam hõ est cõpositus ex corpore, & aĩa: & nõ est esse vnius eorũ ab alio: sed esse eorum simul est ab alia causa. & orbis sm̃ opinionẽ eorum est sic: qm̃ est corpus aĩatum: & nõ est ĩnouatum corpus ab aĩa, nec aĩa à corpore, sed ambo proueniunt à causa alia ab eis. Quomodo ergo inuenta sunt hęc entia composita? an ab vna causa? & destruetur sermo eorũ nõ emanat ab vno, nisi vnum: aut à causa composita? & conuenit interrogatio de illa causa, adeo ꝙ deueniat necessario ad compositum, & simplex. nam principium est simplex, & prouenit ab eo compositio, & nõ imaginatur hoc, nisi cum tactu. &, cũ fuerit tactus, & destruitur dictum eorũ ꝙ ab vno non prouenit, nisi vnum. K

AVERROES.

Ait Auer. Hoc sequit̃ eis, cũ posuerint ꝙ agens primum sit vt est agens simplex, quod nobis appa-
ret, s. vt sint entia omnia simplicia. L
Attamen hoc sequitur ei, qui ponit hãc inquisitionem vl'em oĩbus entibus. qui vero diuidit ens in ens separatum, & ens materiale sensibile, ipse quidem ponit principia, ad quæ ascendit ens sensibile, diuersa à principiis, ad quæ ascẽdit ens intelligibile. & ponit quidem principia entium sẽsibilium materiã, & formã: & ponit aliquod eorũ agẽs aliquoꝝ, adeo ꝙ deuenit ad corp⁹ cœleste: & ponit substãtias intelligibiles ascẽdere ad primum principium, quarum est principium ad similitudinẽ for-
mæ, & similitudinem finis, & similitudinem agentis. & hoc totũ est declaratum in libris eorum. Et afferamus hãc propositionem cõem, & nõ sequentur hæ dubitationes. & hæc ẽ opinio Arist. † Attamen hæc propositio, dicẽs ꝙ ab vno nõ emanat, nisi vnum, est propositio, in qua conuenerunt Antiqui Philosophorum, cũ perscrutabãtur de principio primo mundi speculatione topica. isti tamẽ opinãtur esse speculationem demõstratiuam, faciendo inductionem in vniuersali, in eo ꝙ primum principium M

† Examinatio h⁹ põnis. ab vno nõ [prou]enit, [nisi] vnum.

A pium est vnũ oĩbus, & vnum necesse est vt nõ emanet ab eo, nisi vnum. &, cùm fuerint apud eos hæ duæ radices, perquirunt vñ prouenit multiplicatio. & hoc quidem, postq̃ est incõueniens apud eos, opinio antiquior ista, & est q̧ prima principia sunt duo, vnum quidem ad bonum, & aliud ad malum. nam impossibile est apud eos vt principia cõtrariorũ sint vnũ. & viderũt q̧ cõtrarietates vl'es, quæ includũt oĩa contraria, sunt bonum, & malum: vnde existimauerũt q̧ necessario principia sũt duo. Et, cùm consyderauerint Anti-
B qui entia, & viderunt oĩa tendere ad vnum finem, & est ordinatio reperta in mũdo, sicut ordinatio reperta in exercitu ex parte principis exercitus, & ordinatio reperta in ciuitatibus ex parte gubernatorum ciuitatum, crediderũt q̧ mundus necessario est huiusmodi: & crediderunt ꝓpter bonum repertum in omni ente q̧ malum fit per accñs: vt sunt cõdemnationes factæ à gubernatorib⁹ probis ciuitatum, q̧ sunt mala posita propter bonum, nõ autem prima intẽtione, nam sunt hic ex bonis aliqua, quæ impossibile est vt reperian-
C tur, nisi admisceatur eis malum, sicut est in esse hominis, quod est cõpositum ex aĩa intellectiua, & aĩa bestiali. & determinauit sapiẽtia apud eos vt reperiatur bonum magnum, licet, admisceatur ei malum paruũ. qm̃ esse bonum magnum cum paruo malo est melius, q̃ priuatio boni magni propter malum paruum. Et, cùm paruit apud eos in fine q̧ primum principium necesse est vt sit vnum, & aduenit hæc dubitatio de vno, rñderunt ei tribus rñsionibus. Nam aliqui putauerũt q̧ multipli-

D catio prouenit ex materia: & est secta Pithagorica, & societas eius: & aliqui putauerũt q̧ multiplicatio proueniat ex multiplicatione instrumẽtorum: & aliqui putauerũt q̧ multiplicatio proueniat ex mediis. Et primus, qui hoc posuit, fuit Plato. & est sufficiẽtior his opinionibus. qm̃ interrogatio adhuc conuenit duabus aliis rñsionibus, & est vñ prouenit multiplicatio materierum, & multiplicatio instrumẽtorum & quicũq; cõcederint hanc propositionẽ, illud dubium est commune eis. & dubitatio de modo, quo prouenit multiplicatio ab uno, sequitur eis, s. ei, qui cõ-
E fitetur q̧ ab vno non prouenit, nisi vnum. famosum vero hoc tempore est cõtrarium huius, & est q̧ vnum primum emanant ab eo emanatione prima omnia entia diuersa. & sermo dubius in hoc tempore cum hominibus nostræ tempestatis est ĩ hac propositione. Id autem, cùm quo dubitauit Algazel sectæ Peripateticorũ, nõ sequitur eis: & est q̧, si multiplicatio ꝓueniret ex parte mediorum, nõ sequitur profecto ex hoc, nisi multiplicatio simplex. & quodlibet eorum est compositum ex multitudine. qm̃ Philosophi tenẽt q̧ hic
F sic multiplicatio vtroq; modo: multiplicatio quidem rebus simplicib⁹, & sunt entia simplicia, quæ non sũt in materia, & vnumquodq; eorum est causa alterius, & ascendũt omnia ad vnam causam, quæ est de genere eorum, & ipsa est prima in hoc genere: & multiplicatio in corporib⁹ cœlestibus prouenit ex multitudine horum principiorum: & multiplicatio, quæ est sub corporibus cœlestibus, prouenit ex materia, & forma, & corporibus cœlestibus. & non sequitur

G cis aliquid huius dubitationis. Et corpora cœleſtia mouenť primo ex motoribus eorum, qui nõ ſunt ĩ materia omnino:& formæ eorum, ſcilicet corporum cœleſtium emanant ab iſtis motoribus.& formę eorum, quæ ſunt ſub corporibus cœleſtib', emanãt à corporibus cœleſtibus, & aliquæ ab aliquibus, ſiue ſint formę corporum ſimplicium, quæ ſunt in materia prima, quæ nõ eſt generabilis nec corruptibilis, ſiue formæ corporum compoſitorum ex corporibus ſimplicibus·& compoſitio ĩ iſtis eſt propter corpora cœleſtia. hęc eſt

H opinio eorum in ordinatione hic reperta. Res autem, quæ mouerũt eos Philoſophos ad hãc opinionem, nõ pñt declarari hic.qm̃ hæc declaratio eſt fundata ſupra radices, & propoſitiones multas, quę declarãtur ĩ multis artibus, & cum artib⁹ multis, quarum vna eſt ſub altera. Philoſophi vero Maurorum, vt Auiyeſa, & Auicenna, quia confitentur aduerſario quòd agens, quod non apparet nobis, eſt ſicut id, qd᷑ apparet nobis: & vnum agens non prouenit ab eo, niſi vnum actum.&, cùm primũ apud omnes ſit vnũ ſimplex: difficile eſt

I profecto eis prouenire multiplicationem ab eo: adeo ꝙ res ipſa coegit eos vt non ponãt primum motorẽ motu diurno, ſed dixerunt ꝙ primũ ſit ens ſimplex, ex quo emanauit motor orbis magni, & emanauit à motore orbis magni orbis magnus, & motor orbis ſecundi, qui eſt ſub magno. qm̃ hic motor eſt compoſitus ex eo, quod intelligit de primo, & ex eo, quod intelligit de ſeipſo. Et hic eſt error ſecundum eorum radices. nam intelligẽs, & intellectum eſt idẽ in intellectu humano, quanto magis in intellectibus ſeparatis. & hoc K

totum non ſequitur ſermoni Ariſt. nam agens vnum, quod nobis appa-ret, ſi emanauerit ab eo actio vna, non dicitur cum agente primo, niſi æquiuoce. agens enim primũ, quod non nobis apparet, eſt agens ſimpliciter: quod vero apparet, eſt agẽs ſecundum quid. & agens ſimpliciter non emanat ab eo, niſi actio abſoluta: actio autem abſoluta non appropriatur acto præter actum.&, cũ hoc probat Ariſt. quòd agens intellectorum humanorũ eſt intellectus mũdus materia, ſcilicet ex eo ꝙ intelligit omnia. Et ſic etiam probat ꝙ in- L

tellectus paſſibilis non eſt generabilis, nec corruptibilis ex eo, ꝙ recipiet omnia. Et reſponſio huic opinioni ſapientis, ꝙ res, quæ non poſſunt eſſe, niſi cum copulatione adinuicem, vt eſt copulatio materiæ cum forma, & copulatio partium mũdi ſimplicium adinuicem, eſſe quidem earũ ſequitur earũ copulationẽ: &, cũ ſic fuerit, igitur dans copulationem dat eſſe. &, cum omne copulatũ copulatur re, qua eſt vnum: & vnum, cùm quo copulať, ſequitur ab vno, quod exiſtit per ſe: neceſſe eſt vt ſit hic vnum ſeparatum exiſtens per ſe, M

& neceſſe eſt vt iſtud vnum tribuat vnum per ſe. Et iſti modi diuiduntur in ſpecies in entibus ſecũdum naturam eorũ, & prouenit ex hac vnitate attributa vnicuiq; enti eſſe huius entis ſibi proprium. qua eſt vnũ. & omnia aſcẽdunt ad vnitatem primam: ſicut peruenit caliditas, quæ ẽ in quolibet ente rerum calidarum à calido primo, quod eſt ignis, & ad id perueniunt. &, cùm hoc fecit vnionem Ariſto. inter eſſe ſenſibile, & eſſe intellectuale, & dixit ꝙ mundus

eſt

A est vnum, quod emanauit ab vno, & ꝙ vnum est causa vnitatis quodãmodo. & causa multitudinis quodãmodo, & in eo, quod fuit possibile ei, perscrutatus est in hoc. & propter difficultatem huius rei non intellexerũt eum multi, qui uenerũt post eum, vt diximus. Et, cùm hoc sic fuerit, manifestum est ꝙ hic est vnũ ens, à quo emanat virtus vna, qua reperiuntur omnia entia. &, quia sunt multa, igitur ex vno, quod est vnũ, necesse est vt sit multitudo, aut ipsa emanet, voca eam vt vis Et hæc ẽ di spõ dicti sui: & ẽ aliter. q̃ id, quod di
B xit dicẽs ꝙ ab vno emanat vnum. & vide hunc errorẽ, q̃tum est magnus sapientibus, & tua interest intelligere hoc dictum eorum, an sit demonstratio, vel ne, s. in libris Antiquorũ, non autem in libro Auic. aut alioꝝ, qui mũtauerunt opinionem Philosophorum in scientia Diuina, adeo ꝙ facta est existimatio.

ALGAZEL.

Ait Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicet, cùm patefacta fuerit opinio nostra, auferẽ dubitatio. nam entia diuiduntur in ea, quæ sunt in subiecto, vt sunt acci-
C dentia, & formæ, & ea, quæ non sunt in subiecto: & ista diuiduntur in ea, quę sunt subiectum aliorum, vt corpora: & in ea, quæ non sunt in subiecto, vt entia, quæ sunt substantiæ cõsistentes in se: & diuiduntur in ea, q̃ imprimũtur in corporibus, & ea appellamus animas: & in ea, quæ non imprimuntur in corporibus, sed in animabus, & appellamus ea intelligentias abstractas. entia autem, quæ sunt in subiecto, vt accñtia, sunt ĩnouata, & hñt subiecta ĩnouata, & perueniũt ad principiũ, quod est ĩnouatũ aliquo mõ, & antiquũ aliquo mo- D do: & est motꝰ circularis, de quo nõ loquimur. Loquimur vero de existẽtibus p se, nõ in subiecto, & sũt tria, s. corpora, & sunt viliora: & intelligentiæ abstractæ, nullã hñtes depẽdẽtiã à corporibus, nisi depẽdẽtiã agentis, nõ ĩnatam eis, & sunt excelsiora: & aĩæ quæ sunt media: hñt. n. depẽdentiã in corporibus aliqua spẽ depẽdẽtiæ, & est impressio, & actio in eis. nã sunt media in dignitate, quia imprimũtur ab ĩtellectibus, & imprimũt in corporibus. Vlterius corpora sũt decem: quorum nouem sunt orbes: decimũ vero mã, quę est corpus sub E concauitate orbis Lunæ: & orbes nouem sunt aĩalia, habẽtia quidẽ corpora, & aĩas, & hñt influxum in entibus, vt dicemus, videlicet ꝙ primũ principiũ emanat ab esse eius prima intelligẽtia, & est ens existens per se, quod nõ est corpus, nec est virtus in corpore, & scit seipsum, & scit principium suum. id aũt appellauimus primã intelligentiam: & non curamus de appellatione Angeli, aut intelľus, aut cuiusuis nominis. Et sequũtur ab esse eius tria, s. intelligentia, & aĩa orbis superioris, & est orbis nonus, F & corpus orbis superioris. deinde sequitur ab intelligentia secũda intelligẽtia tertia, & aĩa orbis noni, & corpus eius. deinde sequitur ab intelligẽtia tertia intelligẽtia quarta, & aĩa orbis Saturni, & corpus eius. & sequitur ab intelligẽtia quarta intelligentia quinta, & aĩa orbis Iouis, & corpus eius: & sic vsquequo deueniat ad hoc, quod sequatur ab ea intelligentia, & aĩa orbis Lunæ, & corpus eius, & intelligentia vltima, quæ appellatur intellectus agẽs. deinde sequitur sub orbe Lunæ materia, recipiẽs gene-

G neratationem,& corruptioné ab intellectu agente,& naturas operationũ. Vlterius materiæ miscētur propter motus orbium, & stellarum diuersis mixtionib⁹, ex quibus proueniũt mineræ, & plantæ,& animalia.& nõ est necesse vt sequatur ex vnaquaq; intelligentia,intelligentia in infinitum:quoniam istæ intelligentiæ sũt diuersarum specierum, & quod est vni eorum non est in aliis. Et sequitur ex hoc, ꝙ intelligentiæ post primum principium sint decem, & orbes nouem.& summa ex istis principiis excelsis post primum decem H &nouem. & prouenenit ab hoc, ꝙ sub vnaquaq; intelligentiarum primarum sint tria, intellectus, anima orbis, & corpus eius. & impossibile est quin in principio eius sit trinitas proculdubio.& nõ imaginatur multitudo in intellecto primo, nisi vno modo, & est vt ipse intelligat principium suum, & intelligat seipsum, & ipsum in cõsyderatione sui est possibile in esse, quoniam necessitas esse eius est ab alio, nõ ex se.& ista tria sunt diuersa. & nobilius tribus causatis debet ei attribui nobilior his rebus,& emanat quidem ab eo intelli- I gentia, ex eo ꝙ ĩtelligit principium suum,& emanat anima orbis, ex eo ꝙ intelligit seipsum, & emanat corpus orbis, ex eo ꝙ est possibilis in esse ex se. Et oportet vt dicamus vnde proueniat hæc trinitas in causato, & tamen principium eius est idem. Et dicimus ꝙ non cõsequitur à primo principio,nisi vnum, & est substantia huius intelligẽtiæ, qua intelligit seipsam, & sequitur ei necessario ex seipsa, non ex parte principij, vt intelligat principium: & ipsa tamé in se est possibilis in esse, & non habet possibilitatem à primo prĩcipio, sed K ex se ipsa. nos autem non negamus reperiri vnum ab vno, ad quod sequitur causatum,non ex parte principij, sed ex rebus necessariis relatiuis,aut non relatiuis,& ex eo prouenit multitudo, & fit in hoc principium multitudinis. Et fm hunc modum possunt composita esse contigua simplicibus, cũ impośe sit absq; contactu & impośe est esse aliter: & est id,quo datur iudiciũ in eo. & hic est sermo in intelligendo opinioné eoꝝ, & quietationem intell'us in ea.

AVERROES. L

AIt Auer. Hoc totum est cõtradictio Philosophis, vt sensit Auic & Alfarabius,& alij. Opinio vero Antiquorũ est ꝙ sint hic principia,& sunt corpora cœlestia. & prĩcipia corporum cœlestium sunt entia separata à materia, quæ mouent corpora cœlestia, & corpora cœlestia mouentur ab eis modo seruitutis,& dilectiõis eis,& receptionis iussus eorum cum motu,& intellectione eorum. & quia ipsa producta sũt propter motum:& hoc est,qm̃ verificatum est quòd principia,mouentia corpora cœlestia, sunt separata à M materia, & non sunt corpora: non remanet modus, quo hoc moueat hæc corpora,nisi ex eo,ꝙ mobili iniunctum sit ad motum. & propter hoc necesse est apud eos vt sint corpora cœlestia viuentia rationalia, quæ intelligunt seipsa,& intelligunt principia mouentia ea,modo iussus eis. Et, quoniam patet ꝙ nulla sit differentia inter sciẽtiam& scitum, nisi ꝙ scitum est in materia, sciẽtia vero non est in materia : & hoc dictum est in libris de Anima: & iam sunt entia,quę nõ sunt in materia: sequitur

A quitur ergo vt sit substantia eorum scientia, aut intellectus, aut quouis nomine appellabis eam. & verificatũ est apud eos ꝙ ista principia sunt separata à materia: qm̃ ipsa influũt corporibus cœlestibus motum continuum, quo eis non euenit labor, nec defectus: & omne influens motum continuum huiusmodi nõ est corpus, nec potentia in corpore: & corpus cœleste acquisiuit permanentiam ex separatis. & verificatum est apud eos ꝙ ista principia separata, eẽ eorum est copulatum primo principio eorum. sin aũt, non esset B hic ordinatio reperta, & sermones eorum, quos scripserunt in hoc, qui vult scire veritatem, eis incumbat.

Et ex eo, quo apparet ꝙ omnes orbes mouentur motu diurno, licet moueant̃ motu proprio, verificatũ est apud eos ꝙ iubens in istis motibus est primum principium, & est Deus glor. & ꝙ ipse iussit omnibus principiis, vt iubeant cæteris orbib⁹ in aliis motibus. & hoc iussu permãsit cœlũ, & terra: vt iussu primi Principis ciuitatis seruantur omnia præcepta prouenientia ab aliquo, quem princeps præposuit in rebus ciuitatis C omnibus existentibus in ea ex hominibus, vt dixit Propheta Verbo Dei cœli facti sunt, &c. Et hic iussus, & seruitus est principalis in iussu, & seruitute, quæ necesse est esse homini, ex eo ꝙ est animal rõnale. Id aũt quod recitauit Auic. de prouentione horum principiorum abinuicẽ, est res, quam nescierunt sapientes. Quod vero est apud eos est, ꝙ hẽnt à primo principio status tales, qbus non perficitur esse, nisi in illo tali loco & copulatio, quæ est inter ea, est illud, quod facit ea esse causata abinuicem, & omnia à primo principio D & non intelligitur de agẽte, & acto, & creatore, & creato in illo esse, nisi hoc tantum. & id, quod diximus de copulatione omnis entis cũ vno, est aliter, quã hic intelligitur de agente & acto, & faciente, & facto in arte.

Si autẽ imaginatus fueris ꝙ sit princeps, habens substitutos multos, & isti substituti habeant alios substitutos: & non est esse substitutis, nisi in recipiendo substitutionem, & faciẽdo præceptum eius: & non est esse eis, qui sunt substituti, nisi mediantibus substitutis prioribus, necesse ẽ vt princeps primus sit ille, q tribuit E omnibus entibus rem, qua sunt entia. nam, si aliquis est, cuius esse est vt sit substitutus, non est quidem ei eẽ, nisi propter dominum primum.

Et hoc est id, quod tenent Philosophi, ꝙ sit præfatio legum in creatione, & innouatione, & iussu. & hæc ẽ disciplina propinqua, qua potest intelligi opinio horũ hominũ, absq; ꝙ eueniat ei dubitatio, quæ euenit ex auditu opinionũ hoĩum, s̃m differentiam, quam narrauit Alga. hic & hoc totum existimauerunt declaratum fuisse in libris eorũ. Et qui põt operam dare libris eorũ cũ con F ditionibus, quas narrauerũt, sciet veritatem eius, quo rõcinant̃, aut contrarium eius. & nõ intelligit̃ de opinione Ari. Aliud præter hoc, nec de opinione Platonis: & est finis eius, ad quod puenerũt intell's humani. Potest tamen homo peruenire ad istas res ex sermonibus euenientib⁹ eis, ꝙ sint famosi, cum hoc, ꝙ sint intellectuales: in quibus hæc via disciplinæ est delitiosa, & dilecta omnibus. Et vna ex propositionibus, qbus hoc apparet, est ꝙ homo, cũ cõsyderaue-

G ſyderauerit entia,quæ ſunt hic,apparet ei ꝙ res,quæ appellanť viuentia, ſcientia,ſunt ea, quæ mouentur ex ſe motibus terminatis, verſus intentiones,& operationes terminatas,ex quibus proueniunt operationes terminatæ.& ideo dixerunt Loquentes ꝙ omnis actio prouenit ex viuo ſapiente.&,cum fuerit apud eũ hæc radix,& eſt ꝙ omne,quod mouetur motibus terminatis, & proueniunt ex eo operationes terminatæ,& ordinatæ,eſt viuum,ſapiens:& copulatur iſti id,quod apparet ſenſui:& eſt ꝙ cœli mouentur ex ſe motibus terminatis,& ordinantur ex hoc entibus,quæ ſunt ſub eis,operatiões terminatæ.& ordo, & proportio, quo ſuſtẽtatur id,quod eſt ſub eis,ex entibus,concludiť radix tertia, in qua non eſt dubium: & eſt ꝙ cœli ſunt corpora viuentia cognoſcentia.

H

Quòd autem ex motibus eorum ſequantur operationes terminatę,quibus ſuſtentatur id, quod eſt hic ex animalibus,plantis, & mineralibus, & conſeruatio eius, hoc eſt notum per ſe cum conſyderatione. nã, niſi eſſet propinquitas Solis, & remotio eius in circulo ſuo obliquo, non eſſent hic quatuor tempora:&, niſi eſſent hic quatuor tpa, non eſſent plãtæ,nec aĩalia,nec proceſſus gñationis ſm ordinem in generatione elementorum adinuicem, ſm æqualitatem, vt conſeruetur eſſe eorũ.v.g. cũ prolongaťSol à meridie,infrigidatur aer in parte ſeptentrionali, & fiunt pluuiæ, & multiplicatur gñatio elementi aquæ,& multiplicatur in parte meridionali generatio elementi aeris:in æſtate vero contrarium,ſ.cum fuerit Sol prope caput noſtrum verſus ſeptentrionem. & iſtæ operationes,quæ reperiuntur à Sole pp propinquitatem, & remotionem,quam habet cõtinue à quolibet ente,ex eodem loco reperitur à Luna,& omnibus planetis.nam oẽs habent orbes obliquos,& faciũt quatuor tempora in motu eorum circulari.& quod magis eſt in eſſe entium,& conſeruatione eorũ eſt motus diurnus,magnus quidem, faciẽs diem.& iam innuit lex prouidentia Dei in homine, cũ ſubmittantur ei oẽs orbes, cũ dixit ipſe glo.& ad prędominandum in die,& in nocte, & deinde omnia tempora terræ,&c.& niſi eſſet fœdus meum,&c. Et, cum conſyderauerit homo has operationes,& regimina prouenięntia, diuerſa quidem ex motibus ſtellarum, & viderit ſtellas moueri ijs motibus, & habere figuras terminatas, & ex partibus terminatis,& verſus operationes terminatas,& motus contrarios,ſcit iſtas operationes terminatas prouenire ex entibus cognoſcentibus,& animatis,habẽtibus electionem,& voluntatem. Et quod magis facit eum credere hoc,eſt, cum nos videmus multa ex corporibus paruis,fœtidis,vilibus,& obſcuris,hic repertis non priuari vita generaliter cum paruitate partium eorũ,& vilitate menſuræ eorum, & breuitate vitę eorum, & obſcuritate corporis eorum,& ꝙ bonitas diuina eis influxit animam,& cõprehenſionẽ quãdam,qua regunt ſeipſa,& conſeruãt eſſe ſuum, expreſſe patet ꝙ multo magis debent eſſe corpora cœleſtia aĩata,comprehendẽtia, quã iſta corpora,pp magnitudinẽ corporis, & dignitatem eorũ,& multitudinẽ luminis eorum,vt dixit ipſe glo. mediãte Propheta ſuo cęli enarrãt,&c. ſed

I K L M

A sed multi hoīum nesciunt hoc. Demum, cū consyderetur regimen eorum in corporibus aīatis, quæ sunt hic, scitur absolute ꝙ sunt animata. nam animatum nō regitur, nisi ab aīato perfectiori anima, quam anima eius. Et, cum consyderauerit homo hæc corpora magna, animata, rōnalia, eligentia, quæ nos continent, & consyderauerit tertiam radicem, & est ꝙ prouidentia eorum ad ea, quæ sunt hic, non est necessaria eis in esse eorum, sciet ꝙ iniunctum est eis in iis motibus, & sunt submissa eis, quę sunt sub eis ex animalibus, & plantis, & inanimatis, &
B iubens eis est aliud ab eis, & est non corporeum necessario. nam, si esset corpus, esset de numero eorum. & quodlibet eorum est obediens ei, quod est sub eo hic ex entibus, & seruit ei, & non indiget seruitute eius in esse suo. &, nisi esset iussus eis, non prouiderent ad id, quod est hic, continue: quoniam ipsi vellent non habentes quidem vtilitatem in hac operatione. Igitur mouentur ꝑ ꝑ iussum, & timorem euenientem eis ad conseruandum ea, quæ sunt hic, & sustētādum esse eius: & iubēs est Deus glo.
C Ver. g. si aliquis viderit multitudinem hominum dominātium in rebus, & operationibus terminatis, nō cessantibus in instanti, licet operationes illæ non sint necessariæ in eē eorum, & non indigent eis, deliberabit proferre sententiam ꝙ sunt timētes. & iniunctum est eis in operationibus illis, & ꝙ habent præcipientē, qui præcepit eis in hoc regimine cōtinuante prouidentiam in aliis, qui est superior eis superiori gradu, & sunt vt serui obedientes ei. &, cum consyderauerit homo aliud, & est ꝙ vnusquisq; planetarum septē habet motus innouatos motui eius vlī D habentes quidem corpora seruientia corpori vlī, ac si essent obedientia, sciet absolute etiam ꝙ quilibet planeta habet iussorem sibi ꝓpriū, deputatum eis ex primo iubente. vt euenit in gubernatione exercitus, q. est collectio vniuscuiusque eorum sub vno iussore: & isti iussores, qui appellantur capitanei, deueniūt ad vnum principē, & est princeps exercitus, sic est dispositio in motu corporum cœlestium, quam perceperunt Antiqui de istis motibus, & sūt quadraginta, & postea reducuntur E omnia ad septem planetas, & reducuntur illi septem ad octauum, & reducitur octauum fm diuersitatem, quæ est inter Antiquos, in numero motuum ad iussorem primum. Et hæc notitia habet̃ homini hoc modo, siue sciat quomodo sit principiū creationis horum corporum cœlestium, siue nesciat: & quomodo sit copulatio aliorum iubentium cum primo pręcipiente, siue sciat, siue nesciat. nam ipse non dubitat ꝙ, si eēnt ex seipsis, s. antiqua absque causa, & inuentore, possibile esset eis non recipere iussum à iubente vno cū su- F biectione, & seruitute. & sic ē dispositio iubentium cum iubēte primo. &, cum hoc non fuerit eis possibile, ergo est ibi proportio inter eos, & eum, & proportio, quæ determinauit eis obedientiam, & seruitutē. & hoc non est aliud, nisi ex eo ꝙ sunt ei ex natura esse eorum, non vt accidens ex accidentibus, sicut est dominus cum suis seruis, sed in natura eē eorū. nam non est ibi seruitus addita subæ, immo substantiæ illæ sustētantur in seruitute. & hæc adeptio ē

xegnum

G regnum cęli,& terræ,q̄d vidit Abraham pater noſter, cum dixit Facies cœlum,& terram. Et ſcias ꝙ,cũ ſic fuerit,neceſſe eſt vt non ſit creatio horum corporũ,& principium gn̄ationis eorum,modo gn̄ationis corporum,quæ ſunt hic. & intellectus humanus deficit apprehēdere qualitatem huius operationis, licet ſciret eſſe eius. Qui autem perquirit aſſimilari duas entitates,quarum vna eſt in altera,& ꝙ agens earum ſit agens eo modo,quo reperiunt' agentia,hic eſt in maxima perturbatione,deceptione,& cõfuſione. Et hęc

H eſt ſumma eius,quod intellexerunt Antiqui de corporibus cœleſtibus, & conſtitutione eorum à creatore glo.& ꝙ non ſit corpus, & conſtitutione eius,quod eſt ex entibus inferioribus ab eo,quæ non ſunt corpora,& vnum eorum eſt anima cõſtituere autem eſſe eius, ex eo ꝙ ſunt innouata eo modo, quo innouant' corpora,quæ ſunt hic , vt conati sũt loquentes,eſt nimis difficile.& propoſitiones,adductæ in hoc, non cõplent id,quod intendunt declarare. & declarabimus hoc ex ſermonibus noſtris ſubſequentibus,cum loque-

I mur de via conſtitutionis eſſe Dei glo. His autem habitis reuertamur ad narrandum ea,quæ dicit Alg.in contradicendo ei,quod recitauit de opinionibus Philoſophorum,& notificabimus gradum eius in veritate.nam hoc eſt intentum primum in hoc libro.

ALGAZEL.

Ait Alga. contradicens Philoſophis. Dicimus,id,quod narraſtis,aſtutia quædam eſt.& in rei veritate eſt obſcuritas maior præ alijs obſcuritatibus,q̄ ſi aliquis recitauerit ex inſomnio, iudicabit' ex eo, ꝙ ſit malæ complexionis.&, ſi id reduxerit in genere rerum legum,in quibus termini inquiſitionis ſunt exiſtimationes,dicetur ꝙ ſunt errores, & non adipiſcentur ſciētias , ſed vanas cogitationes. K

AVERROES.

Ait Auer. Non eſt inconueniēs vt eueniat hoc ſtultis cum ſapientibus,& vulgo cum electis, vt euenit eis in rebus artificialibus. nã artifices cum poſuerint multa ex operibus ſuis vulgo , & oñderint ſuas operationes mirabiles, fugiet ab eis vulgus,& exiſtimabit ꝙ ſunt diminuti cerebri. Attamen iſti in rei veritate ponuntur in gradu diminuti cerebri ab intelligentibus,& ignorātes quidem à ſapientibus . & ſermones huiuſmodi non oportet vt proijciantur contra eos opiniones ſapientum,& hominum ſpeculatiuorum. debebat tamen ipſe, cum narrauerat hęc,narrare opiniones, quæ mouerunt eos ad iſta,ita quòd poſſit audiens facere comparationem inter eas,& ſermones , quos perquirit ipſe deſtruere. L

ALGAZEL.

Ait Alga. Introitus aũt q̄onis, prout eſt,non narrabitur, ſed ponemus modos determinatos. Et primus quidē eſt vt dicamus, iã poſuiſtis ꝙ vna rerũ multitudinis cãti primi,eſt ꝙ ſit poſſibilis in eē, tũc dicimus eē poſſem in eſſe vtrũ eſt eſſe eiuſmet,aut aliud? ſi aũt idem, igitur nõ ꝓuenit ex eo multitudo, ſi vero aliud,igitur dicetis in primo principio eē multitudinē. nã eſt, & cũ hoc eſt neceſſarium in eſſe. neceſſarium aũt in eſſe eſt aliud quã ſubſtãtia ipſius eſſe.& permittimus aduentum diuerſo- M

A diuersorum in hac multitudine. Si autem dicitis nihil est necessitati in esse, nisi ipsum esse, igitur non erit aliquid possibilitati in eē. nisi ipsum eē. Si aūt dicitis bñ pōt sciri ꝙ sit, & nō scietur esse posēm, est ergo aliud. sic etiam necessarium in esse pōt sciri esse eius: & nesciėtur necessitas eius, nisi post aliam rōnem: ergo erit aliud. demum esse est quid vniuersale, quod diuiditur in necessarium, & possibile. &, si aliqua dr̃ia harum duarum partium addatur vl'i, sic quoq; erit secunda dr̃ia indifferens. Si autem dicis possibilitas
B in eē est ei ex se, & eē eius ex alio, & quomodo erit id, quod est ei ex se, & quod ē ei ex alio idē dicimus quomodo erit necessitas in esse ipsum esse, & potest auferri necessitas in esse, & remanet esse, & vnum verum omnibus modis est. quod non conuenit affirmationi, & ablationi. nā impossibile est dicere esse, & nō eē, aut necessarium in esse, & non necessarium in esse: & tamen potest dici esse, & non necessarium in esse, sicut potest dici non esse, & possibile in esse. scitur autē vnitas in hoc. & non est cōgruum stare in primo,
C si verificatum fuerit id, quod dixerint, quòd possibilitas in eē sit aliud ab esse possibili.

AVERROES.

AIt Auer. Cum dixit ꝙ dictum nostrum de possibili in eē aut erit ipsummet esse, aut aliud, i. res addita ipsi esse. &, si fuerit idem, nō est multitudo. & nihil est eorum dictū, ꝙ possibile in esse est in eo multitudo. si vero aliud, sequitur vobis hoc necessario in esse, & erit in necessario esse multitudo. & hoc est contra id, quod ponunt, est sermo nōn verus. nam dimisit tertiam partem diuisionis. Necessarium enim in esse non est quid additum ipsi esse extra animam, sed est quid enti necessario in esse, & non additum substantiæ eius. & quasi reducitur ad ablationem causæ, s. ꝙ esse eius sit causatū ab alio. & quasi id, quod tribuit alii, aufertur ab eo, vt dicimus de ente ꝙ sit vnum. nam vnitas non intelligitur in ente quid additum substātiæ eius extra animam in esse, sicut intelligitur ex dicto nostro ens album: sed intelligitur de eo res priuatiua, & est priuatio diuisionis. &
E sic necessarium in eē intelligitur de necessitate res priuatiua, quam determinauit substantia eius: & est vt sit necessitas in esse ex se, nō ex alio. & sic, cum dicimus possibile in esse ex se, non potest intelligi de eo attributum additum substantiæ extra animam, sicut intelligitur de possibili vero, sed intelligitur de eo ꝙ substantia eius determinet ꝙ esse eius non sit necessarium, nisi ex causa. & ipsum significat substantiam, à qua cum aufertur causa, non erit necessarium in esse ex se, sed erit non necessarium in esse, s. negatum ab eo attri-
F butum necessarii in eē: ac si diceret ꝙ necessarium in esse aliquod eius, quod est necessarium ex se, & aliqd' quod est necessariū est causa. quod autem est necessarium ex causa, nō est necessarium ex se. & nemo dubitat ꝙ istæ differentiæ non sunt differentiæ substantiales, i. diuidentes substantiam, nec additæ substantiæ: sed sunt res negatiuæ, & relatiuæ: sicut dicimus de re inuenta quòd nō significat rem additam substantiæ extra animam, eo modo, quo dicimus de re ꝙ sit alba. Et ex hoc errauit

G uit Auicenna, qui existimauit quòd vnum sit additum substantiæ. & sic ipsum esse rei, cum dicimus quod res ē. & in futurum disputabitur de hoc.

Et primus, qui inuenit hanc præfationem, fuit Auic. s. cum dixit possibile in esse ex se, & necessarium in esse ex alio. nam possibilitas est attributum in re præter rem, in qua est possibilitas. & determinat simplicitas harum dictionum quod id, quod ē sub primo, sit compositum ex duobus: vnum quidem, cui attribuitur possibilitas: & aliud, cui attribuitur necessitas in esse, & est præfatio vi-
H lis. sed, cum intelligitur de eo id, quod diximus, non euenit ei dubietas, quã ponit Alg. remanet tamen ei videre vtrum, cum intelligitur de causato primo possibilitas esse eius, determinet ei quod sit compositum, vel ne? nã, si attributio fuerit relatiua, non determinat ei compositionem. & non omne, de quo intelliguntur res diuersæ, determinatur quod sint attributa, addita substantiæ eius extra animam. nam est hæc dispositio priuatiuorum, & dispositio relatiuorum.

Et ideo non tenẽt aliqui Antiquorum vt numeretur prædicamẽtum
I relationis in entibus extra animam s. decem prædicamentis. Alga. aũt intulit in sermone suo quod omne habens intellectionem additam determinat aliquid extra animã in actu & est error, & sermo sophisticus. & patet ex eo, quod dixit. Demum eē est quid vniuersale, & diuiditur in necessarium in esse, & possibile. &, si aliqua differentia partium eēt addita vniuersali, sic etiam & alia differentia indifferenter. Nam diuisio ipsius esse ad possibile, & necessariũ non est sicut diuisio animalis ad rationale, & non rationale, aut ad ambulans, & natans, & volatile. ista. n. K sunt addita generi, quæ faciunt id diuidi in species additas, & animalitas est communis eis. & istæ differẽtiæ sunt additæ eis. Possibile autẽ, in quod Auicenna diuisit ens, non est quid extra animam in actu, & est præfatio vilis, vt diximus. nam ens, quod habet causam, in esse suo non intelligitur de eo, nisi priuatio. idest omne id, quod est ex alio, non habet ex se nisi priuationem, nisi cũ fuerit natura eius natura possibilis veri. & ideo diuisio entis ad necessarium in esse, & possibile in eē est di- L uisio non nota, cum non intelligit per possibile possibile verum. & postea de hoc loquemur. Attamen id tantum dicimus hic quod ens, cum diuiditur, aut diuiditur in differentias substantiales, aut in res relatiuas aut accidentia addita substantiæ. Diuisio autem per differentias substantiales determinat absque dubio multitudinem operationum ab eo: diuisio vero eius per res, & relatiuas seu accidentales nõ determinat multitudinem operationum. Si autẽ aliquis contradixerit quod diuisio eius per attributa intrinseca determinat M ei operationes diuersas, tunc igitur primum principium, emanat ab eo multitudo necessario, & non indiget causato ab eo, quod sit principium multitudinis. Si vero dixerit quod non determinat multitudo attributorum relatiuorũ prouenire operationes diuersas, tunc nõ erũt attributa intrinseca, quæ sunt in primo principio, determinantia prouenire operationes diuersas. & positio ponẽtis cãtũ primũ hoc modo est melior. Et, cũ dixit, & quõ erit quod est ei ex se, &

A ex se,& quod est ei ex alio, idem? iste profecto vir existimabat possibilitatem non habere esse nisi in intellectu. Attamen sequitur hoc hic,& nihil prohibetur quin ī eadem substantia sit affirmatio,& ablatio in rebus suis, absq; eo ꝙ consequat̃ multitudo in hac substantia, vt negat id Alga.& cum perceperis hoc, poteris soluere totum id, quod dixit in hoc capitulo. Si aũt dixerit sequitur fm hoc vt non sit compositio, nec necessario in esse ex se, nec necessario in esse ex alio, dicimus necessarium in esse ex alio, intellectus compre-B hendit in eo compositionem in causato,& causa.&, si fuerit corpus, necesse est vt sit ī eo vnitas aliquo modo,& multitudo alio modo, s. corpora generabilia,& corruptibilia. s. vnitas in actu,& multitudo in potẽtia. si vero fuerit non corpus nõ cõprehendit intellectus multitudinẽ nec in potentia, nec in actu, sed vnitatem omnibus modis.& ideo determinauerunt Antiqui de hac specie entium,& dixerunt ꝙ sunt simplicia: sed dicũt de eis ꝙ causa in eis est magis simplex causato & ideo tenẽt ꝙ primum est simplicius eis. primũ C enim non intelligitur de eo causa, & causatum omnino: id vero, quod est post primum, intelligit de eo intellectus compositionem.& ideo secundum apud eos est simplicius tertio.& sic debet intelligi opinio sapiẽtum.& erit dispositio in causa,& cãto in his entibus, ac si esset eis multitudo in potentia, quę apparet in causato. s. ꝙ consequentur ab eo causata multa contigua in aliquo tempore. Et, cum ītelligitur hoc ex sermone eorum,& conceditur eis, non cõtinget eis dubitatio, quã fecit Alga.

Cum vero intelligitur ex sermone eorum ꝙ secundum intelligit seipsum,& intelligit principium suũ,& in eo ꝙ intelligit seipsum, prouenit ab eo vnum,& in eo ꝙ intelligit de principio suo, prouenit ex eo aliud, qm̃ est habẽs duas formas, aut duas substantias, vt intellexit Alga. de eis est, sermo falsus, nam, si eẽt hoc, eẽt compositum ex pluribus formis.& illa forma esset vna subiecto,& plures definitione, sicut est dispõ in anima. sed facta ẽ fortis hæc opinio eis ex eo, qd̃ existimãt de emanatione abinuicem.& quasi intẽdunt intelligere hoc ibi, assimilando hoc agẽtibus sensibilibus.& ī rei veritate sciẽtiæ Diuinæ, ex eo ꝙ mistæ sunt his sermonibus, existimantur esse disciplinæ Legistarum. Igitur declaratũ est tibi ex hoc sermone ꝙ id, ex quo conatus est Alg. facere cõsequi multitudinem necessario in esse, quia consequitur apud eos possibili in esse, nõ ẽ verũ. qm̃, si intelligit de possibili, possibile verũ, erit ibi cõpositio absq; dubio.&, si hoc est falsum, vt diximus,& dicemus postea, non sequitur hoc necessario in esse. si vero intelligitur de possibili res intellectualis, non sequitur vt sit neq; aliquod ipsorum cõpositũ hoc modo, sed intelligitur de eo compositio ex eo, quod est ex causa,& causato. D E F

ALGAZEL.

Ait Alga. Quæstio secunda est vt dicamus intelligere principium suum, aut est ipsummet esse ipsius,& ipsummet intelligere seipsum, aut aliud? si idem, tunc non est multitudo ī seipso, nisi dictione ex se ipso. si vero aliud, tunc hæc multitudo reperit̃ quoq; ī primo: qm̃ intelligit aliud,& intelligit seipsum.

AVER-

G AVERROES.

AIt Auer. Veritas est ꝙ id, quod intelligit de principio suo, est ipsummet esse ipsius, & ꝙ sit in natura relationis: & in hoc diminuitur à gradu primi: primum vero ē in natura entis, quod est ex se. Attamen veritas apud eos est ꝙ primum non intelligit de seipso, nisi seipsum, non rem relatiuam, & est ꝙ sit principiū sed ipsummet apud eos est omnes intelligentię, & etiam omnia entia nobiliori modo, & perfectiori omnibus, vt postea dicemus. quare nō sequitur ex hoc sermone aliquod ī-
H conuenientium, quæ intulit.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem putauerint ꝙ intelligere seipsum est ipsummet: & non intelligit seipsum id, quod non intelligit, quòd ipsum sit principium alterius: igitur intellectus adæquatur intellecto, & conuertetur ad seipsum.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc est falsum. nam esse principium est quid relatiuum, & non conuenit vt sit ipsummet. &, licet intellexerit ipsum esse principium intellectus, non est ta-
I men ei principium eo modo, quo ē. nam, si hoc esset, perficietur nobile ab ignobili. intellectum. n. est perfectio intelligentis apud eos, vt apparet in scientiis intellectus humani.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dicimus, causatum autem intelligere seipsum est ipsummet. nam intelligit seipsum, & intelligit animam suam & intellectus, & intelligens, & intellectū eius est idem etiam. Deinde, si intelligere seipsum est ipsummet, tunc intelligit ꝙ ipsummet est causatum à cā,

quæ est sic: & intellectus æquatur in K
tellecto, & conuertitur totum ad seipsum: igitur multitudo non reperitur. si autem hoc esset, multitudo ergo reperitur in primo, & tunc nō prouenient ab eo diuersa.

AVERROES.

AIt Auer. Quod recitauit hic ex Philosophis circa multitudinem preter primum principium, est sermo corruptus, & non sequitˀ ſm radices eorum. nam nō est multitudo illis intelligentiis oībus ſm opinionem eorum, & non differūt L
apud eos ex pte simplicitatis, & multitudinis, sed differunt ex parte causæ, & causati. & differentia, quæ ē inter intelligere primum seipsum, & alias intelligētias intelligere se ipsas ſm eos, est quoniam intelligētia prima intelligit de se aliquid existens ex se, non aliquid relatum ad causam. aliæ vero intelligentiæ intelligunt de se aliquid relatum ad causam earum, & ingreditur in eas multitudo hoc modo. & nō est necesse vt sint omnes in eodē gradu simplicitatis, cum non sint in eodē gradu relationis ad primum principiū. & M
nulla earum reperitˀ simplex, eo modo, quo primū est simplex. qm̄ primum numeratˀ in esse ex se, illæ vero in esse relatiuo. Cū aūt dixit postea, si intelligere seipsum est ipsummet, tunc intelligit seipsum esse causatum à cā, quę sic est & intellˀs ęquatur intellecto, & totum conuertitur ad seipsum: igitur nō ē multitudo. si autem hoc esset, multitudo reperiretur in primo. Dicendum ꝙ non sequitur, ex eo ꝙ intellectus, & intellectum in separatis sunt idem, vt sint oēs æquales in simplicitate, nam ipsi

præsupponunt

A præſupponunt ꝙ ĩ hac re ſeſe excedunt intelligẽtiæ adinuicẽ, quo ad diminutionẽ. additio vero nõ reperitur in rei veritate, niſi in intelligẽtia prima. Et cã in hoc eſt, qm̃ intelligentia prima, ſubſtantia eius eſt exiſtens in ſe, aliæ vero intelligẽtiæ intelligunt de ſubſtantijs ſuis ꝙ cõſtituunt ab ea. ſi autem intellectus, intelligens, & intellectum in vno quoq; earum eſſet in gradu vnitatis, qui eſt in prima, eſſet ens exiñs in ſe, conforme enti ex alio, aut intellectus non æquaretur naturæ rei intellectæ. & hoc totum eſt falſum B ſm eos. & hic ſermo totus, & reſpõſio topica eſt. Poteſt tamen fieri in hoc ſermo demonſtratiuus cũ paruitate ſpeculationis hominis in rebus iſtis, ſi prçſupponat, & ſciat pri' quid ſit intellectus. & nunquã ſciet quid ſit ĩtellectus, donec ſciat quid ſit anima. & nunq̃ ſciet quid ſit aĩa, donec ſciuerit quid ſit animatũ. & non pñt haberi iſta primo aſpectu, & ex ſcientijs vlibus, quæ non ſunt propriç, nec proportionatç. & cum aliquis locutus fuerit de his rebus, anteq̃ ſciat naturam ĩtellectus, erit ſermo eius in eis, ſimilis ei, qui ſomC niat. & ideo ſecta Aſſaria, cùm recitauerit opiniones Philoſophorum, ducit ad vltimitatẽ inconueniẽtiæ, & prolongationis hominis à ſpeculatione in entibus.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dimittamus rationes vnitatis eius omnimode. ſiquidem vnitas auferetur hac ſpecie multitudinis.

AVERROES.

AIt Auer. Ideſt ꝙ, cum ipſi poſuerint primum ĩtelligere ſeipſum, & intelliget de ſe ꝙ ſit cã alterius, debent ponere ꝙ non ſit vnũ D omnimode. nã adhuc non eſt declaratũ ꝙ neceſſario eſt vnum omnimode. & hoc, quod dixit, eſt opinio aliquorum Peripateticorũ, qui exponunt eam eſſe opinionem Ariſt.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit primũ non intelligere niſi ſeipſum, & ĩtelligere ſeipſum eſt ipſummet: & intellectus, et intelligens, & intellectum eſt vnũ, & nõ intelligit aliud. Reſponſio huic eſt multipliciter, et primo ꝙ hanc opinionẽ ꝑp falſitatem eius expulerunt Auicenna, & alij verificantes, & exiſtima- E uerunt ꝙ primum ĩtelligit ſeipſum eſſe principium ad influendũ id, qđ ĩfluitur ab eo. & intelligit entia oĩa in ſpeciebus ſuis intellectiõe vl'i, nõ autem particulari. nam vituperauerunt ſermonem dicẽtis ꝙ ex primo principio non prouenit niſi intellectus vnus, & ꝙ non intelligit quod prouenit ab eo. & intellectum eius eſt intellectus, & influitur ab eo intellectus, & anima orbis, & corpus orbis, & intelligit ſeipſum, & cauſata eius tria. ſed cã eius, & principiũ eius nõ intelligit niſi ſeipſum. igit' cauſatum eſt nobilius cã. qm̃ à cau F ſa non influitur niſi vnũ: ab iſtis vero influuntur tria. & primũ non intelligit niſi ſeipſum: hoc vero intelligit ſeipſum, & ſubſtãtiã principij, & ſubſtantiã cauſatorum. Qui autem cõtentatur vt ſit ſermo eius ꝙ Deus glo. ſit in hoc gradu, iam poſuit eum viliorem oĩ ente intelligẽte ſeipſum. nam id, quod intelligit eũ, & intelligit ſeipſum, eſt dignius eo. ipſe enim non intelligit niſi ſeipſum, & prouenit ex eis depreſsio excellentiæ eius, adeo ꝙ auferũt id,

G quod intelligitur in eo de celsitudine, & constituerunt eum tanq̃ mortuum, cui non est dominiũ, in eo ꝙ gubernat mundum, nisi ꝙ differt à mortuo, in eo ꝙ cõsyderat seipsum tm̃, sic meritum reddat Deus glor. deuiãtibus à vijs eius, & tortuose ĩcedentibus, decipiẽtibus se ipsos, & negando dictum suum glo. In principio creauit Deus, cogitantibus quidem in deo prauas cogitationes, & credentibus ꝙ res diuinæ assimilantur cũ occultatione earum virtutibus carnalibus, & errantibus quidẽ in intellectibus suis, & cogitantibus
H ꝙ sit eis amplitudo, & non indigentia mandatis Dei. & secutum est eis pp hoc, ꝙ coacti sunt concedere cõstitutionem eorum intellectorum reduci ad id, qđ si recitaretur, insomnio admirarentur eo.

AVERROES.

Ait Auer. Qui autem vult perscrutari in his rebus, debet scire ꝙ multæ rerum, quæ affirmãtur in scientijs speculatiuis, Cum ad eas ingressum fuerit primo aspectu, & cum eo, qđ vulgus intelligit de hoc, erunt respectu eorũ similes ei, quod
I percipit somniator in somnio, vt dixit ipse. & multæ harũ nõ sunt de eis propositiones de genere propõnũ, quę sunt intelligibiles apud vulgus, & proferunt eas his rebus. Attamẽ non est modus, vt sit de eis prolatio sufficiẽs, sed vt eis mediãtibus proueniat veritas ei, qui procedit in sc̃ia earum modo veridico. Ver. g. si dicitur vulgo, & ei, qui ẽ altioris gradus, ꝙ Sol, qui videtur oculo quantitate brachij, sit centum septuaginta vicibus maior, quàm est terra, incipient hoc negare. & qui hoc consyderat, erit apud eos vt somniator. K
& erit difficile nobis persuadere ei⁹ hoc cũ propositionibus, quibus habetur veritas de proximo, & paruo tẽpore. Attamen non est modus ꝑueniendi ad hanc scientiã, nisi per viam demr̃onis ei, q̃ incedit via demonstratiua. Et, cũ hoc fuerit ignotum in quæsitis Geometricis, & demum in rebus Mathematicis, multo magis erit in scientijs Diuinis, s. si aliquid expositum fuerit vulgo, videbitur falsum, & inconueniens primo aspectu, & simile somnio. nã in hac specie scientiarum non sunt
L propõnes probabiles, quibus possit intellectus cõtentari, qui est primo aspectu ignarus, sicut intellect⁹ vulgi. quia vr̃ ꝙ id, qđ apparet intellectui in fine, est apud eum inconueniens primo aspectu. & non euenit hoc solum ĩ rebus speculatiuis, sed etiã in factiuis. Et ideo, si imaginati fuerimus aliquam artẽ nõ apparere, deinde videatur esse, videbit̃ hoc primo aspectu incõueniens. & ideo tenent multi ꝙ istę artes sunt ex cõprehendentibus, nõ humanis: & aliqui attribuunt eas Dęmonibus: ali q̃ vero Prophetis, adeo ꝙ existima-
M uit Benhazam ꝙ fortissima rõnum, ꝙ reperiatur Prophetia est reperiri has artes. Et, cũ sic fuerit, debet perquirens veritatẽ, cũ reperiet sermonẽ inconuenientem, & nõ reperiet propositiones probabiles ad remouendum illud inconueniens, vt nõ credat ꝙ ille sermo sit incõueniens, & perquiret eum vijs, quibus existimat aduersarius ꝑuenire ad eum, & versetur in hac doctrina longo tempore, & cum ordine, quem requirit hæc res, quam differt. Et, cum hoc reperiat̃ in alijs scientijs, quàm Diuinis,

A uinis, multo magis debet hoc reperiri in ſcientijs Diuinis, propter diſtantiam harum ſcientiarũ à ſcientijs, quæ ſunt notæ primo aſpectu. Et, cum ſic fuerit, debes ſcire quòd non poteſt eſſe in hoc genere præfatio topica, vt eſt in alijs quæſtionibus. & ars Topica eſt iuuatiua, & licita in alijs ſcientijs, & prohibita in hac ſcientia. Et ideo determinauerunt multi ex ſpeculantibus in hac ſcientia, quod hoc totum eſt incumbere ſubſtantiæ, cui non incumbũt intellectus. nam, ſi ſcirent qualitatem eius, erit prima intelligentia, &
B generabilis, & corruptibilis eadem. Et, cum ſic fuerit, Deus glor. vindictam facere dignetur de eo, qui loquitur his ſermonibus loquela vulgari, & loquitur topice in Deo glor. abſq; ſcientia. Et ideo exiſtimatur ꝙ Philoſophi ſunt in vltimitate debilitatis in his ſcientijs. & propter hoc dixit Alga. ꝙ ſcientia eorũ Diuina eſt exiſtimatiua. Attamẽ omnino nos conabimur declarare ex rebus probabilibus, & propoſitionibus notis, licet non fuerint demonſtratiuæ. Et non faceremus hoc; niſi quia iſte vir poſuit hanc ſimilitu-
C dinem in hac ſcientia excelſa, & abſtulit homines puenire ad ſummũ bonum ĩ rebus excelſis, & Deus vindictam de eo faciat. Et ſufficit mihi loqui de rebus, quę excitauerunt Philoſophos ad credendum iſta de primo principio, & alijs entibus, & de eo, ad quod peruenerunt intellectus humani, & dubitatiõibus euenientibus in hoc, & declarabimus ẽt vias, quæ mouerunt Loquẽtes ex Mauris ad id, ad quod peruenerunt de credulitate de primo principio, & alijs entibus, & dubitatiõib⁹ euenientibus eis, in hoc, & de eo, ad qđ D
peruenit ſcientia eorũ. qm̃ hoc mouebit diligentem ad habẽdũ veritatẽ, & p̃bebit ei ſolicitudinẽ ſpeculationis ſcĩarũ vtriuſq, ſectæ. & hoc totũ faciemus, ſm ꝙ concurret ad hoc Deus glo. Dicimus ꝙ Philoſophi ſpeculati sũt de notitia entium cũ ſcientijs ſuis & nõ adhæſerũt ſermoni cogentis eos ad recipiendum ſermonẽ ſuũ abſq; demſone: immo qñq; contradicunt rebus ſenſibilibus: & inuenerunt res ſenſibiles, quæ ſunt ſub orbe dupliciter, ſ. habentes animã, & non hñtes animã: & inuenerunt in eis, id qđ gene- E
rat, generari ex re, quam appellant formã: & eſt id, qđ fit ens, poſtq̃ nõ fuerat: & ex re, quã appellant materiam: & eſt id, ex quo generatur. nã inuenerunt ꝙ oẽ, qđ generatur, generatᷓ ex aliquo alio, quod appellãt materiã. Et inuenerunt ẽt id generari à re, quã appellauerunt agens, & propter aliqđ, qđ appellauerunt finẽ: & cõſtituerũt quatuor cauſas, & inuenerunt rem, qua generatᷓ generatũ, ſ. forma gñati, & res, à qua generatᷓ, & eſt agẽs propinquum ei vnũ, aut ſpecie, aut genere. in ſpecie aũt, vt hõ generat hominẽ, & equ⁹ F
equum: in genere vero, vt generari mulũ ab equa & aſino. Et, qm̃ cauſæ non procedunt apud eos in infinitum, poſuerunt cauſam agentem primam permanẽtẽ. & aliqui eorũ dixerunt ꝙ iſta cã ſint corpora cœleſtia: & aliqui poſuerunt eẽ principium abſtractum cũ corporibus cœleſtibus: & aliqui poſuerunt hãc eſſe primum principium: & aliqui poſuerunt eſſe ſub eo, & cõtẽti ſunt generari corpora ſimplicia ex cęlo, & principijs corporum cœleſtium:

Qũo Philoſophi ſpeculati ſunt res ipſas, & earũ habuerũt cognitionẽ. Vide 7. diſpu. 6.

H ij qm̃

G qm̃ necesse est apud eos ẽt vt ponãt eis causam agentem. In eo autẽ, qđ est sub corporibus cœlestibus, ex rebus generabilibus adinuicem animatis, necesse est vt ponant pp̃ animã aliud principium, & est tribuẽs animam, & influens formã, & sciẽtiam, quæ vr̃ in entibus: & est id, qđ appellat Gale. virtutem informatiuam. Et aliqui horũ posuerunt hãc virtutem principium abstractum, & aliqui posuerunt eã intellectum, & aliqui animã, & aliqui corp⁹ cœleste, & aliqui primum. & appellauit Gale. hanc virtutẽ creatorem, &
H fuit ei dubium vtrum sit Deus, aut aliud. Et hoc totũ est in animalib⁹, & plantis, habẽtibus semina. sed in alijs ex plantis, & animalibus, non proijcientibus semina, manifestum est eis indigere hoc prĩcipio multo magis. & hoc est id, ad qđ peruenit speculatio eorum de entibus, quæ sunt sub cœlo. Et speculati sunt ẽt de cœlis, postq̃ conuenerũt in hoc, ꝙ sint cœli principia corporum sensibilium, & determinauerunt ꝙ corpora cœlestia sunt principia corporum sensibilium mutabilium, quæ sunt hic, & principia specierum, aut
I solũ, aut cum prĩcipio separato. Et, quia speculati sunt de corporib⁹ cœlestibus, patuit eis ꝙ non sunt generabilia eo mõ, quo ista sunt generabilia, & corruptibilia, s. id, qđ ẽ sub corporibus cœlestibus. qm̃ generatum, ĩ eo ꝙ est generatum, apparet de eo ꝙ est pars huius mundi sensibilis, & non pficitur generatio eius, nisi ex eo ꝙ est pars: generatum. n. ex eis generatur ab aliquo, & cum aliquo, & in aliquo, & loco, & tẽpore. Et inuenerunt corpus cœleste eẽ conditionem requisitam in generatione eorum, qm̃ sunt causæ agentes remotæ. si. n. essent corpora cœlestia generata hac generatione, essent hic corpora præcedentia, quæ essent conditio requisita in generatione eorum, adeo ꝙ essent pars alterius mundi, & essent hic corpora cœlestia, vt sunt hæc corpora. K
Si autem illa corpora essent etiam generata, necesse est vt sint ante ea corpora cœlestia alia, & procedet in infinitum. Et, cum totũ hoc habitum fuerit apud eos hoc mõ speculationis, & multis alijs modis, patuit eis ꝙ corpora cœlestia non generantur, nec corrumpunť eo mõ,
quo generantur, & corrũpũtur ista L
inferiora. nam generatum non habet definitionẽ, nec declarationem, nec intellectũ aliud, q̃ hoc, & apparuit eis ꝙ ista etiã: licet corpora cœlestia habeant prĩcipia, quibus mouenť, & ex eis. Et, qm̃ speculati sunt de prĩcipijs horũ, apparuit eis ꝙ necesse est vt principia eorũ, mouẽtia ea, sint entia non corporea, nec potentiæ in corpore. Quòd autẽ principia eorum non sint corpora, apparet, qm̃ sunt principia prima corporũ continentia mundum. Quòd vero non sint potentię in corporibus,
ita ꝙ corpora sint conditio requisita in esse eorum, sicut est in princi- M
pijs compositis, quæ sunt hic in animalibus, patet. qm̃ omnis potentia in corpore apud eos est finita: diuiditur. n. ad diuisionem corporis: & omne corpus, quod est hmõi, est generabile, & corruptibile, s. compositum ex materia & forma: & materia quidem est cõditio requisita in esse formę. Vlterius, si essent principia eorum, vt sunt hæc principia, eẽnt corpora cœlestia, vt ista, & indigerent

A digerent corporibus alijs pcedentibus. Et, qm̃ habitũ fuit apud eos eé principia huiusmodi, s. non corpora, nec esse potentias in corpore: & iam habitum est eis de ĩtellectu humano formã habere duplex esse, eé quidem intellectuale, cũ spoliatur à materia, & esse sensibile, cum fuerit in materia, v.g. lapis habet formam materialem, & est in materia extra animã, & formã, quæ est comprehensio, & ĩtellectus, & est abstracta à materia in anima: sequit̃ necessario apud eos vt sint hæc entia abstracta simpliciter intellectus ab B soluti. qm̃, cũ fuerit intellectus, ĩ eo ꝙ est abstractus ab alio, tunc ille ꝓ fecto, qui est abstract⁹ simpliciter, multo magis debet esse intellectus. & sic sequitur apud eos vt id, qđ intelligunt hæ intelligentiæ, sint formæ horum entium, & ordo repertus ĩ hoc mũdo, sicut est in intellectu humano. nam intellectus nihil aliud est, nisi comprehendere formas entium, in eo ꝙ sunt absq; materia. Et verificatum est apud eos ex hoc, ꝙ entia habent duas entitates, entitas quidem sensibilis, & entitas intellectualis: & proportio entitatis C sensibilis ad ĩtellectualẽ est, sicut ꝓportio factorũ cum scientijs facientis. Et crediderunt pp hoc, ꝙ corpora cœlestia intelligũt hæc prĩcipia, & eorum gubernatio, ĩ eo ꝙ est hic ex entibus, est ex eo ꝙ sunt habẽtia animam. Et, qm̃ comparauerũt inter has intelligentias separatas, & ĩtellectũ humanũ, tenuerunt ꝙ istæ intelligentię sunt excelsiores intellectu humano. licet cõmunicẽt cũ intellectu humano, cũ intellcta earũ sint formæ entium: & forma vniuscuiusque earum est id, quod comprehendunt ex formis entium, D & ordine eorum. vt intellectus humanus est id, quod comprehendit ex formis entium, & ordine eorum. sed differũt, qm̃ formę entium sunt causa intellectus humani: perficitur enim ab eis, sicut perficitur res, quæ reperitur cum forma sua. sed istę, intellecta earũ sunt causa formarum entium. nam ordo, & proportio ĩ entibus est aliquid sequẽs, & proueniens ab ordine, qui est in ijs intelligẽtijs separatis, ordo vero, qui est in ĩtellectu nostro, sequitur ad id, qđ comprehendimus ex ordine entium, & proportiõe eorum. & E ideo est diminutus nimis: quoniã non comprehendimus multum de ordine, & proportione entiũ in intellectu nostro. Et, cũ sic fuerit, formæ quidem entium sensibiliũ habent gradus in esse. & vilius est esse earum in materijs: deinde esse earum in intellectu humano est dignius, quàm eé earum in materijs: deinde esse earum ĩ intelligentijs separatis est nobilius, q̃ esse earum ĩ intellectu humano. Iterum habent in intelligentijs illis gradus excedẽtes se adinuicem in eé, sicut est excessus intelligentiarum illarum ad F inuicem inter se. Et, cum speculati fuerint etiam de corpore cœlesti, tenuerunt ꝙ sit in rei veritate vnũ corpus simile vni animali, habens quidem vnum motum vniuersalẽ, similem motui animalis vniuersali, & est moueri localiter totum corpus eius, & hic mot⁹ est motus diurnus: & tenuerunt ꝙ alia corpora cęlestia, & motus eorum particulares sunt similes membris vni⁹ animalis particularibus, & motib⁹ eorum particularibus: & crediderunt pro

Intellect⁹ Itelligẽtiarũ sũt cãę entiũ: entia vero ĩtellect⁹ nostri, cũ ab eis pficiat.

Corp⁹ cœleste ẽ sĩle vni aĩali. Vide. ĩ. 2. Cœ. 42. 71 & 74. & sup. disp. 1. & ĩ. ẽa.

G pter copulationẽ horum corporum adinuicẽ, & conuersionem eorũ ad vnum corpus,& vnum finem, conuenire,& adiuuari in vna operatione:& est vniuersus mũdus,quia omnia deueniunt ad vnum principiũ: sicut est in artibus multis,quę intẽdunt ad vnũ effectum, ꝙ reducuntur ad vnam artẽ principalem. Et crediderũt pp hoc ꝙ ista principia separata tendunt ad vnum principium separatum, quod ẽ cã oĩum. & forma huius principij est ordo,& proportio, quæ est in oĩbus entib⁹. & hic ordo,& proportio est cã aliorum ordinũ, & proportionum eius, quod est sub eo.& intelligentiæ superãt se adinuicem ſm esse earum cum eo,in propinquitate, & remotione. & prima intelligentia apud eos nõ intelligit, nisi seipsam:& intelligẽs seipsam intelligit oĩa entia excelsiori eẽ, & nobiliori ordine,& proportione:& illa,q̃ est sub ea,substantia eius est ſm quòd intelligit de formis, & ordine,& proportiõe, quæ sunt in intelligentia prima: & excessus earum adinuicem est secũdum excessum earum in hac re. Et sequit̃ ex hoc apud eos vt vilior nõ

De intellectiõe Dei, & intelligentiarũ.

I intelligat de nobiliori id,quod intelligit nobilior de seipso: nec nobilior intelligit id,quod ĩtelligit vilior de seipso,s.vt sit id,qđ intelligit quælibet earum de entibus in eodẽ gradu.nam,si hoc esset, essent idẽ, & non distinctæ. Et hoc modo dixerunt ꝙ prima intelligentia nõ intelligit nisi seipsam, & quæ est post eam,intelligit primam,& non intelligit eam,quę est sub ea, quoniã est causatum. si autem intelligeret eã, fiet causatum causa. & crediderunt ꝙ illud, quod intelligit prima de se ipsa,est causa omnium entium. & K eius, quod intelligit vnaquæq; intelligentiarum, quę sunt sub ea,aliqua est, quæ est causa entium propriorum huic intelligentiæ, scilicet in creatione eorum, & aliqua est, q̃ est causa suijpsius, & est intellectus humanus secundum se totum. Secundum hoc debet intelligi opinio Philosophorum in his rebus,& his, quæ induxerunt eos ad hanc credulitatem in mundo. Et, cùm bene consyderentur,non sunt minus sufficientes, & quietantes animum, q̃ res, quæ mouerunt Loquentes hu- L ius gentis,s.primo Mahazazelam,& secundo Assariam, ad credẽdum de primo principio id,qđ crediderunt, scilicet ipsi crediderũt ꝙ hoc sit substantia,non corporea,nec in corpore,viuens, sciens, volens,potens, loquens,audiens,& videns. nisi quòd secta Assaria fuit causa sectæ Mahazazelæ,& ꝙ hæc substantia est agẽs omniũ entium immediate, & sciẽs ea scientia infinita: entia.n.sunt ĩfinita: & remouerunt causas, quæ sunt hic. & hęc substantia, viuens, sciens,volens,audiens, vidẽs,potẽs, & loquens reperit̃ cum oĩbus, & in M oĩbus,i.copulata cum eis copulatione in esse. Et hæc positio existimat̃ de ea ꝙ eueniunt ei multę obiectiones. nam hoc tale ex entibus est de necessitate de genere animæ.aĩa.n. non est corpus,&tñ est substãtia, viuens, sciens,potens,volẽs,audiẽs,videns,& loquẽs. Igitur isti posuerũt principium entium aĩam vlẽm separatam à materia,ex eo ꝙ nõ sentiunt eam.Postea autẽ narrabo qõnes, quę sequuntur hanc positionẽ. Et quod manifestum est de eis, vt ẽ sermo de attributis,ẽ vt sit hic substantia

A stantia composita æterna, & erit hic cōpositio æterna. & est aliter, q̄ ponit secta Asaria, ꝙ omnis compositio est innouata: qm̄ est accidens, & omne accidens s̄m eos est innouatum. & posuerunt cum hoc omnia entia esse operatiões possibiles, & non tenent ꝙ sit in eis ordo, nec proportio, nec sapiētia, quæ ordinat naturam illam entium, sed crediderunt ꝙ omne ens est possibile vt sit, aliter quā est. & hoc sequitur eis in intellectu de necessitate. Et ipsi etiā tenent in rebus artificialib⁹, quibus assimilātur naturalia, ꝙ sit ordo, & B proportio, quæ appellatur sapiētia: & appellant artificem sapiētem. Et in eo, quod dicūt, & eo cōtenti sunt, in eo ꝙ sit in toto vniuerso tale prīcipium, est ꝙ assimilant operatiões naturales operationibus volūtarijs. & dixerunt omnis operatio, in eo ꝙ est operatio, prouenit ex agente, volente, eligente, viuente, & sciente: & natura huius operationis, in eo ꝙ ē operatio, hoc determinat. & dixerūt in hoc id, qđ non est viuens, est inanimatum, & mortuum: & mortuū non prouenit ex eo operatio: ergo id, quod nō est viuens, nō prouenit C ex eo operatio. & negauerunt operationes prouenientes ex rebus naturalibus, & negauerunt cum hoc vt sint operationes in rebus viuis, quę apparent. & dixerunt ꝙ istæ operationes proueniunt cōiunctim in viuente in apparentia: agens vero eorum est viuens, quod nō apparet. & sequitur eis vt non sit vita rebus, q̄ apparent, qm̄ vita conuenit rei apparenti propter operatiões suas. Vlterius vellem scire vnde ꝓuenit eis hoc iudicium in re occulta? Via autem, qua processerunt ad constituē dum hunc efficientem, est qm̄ po- D suerunt innouatum habere innouantem. & in hoc nō proceditur in infinitum: vnde de necessitate perueniet ad īnouās antiquū. & hoc ē verum, sed nō declaratur ex hoc ꝙ hoc æternum nō sit corpus: quare oportet vt copuletur huic ꝙ nō omne corpus est antiquū, cui accidunt multæ dubitationes. & nō sufficit in hoc eos declarare mundum habere innouās. nam potest dici ꝙ innouās eum sit corpus antiquum, in quo nō est aliquod accidētium, quibus probauerunt cœlos esse innouatos, non ex reuolutionibus, nec ex E alio. nam ponunt compositum antiquum. Et, quia posuerunt corpus cœleste generatū, posuerunt id alio modo, q̄ intelligitur de generatiōe in re apparenti: & est vt sit ex re, & tempore, & loco, & aliquo modo, & conditione, non autem vīr: qm̄ in rebus apparentibus non est corpus generatum ex non corpore. nec ponunt ꝙ agens eius sit sicut agēs apparens: agens.n.apparēs, actio eius est vt mutet ens ex dispositione ad dispositionem, nō ꝙ mutet priuationem ad esse, sed facit id quiescere, s.ens ad formam, & denomina- F tionē aīalem, qua permutatur hæc res ex vno ente ad aliud ens, diuersum ab eo, in substātia, definitione, noīe, & verbo. Et ideo tenebāt Antiqui ꝙ ens simpliciter nō generatur nec corrūpit᷑. vnde, cum cōcedit᷑ eis cœlos innouatos esse, nō pn̄t declarare eos esse primū innouatorū: & tn̄ apparet ex eo, qđ scriptum est in lib. excelso, cū d. In prīcipio creauit cœlū, & terrā, &c. &, cū d. Deus ī cœlo ꝑparauit sedem suam, et cū dixit, Et extendit eos vt tabernaculum.

G Agens añt apud eos efficit materiã generati,& formã eius,si crediderít habere materiã, aut efficit id ſm totũ,si crediderint eſſe simplex, vt crediderunt de ſubſtantia indiuiſibili. Si autem hoc ſic ſe habet, tunc hæc ſpecies agentis mutat priuationem ad eſſe apud generationẽ,ſ. generationem ſubſtãtiæ indiuiſibilis, quæ eſt apud eos fundamentum corporum, & mutat eſſe ad priuationem apud corruptionem, ſ.apud corruptionem partis indiuiſibilis.& manifeſtum eſt non conuerti contrarium ad contrariũ. nam non cõuer
H titur ipſa priuatio ad eẽ, nec ipſum calidum ad frigidum, ſed priuatũ ẽ id,quod fit ens, & calidum frigidũ, & frigidum calidũ. & ideo dixit ſecta Mahatazela ꝙ priuatio ſit ſubſtantia: ſed poſuerunt hanc ſubſtãtiam denudatam denominatiõe ipſius eſſe, anteꝗ fuerat mundus. Sermones autem, ex quibus exiſtimauerunt ſequi non generari aliquid ex aliquo,ſunt ſermones non veri. & magis ſufficiens ex illis eſt, cũ dixerint ſi aliquid eſſet ex aliquo, procederet in infinitum. Et reſponſio huic eſt hoc eſſe impoſſe,cum eẽ ſe-
I cundum rectitudinem, qm̃ ſequeretur infinitum in actu:ſed nõ eſt impoſſibile circulariter vt ex aere erit ignis,& ex igne aer in infinitum, & ſubiectum æternum. nã ſuſtentaculum eorum in innouatione vniuerſi eſt ꝙ id, qđ nõ euadit ab innouationibus eſt innouatum: & vniuerſum eſt ſubiectum innouationum, & non abſoluitur ab innouationibus: ergo eſt innouatum. & magis quod ſequitur eis de falſitate,concedendo hanc rationem, cum conceditur eis hæc ꝓpoſitio, eſt ꝙ ipſi nõ

K præbent iudicium ꝙ id, quod non euadit ab innouationibus apparentèr,ſit innouatum in eo ꝙ eſt innouatum ex aliquo, nõn ex nihilo. & tamen ipſi ponunt vniuerſum eſſe generatum ex nihilo. Vlterius hoc ſubiectum apud Philoſophos, & ẽ id, quod appellant materiam primam, non euadit à corporeitate. & corporeitas ſimpliciter apud eos nõ eſt innouata. Propoſitio autem dicens ꝙ id, quod non euadit ab innouationibus,eſt innouatum, non eſt vera niſi in eo, quod non euadit de eodem innouato.id autem,qđ non
euadit ab innouatiõibus,q̃ ſunt eodẽ genere, quibus nõ eſt principiũ, L quæro vnde ſequit̃ vt ſit ſubiectum eorũ innouatũ? & iõ, quia pſenſerunt hoc Loquentes ſectæ Aſſariæ, copulauerunt huic propõni aliã, & eſt impoſſibile eſſe reperiri innouationes infinitas, ſ. non habẽtes principium, nec finem: quod ſequitur apđ Philoſophos. Et hoc,& ſimilia ſunt inconueniẽtia ſequentia poſitionem eorum: & ſunt plura inconueniętibus ſequẽtibus Philoſophis, & poſitionẽ eorũ, ꝙ idem agens, qđ eſt primũ principium, ſit agens ei⁹, M qđ eſt in mũdo immediate. nã hæc poſitio contradicit ei, qđ videtur ad ſenſum de actione rerum adinuicẽ. Et fortius,quod dixerunt in hac re, eſt ꝙ agens,ſi eſſet paſſum, procederet in infinitũ. Attamen hoc ſequeretur, ſi agens eſſet agens, ex eo ꝙ ẽ paſſum, & motor, motor ex eo ꝙ ẽ motum.& non eſt ſic: quoniã agẽs eſt agens, in eo quòd eſt in actu: quod enim non eſt,nihil agit.quod vero ſequitur ex hoc, eſt vt finiãtur agentia paſſa ad agens, quod non eſt paſſum omnino,non autem vt auferantur

Corporeitas æterna ẽ mãę pri

A auferantur agentia passa, vt existimauerunt homines. Præterea magis sequitur ex conclusionibus eorũ falsitas, q̃ sequitur ex propositiõib', à quibus venerunt ad conclusiones. qm̃, si esset principium entium, habens vitam, scientiam, posse, & volũtatem, & essent hæc attributa addita substantiæ, & substantia illa non corporea, tunc nulla esset differentia inter animam, & hoc ens, nisi q̃ anima est in corpore, & hoc ens est anima, quæ non est in corpore. & quod est huiusmodi, est necessario compositum ex substanria, & at B tributis. & omne compositum indiget necessario componẽte. nam impoſſe est vt sit aliquid compositum ex se, sicut impoſſe est vt sit gñatum ex se. gñatio. n. quæ est in actu generantis, nihil aliud est, nisi compositio generati, & gñans nihil aliud est nisi componens. Demum, sicut omne passum habet agẽs, sic omne cõpositum habet componentem efficientem. compositio. n. est conditio in esse compositi, & impossibile est vt sit res causa in cõditione esse sui: nam sequeretur, vt esset res causa sui ipsius. & ideo Mahatizelę, cum po C nebant hæc attributa in primo prĩcipio reduci in substantiam, non addita ei, eo modo, quo inueniuntur multa attributorum substantialium multis entibus vt esse, & vnum, & ęternum, & alia, sunt viciniores veritati, q̃ secta Assaria, & opinio philosophorum in principio est vicina opinioni Mahatazilæ. Ecce q̃ narrauimus res adductas ab istis sectis ad credulitates istas de primo principio. De inconuenientibus autem, quæ sequuntur ambabus sectis, illa quæ sequuntur philosophis, iam ad duxit ea Alg. & iam præcessit respõ D sio nostra quibusdam eorum: & vlterius postea afferemus eam. quę vero sequuntur loquentibus, iam innuimus hic in hoc sermone. Et reuertamur ad cognoscendum gradũ cuiusq; sermonis sermonum positorum ab hoc viro in hoc libro de prę fatione, & sufficientia, ac mensura veritatis, vt promisimus. coacti autẽ fuimus narrare sermones probabiles, qui induxerunt Philosophos ad has credulitates de prĩcipijs vniuersi: cum ex eis possit respõderi aduersarijs in eis, quæ sequuntur eis ex inconuenientibus, & narrauimus in- E conuenientia, quæ sequũtur Loquẽtibus etiam: quoniam iustum est vt habeatur notitia rationum eorum in hoc, & vt extrahãtur ex eis rationes eorum, cum quibus ratiocinantur: & iustum est etiam, vt dicit sapiens, vt vir afferat rationes aduersario, sicut affert sibi ipsi, s. vt inuigilet in perquirendo rationes opinionis eius, & concedat ex eis id, quod concedit sibi ipsi. Et dicimus q̃ id, qđ Loquentes existimauerunt, q̃ primum principium, si non intelligit nisi se, ipse ignorat totũ, quod creauit, hoc profecto sequitur, si id, qđ F intelligit de se, esset aliquid præter entia simpliciter. id vero, quod ponunt est q̃ id, quod intelligit primũ de scipso, est esse entia nobiliori esse, & est intellectus, qui est causa entium, non q̃ intelligit entia, in eo q̃ sunt causa intellectionis eius, sicut est in intellectu nostro. & dictũ eorum, q̃ ipsum non intelligit aliud ab eo ex entibus, s. q̃ ipsum non intelligit ea eo modo, quo nos intelligimus, sed modo, quo nullum intelligens ea intelligit præter Deum gl. nam

Quo pacto Deus, intelligẽdo seipm, eũ ẽta intelligat.

G nam, si intellectio eorum eẽt modo, quo ipse intelligit, esset communis eis scientia. absit. & hoc est attributum proprium Deo glo. & ideo determinauit aliquis Loquentium ꝙ est Dei.glo. attributum sibi propriũ præter septem attributa, quæ ei constituerunt. Quare non concedimus scientiam eius denominari ꝙ sit vniuersalis, nec ꝙ sit particularis. vniuersale.n. & particulare sunt causata ab entibus: & ambæ scientiæ sunt gñabiles, & corruptibiles. Et nos declarabim⁹ hoc magis, cum loquemur an scit particularia, vel ne: vt

H est mos eorum in positiõe huius disputationis: & declarabimus ꝙ sit q̃stio vana in Deo glo. Hæc autem quęstio includitur inter duas partes necessarias. quarũ vna est, ꝙ Deus, si ĩtelligit entia, ita ꝙ sunt causa scientiæ eius, tunc sequeretur ꝙ intellectus eius esset gñabilis & corruptibilis, & perficeretur nobile per ignobile. &, si esset substantia eius pręter intellecta rerum, & ordinem earum, esset hic alius intellectus, qui nõ est comprehensio formarum entium, prout sunt, ordine, & proportione. &, cum ambo ista sint inconuenien

I tia, sequitur vt id, quod intelligit seipsum, scit entia nobiliori esse, q̃ sit esse, in quo entia reperiuntur. Et qđ testatur, ꝙ idem ens reperiuntur ei gradus in esse, est id, quod reperitur de anima. nam color exempli grã, reperiuntur ei gradus in esse, quorũ alter est nobilior altero. quoniam vilissimus graduum eius est esse ĩ materia, & hẽt esse nobilius isto, & est esse eius in oculo. nam hoc eẽ est esse coloris, comprehendens seipsum: & quod hẽt in materia est esse inanimatum non comprehendens seipsum. & iam declaratum est etiam in

K scietia de Anima ꝙ color hẽt etiam esse in potentia imaginatiua, & est nobilius, q̃ esse eius in virtute visiua. & sic declaratum est ꝙ est ei in virtute memoratiua esse nobilius, q̃ eẽ eius in virtute imaginatiua, & habet in intellectu esse nobilissimum omnium horum esse. & sic dicimus ꝙ in substantia sciẽtiæ primæ est esse nobilissimum omnium esse eorũ, & est esse, quod impoſe est vt sit aliud esse nobilius eo. Id autem, quod narrauit ex philosophis de ordine influxus principiorum separatorum ab

L eo, & numero eius, quod influitur ex quolibet principio illorum prĩcipiorum, est res, cuius nõ erit demõstratio de aduentu eius, & terminatiõe eius. & ideo non reperitur definitio, quam narrauit in lib. Antiquorũ. Quòd autem omnia principia separata, & non separata influãtur a primo principio, & propter influxũ huius potentiæ vnius erit totũ vniuersum vnum, & ex eo copulantur omnes partes eius, adeo ꝙ totum intelligit vnam operationẽ, sicut est dispositio in corpore vnius animalis, qđ est diuersarum potentiarum, membrorum, & operationum, quoniam

M fuit apud sapiẽtes vnum ens ꝑ potẽtiam vnam influxam ei a primo, est res, ad quam cõueniunt oẽs. quoniam cœli apud eos vr̃ sunt vt vnũ aĩal: & motus diurnus, quẽ habent oẽs, est sicut motus localis vr̃is toti⁹ animalis: & motus, quos habẽt partes cœli, sunt sicut motus particulares membrorum animalis. & iã cõstituta fuit apud eos demonstratio, ꝙ animali est vna potẽtia, qua vnũ est, & qua oẽs potentiæ, quæ sunt in eo, intendunt vnam operationem,

&

A & est cōseruatio animalis. & hæc potētia copulata est potētiæ influxæ a primo principio. &, nisi esset hoc, separarentur partes eius, & ipsum nō permaneret ictu oculi. Si autem est necessario animali vni vna potētia spiritualis, transiens per omnes partes eius, qua est pluralitas, tūc id, qđ reperitur in eo ex potētijs, & corporibus, erit vnum, adeo ꝙ dicitur de corporibus repertis in eo ꝙ sint corpus vnum, & dicitur de potētijs rep̄tis in eo ꝙ sint potentia vna, & erit proportio partium entium ad totū vniuersum proportio partium vni⁹
B animalis ad vnum animal: ergo de necessitate erit vt sit dispositio eorū in partibus vitalibus, & potētijs motiuis animalibus, & intellectualib⁹ hæc dispositio, s. ꝙ est in eis vna potētia vitalis, qua copulantur adinuicē oēs potētiæ spirituales, & corporales, & transit in omnes vno transitu. &, nisi esset hoc, non esset hic ordo, & proportio. & ſm hoc verificatur sermo, ꝙ Deus creat omnia, & manutenet, & conseruat, vt dixit, Verbo Dei facti sunt cœli. Et non est necesse ex transitu huius potentiæ in res multas, vt sit illi potētiæ pluralitas,
C vt existimauit, qui dixit ꝙ ex primo principio vno influitur primo vnū, deinde influuntur ab hoc vno plura. quoniam existimatur ꝙ sequat̄ hoc, si assimilaretur agēs absq; materia agenti, quod est in materia. vnde, si dr̄ nomen agentis de eo, quod est absq; materia, & eo, quod est cū materia, est æquiuoce. & hoc quidē declarabit tibi possibilitatem emanationis pluralitatis ab vno. Prętērea, quoniam esse aliorum prīcipiorum separatorum est in eo ꝙ imaginantur de eo, & non est quod prohibeat quin ipsum sit idē, in quo imaginantur multa imaginationibus diuersis, sicut non est impossē in pluralitate vt imaginetur de ea vna imaginatione: & iam reperimus ꝙ corpora cœlestia omnia in motu eorum diurno imaginantur ipsa, & orbis stellarum fixarum eadē imaginatione: nam mouētur vlr hoc motu ab vno motore, & est motor orbis stellarum fixarum: & reperimus eis ēt motus proprios diuersos, & necesse est vt sint motus eorum ex motoribus diuersis aliquo modo, & eisdē aliquo modo, & est ex copulatione motuum ei⁹ motui primi orbis. qm̄ E
sicut si aliquis imaginatus fuerit ꝙ auferatur membrum vnum cōmune membris animalis, aut potentia cōis, auferuntur oīa membra huius aīalis, & omnes potētiæ eius, sic est dispositio in orbe, & partibus eius, & potētijs eius motiuis, demum principijs mundi, & partibus eius cum primo principio, & adinuicem. Et mūdus maxime similis est apud eos ciuitati vni, nam, quēadmodum ciuitas consistit in vno Principe, & multis Vicarijs sub illo primo Prīcipe deputatis, sic est dispō apud eos in mūdo. nam, quēadmodū alij Vicarij, q F
sunt in ciuitate, copulantur primo Principi, eo ꝙ Princeps primus est, is, qui tribuit vnicuiq; eorū dn̄ia illa ſm finem, pp quem fuerant illa dn̄ia, & ſm ordinē opationum producētium ad illos fines, sic est dispositio in Principe primo, qui est ī mūdo cum alijs Vicarijs. & declaratū ē apud eos ꝙ qui tribuit finē entibus separatis a materia, est is, qui tribuit esse. qm̄ forma, & finis sunt idem in hac specie entium: & qui tribuit finem his entibus, est is, qui tribuit for-

G formam: & qui tribuit formam est agens: ergo qui tribuit finem his entibus est agens. & ideo videtur ꝙ primum principium sit principiũ omnium istorum principiorum, in eo ꝙ est agens, forma, & finis. De dispositione autem eius cum entibus sensibilibus: quoniam ipsum est, qđ dat eis vnitatem: & vnitas, quæ est eis, est causa esse pluralitatis, quam copulat illa vnitas, erit profecto prĩcipium horum omnium, ĩ eo ꝙ est agens, forma, & finis. & omnia entia perquirunt finem suum cum motu & est motus, quo perquirunt finem
H suum, ad quem creata sunt. & hoc est omnibus entibus naturaliter, homini uero voluntarie. & ideo præcipitur ei præter alia entia, & est credens præ cæteris. Contingit autem sapientibus dicere ꝙ ista dominia, quæ sunt in mundo, licet omnia ꝓueniant ab vno primo principio, aliqua quidem eorum proueniunt ab eo immediate, & aliqua mediate cũ progressu, & ascensu a mundo inferiori ad mundum superiorem. qm̄ repererunt partes orbis aliquas propter motus aliquarum: & hoc attribuunt primo, vsq; quo deueniãt ad
I primum simpl'r. & innuitur eis, & declaratur vnus ordo, & operatio, qua communicãt omnia entia vna cõmunicatione. & peruenire ad graduationem, quam comprehẽdit specùlans in entibus apud ascẽsum ad scientiam primi est difficile: & quod comprehendunt scientiæ hũmanæ de eo est vl'r. Sed id, quod ĩduxit homines ad credendum ꝙ sint ordinata, & graduata a primo principio, secundum graduationem orbium eorum in loco, est qm̄ viderunt ꝙ orbis superior, in eo ꝙ apparet de eo, est excelsior eis, qui sunt sub eo, & K alij orbes sequuntur eum in motu eius: & crediderunt ꝑꝑ hoc id, quod recitatum fuit de eis in graduatiõe s'm locum. Et posset dicere aliquis, forte graduatio, quæ est in illis, est ꝑꝑ operationem, non ꝑꝑ ordinem ĩ loco. qm̄, cum manifestum est ꝙ operationes planetarum, & motus eorum, sunt ꝑꝑ motum Solis, forte motores eorum intendunt, & innituntur in motione sua motui Solis, & Sol prouenit a primo. Quare non inueniuntur in hoc quæsito propositiões veræ, nisi ex parte dignioris, & nobilioris. Et his habitis reuertamur ad id, in quo fueramus. L

ALGAZEL

Ait Alg. Responsio secunda est ꝙ, qui tenet primum non intelligere, nisi seipsum, inducitur ad hoc ex timore pluralitatis. nam, si dicitur ꝙ intelligit aliud, necesse est vt sit in intellectu eius pluralitas, & alietas, cum intelligat seipsum, & aliud. Et hoc profecto necesse est esse in causato primo. vnde oportet vt non intelligat, nisi seipsum. nam, si intelligeret aliud, id esset aliud a se ipso, & indigeret causa, quæ est alia a causa sui ipsius: & non reperitur M causa, nisi causa sui ipsius: quare est primum principium: ergo oportet vt non sciat, nisi seipsum: & aufert pluralitas, quæ facta est hoc modo: Si autem dicet, ex eo ꝙ intelligit se ipsum, oportet vt intelligat ꝙ sit prĩcipium, dicimus, si sequitur hoc ei, aut erit ex causa? aut sine causa? Si ex causa, tunc non datur causa, nisi primum principium, & est vnum, & non potest imaginari ꝙ proueniat ab eo, nisi vnum, & iam prouenit, & est substantia causati, igitur secundum

A dum quomodo proueniet ab eo? Si vero sine causa, sequerentur ad esse primi entia multa absque causa, & sequeretur ex eis pluralitas. Si autẽ hoc non intelligitur, ex eo ꝙ necessarium in esse, non erit nisi vnum, & additum vni est pose, & pose indiget causa, tunc hoc sequitur in causato, si fuerit necessarium in esse. ex se igitur est inconueniens dictũ eorum, ꝙ necessarium in esse est vnũ. Si vero fuerit pose, impose est esse sine causa: & non est ei causa: igitur non intelligit esse suum. & non est d necessitate causati primi ut sit pos
B sibile ĩ esse. nam possibilitas esse est necessaria omni causato. causatum autem scire causam non est necessarium in esse sui, sicut causam scire causatum non est necessarium in esse sui. sed fieri scientiam in causato est magis manifestum, q̃ fieri scientiam in causa. igitur declaratum est ꝙ pluralitas, proueniens in scientia eius de principio, est falsa. nam non habet principium, & non est de necessitate esse causati. & hoc etiã nõ potest euadi ab eo.

AVERROES.

C Ait Auer. Hæc est ratio eius, q affirmat primum intelligere id, cuius est causa. quoniam dr̃, si nõ intelligit ex se ꝙ sit principium, intelligere quidem seipsum est intellectio diminuta. Quæstio autẽ Alga. in hoc est. quoniam, si intelligit id, cuius est causa, nõ euadit, aut erit hoc ex causa, aut sine causa. si autem ex causa, igitur primum hẽt causam. sed primi non est causa. si vero fuerit sine causa, necesse est vt proueniat ab eo pluralitas, & ꝙ sciat eam. si autem prouenerĩt ex eo plura, non esset necessarium ĩ esse. qm̃ necessarium in esse non erit, nisi v- D num: & quod proueniunt ab eo plures vno; est pose in esse: & possibile in esse ĩdiget causa: ergo falsum est dictum eorum, ꝙ primum est necessarium in esse, & scit causatum suũ.

Et dixit causatum autem scire causam non est de necessitate esse sui; & multo magis ꝙ non erit de necessitate causam scire causatum. Dicimus, hoc dictum est sophisticum. nam, cum posuerimus causam intellectum, qui intelligit causatũ suum, non est de necessitate ex hoc, ꝙ sit ex causa addita substantiæ eius, sed ex seipso. nam sequi causatum E ab eo est, quasi sequens substãtiam eius. si autem sequi causatum ab eo non ex causa, sed ex seipso, igitur nõ sequitur vt proueniat ab eo pluralitas. nam hoc secundum radicem eorum reducitur ad substantiam ei9. &, si substantia eius est vna, proueniet ab ea vnum: si autẽ plures, plures. Id autem, quod ponitur in hoc sermone, ꝙ omne causatum est possibile in esse. hoc est verum in causato composito. & impose est esse aliquid compositum, & æternum: & omne pose in esse apud philosophos est innouatum. & hoc est id F quod declarauit Aristo. in multis locis librorum suorum: & declarabit magis hoc a nobis, cum loquemur de necessario in esse. Id autem, quod Auicenna appellat pose in esse; ipsum quidem, & possibile in esse dicuntur æquiuoce. Quare id indigere efficiente non est manifestum eo modo, quo est manifestum eo possibile indigere.

ALGAZEL.

Ait Alg. Quæstio tertia. Intelligere autem causatum primũ seip-

G ſeipſum, aut eſt ipſummet, aut diuerſum. ſi autẽ diuerſum, ſic etiam erit in primo principio, & proueniet ab eo pluralitas. ſi vero non fuerit diuerſum, ergo in eo non eſt quaternitas, nec trinitas ſecundum exiſtimationem eorum, ſ. ꝙ intelligit ſeipſum, & intelligit principium ſuũ, & eſt poſſe in eſſe. & poteſt addi, ꝙ ſit neceſſarium in eſſe, propter aliud & ita apparet quinqueitas. & in hoc patet ampliatio eorum in errore.

AVERROES

AIt Auer. Sermo hic de intelligentijs eſt duobus modis, quo

H rum Vnus eſt in eo, quod intelligit, & in eo, quod non intelligit. & eſt di ſputatio, de qua diſceptauerunt Antiqui. Sermo autem in eo, quod prouenit ex eis, ſolũ Auic. de eo locutꝰ eſt, ſermone, quem hic recitauit ꝑ philoſophis, & ſe extendit ad dubitãdum cõtra eum, ad hoc vt exiſtimetur ipſum dubitaſſe contra omnes. & hoc, vt ipſe dixit, eſt ampliatio ſiſtentis in errore. & non reperitur hic ſermo alicuius Antiquorum. & eſt ſermo, qui non conſtituitur demonſtratio, niſi ei, ꝙ exiſtimauerunt ꝙ ab vno non prouenit, niſi vnum. q̃

I quidem propoſitio non eſt in agentibus, quæ ſunt formæ in materijs, ſicut eſt in agẽtibus, quæ ſunt formæ abſtractæ a materia. nam non eſt ſubſtantia intelligentiæ cauſatæ apud eos, niſi id, quod ĩtelligit de prĩcipio ſuo. & non ſunt hic duo, quorum vnum eſt ſubſtãtia, & aliud q̃d additũ ſubſtantiæ. quoniam, ſi hoc eſſet, eſſet compoſitum, ſimplex autem non eſt compoſitum. Differentia autem inter cauſam, & cauſatũ eſt, quoniam cauſa prima eſſe eius eſt in ſe, ſ. formis ſeparatis: cauſa vero ſecunda eſſe eius eſt relatiue ad K

primam cauſam. nã eſſe cauſatum eſt ex ſemetipſa, & non eſt quid additum ei, ſicut eſt in cauſatis materialibꝰ. v. g. color eſt aliquid exiſtẽs in ſe in corpore, & eſſe cauſa viſiõis eſt, ex eo ꝙ eſt relatiue, & viſio non habet eſſe, niſi in hac relatiõe. Quare abſtracta a materia ſunt ſubſtantiæ de natura relationis. vnde vniũtur cauſa, & cauſatum in formis abſtractis a materia. & propter hoc ſunt formæ ſenſibiles de natura relationis, vt declaratum eſt in libro de Anima.

ALGAZEL. L

AIt Alga. Quæſtio Quarta. Trinitas non ſufficit in cauſato primo. nam corpus primi orbis ſecundum eos ſecutum eſt ab aliqua re ſubſtantiæ principij. & in eo eſt compoſitio tripliciter. Primo, quia eſt compoſitum ex forma, & materia, & ſic omne corpꝰ apud eos, & nõ euadit vnumquodq; eorum a principio: nam forma differt a materia. & nulla earum ſecundum opinionẽ eorum eſt cauſa, quæ non indigeat alia, adeo ꝙ erit vna earum mediante alia, abſq; alia cauſa addita eis.

AVERROES. M

AIt Auerr. Quod autem dixit eſt, quoniam corpus cœleſte ſecundum eos eſt compoſitũ ex materia, & forma, & anima, neceſſe eſt ex hoc vt ſint in intelligentia ſecunda, ex qua prouenit orbis, quatuor res. res quidem, ex qua prouenit forma: & res, ex qua prouenit materia, cum nulla harum eſt cauſa non indigẽs alia, ſed materia eſt cauſa formę aliquo modo, & forma eſt cauſa materiæ aliquo modo: & res, ex qua prouenit anima: & res, ex qua ꝓuenit

A nit motor orbis secundi: igitur in eo erit quaternitas necessario. Attamen sermo, ꝙ corpus cœleste sit cõpositũ ex forma, & materia, vt sunt alia corpora, est quid, in quo errauit Auicenna in Peripateticis. nam corpus cœleste secundum eos est corpꝰ simplex. si autem esset compositũ, corrumperetur apud eos. & ideo dixerunt de eo ꝙ si ingñabile, & incorruptibile, & non habet potẽtiam ad duo contraria. Si autem esset, vt dicit Auicẽna, esset compositum, sicut animal. &, si hoc conceditur, sequeretur quaternitas ei, qui dicit, ꝙ ab B vno non prouenit, nisi vnum. & iã diximus ꝙ modus, quo istæ formę, aliquæ earum sint causa aliquarũ, & ꝙ sint causæ corporum cœlestiũ, & eius, quod est sub eis, & ꝙ causa prima sit causa omnium, est diuersus ab hoc.

ALGAZEL

AIt Alg. Secundus autem modꝰ est, ꝙ corpus supremum est in termino determinato in magnitudine. & determinatio eius ĩ hac mẽsura præ cæteris orbibus est quid additum esse eius. nam ex seipso posse est vt sit maius, aut minus: & imposC sibile est ei hoc esse absq; determinante in hac mẽsura, addito rei simplici, quę necessitat esse eius, non autem vt esse intellectus, quod est esse absolutum, & non determinatur in mensura opposita alijs mensuris. & potest dici ꝙ non indiget, nisi causa simplici.

AVERROES.

AIt Auerr. Dispositio huius sermonis est ꝙ ipsi, cum dixerĩt ꝙ corpus orbis est res tertia, quæ sequitur, & ipsum in se non est simplex, s. ꝙ est corpus habens quantiD tatem, tunc in eo sunt duo, quorum vnum præbet corporeitatem substantialem, & aliud quantitatem terminatam. & necesse est vt in hac ĩtelligentia, ex qua prouenit corpus orbis, sint plura, & non erit causa secunda trina, sed quaterna. Attamen hoc totum est positio falsa. nã philosophi non crediderunt corpus vniuersum prouenire a principio separato. si autem prouenit ab eo aliquid apud eos, prouenit forma substantialis. sed mensuræ partium eiꝰ apud eos sequũtur formas. Sed hoc totum apud eos est in formis materialibus. corpora autem cœlestia aE pud eos, ex eo ꝙ sunt simplicia, non recipiunt paruitatem, & magnitudinem. Vlterius ponere formam, & materiam prouenire a principio separato est quid extra radices eorũ, & absurdum. Agens autem in rei veritate secundum Philosophos, quod est in generabilibus, & corruptibilibus, non efficit formam, nec materiam, sed efficit ex materia compositum ex vtraque simul, scilicet compositum ex materia, & forma. nam, si agens efficeret formas in materia, efficeret eas in re, non ex re. & hoc totum non est opinio PhilosoF phorum: & non est arguendum cõtra eam ex eo, quòd sit opinio Philosophorum.

Corpa cę lestia ñ recipiũt puitatẽ, & magnitudinem.

Agẽs ñ efficit formã, nec mãm, nec formã in mã, sed ex mã cõpositum.

ALGAZEL

AIt Algazel, respondẽs pro philosophis. Si autem dixerit causa eius est quòd, si esset maius, non esset necessarium in aduentu ordinis vniuersalis. si autem minus, non esset conueniens ordo intentus.

G AVERROES

AIt Auer. Intēdit in hoc sermone ꝙ Philosophi non opinantur ꝙ corpus orbis exempli gratia possit esse maius, seu minus eo, qđ est. nam, si esset vna harum positionum, non proueniret ordo intentus hic, & non erit motio eius ad id, qđ est hic, motio naturalis, sed esset aut addita huic motioni, aut diminuta: & ambo determinant corruptionē entium, quæ sunt hic, non autem ꝙ magnitudo sit concessa, vt dixit Alga. sed maioritas, & minoritas, ambæ determinant corruptionem mūdi apud eos. H

ALGAZEL.

AIt Alga. arguens Philosophis. Et dicamus, & ipse modus ordinis, aut est sufficiens in esse eius, ī quo est ordo, aut indiget causa repta. si. autem sufficiens, ergo vos non indigetis positione causarum, & iudicatis ꝙ erit ordo his entib⁹ absq; causa addita. si vero hoc non sufficit, sed indiget causa, hoc etiam nō sufficit in appropriatione mensurarum, sed indiget etiam causa compositionis.

AVERROES

I AIt Auer. Summa huius sermonis est ꝙ sequitur eis vt sint ī corpore multa, quæ non possunt ꝓuenire ab vno agente: nisi dicant ꝙ ab vno agente proueniant operationes multæ, aut credant ꝙ multæ ex passionibus corporis proueniant a forma corporis, & forma corporis ab agente. & secūdum hanc opinionem non prouenient accidētia prosequentia in corpore gñato ab agente prouentione prima, sed mediante prouentione formæ ab eo. & hic sermo est po^{s}is fm. radicem philosophorum, non autem fm radices Loquentium. Et existimo ꝙ Mahatazile non tenent, ꝙ hic sint aliqua non prouenientia ab agēte prouentione prima, vt tenent Philosophi. nos autem iam diximus quomodo vnum sit causa ordinis, & rerum subiectarum ordinis, & non oportet reiterare illud hic. K

ALGAZEL.

AIt Alga. Tertius modus est ꝙ orbis supremus diuiditur in duo puncta, quæ sunt poli, & sunt q̄ cōstituunt situm, & non separātur a locis suis. ptes uero Zodiaci, diuersificatur situs earum, & non euadit, aut erunt omnes partes orbis supremi similes, & nō sequitur mutatio duorum punctorum præ cæteris punctis, vt sint poli, aut erunt partes ei⁹ diuersæ. & in quibusdam sunt proprietates, quæ non sunt in alijs. Et quæro quid est principium illarum diuersitatum? corp⁹ enim supremū non prouenit nisi ex vno simplici: simplex autem non efficit nisi simplex in figura, & est rotunda, & simile in re, & est impositas ab actionibus cognoscentibus, & separatis. & hoc etiam non est euasio ab eo. L

AVERROES. M

AIt Auer. Simplex dr̄ dupl̄r, quorum Vnum est, quod non est compositum ex multis partibus, & tamen est compositum ex forma, & materia: & hoc modo dr̄ de corporibus quatuor ꝙ sint simplicia. Aliud vero dr̄ de eo, quod non est compositum ex forma, & materia, quę mutatur ad formam in potētia, & sunt corpora cœlestia. Et vlterius simplex dr̄ de eo, cuius definitio & toti⁹ & partium est eadem, licet fuerit cōpositum ex quatuor elñtis. Simplex

A autem dictum de corporibus cœlestibus, non est inconueniens vt reperiantur partes eius diuersæ natura, vt dextrum, & sinistrum in orbe, & poli. nam orbis, in eo quod est orbis, necesse est vt sint ei poli terminati, & centrum terminatum, quo differt orbis ab orbe. & non sequitur, ex eo quod sunt in orbe partes terminatæ, vt sit non simplex: sed est simplex, ex eo quod non est compositum ex forma & materia, in qua est potentia: & est dissimilis, ex eo quod pars recipiens locum duorum punctorum non est quæcunq; pars fuerit orbis, sed est B pars terminata naturaliter cuilibet orbi. & nisi esset hoc, non essent in orbibus centra naturaliter, quibus differunt, & sunt dissimiles in hac re. & non est necesse ex positione eorum non similium in hoc vt sint compositi ex corporibus diuersarum naturarum, nec vt sit agens eorũ compositum ex potentijs multis. nam omnis orbis est vnus. Et non verificatur etiam sermo eorum, quod omne punctum cuiusuis orbis possit esse centrum, sed id appropriat agens: quoniam hoc verificatur in orbibus artificialibus, non autem in naturalibus. & non sequitur ex positione quod omne punctũ C orbis possit esse centrum, & agẽs est quod id appropriat, vt agentia sint plura: nisi ponatur, quod in apparentibus nobis aliquod vnum non prouenit ab vno agente. nam quod nobis apparet, est compositum ex decẽ prædicamentis, & sequeretur vt vnumquodq; eorum, quæ sunt hic, proueniret ex decẽ agentibus. & hoc totũ sunt deceptiones, & dementiæ, ad quas induxit ista consyderatio, quæ assimilatur stultitiæ in sciẽtia Diuina. attamẽ affectum vnum in apparentibus nobis efficitur ab agẽte vno, licet repiantur in eo decẽ prædicamẽta. O quàm maxime est fallax ista propositio, quod vnum non efficit nisi vnum, cum intelligitur de ea id, quod D intellexit Auicenna, & Alfarabius, & Alga. in Fenestra luminarium, qui sustentatur secundum opinionem eorũ de primo principio.

ALGAZEL

AIt Alga. Si autem dicitur, forte in principio sunt multæ species pluralitatis, quæ prosequuntur non ex principio, sed videntur esse tres, aut quatuor. & quod remanet non curamus de eo. & negligentia nostra de E eo non facit nobis dubium, quod principium pluralitatis sit pluralitas, & quod ab vno non proueniunt plura.

AVERROES

AIt Auer. Hic sermo, si eũ dixissent Philosophi, necesse esset eis credere quod in cãto primo sit pluralitas infinita, & sequitur vt dicatur eis, vnde venit ad causatum primũ pluralitas? & sicut dicunt quod ab vno non proueniunt plura, sic sequitur vt plura non proueniunt ab vno. Et dictum vestrum, quod ab vno non prouenit nisi vnum, est contradicẽs ei, F quod dicitis, quod id, quod prouenit ab vno primo, est in eo pluralitas. quoniam necesse est vt ab vno proueniat vnũ tantum: nisi dicãt quod pluralitas reperta in causato primo, vnumquodq, eorũ est primum, & sequitur eis vt prima sint multa. Ego autem admiror summa admiratione quomodo latuit hoc Alpharabium, & Auic. qui sunt primi eorum, qui dixerunt de istis dictis, & vitiauerunt cum eis homines, & attribuerunt hunc sermonem Philosophis nam, cum ipsi dixerint quòd pluralitas, quæ est in principio se-

G cundo, est ex eo, quod intelligit de se, & eo, quod ītelligit de alio, necesse est fm eos vt sit substātia eius substātia duarum naturarum, aut duarum formarum. Et vellem scire, quę est, quæ prouenit a primo principio & quæ non prouenit. & sic etiam sequitur eis, cum dicunt de eo, ꝙ ē possibile ex se, & necessarium ex alio. nā natura possibilis necesse est vt sit a natura necessaria, quā adepta est a necessario in esse. natura .n. poſſis non potest conuerti ad naturam necessariam, nisi conuertatur natura poſſis & necessaria. quare non est na
H turis necessarijs possibilitas omnino tam si fuerint necessaria ex se, q̄ ex alio. Et omnia ista sunt vanitates, & sermones debiliores sermonibus Loquentium. & sunt omnia, quæ īgrediuntur in philosophiam, & non sequuntur radices eius. & sunt sermones, qui non perueniunt ad gradū satisfactionis rhetoricæ, quanto magis topicæ. & ideo bene dicit Alga. ī multis locis librorum suorum ꝙ scientia eorū diuina est existimatiua.

ALGAZEL

Ait Alg. Et, cum posueritis hoc poſſe, dicimus omnia entia cū
I multitudine eorum licet peruenerit numerus eorum ad mille, prouenient a primo causato. & non oportet vt reducatur ad orbem exteriorem, & animam eius: sed poſſe est vt proueniant ab eo omnes animæ cęlestes, & humanæ, & omnia corpora terrestria, & cęlestia, & multæ species prouenientes ab eis, quarū sciētiam non habemus, & erit sufficientia in primo causato.

AVERROES.

Ait Auer. Hęc consequentia est vera, & præcipue si posuerint primam operationem prouenientē
K a primo principio esse unitatē, quā primum causatum est ens vnum cū pluralitate reperta in eo. Nam, si cōcesserint posse esse pluralitatem in primo causato non determinatam, aut erit minus numero entium, aut plus, aut æqualiter? si minus, necesse est ponere tertium principium, aut esse aliquid sine causa. si vero æqualiter, aut plus, non est necesse eos ponere tertium prīcipium, sed erit pluralitas posita in eo superflua.

ALGAZEL.

Ait Alg. Et sequitur ex eo sufficientia in prima causa. nam, cū poterit generari pluralitas, quæ dicitur prouenire non ex causa, licet non sit necessaria in esse causati primi, tunc poſſe est etiam vt consyderetur hoc cum prima causa; & erit esse eius non ex causa. & dicitur ꝙ ꝑsequitur eam, & non scimus numerum eius. & omne, cuius esse imaginatur absq; causa cum primo, imaginatur hoc absq; causa cum secundo. Ac etiam nihil est dictū nostrū cum primo, & cum secundo. nā nō est inter ea dr̄ia, nec in tempore, nec
M in loco. & quæ non differunt in loco, nec in tp̄e, & potest esse sine causa, nō appropriatur aliquod eorum in comparati ne eius.

AVERROES.

Ait Auer. Dicit, ꝙ si poſſe esset reperiri pluralitatem in causato primo absque causa, ex eo ꝙ non prouenit ex prima causa pluralitas, tunc poterit consyderari pluralitas cum causa prima, & nō oportet ponere causam secundam, & causatū primum. si autē falsum est esse aliquid

A quid cum causa prima absque causa, est etiam falsum cum secũda causa. sed nihil est dictum nostrum de causa secunda. nam sunt eædem in re, & non differt vna ab alia tpe, nec loco. &, cũ poterit esse aliquid absq; causa, non appropriatur vna duarũ causarum ei, s. prima, aut secunda, sed sufficit in hoc vt reperiatur cum vna earum, & non oportet ponere id cum causa secunda.

ALGAZEL.

Ait Alga. Respondens pro philosophis. Si autem dixerit, iã B multiplicauistis res, adeo ꝙ superauerunt mille, & est inconueniens vt sit pluralitas causato primo vsq; ad hunc terminum: & ideo multa sunt media. Deinde dixit arguens contra eos. Cum autem dicitis hoc esse inconueniens, est iudicium extimatiuum, cum quo non debemus iudicare in intellectualibus, nisi dicat ꝙ sit falsum. & dicimus ei quare est falsum? & quid intelligitur in dãdo differentiam in hoc, & quotiescũq; posuerimus vnum possibile, & crediderimus sequi a primo causato, non ex parte causæ consequẽs vnũ, C & duo, & tria, quæro quid est quod faciat falsitatem in quatuor, aut qnque, & sic vsque ad mille? nisi quod qui iudicat consyderatione præter consyderationem, non est ei transacto vno differentia. & hic etiam est sermo incisiuus.

AVERROES

Ait Auer. Si autem respondissent Auicen. & alij Philosophi quod ĩ causato primo sit pluralitas absque dubio, & ꝙ omnis pluralitas prouenit ex ea vnum, mediante vnitate determinante, vt reducatur pluralitas ad vnum, & vnitas illa, qua fuerat pluralitas vna, est quid simplex, prouenies ab vno separato simplici, tunc essent quiescentes ab istis consequentijs, quas fecit eis Alga. vt exirent ab istis inconuenientibus. D Alga. autem, quia vigoratus est hic super positione corrupta attributa philosophis, & non inuenit respondentem ei vera responsione, lætatus est in hoc, & incidit in multa inconuenientia, quæ sequuntur ab ea. & omnis stultus stultitia sua lætatur. si autem sciuisset ipsum non arguere in hoc contra Philosophos, non E tamen lætatus fuisset. Et radix corruptionis huius positionis est dictũ eorum, ꝙ ab vno non prouenit nisi vnum: deinde ponunt in hoc vno ꝓducto pluralitatem: & sequitur eis vt hæc pluralitas sit sine causa. & positio eorum ꝙ, cum hæc pluralitas sit terminata, oportet ponere principiũ tertium, & quartum ad esse entium, est quid leue, ad quod non est demonstratio. Demum hæc positio est absq; positione principij primi, & secundi. & hoc, qm̃ dr̃ non fuit appropriata a vobis causa secundã, cui sit pluralitas præter primã cãm. F & hoc totum sunt stultitiæ, & vanitates. & radix eius est, ꝙ ipsi non intelligunt qũo vnũ erit cã in opinione Arist. & in opinione sequentium eum ex Peripateticis. & iam gloriatus est ipse in fine Duodecimi ĩ hac re, & dixit ꝙ præcedẽtes eum ex Antiquis non potuerũt dicere aliquid in hoc. & hoc mõ prædicto a nobis de eis erit propositio, ꝙ ab vno non prouenit nisi vnum, vera: & ꝙ ab vno prouenit pluralitas est propositio vera etiam.

G ALGAZEL

AIt Alga. Adhuc dicimus hoc est falsum in causato secūdo. nam prouenit ab eo orbis stellarū, in quo sunt stellæ 1022. & plus,& sunt diuersæ quantitatis, & figuræ, situs,coloris,impressionis, & fortunæ & infortunæ. & aliquæ earum sunt in forma Arietis,Tauri, & Leonis,& aliquæ in forma hominis. & differunt in dando impressionem ī vno subiecto mundi inferioris,& frigiditatem,& caliditatem,& fortunium,& infortunium.& differunt mēsuræ earum abinuicem.& impossi-
H bile est dicere totum esse eandē speciem cum hac diuersitate. nam, si hoc esset possibile.tunc esset possibile dicere omnia corpora mundi esse vnam,& eandem speciem in corporeitate.& sufficit eis vna causa.Si autem differre in dispositione eorum, & substantia, & natura indicat diuersitatem eorum, sic etiam stellæ sunt diuersæ proculdubio, & quælibet earum indiget causa ad formā eius,& cā ad materiam eius, & causa ad appropriationem naturæ calefaciendi,seu infrigidandi,seu fortunandi,seu infortunandi,& essendi ī
I loco suo,&,vt sint figuræ earum ad figuram animalium diuersorū.hæc autem pluralitas, si imaginatur intelligi in intelligentia secunda,imaginatur etiam hoc in prima,& tunc sufficit primum.

AVERROES

AIt Auer. Hęc autem dubitatio iam fecit eam:& est res, ī qua nimium protelauit sermonē in hoc libro.&,cum respondetur ei responsionibus prædictis,non sequitur aliquod horum inconuenientium.Cū autem intelligitur de sermone ꝙ ab vno numero simplici non prouenit K
nisi vnum simplex numero,non autem vnum numero aliquo modo, & plures aliquo modo, & vnitas ei' est causa pluralitatis,nunquam euadit ab istis dubitationibus. Vlterius res plurificantur apud Philosophos drījs substantialibus. differentia vero rerum ex parte accidētium non facit apud eos differētiam in substātia,siue sit quantitas, siue qualitas, aut aliud prædicamentorum.corpora autem cœlestia (vt diximus)non sunt cōposita ex materia & forma, & non differunt specie.nam non cōmunicant apud eos in vno genere. L
nam,si communicarēt in gn̄e, eēnt composita,& non simplicia.& iā locuti sumus de his rebus,&non oportet multiplicare verba in eis.

ALGAZEL

AIt Alga. Quæstio Quinta est vt dicamus,licet cōcesserim' has positiones frigidas,& inuolutiones corruptas, quomodo non pudet eos,cum dicunt cau atum primum possibile in eē est, quod determinat esse corporis orbis exterioris ab eo, & intelligere seipsum determinat esse animam orbis ab eo,& ipsum in M
telligere primum determinat eē intelligētiam ab eo,quæro quæ ē dr̄ia inter hoc,& dictū dicētis ꝙ scit esse hoīs occulti,& ꝙ sit posse in eē,& ꝙ intelligit seipsum,& efficiētē suū?& dixit ꝙ sequit̄,ex eo ꝙ est posse in eē eē orbis,& dr̄ ei q̄ ē ꝓportio inter esse posse in eē & eē orbē ab eo?&sic ēt sequētur,ex quo intelligit seipsum, & efficiētē suū,duo alia. Et hoc quidē,cum dr̄ de hoīe,ē deridēdū eo, & sic de alio ente,nā possitas in eē ē determinatio,q̄ nō differt, cū differat substantia possitatis,siue sit hō, aut

an-

A angelus, aut orbis. & nescio quō satisfacit stultus sibi ipsi his positionibus, quanto magis docti, qui penetrāt cœlū, cū cogitāt ī ītellectualib⁹.

AVERROES

AIt Auer. Omnes isti sermones qui i sunt Auic. aut sit quicūq; fuerit, qui dixerit eos, non sunt veri, & nō ꝓsequuntur radices naturales: īmo nō ꝑueniunt, ꝑp carētiā eorum in sufficiētia, & rhetorica, ad gradū, quē dixit iste hō. Et forma, quam imaginatus est ī ea, nō ē vera. nam hō, quē posuit posse in eē ex se, necessarium ex alio, intelligētē seipsum, B & efficiētē suum, verificat exēplum eius de cā secunda, cū ponit istū hominem agere entia ex se, & ex scientia sua, vt ponit eē secundum principiū ille, qui dicit, vt dicit Auic. & sicut de more omnium ē ponere primum principium glo. nam cū ponitur hoc, necesse ē vt ꝓueniāt ab hoc hoīe duo: vnum est, ex eo ꝙ scit seipsum: & aliud, ex eo ꝙ scit efficiētē suum. nam positum fuit agēs ex parte sciētiæ. & non est ēt incōueniēs, si positū fuerit agēs ex parte sui, vt dicatur ꝙ id, quod sequitur ab eo, ex eo ꝙ ē posse ī eē, ē aliud ab eo, quod C sequitur ab eo, ex eo ꝙ est necessariū in eē. nam istæ duę positiones reperiuntur ī eo. Igitur iste sermo nō ē adeo turpis in forma, quam voluit imaginari iste vir, adeo ꝙ homines deuiant a sermonibus philosophorum, & vilipēdēt eos apud speculantes. Et nulla ē dr̄ia inter hoc, & dicētē, cū ponitis ens, viuēs vita, volēs voluntate, sciēs sciētia, potēs potētia audiēs auditu, vidēs visu, & loquens loquela, & sequitur ex eo totus mūdus, adeo ꝙ hō viuēs, sciēs, potēs, volēs, audiēs, vidēs, & loquēs, sequitur ex eo totus mundus. qm̄, si ista attributa sunt, quæ determinarant esse mundi, necesse ē vt nō sit dr̄ia in eo, quod faciunt consequi in omni ente, cui attribuuntur. Si autē iste vir habuerit intētionē dicēdi veritatē ī his rebus, & errauerit, est ei excusatio. attamē si sciuerit fallaciam, & ītēdit eam, si nō fuerit necessitate ductus, nō est ei excusatio. si vero intēit no t ificare ꝙ nō sit ei in hoc sermo demōstratiuus, quo sustētetur ī hac quæstione, s. quæstio vnde proueniat pluralitas, vt videbit̄ postea, benefecit ī hoc. nam nō ꝑuenit iste vir ad gradū sciētiæ comprehēdētē hanc quęstionē. & hoc apparebit de eo postea. & causa eius est, quia non dedit opam hic vir, nisi libris Auic. & accidit ei diminutio in scientia ꝓpter hoc. D E

ALGAZEL

AIt Alga. Si aūt dixerit aliquis, cum destruitis opinionē eorū quid dicitis, vtrum existimatis ꝙ ꝓueniant ab vno omnimode duo diuersa? & summittitis intellectū: aut dicitis ꝙ primum principium, in eo sit pluralitas? & negabitis vnitatem: aut dicitis ꝙ non ē pluralitas ī mūdo? & negabitis sensum: aut dicitis ꝙ sequitur medijs? & oportebit vos cōcedere id, quod dixerint. Nos aūt dicimus nō eē intētionē nostram in hoc libro directe disputare hinc inde: sed intētio nostra ē debilitare rōnes eorū: adeo ꝙ nos dicimus ꝙ qui existimauit emanationē duorū ab vno, est summissio intellectus, seu attribuere principio attributa, antiqua, æterna, cōtradicētia vnitati. & hæ ambæ sunt rōnes falsæ. & nō habēt de eis demr̄atiōes: qm̄ nō scitur falsitas emanatiōis duorum ab vno F

G ſicut ſcitur falſitas eſſe hominis eiuſdem in duobus locis. demum nõ ſcitur ex neceſſitate, nec ex ſpeculatione. Et quid prohibet quin dicatur ꝙ primum principium ſit ſciens, potẽs, volẽs, & agit quicquid vult, & ſcit quicquid vult, & creat diuerſa, & ſimilia, vt vult, & de eo ꝙ vult, & falſitas huius non ſcitur neceſſario, nec ſpeculatione. & iã poſuerunt id Prophetæ, facientes miracula. & neceſſe eſt id recipere. Speculari autẽ de qualitate emanationis operationis ab ipſo glo. voluntate eſt ſuperfluũ & ſpes in re non ſperanda. Qui aũt

H deſyderant perquirere proportionẽ & ſcientiam eius, finis conſyderationis eorum eſt id, ꝙ cauſatũ primũ, ex eo ꝙ eſt poſſe in eſſe, prouenit ex eo orbis: & ex eo, ꝙ intelligit ſeipm, prouenit ex eo anima orbis. & hoc eſt ſtultitia, & demẽtia, nõ apparitio proportionis. quare recipiamus prĩcipia harum rerum a Prophetis, & erunt vera in eis: nam intellect⁹ nõ negat ea: & dimittamus ſpeculationem de qualitate, & quantitate, & quiditate: nam hoc non eſt ad quod potentia humana extenditur. Et ideo dixit dator legis, Conſyderate ĩ crea

I tione Dei, & non conſyderate, nec cogitate in ſubſtantia Dei. Et dixit Propheta. Et cui aſſimilabitis Deũ, & quam ſimilitudinem dabitis ei?

AVERROES

AIt Auer. Cum dixit ꝙ in eo, in quo eſt diminutus intellectus humanus circa comprehenſionem eius, reuertamur ad legem, eſt verũ. nam ſcientia, ꝓueniẽs ex ꝓphetia, ꝓuenit tanq̃ complẽs ſciẽtias intellectus, ſ. ꝙ oẽ, in quo deficit intellectus, id tribuit Deus per ꝓphetiam. Diminutionum aũt comprehenſionũ, quarũ ſcientia eſt neceſſaria in

K vita hoĩs, & eſſe eius aliqua eſt diminutio abſolute, i. ꝙ nõ eſt de natura intellectus id cõprehẽdere, in eo ꝙ eſt intellectus, & aliqua ẽ, q̃ ẽ diminutio ſm naturã aliquorũ hoĩum, & hæc diminutio aut ẽ ĩ radice creationis, aut erit pp aliquid eueniẽs ab extra ex priuatione diſciplinæ, ſed. ſciẽtia ꝓphetiæ tribuit oĩb⁹ has ſpẽs oẽs. Cum autem dixit, intendimus hic debilitare rõnes eorum, ꝓfecto. hæc intẽtio non conuenit ei, & ẽ ruina ruinarum ſcientis. nam ſapiẽs, in eo ꝙ eſt ſapiẽs, intẽtio eius eſt pquirere veritatem, non facere dubitatio

L nes, & ponere inuolutiones in opinionibus. Cũ autẽ dixit, qm̃ nõ ſcitur falſitas emanatiõis duorum ab vno, ſicut ſcitur falſitas eſſe hominis eiuſdẽ in duobus locis. &, licet nõ fuerũt hæ duæ ꝓpõnes in eodẽ gradu veritatis, tñ non eſt falſum, quin propoſitio, dicẽs ꝙ ab vno ſimplici non prouenit niſi vnum, non ſit vera in apparentibus nobis. ꝓpoſitiones autem veræ ſuperant ſe adinuicem, vt declaratum eſt in libro Poſteriorũ. Et cã in hoc eſt. qm̃ ꝓpoſitiões veræ, cum adiuuantur imagi

M natione, debilitãtur. imaginatio autem nõ cõſyderatur niſi apud vulgus. & iõ qui vſus eſt intellectualib⁹ & proiecerit imaginabiles, erunt ei ambæ iſtæ propoſitiones in eodem gradu veritatis. & plurimum, quod ſit veritas in iſtis propoſitionibus, eſt cum fecerit inductionem in entibus generabilibus, & corruptibilib⁹, & viderit ꝙ differant noĩa, & definitiones eorum propter operatiões eorum. nam, ſi proueniret quodlibet ens ex quolibet agente, & qualibet actione, miſcerentur ſubſtantiæ, & defi-

A definitiones,& destruentur sciẽtiæ, & aĩa. exempli gratia discernitur ab inanimatis in operationibus suis ꝓprijs prouenientibus ab ea:& inanimata differunt abinuicem operationibus proprijs, & sic etiam animæ. si autem prouenirent ab vna potentia operationes multæ, vt proueniũt a potentijs compositis operationes multæ, non erit differẽtia inter substantiam simplicem,& compositã, & non discernerentur a nobis. Vlterius, si possent prouenire a substantia vna operationes multæ, erit possibilis actio prouenire absq; agẽte.
B nam ens est ab ente, non ex nihilo. & ideo impoſſe est vt reperiatur id, quod non est ex se.&, cũ fuerit motor eius, quod non est, & extrahens id a potentia ad actum, id extrahit ex eo, ꝙ est in actu, necesse est vt sit modus actus, qui est ei secundũ modum actus extrahentis id a priuatione ad esse. nam, si exiret quodlibet actum a quolibet agente, non esset inconueniens vt exirent acta ad actum ex seipsis, non ex parte agẽtis, quod ea effecerit. si autem exierint multi modi a potentia ad actum ab eodem agente, necesse ẽ vt ei sit plu
C ralitas, s. modis illis, & illi, quod attribuit eis. nam, si non esset ei nisi vnus modus eorum, id quidẽ, quod exit ex alijs modis, erit ex seipso absque extrahente eum. Et non potest dicere aliquis ꝙ conditio agẽtis est vt reperiatur agens tantum, actione absoluta tantum, non modo actionis proprie. qm̃, si hoc esset, ageret quodcunq, ens fuerit q̃cunq; actionem,& miscerentur entia. Vlterius, quoniam ens absolutum, s. vniuersale est vicinum priuationi veri entis, & ideo auferunt sermonem de ente absoluto,& colore absoluto, di D centes ablationem dispositionum. Et dixit dicens in affirmatione earũ ꝙ non sunt entia, nec sunt nõ entia. Si autẽ hoc verificaretur, verificaret̃ tunc ꝙ res sint causa entium. Et prouenire vnam actionem ab vno est magis manifestum in sciente, quod nobis apparet, quàm in alio ab hoc sciente. nam scientia plurificat̃ plurificatione intellectorum sciẽti, quoniam intelligit ea eo modo, quo sũt & sunt causa scientiæ eius. & impossibile est vt scita multa sciantur vna scientia,& non erit scientia vna causa aduẽtus causatorum multorum E ab ea in apparentibus nobis. verbi gratia quoniam scientia artificis, ex qua prouenit exẽpli gratia thesaurus, est alia quàm scientia, ex qua prouenit sedes. sed scientia antiqua differt in hoc a scientia innouata,& agens antiquum ab agente innouato.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et si dixerit quid dicitis vos in hac quæstione, quia iam destruxisti opinionem Auicennæ de causa pluralitatis, quid dicis tu in hoc? quoniam dictum est ꝙ secta philosophorum respondit huic F vna trium responsionum. Quarum vna est sermo dicentis quòd pluralitas prouenit ex materia. Secũda aũt dictum dicentis, ꝙ prouenit ex instrumentis. Tertia vero est dictum dicentis ex medijs.& recitatum fuit de secta Aristote. quòd ipsi verificauerunt sermonem eius, qui ponit causam in hoc media.

G AVERROES

AIt Auer. Dixi ꝙ huic non poteſt reſponderi in hoc libro reſponſione demonſtratiua. attamen non inuenimus in Ariſt. nec in eo, qui eſt in fama ex Antiquis Peripateticis hunc ſermonem, quem attribuit eis, niſi Porphyrio authori introitus logicę. & vir ille non fuit ex expertis eorum. Et quod occurrit mihi ex radicibus eorum eſt ꝙ cauſa pluralitatis eſt aggregatum triũ cauſarum, ſ. media, & diſpoſitiones, & inſtrumenta. & iſta omnia iam
H declarauimus quomodo innitũtur vni, & ad id reducuntur. nam eſſe vniuſcuiuſque eorum eſt ex vnitate abſoluta, quæ eſt cauſa pluralitatis. Nam ipſe imaginatur ꝙ erit cauſa pluralitatis intelligentiarum ſeparatarum diuerſitas naturarum ſuarum recipientium in eo, quod intelligunt de primo principio, & in eo, quod adipiſcuntur ab eo de vnitate quę eſt actio vna ex ſe, & plures propter multitudinem recipientium. ſicut eſt in Pricipe, ſub quo ſunt multi ſubſtituti: & ars, ſub qua ſunt artes multæ. & hoc ſpeculatur de eo ĩ
I alio loco, ſi quidẽ declarari poteſt aliquid de eo: ſin autem reuertetur ad prophetiam. Quòd autem diuerſitas ſit propter diuerſitatẽ quatuor cauſarum eſt manifeſtum. nã diuerſitas orbium erit ex diuerſitate motoris eorum, & diuerſitate formarum eorum, & materierum eorum, ſi fuerint in eis materiæ, & operationibus eorum proprijs in mundo: licet non fuerint pp has operationes apud eos. Diuerſitas autem, quæ accidit primo ei⁹, quod eſt ſub orbe, de ſimplicibus corporibus, eſt diuerſitas materiei cum diuerſitate K eorum in propinquitate, & remotione a motoribus eorum, qui ſunt corpora cœleſtia. vt eſt diuerſitas terræ & ignis, deniq; contrariorum. Cauſa aũt diuerſitatis duorum motuũ magnorum, quorum vnus facit generationẽ, alius vero corruptionem, eſt diuerſitas corporum cœleſtium, & diuerſitas motuum eorum, vt declaratum eſt in libro Gñationis, & Corruptionis. Et cã diuerſitatis, quę erit ex corporibus cœleſtibus eſt ſimilis diuerſitati, quę erit ex diuerſitate inſtrumentorum. Et, cum ſic fuerit, cauſæ pluralitatis ab vno agẽte apud Ariſtot. ſunt tres cauſæ, & re L ductio earum ad vnum eſt ex re ꝓcedenti: & eſt, quia vnum eſt cauſa pluralitatis. Id aũt, quod eſt ſub orbe Lunæ, reperitur in eo diuerſitas ex quatuor cauſis, ſ. diuerſitate agẽtium, & diuerſitate materierum, & diuerſitate inſtrumentorum, & prouentione opationum a primo agente, mediante alio. & hoc eſt quaſi ꝓpe inſtrumentum. Exemplum aũt diuerſitatis, quæ erit ex diuerſitate recipientiũ, & ex eo ꝙ diuerſa ſunt cauſæ adinuicem, eſt color fact⁹ in aere, qui eſt alius a colore facto in M corpore: & qui fit in viſu, ideſt in oculo, alius ab eo, qui eſt in aere: & qui fit in ſenſu communi, alius ab eo, qui fit in oculo: & qui fit in imaginatiua, alius ab eo, qui fit in ſenſu communi: & qui eſt in virtute conſeruatiua, & memoratiua, alius ab eo, qui fit in imaginatiua. & hoc totum eſt, ſecũdum ꝙ declaratũ eſt in libro de Anima.

Di-

DISPVTATIO IIII.

De declaratione, quod non possunt afferre rationem, quod sit efficiens mundo.

ALGAZEL.



IT Alga. Et dicim⁹ q; homines diuiduntur in duas sectas. Prima est secta hominũ veritatis, qui opinati sunt mundũ esse innouatũ, & sciuerunt necessario q; innouatũ nõ in-
B nouat seipsum, sed indiget efficiente. & intelligitur opinio eorũ, cũ dicũt agẽs. Et alia secta sunt Hæretici, qui existimãt mundum esse antiquum, prout est, & non constituerunt ei efficientẽ. & opinio eorũ bene intelligitur licet rationes indicent destructionẽ eius. Philosophi aũt opinantur mundũ eẽ antiquũ, deinde constituerunt ei cũ hoc efficientẽ. & hæc opinio quasi cõtradicit sibijpsi, & nõ ĩdiget destructiõe.

AVERROES.

Ait Auer. Immo opinio Philosophorum intelligitur appa-
C renter, magis q̃ ambæ opiniões simul. Nam agens est duplex. aliqđ .n. est, à quo prouenit actum, ĩ quo pendet operatio eius hora, qua reperitur. & hoc, cũ perficitur eẽ eius, non indiget agente, vt esse domus ab ædificatore. & aliquod ẽ, ex quo prouenit actio tm̃, quæ pendet in acto. & non est esse huic acto, nisi cum pendẽtia agentis in eo. Et hoc agens est rei proprium, q; actio eius eũ æqualis esse huius acti, s. q; cum corrumpitur hoc agens, corrumpit hoc actum: & cum reperitur hoc agens, reperitur actum, i. q; fuit simul. & hoc agẽs est nobilius, & ma-
D gis ingreditur in capitulũ operationum, q̃ primum, qm̃ producit. subiectum suum, & id cõseruat: agẽs vero primum producit actum suũ, & indiget alio agẽte, quod id cõseruat post inuentionem. & hęc est dispositio motoris cum motu, & rerum, quarum esse est in motu. Philosophi autem, quia crediderunt q; motus est actio agẽtis, & q; esse mũdi nõ perficitur, nisi cum motu, dixerunt q; agens motus est agẽs mũdi. &, si cessaret operatio eius ictu oculi à motiõe, destrueretur mun- E
dus. & cõstituerunt suũ syll'm sic. Mundus est actio, aut res, cuius esse sequitur ad actionem: & oĩs actio impossibile est vt sit sine agẽte, qđ sit ad esse eius: & intulerũt ex hoc q; mundus habet agẽs, qđ est ad eẽ eius. &, quia necesse est apud eum, vt proueniẽs ab agẽte mundi sit innouatum, dixit mundum innouatum ab agente antiquo. &, quia est apud eum opatio antiqui antiqua, dixit mundum innouatum ab agẽte antiquo, & operatio eius est antiqua, s. q; nõ habet principium, nec finem, nõ autem vt sit ens in se an- F
tiquum, vt videtur ei, qui denominat eum antiquum.

Agẽs duplex: vnũ, a quo res acta si depẽdet ĩ cõseruatione: aliđ vero a quo depẽdet.

ALGAZEL.

Ait Alga. respondens pro Philosophis. Si autem dicet, nos autem, cum dicimus q; mundo sit efficiens, non intelligimus in hoc efficiens, eligẽs ad operandum aliquid, quod nõ operabatur, vt videmus in agẽtibus in sutura, textura, & ædificatiõe, sed intelligimus per illud, causam mũdi, & appellamus eam primum principium, in eo q;

nõ

G non habet causam aliã in esse suo. & si appellauerimus eã efficiens, appellamus hac expositione. Esse aũt ens, ad cuius esse non est cã, cito cõstituerut de eo demrõ incisiua. nã nos dicimus mundus, & entia eius aut habent causam, aut non habẽt causam, si habent causam, tunc aut illa causa adhuc habet causam aut non habet cãm. & sic dr̃ de causa causæ. & tũc aut procedet in infinitum, et ẽ falsum, aut deueniet ad extremũ, & finis erit cã prima, cui⁹ eẽ nõ habet cãm, quã appellabim⁹ primũ principiũ. si vero mũdus eẽt
H ens ex se absq, cã, tũc iam apparet causa prima. qm̃ nos non intelligimus per eam nisi ens, qd̃ nõ habet causam, & est permanens necessario. Verumtñ impossibile est vt ipsum primũ principium sint corpora cœlestia: qm̃ sunt plura. & ratio vnitatis ẽ manifesta, & apparet destructio eius in consyderando conditionẽ principij. Nec ẽt põt dici q̀ sit orbis vnus, aut corpus vnum, vt Sol, aut aliud. est.n. corpus, & corp⁹ ẽ compositũ ex materia, & forma: primũ autem principium impossibile est vt sit cõpositum. & hoc scie
I tur secunda consyderatione. & intẽtum est vt sit ens, cuius esse non habeat causam, pmanens necessario, & cõuenienter: diuersitas vero est ĩ attributis, & est id, quod intelligimus per primum principium.

AVERROES.

Ait Auer. Hic sermo est rhetoricus, & non verus. nã nomẽ causę dr̃ ęquoce de causis quatuor, s. agente, forma, materia, & fine. Quare, si hæc esset rñsio Philosophorum, eẽt rñsio inuoluta. Nam interrogamus eis de qua cã voluerunt, cum dixerint esse mundo causam primã. Si dixerint intelligim⁹ per eam, cãm agẽtẽ, cuius opeiatio nõ cessauit, nec cessat, & operatũm eius ẽ actio eius, esset rñsio vera fm opinionẽ eorũ, prout dixerũt absq; qõne aliqua contra eos. Si vero dixerint intelligimus formalẽ, dubitabitur eis ẽt an posuerunt formã mundi permanentẽ in eo. Si dixerint intelligimus formã separatam à materia, sequitur dictũ eorũ fm opinionẽ eorũ. Si vero dixerint formã materialẽ, ergo principium nõ erit apud eos aliquid, nisi corpus ex corporibus. & hoc quidẽ nõ dicũt de eo. et sic, si dixerint est cã finalis, sequeret̃ hoc ẽt fm radices eorũ. Et cũ in hoc sermone sit interpretatio diuersa, vt vides, qũo ponitur rñsio Philosophis? Et, cum dixit, & appellabimus eã primũ principium, in eo q̀ esse ei⁹ nõ habet cãm aliã, est sermo ẽt debilis. nã hæc appellatio verificat̃ de orbe primo, seu de orbibus vl'r, demũ de qualibet specie entium, de qua ponit̃ q̀ nõ habet cãm. & nulla est dr̃ia inter hãc opinionẽ, & opinionẽ Hæreticorũ ĩ causa prima. Et, cũ dixit de eis ẽt, & esse ens, ad cuius esse nõ est cã, cito cõstituet̃ de eo demrõ incisiua, est sermo intricatus ẽt. nam oportet distinguere de quatuor causis, & declarare q̀ in vnaquaq, earũ ẽ primũ, cui non est cã, s. q̀ cãæ agentes deueniunt ad primum agens, & formales ad primã formam, & materiales ad primam materiam, & finales ad primum finẽ: & remanet postea declarat̃ q̀ istæ quatuor causę vltimę deueniunt ad primã causam. & hoc totũ non est declaratũ in hoc sermone, quẽ ipse recitauit

K L M

de

A de eis. Et sic etiã sermo quẽ induxit in declaratione ꝙ hic sit cã prima, est sermo intricatus, cũ dixit ꝙ nos dicimus mundus est ens: & omne ens aut habet causam, aut non habet cãm, vsq; ad finẽ sermonis ei⁹. Nam cã dr̃ ęquiuoce. & sic ꝓcessus causarũ in infinitum aliquo mõ ē falsus, & impossibilis, & aliquo mõ est necessarius apud Philosophos. qm̃ est impossibilis apud eos, cum fuerint essentialiter, & directe, si p̃cedens earum esset cõdõ in esse posterioris: & nõ est impossibilis apd eos, cum fuerint per accñs, & circu-
B lariter, & cum non fuerit corruptio p̃cedentis conditio in esse posterioris, & esset ibi agens primũ, vt ē esse pluuiarum à nube, & nubis à vapore, & vaporis à pluuia. nã hoc procedit apud eos circulariter in infinitum. sed hoc est de necessitate causæ primæ. & sic esse hoĩs ab homine in infinitum: qm̃ esse pręcedẽtium apud eos in hmõi non est cõditio in esse posteriorũ, sed aliqñ ē conditio corruptio aliquorum. Et hmõi causę sunt apud eos deuenientes ad cãm primã ęternam, ad quã finit motus in qualibet harũ cau-
C sarũ, & hora innouationis alterius causati. v. gr. cũ Socrates generauit Platonem, motor quidẽ vltimus in motione in hora generationis eius est orbis, aut aĩa, aut intellect⁹, aut oẽs, aut Deus glo. & ideo dicit Aris. ꝙ hõ generat eum hõ, & Sol. & apparet ꝙ Sol deuenit ad motorẽ ei⁹, & motor eius ad primũ principiũ: ergo non est hõ pręteritus cõdõ in esse hoĩs futuri. vt artifex cũ fecerit operata successiua in temporibus successiuis, instrumentis diuersis, & fecerit instrumenta illa cum alijs instrumẽtis. & illa instrã cum alijs D instrumentis. nam esse horũ instrumentorũ vnius ab alio est per accidens, & nullũ eorũ est conditio in esse operati, nisi primũ instrm̃, s. apparens. & pater est necessarius ĩ eē filij, sicut instrumentum, cum quo appropĩquatur operato, est necessarium ad eē operati. instrm̃ autem, cum quo fit hoc instrumentũ, est necessarium in esse instri contigui, & non est necessarium in esse operati, quod iam operatũ est, nisi per accidẽs. & ideo aliqñ erit corruptio instrumẽti pręcedentis conditio in eē posterioris, cum fit posterius ex E materia pręcedentis, vt cum fit homo ex hoĩe corrupto, mediãte eo, ꝙ fuerit plãta sperma, aut sanguis menstruus. & iam locuti sumus de hoc. Qui aũt admittũt processum causarũ in infinitum essentialiter, sunt Hæretici. & qui concedit hoc, necesse est ei vt nõ sciat aliquid de causa agẽte, & nõ ē dr̃ia apud Philosophos circa esse causę agẽtis. Et, cũ dixit si autem mundus esset ens ex se absq; causa, tunc iam apparet cã prima, i. ꝙ Hęretici, & alij confitentur causam primam, cui nõ est causa. Sed differũt in hoc prĩcipio. F nam Hęretici dicũt ꝙ est orbis vniuersalis, & qui non sunt Hæretici, dicunt ꝙ est res extra orbem. & orbis est causatum. Et isti diuidũtur in duas sectas, sectam quidem, quę existimat ꝙ orbis sit actio innouata, & sectam, quæ existimat quòd sit actio antiqua. Et, qm̃ hæc declaratio ē cõmunis Hęreticis, & alijs, dixit verumtñ ꝙ impossibile est vt primum principium sit corpus cœleste, quoniam sunt plura. & rõ vnitatis est manifesta, i. ꝙ ordo, qui est in

G in mundo, apparet ex eo, ꝙ gubernator eius sit vnus: sicut ordo, qui est in exercitu, apparet ex eo, ꝙ gubernator eius sit vn⁹, & est prīceps exercitus, & hoc totum est sermo verus. Et, cum dixit, impoſſe est vt dicatur orbis vnus, aut corp⁹ vnū, aut Sol, aut aliud: qm̄ est corpus, & corp⁹ est compositum ex materia, & forma, & primū principiū īpoſſe est vt sit cōpositū. Dixi, cū dixit oē corp⁹ est compositū ex materia & forma, hæc nō est opinio Philosophorū de corpore cœlesti: nisi fuerit nomē materiæ dictum æquiuo

H ce: sed est id, quod dixit Auicē. tm̄. Qm̄ omne compositū apud eos ex materia, & forma est innouatū, sicut est innouatio domus, & thesauri: cœli autē nō sunt apud eos innouati hoc mō īnouatiōis. & ideo appellauerūt eos æternos, s. ꝙ eē eorū est cum ęterno. Nam, cum fuerit causa corruptionis apud eos materia, id, quod nō ē corruptibile ſm opinionē eorū nō habet materiā, sed est quid simplex. &, nisi eēt generatio, & corruptio, quę est his nostris corporibus, nō esset necesse vt eēnt cōposita ex materia, & forma.

I nam radix huius est, quia corpus ē vnū in esse, sicut est in sensu. &, nisi esset corruptio horum corporū, determinaremus ꝙ essent simplicia, & ꝙ materia eēt corpus. igitur corpus cœleste, ex eo ꝙ nō est corruptibile, indicat ꝙ materia in eo sit corporeitas, q̄ reperitur in actu: & anima, quæ est in ea, non habet situm ī hoc corpore. nam hoc corpus nō indiget in sua permanentia aīa, vt indigēt corpora aīalium: indigent tn̄ anima, nō ꝙ ex necessitate eē eorū est vt sint habētia aīam, sed qm̄

K melius ex necessitate eorum est ꝙ sint in dispōne meliori, & habētia aīam sunt meliora nō habētib⁹ eā. Corpora aūt cœlestia, nō est differentia inter ea, ꝙ non est eis potentia substātię, & non sunt necessario habētia materiam, vt sunt corpora generabilia, sed aut erunt, sicut dicit Them. formæ, aut erunt eis materiæ æquiuoce. Ego vero dico, siue sint eædē materię, siue materiæ viuentes ex se, non autē viuētes vita.

Qu̾ mā dicat̾ eē i cœ. vid̾ 1. cœ. 92.

Qūo corpora cœlestia idigeant aīa, & qūo nō. vide. 8. Me. c. 12.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et responsio est duobus modis. Prim⁹ quidē, qm̄ sequitur ſm opinionē eorū, vt sint

L omnia corpora mūdi antiqua, quibus nō est causa. Et, cum dicunt ꝙ destructio huius scietur secūda cōsyderatione, destruetur quidē hoc eis in disputatione vnitatis, & ablatione attributorum post hanc disputationem præcedentem.

AVERROES.

Ait Auerr. Idest ꝙ ipsi, cum nō possunt affirmare vnitatem, nec possunt affirmare ꝙ vnum nō sit corpus. nam, cū nō pn̄t remouere attributa, erit hoc primū apd̄ eos substātia cū attributis: & quod est

M hmōi, est corpus, aut potentia ī corpore: tunc sequitur eis vt primum, quod nō habet causam, sint corpora cœlestia. Attamen hic sermo sequitur dicenti sermonem, quem recitauit nomine Philosophorum. Philosophi vero non indigent ad esse primi non habētis causam eo, quod tribuit eis ratiōibus. nec etiā existimant ꝙ ipsi nō possunt afferre rationem vnitatis, nisi per uiam rationis ex ablatione corporeitatis à primo principio. & hæc quæstio veniet postea.

Algazel.

A ALGAZEL.

AIt Alga. Modus aũt Secũdus, & eſt proprius huic diſputationi eſt, vt dicatur iam ſcimus ꝙ iſta entia habẽt cauſam,ſed forte illa habet cãm, & cã cauſæ hẽt cãm, & ſic in infinitum.Cum autem dicũt ꝙ affirmare cauſas infinitas ẽ falſum, hoc quidẽ nõ cõuenit. qm̃ nos dicimus an ſcitis hoc de neceſſitate abſque medio, aut ſcitis hoc mediante aliquo medio? & nõ eſt modus ratiõibus de neceſſitate. & quęlibet via, quam vos dicitis cum cõſyderatione,deſtruitur vobis, cũ B admittitis reuolutiões nõ habẽtes principiũ.&,cum fuerit poſſibile ꝓcedere in eſſe ipſum infinitum, nõ eſt incõueniens vt aliquod eorũ ſit cã alicuius,& finiunt in vltimo extremo ad cauſatũ,quod non habet cauſatum,& nõ finiunt ex alio latere ad cauſam nõ habẽtem cauſam, ſicut tempus pręcedens habet finẽ, & eſt inſtans,& nõ habet prĩcipiũ. Si aũt exiſtimaueritis ꝙ innouationes præteritę nõ reperiuntur ſimul in vno tempore,nec ĩ aliquibus tẽporibus: & quod nõ eſt, nõ denominatur fine,& priuatiõe finis,tũc C ſequitur hoc vobis in animab⁹ hominũ, ſeparatis à corporibus, quæ nõ finiũt ſm vos,& ente ſeparato à corpe ex animab⁹ ĩfinitis.nã nunq̃ ceſſauit ſperma ab hoĩe, & hõ à ſꝑmate ĩ infinitũ. Vlterius,oĩs homo mortu⁹ remanet aĩa eius,& eſt alia nũero ab aĩa eis,q mortu⁹ ẽ antea, & cum eo,& poſt eum licet totũ ſit vnum ſpecie: ergo ſm opinionem veſtrã ſunt ĩ eẽ ĩ qualibet hora aĩæ infinitæ. Si aũt dixerit aĩæ non habẽt copulationem adinuicẽ, & nõ habẽt gradum,nec natura,nec poſitione.nos aũt negamus entia infinita cum habuerint ordinem naturaliter,vt ſunt cauſę,& cauſata,aĩæ D vero nõ ſunt ſic. Dicimus hoc iudiciũ eſt poſitione,& non eſt dignius conſequi q̃ contrarium eius. quare negaſtis vnam duarum partiũ, & non negaſtis aliã? & quę eſt demonſtratio diſtĩguẽs? Et quare negatis ei, qui dicit ꝙ iſtę animæ infinitę nõ euadẽt ab ordine,& gradu? poſtq̃ eſſe alicuius earũ eſt ante eẽ alterius.nã dies,& noctes præteritæ ſunt infinitæ: &,cum cõſyderauerimus eẽ vnius aĩę in die,& nocte, tunc eſſet id, quod eſt in ꝓſenti extra finem, & eſſet in ordine entitatis,ſ.aliquod poſt aliqđ.Cauſa autẽ E finis eius eſt vt dicat̃ ꝙ ſit ante cauſatum naturaliter,vt dr̃ ꝙ eſt ſupra cauſatum eſſentialiter, nõ in loco. &, cum hoc nõ fuerit falſum in ꝓcedenti vero, ſic etiam nõ debet eẽ falſum in præcedenti eſſentiali naturali. & quęro quid habent in mẽte ſua,cum nõ ponunt poſſibile, vt ſint corporum aliqua ſupra aliqua in loco in infinitum,& ponũt poſſibile aliqua entia ante aliqua tẽpore in infinitum? eſt ne hoc niſi iudicium frigidum ſine radice? F

AVERROES.

AIt Auer. Cum dixit ſed forte cauſa habet cauſam,& cauſa cauſæ habet cauſam,& ſic in infinitum,vſq;quo,& oĩs via, quam dicitis ĩ hac re,deſtruetur vobis, admittẽdo reuolutiones nõ habẽtes principium,eſt profecto dubitatio,cui⁹ reſponſio iam præceſſit, cum diximus ꝙ Philoſophi non admittunt cauſas,& cauſata infinita: qm̃ deuenietur ad cauſatum cui non eſt cauſa:& cõcedunt hoc per accidẽs,

propter

G propter causam præcedentem: sed non cũ sunt directe, & simul, nec ĩ materijs infinitis, sed cũ fuerit circulariter. Id autem, quod recitat de Auic. ꝙ ipse admittit animas infinitas, & hoc nõ est impoſe nisi in habente situm, est sermo nõ ver⁹: quẽ nemo Philosophorũ dixit. & ĩpossibilitas ei⁹ apparet ex demrõne vl'i, quam recitauimus de eis. Et nõ sequitur Philosophis aliquid eius, qđ intulit eis ex hac positiõe, s. sermone dicẽte ꝙ sint aĩæ infinitę ĩ actu. & pp hoc dixit de migratione aĩarũ ex corpore ĩ corpus, ex eo ꝙ aĩæ sunt numeratæ numeratione indi-
H uiduorum, & ꝙ remaneãt. Et, cum dixit & quare nõ admittunt corpora, quorũ aliqđ est supra aliqđ in loco in infinitũ, & tñ admittunt reperiri aliqd eorum ante aliqđ in tẽpore in infinitum? est ne aliquid hoc, nisi iudiciũ frigidũ? dña profecto inter ea apud Philosophos est manifesta. nã ponere corpore infinita simul, sequitur ex eo vt reperiat̃ infinito totũ, & ꝙ sit in actu. & hoc ẽ falsum. tẽpus vero non habet situ: & non sequit̃ ex eo ꝙ sunt corpora, quorum aliqđ est ante aliqđ in infinitum, vt sit infinitum in actu.
I quod est impossibile apud eos.

ALGAZEL.

Ait Alga. rñdens pro Philosophis. Si aũt dixerit, demonstratio quidem incisiua de falsitate eius, ꝙ proueniat ad infinitum, est vt dicatur vnumquodq; indiuiduorũ causarũ, aut erit possibile ex se, aut necessariũ. si necessariũ, nõ indiget cã. si vero poſe, ergo totũ est denominatum possibile: & oẽ possibile indiget cã addita substãtię ei⁹: igit̃ vniuersum indiget cã extra se.

AVERROES. K

Ait Auer. Hæc demonstratio, quã recitauit Alga. noĩe Philosophorum, primus, qui dedicauit eam Philosophis, fuit Auicẽ. ita ꝙ sit via optima viarum Antiquorũ: qm̃ existimauit ꝙ sit de substantia entis, & ꝙ via hoĩum est ex accñtibus cõsequẽtibus primũ prĩcipiũ. Attamẽ est via, quam Auic. assumpsit ex Loquentibus. qm̃ Loquẽtes tenent ꝙ est notum per se ens diuidi ad possibile, & necessariũ: & ponere aliquid poſe infert ꝙ habeat agens: & iõ mũdus vl'r, cum fuerit L poſis, necesse est vt agens eius sit necessariũ in esse. Hæc est credulitas Mahatazalæ: & est sermo bon⁹: & non est in eo falsitas, nisi in eo, qđ posuerunt, ꝙ mũdus vl'r sit possibilis. nã hoc nõ est notum ꝑ se. Et voluit Auic. ꝙ sit vl'is hæc propositio. & intelligit per possibile id, qđ habet cãm, vt dixit Alga. &, cũ large appellauit hoc nõ extenditur ei diuisio ad id, quod vult. nam diuisio entis, primo ad id, qđ hẽt causam, & id, quod nõ habet causam, non est nota per se. Vlterius habẽs causam diuiditur ad possibile ne- M cessarium. Si intellexerimus possibile verum, finitur ad possibile necessarium, & non finitur ad necessarium, non habens causam. Si vero intellexerimus de possibili id, qđ habet causam, & est necessarium, non sequitur ex hoc, nisi ꝙ habens causam habeat causam: & possum⁹ ponere ꝙ illa causa habeat causam, & procedet in infinitum: ergo non finitur res ad ens, non habens causam. & est id, quod intelligunt per necessarium in esse: nisi intelligatur

A gatur de possibili posito distincto contra non habens causam, quod est possibile verum. nam hæc possibilia sunt, in quibus est falsum deuenire causas in infinitum. Si vero intellexerit per possibile id, quod habet causam, ex rebus necessarijs, adhuc nõ est declaratum ꝙ hoc sit falsum eo modo, quo declaratum est in entibus possibilibus in rei veritate. & non est declaratum adhuc ꝙ sit hic necessarium, indigens cau sa, vt sequatur ex hac positione, vt finiatur ad necessarium absq; causa, nisi declaretur ꝙ dispositio ĩ vni B uersali necessario, quod est ex causa, & causato sit sicut est dispositio in vniuersali possibili.

ALGAZEL.

AIt Alg. Dicimus ꝙ dictio possibilis, & necessarij est dictio indefinita: nisi intelligat per necessarium, cuius esse non habet cãm. &, si hoc intelligũt, reuertamur ad hanc dictionem. Et dicimus aliqđ totum est possibile, in eo ꝙ habet causam, additam substantia eius: & totum non est possibile, in eo ꝙ non habet causam additam substã C tiæ eius extra eam. si autem intelligit per dictionem possibilis, aliter ꝗ nos intelligimus, est quid nõ intelligibile. Si autem dixerit, hoc inducit vt constituatur necessariũ in esse per possibile in esse, quod est falsum, dicimus si intelligitis ꝑ necessarium, & possibile, id, quod nos intelligimus, est ipsummet quæsitum, & nõ concedit ꝙ sit falsum. et est sicut sermo dicentis, falsum est constituere antiquum per innouationes, & tp̃s apud eos est antiquũ & vnitates reuolutionum sunt innouatæ, & hñt principium: aggre- D gatum vero non habet principium in habẽtibus principium: & verificantur habentia principia de vnitatibus, & non verificantur de aggregato. & sic dr̃ causa de vnaquaque earum, & nõ dicitur de aggregato, ꝙ habeat causam. & non oẽ, qđ verificatur de vnitatibus, necesse ẽ vt verificetur de aggregato, postꝗ̃ de vnaquaq; verificatur ꝙ sit vna, & ꝙ sit aliqua, & ꝙ sit pars, & non verificatur de aggregato. & quilibet locus demõstratus in terra est illuminatus à Sole in die, & obscurus ĩ nocte, & vnusquisque est innoua- E tus, postꝗ̃ nõ fuerat ei principium: aggregatum autẽ apud eos habet principium. & est manifestum ꝙ ꝗ admittit innouationes non habentes principium, & sunt formæ quatuor elementorum, non potest euadere à possibilitate causarum infinitarum. & concluditur ex hoc ꝙ non eis est via ad constituendum primum principium propter hanc dubitationem, & confusionem. & fit sermo eorũ industria absolute.

AVERROES.

F

AIt Auer. Ponere causas possibiles infinitas sequitur ex eo ponere possibile, cui non est agens. ponere vero res necessarias, habentes causas infinitas, sequitur ex eo vt sit id, quod positum est habere causam, non habere causam. Et hoc profecto est verum, nisi quòd falsitas, quæ sequitur ex talibus causis, est alia ab ea, quæ sequitur ex causis à natura possibilitatis. Quare, si aliquis voluerit, vt prolatio huius sermonis Auic. sit ꝓlatio demñ̃ationis

G tionis, & faciat ſic entia poſſibilia; impoſſe eſt vt ſint abſq; cauſis, & ꝓcedet in infinitum. &, ſi procedit in īfinitum, nō erit ibi cauſa. & ſequitur ꝙ ſit poſſibile ſine cauſa: & hoc eſt falſum. & nō eſt falſum ꝙ deueniet ad cauſam neceſſariam. & hęc cā neceſſaria nō euadit quin ſit neceſſaria, aut cū cauſa, aut ſine cauſa. ſi cum cauſa, interrogetur ēt de hac cauſa, & aut deuenient cāæ in infinitum, & ſequetur vt ſit abſq; cauſa id, quod poſitum fuit cū cā. & hoc eſt falſum. & impoſſibile eſt quin finiatur ad cauſam neceſſariā
H abſq; cauſa, i. ex ſe. & hoc eſt neceſſarium in eſſe neceſſario. & in hac ſpecie diuiſionis erit demonſtratio vera. Sed, cū ꝓferet᷑ eo modo, quo protulit Auic. non eſt verum multis modis. & prīo qm̄ poſſibile poſitum in ea eſt æquiuoce. & diuiſio entis primo ī ea ad poſſibile, & impoſſibile nō eſt vera, ſ. non eſt diuiſio includens ens, ī eo ꝙ eſt ens. Cū autem dixit ī dubitatiōe cōtra Philoſophos, & dicimus aliquod totū eſt poſſibile, in eo ꝙ eſt ei cauſa addita ſubſtantiæ eius. i. &, cum conceſſerint Philoſophi ꝙ intelligunt
I per poſſibile in eſſe id, quod habet cauſam, & per neceſſarium ī eē id, qđ nō habet cauſam, dr̄ eis nō prohibetur ſm radices veſtras, qn ſint cauſæ, & cauſata infinita, & erit totum aggregatum neceſſariū ī eſſe. nā ex radicibus eorū eſt ꝙ ipſi admittunt vt ſit ratio partis diuerſa à ratione totius, & aggregati. Qui qdem ſermo, eſt ī eo inuolutio multipliciter. & primo, qm̄ ipſi nō admittūt cauſas p ſe infinitas, vt diximus ſuperius, ſiue ſint cauſę, & cauſata à natura poſſibilis, ſiue à natura neceſſarij, vt declaratū eſt ex ſermone noſtro. Et deceptio, quę ſequitur Auic. in hoc ſermone eſt vt dicatur ei, cum diuiſiſti ens ad poſſibile in eſſe, & neceſſarium in eſſe, & fuit intentio tua per poſſibile in eſſe id, qđ habet cām, & per neceſſarium id, qđ non habet cauſam impoſſibile quidem eſt tibi afferre demſonem, ꝙ ſit impoſſibile ut ſint cauſæ infinitę: qm̄ ſequitur ex hoc ꝙ ſunt īfinitæ, vt ſint ex entibus nō habentibus cauſam, & erunt de genere neceſſarij in eſſe præcipue, cū ſit poſſibile apud eos vt conſtituat᷑ ęternū ex cauſis infinitis, & vnaqq; earum eſt īnouata. Accidit autem huic ſermoni hæc inuolutio ꝑꝑ diuiſionē eius entis ad habens cām, & nō habēs cām. ſi aūt diuiſiſſet id eo modo, quo diuiſimus nos, non eēt ei aliqua harum dubitationū. K L

Cum autē dixit ꝙ Antiqui cōcedunt ꝙ iam cōſtituitur antiquum ex infinito, ex eo ꝙ concedūt reuolutiones infinitas, eſt ſermo corruptus. nā de hoc dicitur nomen antiqui cū antiquo, quod eſt vnū ęquiuoce. Cum aūt dixit, ſi aūt diceret hoc, inducit vt cōſtituat᷑ antiquum neceſſariū ī eē p poſſe in eē, dicimus ſi intelligitis per poſſe, & neceſſariū id, qđ nos ītelligim⁹, eſt ipſummet quęſitū, & nō concedimus ꝙ ſit falſum. i. ꝙ, ſi intelligūt p neceſſarium id, qđ nō habet cām, & per poſſe id, qđ habet cām, nō cōcedimus ꝙ ſit abſurdū cōſtituere id, qđ nō habet cām p cauſas infinitas. nā, cū ponimus ꝙ hoc ſit falſum, ē ablatio cārū infinitarū. & poſitio veſtra ē de neceſſario in eſſe, & ē cōclō veſtra, quā itēditis declarare. D. d. & ē ſicut ſermo dicētis eſt falſum conſtituere M

A tuere antiquũ per innouata: & tempus apud eos est antiquũ, & vnitates reuolutionũ sunt innouatæ, & hñt principiũ, & aggregatũ nõ hẽt prĩcipiũ: igit cõstituit id, qđ ñ hẽt prĩcipiũ, p reuolutiões habẽtes prĩcipium. & est verũ q vnitates sint habentes principiũ. & non est verũ de aggregato, postq̃ sit verũ de vnaquaq; eaꝝ q sit vna, & q sit aliqua, & q sit pars, & nõ sit verum de aggregato, i. q non est falsum vt constituatur non habens cãm per causata infinita, vt cõstituitur antiquũ apud vos per innouata infinita. nã
B tẽpus apud eos est antiquũ, & tñ cõstituit p tpa ĩnouata. & sic mot⁹ orbis apud eos est antiquus, & reuolutiones, ex quibus cõstituit, sunt infinitæ. Attamen rñsio est, q Philosophi, nõ est de radicib⁹ eorũ q sit antiquũ permanẽs ex parte partium innouatarũ, in eo q sunt infinitæ: sed ipsi negant, hoc magis q̃ oẽs homines. Sed hoc est ex sermone Hæreticorũ. nã aggregatũ nihil prohibet quin aut sit ex indiuiduis finitis generabilibus, & corruptibilib⁹, aut ex infinitis. si ex finitis, oẽs quidem in hoc conueniunt q totum, i.
C genus est generabile, & corruptibile. si vero ex indiuiduis ĩfinitis, Hæretici quidẽ ponunt q est possibile, aut necessarium vt sit aggregatum æternum absq; cã, à qua ꝓueniat. Philosophi ãt admittũt hoc, & tenẽt q talia tota, ex eo q cõstituunt per indiuidua possibilia generabilia, & corruptibilia, impossibile est eis vt sint absq; cã extra totũ eorũ continua ęterna, qua ponimus hæc tota in ęternitate: & non existimant ẽt q falsitas causarũ infinitarũ sit pp falsitatẽ constitutionis antiqui per id, qđ est infinitum. & ipsi D dicunt q sunt hic motus diuersi in toto, continui, & nõ cessantes: quia est hic motus vnus numero æternus. Et cã, quare sunt hic corpora generabilia, & corruptibilia ſꝫ partẽ, ęterna vero ſm totũ, ẽ qm̃ ẽ hic eus ęternũ ſm partẽ, & ſm totũ, & est corpus cœleste. & motus infiniti sunt ęterni genere pp vnum motum continuũ, & est motus corporis cœlestis. & nõ est motus cœli cõpositus ex multis reuolutionib⁹, nisi in intellectu tm̃ & motus corporis cœlestis acquisiuit ęternitatem, licet fuerit generabilis, & corruptibilis ſm partes ex motore, ĩ quo impossibile est vt aliqñ moueat, & aliqñ non moueat, & ex moto, in quo E impoſſe ẽ vt moueatur aliqñ, & quiescat aliqñ, ex eo q mouet, vt reperitur hoc in motis, quę sunt hic. Opinio aũt hominũ de totis, i. generibus est triplex. Prima opinio eius, q tenet q oẽ totum est generabile, & corruptibile, qm̃ est finitũ ĩ indiuiduis. & Secunda est opinio eius, qui tenet q ex totis aliqua sunt, q̃ sunt ęterna, non habentia principium, nec finẽ, ex eo, qđ apparet de eis, q sunt ex indiuiduis infinitis. & diui- F ditur in duas sectas. nã aliqui dicũt q talia tota conuenit eis continuitas ex cã necessaria vna nũero. sin autẽ, eueniet eis vt corrũpantur infinities in tpe ĩfinito. & isti sunt Philosophi. & aliqui crediderũt q esse indiuidua eorũ in infinitũ, sufficit vt sint æterni, & sunt Hęretici. Et cõsyderare ueritatẽ de his trib⁹ opinionibus, & summa disputationis reducit ad has tres radices, & sunt an mũdus sit ętern⁹, vel nõ ętern⁹: & an sit ei agẽs, vel ne? & sermo Lo-

G quētiū, & dicētis innouationē mūdi est vna secta, & sermo Hereticorū est alia secta, & sermo Philosophorū est medius inter eos. Et, hoc habito, declarabit tibi ꝙ sermo dicētis ꝙ admittens causas infinitas, impoſſe ē ei cōstituere cām primā, est sermo falsus. sed qđ magis vr̄ ē cōtrariū eius, & est, ꝙ qui nō cōcedit ꝙ sint cāę īfinitę, nō poterit cōstituere cām primā ęternā. qm̄ esse causata infinita est id, qđ determinauit necessitatē causæ ęternæ, ex qua emanat infinitū esse. sin autē, necesse eēt vt finirent tota, quorū
H vnūquodq; indiuiduū innouatur. & hoc mō tm̄ poſſe ē vt sit antiquū cā innouatorū, & eē infinita innouata infert eē Primū antiquū, vnū gl. & non est Deus alius ab eo.

ALGAZEL.

Ait Alga. rn̄dēs ꝓ Philosophis qōni, quā fecit eis. Si aūt diceret reuolutiones nō reperiunt ī aliqua hora, neq; formę elementorū, sed id, qđ reperit ex eis, ē vna forma in actu, & id, qđ nō reperitur, non denominat à finitate, neq; ab infinitate, nisi cū imaginet ī imaginatione eē eorū. & nō est incōueniēs
I id, qđ consyderat in imaginatione, licet fuerint consyderata, ꝙ sint aliqua earū cāę aliquorū. nā hoī hoc euenit in imaginatiōe sua. Sermo aūt est in entibus, prout sunt, nō in entibus in intellectu: & nihil remanet, nisi aīę mortuorū. Et iam concessit aliquis Philosophorū in hoc, ꝙ fuit vna æterna ante alligātiam eius in corporibus, & apud separationē ex corporibus vniūtur: & nō erit eis numerus, quanto magis vt denominet ꝙ non habet finē. Et dixerūt alij, aīa seqt cōplexiōes: & mors ē priuatio eius, & nō hēt cōsistentiā ī se absq; corpe: igit nō ē eē aīę, nisi cū viuūt. &, vita, q̄ reperit, īcludit, & nō aufert finis ab ea. q̄ vero nō sunt, nō denominant oīno, nec finito, nec priuatiōe ei⁹ nisi existimatione, cum ponantur in esse. K

ALGAZEL.

Ait Alga. Et rn̄sio ꝙ hęc dubitatio de aīabus plurimū ei⁹ euenit nobis ab Auicē. & Alphata. & verificātibus ex eis, cū iudicauerint ꝙ aīa sit substātia existēs p se. & est opinio Arist. & expositorum Antiquorū eius. Et ei, qui declinat ab hac via, dicimus an imaginet ꝙ L
innouet in oī instāti aliqd pmanēs vel ne? si dixerit ꝙ nō, est falsum. si vero ꝙ sic, dicimus, cū consyderauerimus oī die innouari aliqd, & permanere aggregata, sunt ꝓfecto huiusq, entia infinita, & reuolutiōes, licet fuerint incisę, peruenire quidē aliqđ ens ex eis, qđ permanet, & nō finitur, non est falsum. & hac consyderatione quiescent dubitatiōes. & nō est op⁹ nobis declarādi an sit hoc permanēs aīa, aut hō prīceps, aut Diabolus, aut Angelus, aut sit quicquid vis ex entibus. & hoc sequitur eis omnimode, cū affirmāt M
reuolutiones infinitas.

AVERROES.

Ait Auer. rn̄sio aūt ex Philosophis, ꝙ reuolutiōes p̄teritæ n̄ sunt, & sic formę elemētorū p̄teritę generatę ab inuicē nō sunt, & qđ n̄ est nō denominat, nec finitate, nec infinitate, nō est rn̄sio vera. & iā p̄cessit hoc. Et qđ dubitauit cōtra ęos de credulitate eorū in aīabus, nō ē aliquid huius in opinionibus Philosophorū. & permutare de q̄stione in qōnē est operatio sophistica.

Disputatio

DISPVTATIO V.

De declaratione, quod nõ possunt afferre rationem, quod Deus gl. sit vnus: & quod impossibile est ponere Duo necessaria in esse, et quolibet eorum non habeat causam.

ALGAZEL

IT Alga. Ipsi autẽ adducunt rõnem in hoc duabus vijs. Prima quidẽ ẽ, quia dicunt, si eẽnt duo, tũc
B esset aliquod necessarium in eẽ, dictũ de vnoquoq; eorũ, & id, de quo dr̃ necessariũ in esse, aut erit necessitas eẽ sui ex se, & nõ imaginat̃ ꝙ sit ex alio: aut necessitas esse sui erit ei ex cã, & substantia necessarij in eẽ erit cãta, & determinat cãm, ex qua est ei necessitas essendi. Nos autem nõ intelligimus ꝑ necessariũ in eẽ, nisi id, cuius esse nõ habet alligantiam cũ cã aliquo mõ. & existimauerunt ꝙ species hoĩs dr̃ de Socr. & Platone, & non est Socra. hõ ex se. nã, si esset hõ ex se, non esset Plato
C hõ, sed ex causa, q̃ posuit eũ hominẽ. & iam posuit ẽt Platonẽ hominẽ, & plurificatur humanitas plurificatione materiei prouenientis, & alligantia eius in materia intelligibili, nõ ex substãtia humanitatis. & sic cõstitutio necessitatis esse necessario in esse, si esset ex se, nõ erit nisi ei. nam, si esset ex causa, tũc ipsum est causatum: & nõ est necessarium in esse: ergo apparet ex hoc ꝙ necessarium in esse impossibile est quin sit vnũ. hic est sermo, quẽ posuit Alga. Deinde dixit.

ALGAZEL. D

AIt Alg. rñdens per viã cõtradictionis. Dicimus cum dicitis aliqua necessitas in eẽ, q̃ est necessario in esse, aut ex se, aut ex cã, ẽ diuisio falsa ĩ positiõe sua. qm̃ nos declarauimus ꝙ dictio necessitatis in esse tolleret multas expositiões, nisi intelligat per eã ablationẽ causæ, & vsus fuit hac dictione. Et dicimus ꝙ non est falsum constituere duo entia nõ habentia primũ, quorum alterum non sit causa alteri⁹. &, cum dicitis ꝙ non habens cãm non habet causam aut ex se, aut ex cã, est diuisio falsa. nã ablatio cau- E
sæ, & non indigere causa, nõ queritur de eo causa. Et quid valet sermo dicentis ꝙ nõ habẽs cãm, si nõ fuerit ei causa ex se, aut ex cã, cum dictũ nostrum nõ habere cãm, sit negatio absoluta, & negatũ absolutum non habet cãm, & nõ dicitur de eo ꝙ sit ex se, aut non ex se. Si vero intelligitis per necessariũ in esse attributum fm necessitati in esse, præter ꝙ sit ens, cuius eẽ nõ habet causam, nõ est quidem intelligibile in se. & quod attribuit̃ tibi de dictione ablationis causæ in eẽ eius, & est negatum absolutum, non dr̃ F
de eo ꝙ sit ex se, aut ex cã, vsq; quo ædificemus in positione huius diuisionis qõnem. & significat ꝙ hæc sit demũ fallax, quæ nihil est. sed dicimus ꝙ aliquid eẽ necessarium in esse est ꝙ eius esse nõ habet causam, nec habet causam vt sit absq; causa omnino, & esse eius sine causa non est causatum etiam ex se, sed non est causa esse eius, nec causa quòd sit sine causa omnino. Et hæc diuisio non innititur aliquib⁹ attributis constitutionis, quãto ma

G gis vt reducitur ad negationem. Nã, si aliquis dixerit nigredo aut est color ex se, aut ex cã. si ex se, oportet vt nõ sit rubedo color, & vt non sit hęc species, s. coloris, nisi substantię nigredinis. si vero nigredo esset color ex causa, quæ posuit eam colorẽ, ergo intelligitur nigredo, q̃ non est color, i. nõ ponit eam cãm colorum. nã omne, qđ constituitur sub stantia, additũ substantię ex aliqua cã, põt cõsyderari priuatio eius existimatione, licet nõ verrificetur in esse. & ideo dicit ꝙ hæc diuisio est fallax positione, & nõ dicit ꝙ dicere
H re nigredinẽ esse colorẽ ex se sit sermo ꝙ impossibile est vt sit ex alio q̃ ex se. & sic nõ dicit ꝙ dicer̃ hoc ens est necessarium in eẽ ex se, idest nõ habens causam in esse suo, ꝙ sit sermo quòd impossibile est vt sit ex causa, alia à substantia sua.

AVERROES.

Ait Auer. Hęc via pręcipue est via Auic. & non est via alicuius Philosophorũ Antiquorum: & est sermo cõpositus ex propositionibus generalibus, q̃ quasi dicũtur ęquiuoce: & ingreditur in eas pro-
I pter hoc qõ, & contradictio multo tiens. quare cũ diuidãtur ista, & speculetur intentũ eorum, appropinquatur sermonibus demõstratiuis. Et sermo Alga. in prima diuisione ꝙ sit diuisio corrupta est sermo nõ verus. nã ipse dicit ꝙ id, qđ intelligitur de necessario in esse, est id, qđ non habet cãm. & tñ, si aliquis dixerit de non hñte cãm aut nõ habet cãm ex se, aut ex cã, esset sermo falsus. & sic sermo dicentis in necessario in esse, aut erit necessarium in eẽ ex se, aut ex causa. & non est sic. Attamen sermo est an sit necessa-- K rium in esse ex natura sibi propria, ex eo ꝙ est vnum numero, aut ex natura cõi ei, vt dicimus an Socrates sit hõ, ex eo ꝙ ẽ Socrates, aut ex natura cõi ei, & Platoni. si autẽ eẽt homo, ex eo ꝙ est Socr. non reperiretur humanitas alteri. si vero esset ex parte naturę cõis, tunc est compositus ex duab⁹ nãturis, vl'i, & particulari. cõpositum ãt est causatũ: & necessariũ in esse non habet causam: ergo necessarium in eẽ ẽ vnũ. cũ autẽ sermo profert hoc mõ, ser-
mo Auic. erit verus. Et, cum dixit & negatum absolutũ non habet cau- L sam, & non dr̃ de eo ꝙ sit ex se, aut ex alio, non est sermo verus ẽt. qm̃ res iã negatur à re, aut pp aliquid simplex sibi propriũ: & est id, quod hic debet intelligi, cũ dicit ex se, aut pp attributum ei non proprium: & est id, qđ debet intelligi hic, cũ dicitur causa. Et, cum dixit ꝙ hoc nõ est verum ĩ attributis affirmatiuis, quanto magis negatiuis. & cõtradixit huic per exemplũ, qđ adduxit de nigredine, & colore. Et dispõ sermonis eius est ꝙ, cũ dicimus de nigredine ꝙ sit color, nõ diuidit verũ
& falsum de eo sermo dicentis aut M erit color ex se, aut ex cã. sed ambo sermones sunt falsi. nam, si eẽt color ex se, necesse est vt non sit rubedo color. queadmodũ, si esset Socr. hõ ex se, necesse est vt non sit Plato hõ. si vero esset color ex cã, necesse est vt sit hoc attributum additum substantiæ: & oẽ, quod est additũ substantiæ, potest imaginari ex se absq; addito. & hæc positio facit vt sequatur ꝙ imaginetur nigredo ab sque coloreitate. & hoc est falsum. attamen est sermo sophisticus propter

A pter equiuocationem nominis causæ. Et ēt cum dicimus ex se, qm̄ cū intelligitur de substantia oppositū eius, quod est per accn̄s, est verū dicere ꝙ colori reperitur nigredo ex se: & nihil prohibet quin sit alij, i. rubedini. cum vero ītelligitur ꝙ sit nigredini ex causa, idest ex alia re vltra nigredinem, s. ex cā non exeūte à re, non sequitur ex eo vt imaginetur nigredo absq; coloreitate. nā genus est quid additum drīę, & speciei: & impossibile ē imaginari speciem, aut drīam absq; genere. hoc tn̄ est possibile addito accidentali,
B non autem addito substantiali. & sic diuidit verum, & falsum dictum nostrum, ꝙ color est nigredini ex se aut ex causa, i. ꝙ color aut ī est nigredini, in eo ꝙ est substātia nigredinis, aut ī eo ꝙ est quid additum nigredini. Et hoc est, quod intelligit Auic. cum dixit ꝙ necessarium in esse aut est necessariū in esse propter aliquid proprium sibijpsi, aut propter aliquid additum sibi: quod nō est proprium, si propter aliquid sibi proprium non imaginātur ibi duo entia, & vnumquodq; eorū qđ sit necessarium in esse. si vero esset
C ꝑꝑ aliquid cōe, tunc vnumquodq; eorum est compositum ex re communi, & re propria: compositū autem non est necessarium in esse ex se. &, cum sic fuerit, tunc sermo Alga. quid prohibet quin imaginentur duo entia, & vnumquodq, eorum est necessarium in esse, est sermo falsus. Si autem diceret ꝙ iam dixisti ꝙ hoc est propè demr̄onem, & est manifestū ex eo ꝙ sit demonstratio, dicimus ꝙ dixim⁹ hoc, qm̄ vis huius demōstrationis est vis sermonis dicentis ꝙ alietas inter duo posita necessaria in eē aut erit alietas in indiuiduo, & communicant in attributo speciei: aut in specie, & communicāt in attributo generis, & ambę alietates reperiuntur in cōpositis. Attamen diminutio huius à demonstratione est, qm̄ declaratum est ꝙ sunt hic entia diuersa, & sunt simplicia, quæ non differūt in specie, nec differunt in indiuiduis, & sunt intelligentiæ separatę. quare declaratū est de eis ꝙ necesse est vt sit in eis posterius in esse, & pri⁹. sin autem, non intelligitur ibi alietas omnino. Demonstratio autem Auic. completur hoc modo. Neces- E sarium in esse si eēt duplex, aut erit alietas, quę est īter ea numero, aut specie, aut prioritate & posterioritate. Si autem diuersitas, quę est inter ea, est numero, tunc essent conformia specie. si vero esset diuersitas specie, tunc essent cōformia genere, & secundum hæc duo necesse esset vt sit necessarium in esse compositum. Attamen, si esset alietas, quæ est abinuicem in prioritate & posterioritate, sequeretur vt esse necessarium in esse vnum, & est causa amborum: & hoc est verum: ergo necessarium in esse est vnum, si F nō sunt hic, nisi hæ tres partes, quarum duæ cadent, & verificatur pars remanens, quæ necessitat separationem necessarij in esse circa vnitatem.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda vero via eorum est, cum dicunt, si ponimus duo necessaria in esse, aut erūt similia omnimode, aut diuersa. Si similia omnimode, nō intelligitur numeratio, & secundatio. nam nigredines sunt duæ, cum fuerint in

G duobus subiectis, aut eodem subiecto, sed in duobus temporibus, cũ nigredo, & motus in eodem subiecto, & eodem tempore sunt duo pp diuersitatem substantiarum earũ. cum vero non differant ambę substantiæ, vt sunt nigredines, cũ vnitate temporis, & loci non intelligitur numeratio. Si autem est possibile dicere in eodem tẽpore, & eodẽ subiecto duas nigredines, tunc possibile est dicere in vnoquoq; indiuiduo ꝙ sunt duo indiuidua, & tamẽ non discernitur inter ea alietas. Et, cum falsa sit assimilatio omnimo-
H de, & nõ potest fieri absq; alietate, & non erit in tempore nec in loco, non remanet nisi diuersitas in substantia. & quotienscunq; diuersificantur in aliquo, aut cõmunicãt in aliquo, aut non cõmunicant in aliquo. si non cõmunicant in aliquo, est falsum, qm̃ sequitur ꝙ non cõmunicent in esse, nec necessitate in esse, nec in eo, ꝙ vnumquodq; existit in se, non in subiecto. cũ vero communicant in aliquo, & diuersificantur in alio, erit id, ex quo prouenit communicatio, aliud ab eo, ex quo prouenit diuersitas. & erit
I compositio, & diuisio in sermone. Attamen necessarium in esse, non est in eo compositio, nec diuisio. &, sicut non diuiditur in quantitate, sic nec diuiditur in sermone declarãte, cum non componatur substãtia eius ex rebus, quarum cõnumerationem indicat sermo declarans. sicut est significatio animalis, & rationalis de eo, quo constituitur quiditas hoĩs, quæ est animal rationale: & significatio dictionis animal de homine alia est à significatione dictionis rationale: & erit hõ compositus ex partibus ordinatis in de- K
finitione cum sermone significante illas partes: & erit nomẽ hominis aggregatio earũ. & hoc nõ imaginatur, & aliter non põt imaginari alietas. Responsio autem est, cõceditur ꝙ non potest imaginari secũdatio, nisi cum diuersitate in re: & similis omnimode non imaginatur diuersitas eorũ. sed dictum vestrum, ꝙ hæc species compositiõis est falsa in primo principio, est industria absoluta. & quæro quæ est demõ in hoc. non autem deputabimus hanc disputationem separa L
tim. nam ex sermone eorum famoso est ꝙ primum principium non diuiditur sermone declarãte, sicut non diuiditur quantitate. & super hoc ædificatur constitutio vnitatis Dei glo. apud eos.

AVERROES.

Ait Auer. Alg. non considerauit inuolutionem, quę est in hac via secũda. & incœpit loqui cũ eis cum possibilitate plurificatiõis in definitione necessarij in esse, qđ ammouerunt ab eo, & voluit ponere id disputationẽ separatim. quoniã Loquentes sectæ Assarię admit M.
tunt ĩ p̃ſo principio pluralitatẽ, cũ posuerint id substãtiam cum attributo. Inuolutio autem, quæ est in hac via secunda, est quoniã distincta iam distinguuntur in substantijs suis, absq; eo, ꝙ communicent in re, nisi dictione tantum. & hoc quidem, cum non communicẽt in genere omnino, neque propinquo, neq; remoto, vt est nomẽ corporis apud Philosophos, quod dicitur de corpore cœlesti, & corpore corruptibili: &, sicut nomen intellectus, qđ dicitur de intellectu humano, & ĩtelligentijs

A telligentijs ſeparatis: & ſicut nomē entis, quod dicitur de rebus generabilibus & corruptibilibus, ac æternis. nā tales dictiones veriſimilius eſt vt ingrediantur in nomina ęquiuoca, q̄ vt ſint in nominibus vniuocis: ergo nō eſt neceſſe in entibus diuerſis vt ſint compoſita. Et, quoniam diminutus fuit Alg. in reſpōdendo eis hac via, in hoc ſermone eorum īcœpit primo adaptare opinionem eorum pręcipue, & deinde conatur contradicere eis.

ALGAZEL.

Ait Algaz: recitans opiniones B Philoſophorum. Sed exiſtimauerunt ꝙ vnitas non perficitur, niſi affirmatione vnitatis ſubſtātię Dei glo. omnimode. affirmatio autem vnitatis eſt ablatio pluralitatis omnimode. Attamen pluralitas intelligitur in ſubſtantijs quinque modis. Primus quidem eſt diuidi ī actu, aut cogitatione. vnde nō erit corpus vnum, vnum ſimpliciter. nā eſt vnum continuatione vl'i, recipiente negationem ꝙ ſit diuiſibile cogitatione in quantitate. quod eſt falſum in primo principio. Secundus, ꝙ diuidatur res in ītellectu ad C duas res diuerſas, non quantitatiue, vt diuiditur corpus in materiā, & formam. nam vnumquodq; eorum, licet non imaginetur ꝙ poſſit conſtitui ex ſe abſque alio, ſunt tñ duo diuerſa definitione, & veritate, & prouenit ex ambobus vnū, & eſt corpus. & hoc etiam remouetur ab ipſo Deo gl. nam impoſſibile eſt vt ſit Deus glo. forma in corpore, nec materia, nec ambæ ſil'. Quòd autē non ambæ, hoc eſt duabus cauſis. quarum vna eſt, qm̄ eſſet diuiſibilis quantitate apud ſeparationem actu, aut cogitatiōe. ſecunda vero, D quia eēt diuiſibilis in re ad formā, & materiam: & non erit materia, quoniam indigeret forma. neceſſarium autem in eſſe eſt ſibi ſufficiēs omnimode, & impoſſibile eſt vt copuletur eſſe eius cum aliqua conditione alia ab eo, nec erit forma indigēs quidem materia. Tertius autem, pluralitas attributorum conſyderatione ſcientię potentiæ. & voluntatis. nā hęc attributa, ſi eſſent neceſſaria in eē, tunc eēt neceſſariū in eē cōe inter ſubſtantiā, & hęc attributa, & cauſaret pluralitatē neceſſario in eſſe, & auferetur vnitas. E Quartus aūt, pluralitas intellectualis ꝓueniens ex cōpōne generis, & ſpēi. nā in nigredine eſt nigredo, & color: & nigredo eſt aliud q̄ coloreitas in ītellectu: ſed coloreitas ē genus, & nigredo dr̄ia: ergo eſt cōpoſitū ex genere & dr̄ia. & animalitas eſt pręter humanitatē in ītellectu'. nam hō eſt animal rōnale, & aīal eſt genus, & rationale eſt differētia, & eſt cōpoſitus ex genere, & dr̄ia. & hæc ſpecies pluralitatis exiſtimauerunt ēt ꝙ remouetur à primo principio. Quintus vero, pluralitas, quę ſequit' ex parte quiditatis, & ex par F te eſſe illius quiditatis. nam homo habet quiditatem ante eſſe, & eſſe ſupuenit ei, & refertur ei. & ſic triāgulus habet quiditatem, & eſt ꝙ ſit figura, quam circundant tria latera. & eſſe non eſt pars quiditatis, & eſſe non eſt pars ſubſtantiæ huius quiditatis, eā conſtituens. vnde pōt intellectus percipere quiditatē hominis, & quiditatem trianguli: & tñ non ſcit an habeant eſſe in rerū nā, vel ne. &, ſi eſſe conſtitueret quiditatē, non imaginaret' conſtitutio

G quiditatis ĩ intellectu ante eẽ eius. Igitur eẽ refertur quiditati, ſiue ſit copulatum ei, ita ꝙ non erit hęc q-ditas, niſi ſit exiſtens, vt cœlum, ſiue eueniẽs, poſtq̃ non fuerat, vt eſt quiditas hominis de Socrate, & Platone, & quiditas accidẽtium, & formarum innouatarum ĩ Socrate. & exiſtimauerunt ꝙ hæc pluralitas etiã oportet vt auferatur à primo, & dixerunt ꝙ non habet quiditatem, cui eſſe referatur, ſed eẽ, quod oportet vt ſit ei, eſt vt eſt quiditas alteri. Igitur eſſe neceſſarium quiditas eius, & eſſentia eius, & natura H eius & vetificatio eius: vt homo, & arbor, & cœlum eſt quiditas: nã, ſi conſtitueretur ei quiditas, eſſet eſſe neceſſarium copulatũ illi quiditati, & non conſtituens eam: copulatum autem eſt ſequens, & cauſatum: ergo eſſe neceſſarium eſt cauſatum, & cõtradicit ei quòd ſit neceſſarium.

AVERROES.

Ait Auer. Hoc eſt id, quod recitauit Alga. ex ſermonibus Philoſophorum in auferendo pluralitatem ab vno ipſo: & poſtea incipiet adaptare id, in quo contra di I xerunt ſibi ipſis in hac re. Et oportet nos cõſyderare primo in his ſermonib⁹, quos dedicauit ipſis, & declarabimus gradum eorum in veritate, deinde ſpeculabimur in eo, quod accipit ipſe de contradictiõe eis, deinde ſpeculabimur in eo, qđ contradicit eis in hac quæſtione. Prima autem ſpecierum diuiſiõis, de qua dixit quòd eã auferunt Philoſophi à primo principio, eſt diuidi quantitatem cogitatiõe, aut eẽ. & eſt decretum apud omnes credẽtes primum principiũ non eſſe corpus, tam apud eum, qui credit cor- K pus compoſitum eẽ ex partibus nõ diuiſibilibus, q̃ apud eũ, qui credit ꝙ non ſit compoſitum ex eis. & demonſtratio de hoc eſt demonſtratio quòd nõ ſit corpus: & poſtea loquemur de hac demonſtratione. Scđa autem ſpecies eſt diuidi qualitate, vt diuiditur corp⁹ ad materiã, & formam. & hoc quidem opinione ei⁹, qui tenet quòd corpora ſunt compoſita ex materia, & forma. & eſt opinio Philoſophorum. & non ẽ hic locus verificatiõis vnius duarum opinionum. & hęc diuiſio aufertur à Primo ipſo, etiã apud om- L nem credentem quòd ipſum nõ ſit corpus. Auferri autem corporeitatem à Primo, ex eo quòd eſt neceſſarium ĩ eſſe ex ſe, loquemur de eo notificatione gradus ſermonis facti in hoc perfecte. Et hoc, quod dixit, quod neceſſarium in eſſe ſufficit abſq; alio, ideſt ꝙ non conſtituitur ex alio, corpus vero conſtituitur ex forma & materia, & vtraque non eſt neceſſaria in eſſe, quoniam forma non eſt non indigens materia, & materia etiam non ſufficit niſi cum forma, in hoc eſt conſyderatio. nam corpus cœleſte non M eſt compoſitum ex materia, & forma, ſed eſt apud eos ſimplex: & tamen exiſtimatur quòd ſit verum dicere de eo quòd ſit neceſſarium in eſſe ex ſe. & poſtea veniet hæc diſputatio. Nos autem non ſcimus aliquem Philoſophorum credere corpus cœleſte eẽ compoſitum ex materia, & forma, vt ſunt corpora cõpoſita, quæ ſunt ſub eo, niſi Auicẽ. tantum. & iam locuti ſumus de hac queſtione in multis locis, & adhuc loquemur de ea in poſterum.

Tertia

A Tertia aũt declaratio, & est auferri pluralitatẽ attributorum a necessario in esse. qm̃ ista attributa, si eẽnt necessaria in esse, & substantia necessaria in esse, tunc esset necessariũ in esse plura vno ente. &, si sunt causata a substantia, necesse est vt nõ sint necessaria in esse: & erit ex attributis necessarij in esse aliquod, qđ nõ est necessarium in esse: aut erit hoc genus, includens id, quod est necessarium in esse, & non necessarium ĩ esse. & hoc est ĩpossibile, & falsum. Et est profecto declaratio propĩqua veritati, cum cõceditur ꝙ necessariũ B in esse significat omnimode ens absque materia. qm̃ entia, q̃ non sunt in materia, & sunt permanentia in se, absq; eo ꝙ sint corpora, impol'e ẽ imaginari in eis attributa essentialia, quibus constituitur substantia, quanto magis vt imaginetur in eis esse attributa addita substantiæ, & sunt attributa, quę appellantur accidentia. nam, cũ imaginatur ipsa auferri, non aufertur substantia aliter, q̃ attributa essentialia. quare verificãtur attributa essentialia de re, cui attribuuntur ꝙ sunt idem, & tamen non verificatur prædicatio attribu- C torum non essentialium de eo, nisi nomine denominatiuo. nam nõ dicimus de hoĩe ꝙ sit sciẽtia, vt dicimus de eo ꝙ sit viuum, sed dicimus de eo ꝙ est sciens. Igiť eẽ talia attributa in eo, quod non est corpus, est falsum. qm̃ natura eorum est natura extranea ab eo, cui attribuuntur. & ideo appellantur accñtia, & discernuntur, & distinguuntur ab eo, cui attribuuntur in aĩa, & extra aĩam. Si autem diceretur, Philosophi tenent, ꝙ in aĩa sunt talia attributa: nam ipsi credunt ꝙ ipsa comprehẽdit, & vult, & mouet, & tamen ipsi D credũt cum hoc ꝙ non est corpea: Respondetur ꝙ ipsi non opinantur hæc attributa eẽ animæ addita substantiæ, sed tenent ꝙ sint attributa essentialia. & de natura attributorũ essentialium est vt non plurificetur ex eis subiectum sustinens ea ĩ actu, sed tm̃ plurificatur mõ, quo plurificatur definitum ex partibus definitionis: nam est pluralitas ĩtellectualis apud eos, non pluralitas in actu extra animam. Exemplum hui⁹ est ꝙ definitio hoĩs est aĩal rõnale, & tñ irrationabilitas, & animalitas, vnaquæq; earum non cognoscitur ab E alia in eo extra animam in actu: & tamen color, & figura plurificantur in eo extra aĩam. & iõ sequitur ei, q concedit ꝙ anima non est de cõditione esse eius materia, vt concedat ꝙ iam repetitur in entibus separatis id, quod est vnum in actu, extra animam, & plura definitione. Et hæc est opinio Christianorum ĩ trinitate. nam ipsi non tenent ea attributa, addita substantiæ, sed sunt apud eos plurificata definitione, & sunt plura in potentia, non autem ĩ actu: & iõ dicũt ꝙ est trinus, & vn⁹, .i. vnus in actu, & tres ĩ potẽtia. & po F stea loquemur de incõueniẽtib⁹, & falsitatib⁹, q̃ sequentur ei, q ponit ꝙ primũ prĩcipiũ sit hñs attributa, addita subiæ. Pluralitas aũt Quarta, & ẽ pluralitas rei ex pte sui gñis, & drĩæ, ẽ ꝓpinqua pluralitati, q̃ est rei ex parte materiæ, & formæ ei⁹. definitiões. n. sunt ĩ cõpositis ex materia & forma, nõ aũt ĩ simplicib⁹. & nemo dẽt cõtradicere ablationi plu ralitatis definitiuæ a primo principio. Pluralitas vero Quinta, & ẽ nũeratio quiditatis, & eẽ ẽ, qm̃ eẽ in rei

G veritate in entib' est quid ĩtellectua le,& est esse rem extra aĩam, sicut ẽ ĩ aĩa.& id,quod illud signat, ẽ synonymum veri:& est id, quod significatur per copulam categoricam in ꝓpõnibus categoricis. Nã dictio,ẽ dr dupl'r. Primo id,quod signat per verum,vt cum dicimus si res est,aut non est,aut si hoc erit hoc, aut non erit hoc. Secundo id, quod ponitur de entibus tanq̃ genus,vt diuisio entis ad decem prædicamenta, & ad substantiam,& accñs,&,cum intelligitur de ente id, quod intelligitur de vero,tunc nõ erit extra animam H pluralitas. tunc vero intelligitur de eo id,quod intelligitur de substãtia: & tunc nomen substantiæ dicit de necessario in esse,& alio fm prius & posterius,vt nomen calidi, quod dr igne,& rebus calidis. hæc autem est opinio Philosophi. Attamen iste vir ædificauit sermonem suum ĩ eis fm opinionem Auicennæ,& est opinio falsa.nam ipse existimat ꝙ entitas,s.ꝙ res sit,est quid additum qdditati extra animam , & quasi accidit ei. Et,cum posuit ꝙ sit conditio in esse quidditatis,tunc , si necessarium in esse haberet entitatem,quę I esset conditio in quiditate eius,esset necessarium in esse compositum ex conditione,& conditionato, & esset pole in esse. Vlterius apud Auicennam id, cuius esse est additum substantiæ suæ, habet causam. Quòd aũt esse apud Auicennam sit accñs eueniẽs quidditati, id indicat sermo Alga.hic. & hoc quidem,cum dixit ꝙ homo habet quiditatem ante esse, & esse reducitur ad eam, aut refertur ei.& sic triangulus habet qdditatem,& est ꝙ sit figura,quam circundant tria latera .& nõ est eẽ pars substantiæ huius quidditatis,consti K tuens eam.& iõ pole est vt comprehendat intellectus quidditatem hominis, & quidditatẽ trianguli,& nõ scit an sit eis esse, vel non esse: quod indicauit ꝙ esse,quo vtitur hic, non est esse,quod significat substantiam rerum,s.quod est tanq̃ gen' eis, nec id,quod significat,ꝙ res sit extra animam. Nã nomen entis dr de duobus. vnum quidem de vero, & alterum de eo, cuius oppositum est priuatio. & hoc est, quod diuiditur in decem genera, & est tanq̃ genus eis. & hoc præcedit entia secundo mõ; s.res,quæ sunt extra animam.&hoc L est,quod dr fm prius, & posteri' de decem prædicamentis. & hoc mõ dr de substantia ꝙ sit ens ex se,& de accidenti ꝙ sit ens,ex eo ꝙ reperitur ĩ ente ex se. ens vero,quod est de vero,communicant in eo oĩa prædicamenta æqual'r. Et ens quidem, qđ est verum, est quid in intellectibus, & est esse rei extra animam, prout ĩ aĩa, quę quidem scientia præcedit scientiam de quiditate rei, s. ꝙ non quæritur scientia quidditatis rei,nisi prius sciatur ꝙ sit. Quidditas vero,quæ præcedit scientiam esse in ĩtellectu nostro, non est de verifica- M tiõe quidditatis,sed est expositio rei noĩs ex noĩbus.&,cum scitur ꝙ hæc res reperiatur extra animam, scit ꝙ sit quidditas, & definitio, & de hoc dr in libro Prædicamentorum ꝙ vniuersalia rerum intellectarũ sunt in indiuiduis suis,& indiuidua intelliguntur in vl'ibus suis.& dictum ẽ in lib. de Anima ꝙ potẽtia,qua cõpiehenditur ꝙ res sit talis,& reperiatur alia a potentia, qua comprehenditur quidditas talis demonstrati.& de hoc dr ꝙ indiuidua sunt talia demon-

A monstrata, vnia vero in intellectu. & non est dña de vero in entib⁹ materialibus,& separatis. Cum autem aliquis dicit ꝙ esse est additum quidditati, & non constituitur eo ens ex se,est sermo fallax nimis, quoniam sequitur ex hoc vt nomen entis significet accñs commune decem ꝑdicamentis extra animam.& est opinio Auicennæ. & interrogabim⁹ eum de hoc accidenti, cum dicitur de eo ꝙ sit,an significet verum, aut accñs repertum in hoc accidenti. & sic reperientur accidentia infinita. quod est falsum.&iam declarauim⁹ B hoc in multis locis. Et existimo ꝙ hoc conatus est Alga. auferre a primo principio,& tamen aufertur ab omnibus entibus, quanto magis a primo,cum sit credulitas falsa. Et, qm̃ recitauit hoc de vnitate ex sermone eorum,īcœpit narrare id, cũ quo contradicunt sibi ipsis in hac re,ex eo,quod existimatur de eis.

ALGAZEL.

AIt Alga.Et cum hoc ipsi dicũt ꝙ Deus glo.est prĩcipium, & primum,& ens,& substantia,& vnũ, & antiquum,& permanens,& necesC sarium in esse, & intellectus,& intelligens,& intellectum,& agẽs,& creator,& sciens, & volens, & potens, & viuum,& desyderans,& desyderatũ, & alij oblectantur eo,& ipse oblectatur alijs, & beneficat, & excelsus,& verum absolutum,& bonum absolutum. & existimauerunt ꝙ hoc totum sit pręfatio vnius rei,in qua nõ est pluralitas. & hoc est quid mirabile. Dixit debemus primo verificare opinionem eorum,deinde operam dabimus quæstionibus.nam q̃stio opinioni,anteq̃ cõplete habeat intelligentia rei, est conatus absurdus. D Sustentaculum autem in intelligẽtia opinionis eorum est, ꝙ ipsi dicunt substantia principij est vna, plurificant̃t tñ noĩa apud relationẽ rei ad eam, aut relationem eius ad aliquid,aut negationem alicuius ab ea. Negatio autem non causat pluralitatem in substantia negati,neq; relatio causat pluralitatem. igit̃ nõ auferunt pluralitatem negatorũ, & pluralitatem relationum. Sed veniẽdum est in reductionem horũ omnium ad negationem, & relationẽ. Et dixerunt, cum dicitur de eo pri- E mum, est relatio eius ad entia post id.Et,cum dicitur principium,īnuit ꝙ alia ab eo proueniunt, & ipse est causa eorum,& est relatio ad causata ab eo. Et,cum dicitur ens, bene notum est.Et, cum dicitur substantia,s.est ens,cui negatur ꝙ sit in subiecto.& hæc est negatio. Et, cum dicitur antiquum, est negatio priuationis eius præcedentis initium. Et. cum dicitur permanens,est negatio priuationis finis: & quod intelligit̃ per antiquum & permanẽs,est esse, quod non præcessit priuatio, nec euenit ei priuatio. Et,cum dicitur ne- F cessarium in esse,est ꝙ sit ens,nõ habens causam.& est causa alterius,& erit ratio negationis,&relationis:cũ dicere non habet causam sit negatio:&,cum ponitur causa alteri⁹,est relatio.Et,cum dicitur intellect⁹,est ꝙ sit ens mundum a materia.&omne ens tale est intellectus,i.intelligit seipsum, & consyderat substantiam suam,& intelligit aliud. Substantia autem Dei glo. talis est,s. puritas a materia:igitur est ītellectus.& sunt duæ ꝑfationes de eodẽ. Et,cum dicitur intelligẽs est ꝙ substantia eius, quæ

G quæ est intellectus, habet aliquod ꝓprium intellectum, & est ipsemet, qm̄ consyderat seipsum, & intelligit seipsum. ergo ipsemet est intellectū & est intelligẽs, & totū idẽ est, postq̄ est intellectum, ex eo ꝙ est quiditas abstracta a materia, non cælata sibi ipsi, qui est intellectus. & est intellectus, & ex eo ꝙ est quiditas abstracta a materia, nihil est cælatum ab eo. & ex eo ꝙ intelligit seipsum, erit intelligens, & qm̄ ipsemet est intellectum, suiipsius est intellectum. & ex eo ꝙ intellectus eius est sibi ipsi, nõ additus sibi ipsi, erit intellectus. &

H non est inconueniens vt sint idem intelligens, & intellectum. qm̄ intelligens, cum intellexerit esse intelligẽs erit intellectio eius ꝙ sit intelligens, & erit intelligens & intellectum idẽ aliquo modo. &, licet intellectus noster sic sit, tm̄ in hoc differt ab intellectu primo. qm̄ id, quod est primo, est in actu semper: id vero, quod est in nobis, aliqñ est in potentia, aliqñ vero in actu. Et, cum dr̄ formator, agens, & creator, & aliæ denominationes actionis, est ꝙ esse eius est in esse excellens, ex quo emanat eẽ totius emanatione continua, & ꝙ esse

I alterius prouenit ab eo, & sequitur ad esse eius: sicut sequitur esse lucis ad Solem, & calefactionis ad ignem. & non assimilatur quidem proportio mundi ad creatorem ꝓportioni lucis ad Solem, nisi in eo ꝙ est causatus tm̄. & in rei veritate nõ est sic. quoniam Sol non sentit emanationem luminis ab eo, nec ignis emanationem calefactionis, quia est natura simpl'r, primum tm̄ scit seipm, & ꝙ ipsum est principium alterius, & emanatio eius, qđ ꝓuenit ab eo ẽ nota ei. & nihil est occultū ei ei⁹, quod prouenit ab eo. Nec ẽtẽ vt

K vnusquisq; nostrū cū fuerit inter ægrū, & Solẽ, & aufert caliditas Solis ab ægro ex casu eius, non ex electione eius, sed ex eo, ꝙ scit seipsum, & ẽt non abhorret se. nam corpus opacum, faciens vmbrã, est induiduum eius, & corpus eius: sed sciens, volens vt sit vmbra in medio, est anima eius, nõ aũt corpus. In primo vero nõ est sic. qm̄ in eo agẽs ẽ sciens, & ẽ volẽs, i. ꝙ non abhorret se, & bene scit ꝙ pfectio sua est influere aliqd alteri. Sed, si fuerit poss̄e vt ponatur ꝙ corpus vmbram faciens sit ipmmet sciens aduentum vmbræ, & sit

L ẽt volens, tunc eẽt tale, quale primũ. nam primum est sciẽs, & est agẽs, & sciẽtia eius est principium opatiõis eius. nã scientia eius de seipso ꝙ sit principium oĩum, est causa emanationis totius. qm̄ ordo repertus seqtur ordinem intellectũ, in eo ꝙ est quid sequẽs ei. & esse agẽs totius nõ est additum ei ꝙ sit sciẽs totius, cum sciẽtia eius de toto sit cã emanatiõis totius ab eo, & esse sciens totius nõ addit aliquid scientiæ suæ de toto. nam ipsum non scit seipm, nisi sciuerit ꝙ sit principium totius. ergo

M scitum prima intentione est substãtia ei⁹, & totũ erit scitũ ab eo secũda intentione Hoc ẽ igit' id, ꝙ sit agẽs. Cũ aũt dr̄ potẽs, nihil aliud est, q̄ vt sit agẽs eo mõ, quo nos cõsyderauimus id. & ẽ ꝙ eẽ eius ẽ eẽ, a quo emanãt res, quas põt, in quarũ emanatione ordinatur cõpõ in toto in nobilissimo eẽ, & pos̄itate pfectionis, & pulchritudinis. Et, cũ dr̄ volens, nõ intelligitur nisi ꝙ id, quod emanat ab eo, non est occultum ei, nec abhorret id, sed ipsum bene scit ꝙ perfectio eius est apud emanationem toti⁹

A totius ab eo. & potest dici in hoc ꝙ sit volens. & pōt dici de volēte ꝙ sit desyderans. & nihil erit volūtas, nisi ipsummet posse: & non erit posse, nisi ipsamet scientia: nec erit scientia, nisi ipsamet substantia: ergo totum reducitur ad ipsamet substantiam: sciētia.n. eius in rebus nō est assumpta a rebus. sin autē, tunc aquireret attributum, & perfectionem ab alio. quod est falsum in necessario in esse. Quare scientia nr̄a est duplex. aliqua.n. est scientia rei, ꝓueniēs ex forma huius rei, vt scientia nr̄a de formā cœli, & terræ, & aliqua est B sciētia, quam facimus nos, vt ē res, cuius formam non videm⁹, sed imaginamur eam in aīa nr̄a, & postea eam accipimus. & tunc esse formæ emanat a sciētia, non aūt sciētia ab ente. sciētia vero Primi ē s͠m secūdā spēm. nam imaginatio ordinis ex se ipso est cā emanationis ordinis ex se ipso. verūtn̄, si reperire formā picturæ, aut scripturæ in tabula in mente nr̄a sufficeret in faciēdo illā formam, tūc esset sciētia nr̄a ipsummet posse, & ipsummet velle, sed pp diminutionem nr̄am in posse non sufficit imaginatio nr̄a ad inuenien C dum formam, sed indigemus cum hoc voluntate, q̄ fit nobis, ꝓueniēs quidem ex potētia desyderatiua ad hoc, vt moueatur ab ea potētia motiua musculorum, & neruorū & mēbrorum organicorū, adeo ꝙ moueatur ex eis manus. verūtn̄ ꝙ mouet̄ī motione musculorū, & neruorū manus ipsa, & aliud, & mouet̄ ad motū eius calamus, aut aliud īstr̄m ab extra, & mouetur materia ad motum calami in atramēto, aut alio, & postea ꝓuenit figura imaginata ī mēte nr̄a. & ideo nō ē eē huius figuræ ī mēte nr̄a posse, nec voluntas, sed erit figura nobis aliud præter principium mouens musculos. & hæc figura mouet hūc motorē, qui ē principiū posse. & non est sic in necessario in esse. nam non est compositū ex corporibus, in quorum extremitatibus oriantur potentiæ. igitur potentia, & voluntas, & sciētia, & substātia eius vnū, & idē ē. Et, cum dr̄ viuū, non intelligimus ꝑ id, nisi ꝙ scit scientia, a qua emanat eē, quod appellatur operatio eius. nam viuū est agens, comprehendēs. & intelligimus ꝑ id ipsummet cum relatione opationū mō p̄dicto, & non sicut E vita nr̄a, q̄ pficit̄, nisi cum duab⁹ potentijs diuersis, ex quibus deriuant̄ cōprehensio, & opatio. igit̄ vita eius est ipsamet substātia eius. Et, cum dr̄ de eo beneficans, intelligimus ꝙ emanat ab eo totum, nō ad intētionem, vt ad se redeat. beneficatio aūt cōplet̄ duab⁹ reb⁹. quarum vna est vt sit recipienti vtilitas ex eo, quod tributum est ei. nā dare aliquid ei, q̄ non indiget eo, non dr̄ beneficatio. secunda ē vt nō indigeat ipsum bn̄ficans illa bn̄ficētia, ita ꝙ bn̄ficium tribuisset pp indigentiam suam. & qui bn̄ficium præstat ex eo ꝙ vult F gloriari, aut adipisci bonum nomē. aut vt euadat suspitionem, ipse q̄rit præmium, & non præstat bn̄ficium. Sed bn̄ficium, quod præstat Deus glo. est vt non q̄rat vt euadat a suspitiōe, aut ad perfectionē facientē adipisci gloriam ei. ergo bn̄ficium p̄stās ē nomen testificans de eē ei⁹, aut cū relatiōe eius ad operationē, & negationē intētionis, & non inducit quidē ad pluralitatē in substātia eius. Et, cum dicitur bonū absolutū est, ꝙ nos videmus ꝙ eē eius ē seque

stratū

G ſtratũ ab omni diminutione,& poſſibilitate priuatiõis. nam malũ nullam hẽt ſubſtantiam, ſed reducitur ad priuationem ſubſtantiæ, aut priuationem adaptationis ſubſtantiæ, ex eo ꝙ eſt eẽ bonum. reducunt̃ ergo oĩa iſta noĩa ad negationẽ poſſibilitatis, diminutionis, & mutationis. & etiam aliqñ dr̃ bonũ de eo, qđ ẽ cã ordinis rerum: primum aũt eſt principium ordinis oĩum: ergo eſt bonum. & tunc nomen ſignat eẽ cum aliqua ſpecie relationis. Et, cum dr̃ neceſſarium in eẽ ẽ cum negatione cãæ eẽ eius, & remotione cãę priua-

H tionis eius in principio, & fine. Et, cũ dr deſyderans, & deſyderatum, & oblectari alio, & aliud oblectari eo eſt ꝙ ẽ intellectus pulchritudinis, & dilectionis, & perfectiõis, & eſt dilect⁹, & reducitur ad habens perfectionẽ. Et nihil aliud ẽ oblectari, niſi acquiſitio perfectionis debitę. & qui ſciuerit perfectionẽ ſui ipſius, in eo ꝙ cõprehendit ſcita, ſi comprehenderit ea, & pulchritudinem formæ eius, & ſubſtantiam poſſe ſui, & fortitudinẽ mẽbrorum ſuorum, demũ ei⁹ peruentionem ad omnem perfectionem poſſibilem ei, ſi hoc poſſet ima

I ginari in vno hoĩe, tunc diligeret ꝑfectionem ſuam, & oblectaretur ea. Diminueretur autẽ oblectatio ſua, cum cõſyderaret priuationem, & diminutionẽ. nam lætitia non ꝑficit̃ eo, quod aufertur, aut ſentit ablationem eius. Primũ aũt ẽ ei gloria perfecta, & pulchritudo cõpleta, poſtq̃ omnis perfectio poſ̃is eſt ei. & ipm̃ comprehendit illam perfectionem cũ ſecuritate a poſ̃itate diminutiõis & ablationis. & perfectio excelſa ꝑueniẽs ei ẽ ſuperior oĩ ꝑfectione. & comprehẽſio eius huius perfectiõis ẽ ſupior oĩbus cõprehenſionibus. &

K dilectio, & deſyderiũ eius ad hanc ꝑfectionẽ ẽ excelſior omni dilectiõe. & oblectatio in ea ẽ ſuperior oĩ oblectatione. & ẽt non eſt proportio ĩter oblectationem noſtram, & ſuam omnino, ſed eſt excelſior omni, qđ pót ꝓferri a nobis de oblectatiõe lætitia, & complacentia, & gaudio. Sed de iſtis rebus non ſunt nobis ꝓprij ſermones. & non poteſt fieri quin deueniamus ad abuſionẽ tranſumptiue, vt, cum accommodam⁹ ei dictionẽ volentis, eligentis, & agentis aſſumptam a nobis cum deciſione remotionis voluntatis eius a volun

L tate noſtra, & poſſe eius a poſſe nr̃o, & ſcientiæ eius a ſciẽtia nr̃a. & non eſt inconueniẽs defectus proprij ſermonis oblectationis ab eo, & vſus alterius. Et intẽtũ noſtrum ẽ ꝙ diſpõ eius eſt nobilior diſpõne Angelorum. & dignius eſt vt ſit læta[illegible], & diſpoſitio Angelorum dignior diſpoſitione noſtra. &, ſi non eſſet oblectatio, niſi in appetitu commeſtionis, & coitus, tunc eſſet diſpoſitio aſini, & porci nobilior diſpoſitione Angelorum, qui non habent hanc oblectationem. & intelligo per Ange-

M los principia abſtracta a materia, niſi gaudio, & conſyderatione eius, qđ eſt eis proprium ex perfectione, & pulchritudine, quæ non poteſt remoueri, ſed illa, quæ eſt in primo, eſt ſuperior ea, quæ eſt in angelis. quoniam eſſe angelorum, qui ſunt intelligentiæ abſtractæ, eſt eſſe poſſibile ex ſe, neceſſarium vero ex alio & poſſibilitas eſt malum quid, & diminutio. & nihil eſt remotum ab omni malo, niſi Primum glo. ergo ipſum eſt bonum abſolutum, & ei eſt gloria, & pulchritudo, & pfectio

A ctio summa. Vlterius ipsum est desyderatum, siue desyderetur ab alio, siue non desyderetur. sicut est Deus, intelligens, & intellectum, siue intelligat eum alter, siue non intelligat. & oĩa ista reducuntur ad seipsum, & ad intelligentiam sui ipsius. & intelligere ipsum, & intelligere seipm est ipsummet. nam est intellect⁹ abstractus, & totum reducitur ad idẽ. Hæc est via intelligendi opinionẽ eorum. & omnia ista diuiduntur ad id, quod possibile est credere, & declarabitur ꝙ est inconueniens secũdum radices eorum: & ad id, quod B non est possibile credere, & declarabitur falsitas eius. & reuertamur ad quinq; gradus diuisionis pluralitatis, & rationes eorũ in auferẽdo eos. & declarabimus ꝙ non possunt in hoc cõstituere rationem, & faciem⁹ de vnoquoq; eorum disputationem separatim.

AVERROES

Ait Auer. Benefecit in plurib⁹, quod scripsit de narratiõe opinionum philosophorũ, quòd sit Deus glo. vnus, cum denominatiõe attributorum multorum: & non loquimur cum eo de eis, nisi in eo, C quod dixit de appellatione ĩtellect⁹, ꝙ indicat rem ☐ negatiuam. & non est sic, sed est nomen sibi proprium secundum philosophos Peripateticos, & aliter q̃ intelligit Plato, ꝙ intellectus sit aliud, q̃ primum principium, & ꝙ non denominetur ꝙ sit intellectus. & sic, cum dixit de intelligentijs separatis ꝙ est in eis ex pot'itate, & priuatione, & malo, non est de sermone eorum. & reuertamur ad id, quod dixit ex quæstione contra eos in illis quinq; disputatiõib⁹.

l. relatiua

D

DISPVTATIO VI.

De conuenientia eorum circa falsitatem constitutionis scientiæ, posse, & voluntatis in primo principio.

ALGAZEL.

IT Alga. Conuenerunt philosophi circa falsitatem constitutionis scientiæ, & posse, & voluntatis ĩ E primo principio, vt conuenit in hoc secta Mahatazela: & existimauerũt ꝙ ista nomina imponuntur in lege & potest proferre ea idioma alicui⁹ gentis, sed reducuntur ad eandẽ substantiam (vt dixim⁹.) & impos'e est constituere attributum additũ substantiæ eius, sicut pos'e est in nobis, vt sit scientia nostra, & posse nostrũ & voluntas nostra attributum nobis additum substantiæ nostræ. & existimauerunt ꝙ hoc facit pluralitatem. quoniam, si ista attributa innouarentur nobis, sciremus ꝙ sunt addita substantiæ, cum abstrahan- F tur. &, si consyderentur copulata esse nr̃o absq; vniõe, nõ euadẽt quin sint addita substantiæ ĩ copulatiõe. & oĩa duo, quorũ vnũ ĩnouat' super alterũ, & scitur ꝙ hoc nõ est illud, nec illđ est hoc, si copularet', determinat intellectus ꝙ sint duo. &, cũ nõ possumus fugere de istis attributis ĩ hoc, ꝙ sint copulata substãtiæ primæ, ita ꝙ sint cãæ præter substãtiã, igit' hoc faciet pluralitatẽ ĩ necessario in eẽ. & hoc ẽ falsum: & iõ cõuenerũt circa abl'onẽ attributorũ.

Auer.

G AVERROES.

AIt Auerr. Qui aũt dubitat cõtradicentẽ auferri numeratione attributorũ, estq́ attributa diuersa reducant̃ ad eandẽ substantiã, ita q̃ id, qđ intelligit̃ p̃ scientiã exẽpli gratia, & voluntatem, & posse, est idem, & q̃ sint eadẽ substantia, & q̃ ẽt sciẽtia & sciẽs, posse & potẽs, volũtas & volẽs sint idem. & qui dubitat contra dicẽtẽ q̃ hic est substãtia, & attributa addita substantiæ, ẽ q̃ sit substantia conditio in esse attributorũ, & attributa conditio in perfectiõe substãtiæ: & erit aggregatum

H ex hoc aliquid necessariũ in esse, s. ens, non habẽs cãm, nec causatum. Quare hæc nõ ẽ rñsio eius in rei veritate, cum ponitur q̃ hic sit aliquid necessariũ in esse ex se, vt sequatur q̃ sit vnũ oĩmode, & nõ cõpositum oĩno ex conditione & cõditiõato, & cã & causato. Nam oẽ ens tale aut erit cõpositio ei⁹ necessaria, aut possibilis. si necessaria, erit necessaria p̃ aliud, non ex se. qm̃ difficile est ponere cõpositũ antiquum ex se, s. absque q̃ sit ei cõpositor, & præcipue s̃m ponẽtẽ q̃ oẽ accñs sit innouatũ. nã cõpositio in eo ẽ accñs antiquũ.

I si vero poſ̃is, indiget quidẽ copulãte cãm causato. Attamen q̃ repiatur aliquid compositũ ex se s̃m radices Philosophorũ, & an admittant̃ large accñtia antiqua, est impoſ̃e. nã cõpositio est cõdõ in eẽ eius. & impoſ̃e est vt partes faciant cõpõnem. cõponi. n. est conditio in esse eorũ. quare partes oĩs cõpositi rerũ naturalium cum resoluant̃, non erit nomen dictũ de eis, nisi æquiuoce. vt est nomen manus, quod dr̃ de ea, q̃ est pars hoĩs viui, & manu incisa. sed oĩs compositio apud Aristo. est gñabilis & corruptibilis, quãto magis vt sit non habẽs cãm. Si aũt teneretur via, qua incessit Auicenna de necessario in esse, & possibili in esse, quæ remouet cõpositum antiquũ, non finitur quidem ad hoc. nam, cum posuerimus q̃ poſ̃e finitur ad cãm necessariam: & necessaria aut habebit causam, aut non habebit causam: si habet causam, ergo finit̃ ad necessarium non habẽs causam. Hic sermo inducit ad impoſ̃itatem p̃ueniendi ad ens necessarium non habẽs cãm agẽtẽ, non aũt ad ens nõ habens causam omnino. nã põt ha- K

L bere cãm formalem, seu materialẽ, nisi ponat̃ q̃ oẽ habẽs formã, & materiã. demum oẽ compositum necesse est vt habeat agẽs extra id. & hoc quidẽ indiget declaratiõe. & id non includit sermo, quo p̃cessit circa declarationẽ necessarij in eẽ cũ eo, qđ diximus, q̃ sit in eo ex inuolutione. & ex hocmet non verificat̃ rõ sectæ Assariæ, & est q̃ oẽ innouatũ habet innouans æternum primum, antiquum, non compositum: perficitur vero ad primum, quod nõ est innouatum. Quòd aũt sit sciens, & scientia idem, non est impossibile, sed est

M necesse vt deueniat in his talib⁹ ad id, q̃ vniatur id, quod intelligitur de eis. nam sciens, si est sciens per sciẽtiam, id quidem, quo sciens est sciẽs multo magis debet esse sciens. nam id, quod acquirit attributũ ab alio, illud quidem attributum dignius ẽ in hac re, quæ facit acqrere. v. g. q̃ ista corpa viuẽtia apđ nos, si nõ eẽnt viuẽtia ex se, sed p̃p vitã, q̃ inest eis, necesse esset vt illa vita, ex qua acqsiuit id, quod non est viuens, ip̃m viuere eẽt vita ex se, aut procedet in infinitũ. & hoc idẽ euenit scientiæ, & alijs

A aliis attributis. Attamen esse eandem substantiam, habentem multa attributa relatiua, aut negatiua, aut imaginatiua diuersimode, absq; eo q hæc substantia plurificetur plurificatione attributorum illorũ, hoc quidem nõ aufertur esse eius, vt est aliquid esse, aut vnum, & possibile, aut necessarium. nam idem, cum cõsyderetur ex eo q ab eo prouenit aliud, dicitur potens, aut agens. & cũ consyderetur ex appropriatione vnius duarum operationum oppositarum, dicitur volens. &, cum consyderetur ex eo q comprehendit operata sua, dicitur sciens. &, cum consyderetur scientia, ex eo q est comprehensio, & causa motus, dicitur vita. nam viuens comprehẽdit, & mouetur ex se. Quod autem prohibetur, est eẽ vnum simplex, habens attributa multa, fixa in se: & præcipue si fuerint illa attributa essentialia, & reperta in actu. si vero in potentia, non prohibetur apud Philosophos quin sit aliquid vnum in actu, multa vero in potentia. & hoc apud eos sunt partes definitionum cum definitionibus. Et cum dixit, & existimauerunt q hoc facit pluralitatem vsque ad, cum sint duo. i. q esse hæc attributa copulata substantiæ non prohibet quin sint necessario multa ex se, sicut si postponitur esse eorum substantiæ, & postponitur eẽ aliquorum eorum aliquibus, non esset intelligentia eorum apud intellectũ eadem. &, quia recitauit Alga. opinionem Philosophorum dixit.

B

C

ALGAZEL.

AIt Alga. Et dicitur eis vnde scitis vos falsitatem pluralitatis ex hac via, & tamen vos contradicitis ex sectis Maurorum sectæ Mahatazelæ tantum? & quæro quæ est demonstratio de hoc? nam sermo dicẽtis pluralitatem esse falsam in necessario in esse cum hoc, q substantia, cui attribuitur, sit vna, reducitur ad id, q sit falsa pluralitas attributorũ. & ibi est quæstio, & non est falsitas eius scita necessario. & impossibile ẽ dicere hoc absq; demonstratione. Et ipsi profecto habent in hoc duas vias. Quarum prima est, cum dicũt demonstratio autem eius est. nam vnumquodque attributum, & eius, cui attribuitur, cum non fuerit hoc ipsum, nec ipsum hoc, aut sufficit vnumquodque eorum absq; alio in esse suo, aut indiget vnumquodque eorum alio, aut sufficit vnum eorũ absq; alio, & tamẽ aliud indiget eo. Si autem ponatur q vnumquodq; eorum sufficit, erunt ambo necessaria in esse, & est posterioritas absoluta. & hoc est falsum. si vero indiget vnumquodq; eorum alio, non erit quidem aliquod eorum necessariũ in esse, cum necessarium in esse est quod existit in se, & non indiget oĩmode alio: & quod indiget alio, hoc quidem aliud est causa eius: &, si auferatur hoc aliud, prohibetur esse eius: ergo esse eius non est ex se, sed ex alio. Sed, si dicitur q vnum eorũ indiget alio, & non aliud, tunc id quidem, quod indiget, est causatum, & necessariũ in esse est aliud. & quodcunq; eorum fuerit, causatum indiget causa, & inducitur ad copulationem necessarii in esse cum causa.

D

E

F

AVERROES.

AIt Auer. Cum concedit aduersari⁹ Philosophis q sit hic ens necessarium in esse ex se, & q necessarium in esse est vt non sit ei causa, nec ex se, ex qua constituitur, nec ab

G extra, nō poteſt fugere id, qđ intulerunt neceſſario contra eum Philoſophi, nam, ſi attributa ſunt fixa in ſubſtantia, ſubſtantia quidem eſt neceſſaria in eſſe ex ſe, & attributa per aliud, & erit neceſſarium in eſſe ex ſe ipſa ſubſtantia, & attributa neceſſaria per aliud, & aggregatum ex eis erit compoſitum. Attamen ſecta Aſſaria non concedit eis ꝙ neceſſarium in eē ex ſe ſignificet hoc. quoniam demonſtratio eorum non peruenit ad hoc. demonſtratio enim eorum inducit ad non habens cauſam agentem additam ei.

H ALGAZEL.

AIt Alga. Et quæſtio in hoc eſt, vt dicatur, melior harum partium eſt pars vltima. & ideo, cum deſtruitis primam partem, & eſt ſecūdatio abſoluta, iam declarauimꝰ ꝙ nō eſt vobis demōſtratio in hoc in diſputatione præcedenti. &, cum non perficitur niſi in ædificatione ablationis pluralitatis in hac diſputatione, & ſubſequenti, cum ſit ramus huius diſputationis, quomodo ergo ædificabitur hæc diſputatio ſuper eam? Quare melius eſt dicere ꝙ ſubſtantia non indiget in conſtitu-
I tione eius attributis, tamen attributa indigent eo, cui attribuuntur, ſicut eſt in nobis. Et remanet ſermo eorum, ꝙ indigens alio non eſt neceſſarium in eſſe. & dicitur, ſi intelligitis per neceſſarium in eſſe, quod non habet cauſam agentem, quare dicitis hoc? & quare eſt falſum dicere ſicut eſt ſubſtantia neceſſaria in eſſe antiqua, non habens agens, ſic attributa eius ſunt antiqua cum eo, non habentia agens? Si vero intelligitis per neceſſarium in eſſe ꝙ non erit ei cā receptiua, ergo non eſt neceſſarium in eſſe ſecundum hanc ex K poſitionem, ſed eſt antiquum cum hoc, & non eſt ei agens, quæro quid eſt quod reddit hoc falſum? ſed, ſi dicent neceſſarium in eſſe ſimpliciter eſt, quod non habet cām agentem, nec receptiuam, & cum conceditˀ ꝙ ſit ei cā receptiua, ergo conceditˀ ꝙ ſit cauſatum, dicimus appellare ſubſtantiam recipientem cām receptiuam eſt ex inuentione, & adaptatione veſtra, Rō aūt non indicat cōſtitutionem neceſſarij in eſſe ſm adaptationem veſtram, ſed indicat conſtitutionem finis, in quo ceſſat emanatio cārum, & cātorum, & non in- L dicat ſm hanc conſyderationem ꝙ ceſſatio emanationis eſt poſſibilis ī vno. nā iſta attributa ſunt antiqua non habentia agens, ſicut ipſum id non habet, ſed ipſa ſunt conſyderata in ſubſtantia eius. & proiiciamus dictionem neceſſarii in eſſe, vt non erremus in ea. nam demonſtratio non indicat niſi ceſſationem emanationis, & non indicat aliud omnino: & rationes alterius ſunt īduſtriæ & ſophiſticationes. Si aūt diceret, ſicut neceſſe eſt vt ſit ceſſatio emanationis in cā agenti, ſic neceſſe eſt vt ſit ceſſatio eius in cā receptiua. nam M ſi omne ens indigeret ſubiecto, in quo exiſtat, & indigeret etiam ſubiectum alio ſubiecto, eſſet neceſſario emanatio: ſicut, ſi indigeret omne ens cauſa, & illa cā indigeret cauſa etiam, diceremus ei bene dicitis: & pp hoc dicimus ꝙ ceſſat hæc emanatio, & dicimus ꝙ ſit attributū in ſuƀa eius, & ſuƀa eius nō exiſtit in alio, ſicut eſt ſcientia noſtra in ſuƀa noſtra, & ſubſtātia noſtra eſt ſubiectum eius, & non eſt ſuƀa noſtra in ſubiecto. Igitˀ attributū, ceſſat ema

natio

A natio causæ eius agentis cum substã tia, cum non sit ei agens, sicut nõ est agens substantiæ: sed non cessat esse substantiæ in hoc attributo, & non habet causam, nec attributa habent causam. causa vero receptiua nõ ces sat emanatio eius, nisi ad substantiã. Et quæro vnde sequitur vt auferat subiectum cum ablatione causæ? de monstratio autem nõ concludit nisi cessationem emanationis. & omnis via, qua possibilis sit cessatio emanationis, est in apparentia eius demonstratio inducens ad necessarium in esse. sed, si intelligit per ne-
B cessarium in esse aliquod ens nõ habens causam agẽtem, ita φ cessat in eo emanatio, tunc non conceditur φ hoc sit necessarium omnino. & quotienscunque dilatauerit se intellectus ad concedẽdum ens antiquũ, cuius esse non habet causam dilatabit se etiam ad concedendum antiquum, cui attribuitur attributum, cuius esse non habet causam in substantia, & attributis simul.

AVERROES.

Ait Auer. Cum autem dixit sed destructio vestra primę partis & est secũdatio absoluta, iam decla-
C rauimus φ non est vobis demõstratio de hoc in disputatione præcedẽti, & φ non perficitur nisi in ædifica tione ablationis pluralitatis, i. destructio eorum φ sit id, cui attribuitur, & attributum vnumquodque eorũ existens in se. nam sequitur ex hoc vt sufficiat vnũquodq; eorũ absq; alio: & erit Deus glo. sufficiens in se, & tamen erit ibi secundatio, postq̃ non erit aliquid, quo erunt attributum, & id, cui attribuitur vnum. Et, qm̃ laborauerunt in destructione huius speciei pluralitatis, & in neces sitate esse secundationem in Deo, D demonstratiue id necesse est vt sit ĩ contrarium. s. vt auferatur secundatio ex ablatione pluralitatis, ideo dixit in eo φ est contrarium, & declarauerunt radicem per ramum. Et id, quod fecit, est quæstio non secundum rem ipsam, sed secundum sermonem aduersarii. nam aduersarij auferunt posterioritatem. & tu iam sciuisti in multis locis φ quæstio est duplex, aliqua est secundum rem ipsam, & aliqua secũdum sermonem contradicentis, & φ veritas est illa quæ est fm rem ipsam, & qõ alia, licet non fuerit vera, aliqñ quidẽ fit. E
D. d. & ideo melius est vt dicatur, substantia in se non indiget attributis, & attributa indigent eo, cui attribuuntur, & remanet dictum eorũ, φ indigens alio non erit necessariũ in esse. i. cum ipse posuerit eis hanc partem partium, quas fecerũt in destructione pluralitatis, peruenit ad hoc, vt affirment φ necessarium in esse impossibile est vt sit compositũ ex attributo, & eo, cui attribuitur, nec φ sit substantia eius habẽs multa attributa. & hoc non põt esse fm radices eorum. Deinde incœpit declarare φ falsitas, quã conati sunt ꝓbare expositione huius partis, nõ sequitur. & dixit & dicatur eis, si autẽ intelligitis per necessarium in esse, quod non habet cãm agentem, quare dicitis hoc? & quare est falsum dicere sicut subã necessarii antiq non hẽt agens, sic attributa eius antiqua nõ habẽt agẽs? Dixi, hoc totũ est cõ tradictio ei, q ꝓcedit in remotione attributorũ via Auicẽnę in cõstituẽ do necessariũ in eẽ ex se. sed via ma gis sufficiẽs in hoc cõstituẽdo vnionẽ. & hoc sequit sectæ Assariç, & est

G via Mahatazelę. nám ipsi intelligũt per possibile in esse possibile verum & tenent ꝙ omne id, quod est sub primo principio, sit tale. & aduersarii eorum ex secta Assaria concedũt hoc, & tenent etiam ꝙ omne possibile habet agens, & ꝙ emanatio cessat, finiendo ad id, quod non est possibile ex se. & aduersarii concedunt eis hoc. &, cum concesserint eis hoc, existimatur apud eos ꝙ sequitur ex hoc, vt primum, ad quod cessata est possibilitas, non sit possibile: ergo necesse est vt sit simplex, non cõpositum. Sed sectæ Assariæ est dicere ꝙ
H id, ex quo aufertur possibile verum, non est de necessitate simplex, sed ẽ necesse vt sit antiquum tantum, nõ habens causam agentem. quare nõ est apud eos demonstratio, ꝙ primum sit simplex per viam necessarii in esse. Deinde dixit. Si autem dicet necessarium in esse absolute ẽ, quod non habet causam agentem, nec receptiuam: &, cum conceditur quod habet causam receptiuam, tũc non est necessarium in esse secũdũ hanc expositionem. i. si autem dixerint Philosophi ꝙ demonstratio in-
I duxit ad hoc, ꝙ necessarium in esse non habet causam agentem: ergo non habet causam receptiuam. &, cum ponitis substantiam, & attributa, iam ponitis causam receptiuam.

Deinde dixit, respondens huic, Dicimus, cũ concedimus ꝙ habet cãm receptiuam, tunc conceditur ꝙ sit causatum, dicendum appellare substantiam receptiuam causam est ex deliberatione uestra. ratio autẽ non indicat cõstitutionem necessarii in esse secundum deliberationem vestram, sed indicat extremum, ĩ quo cessat emanatio cãrũ, & cãtorum, s. ꝙ secta Assaria non cõcedit quòd K hæc substantia, quæ sustinet attributa, sit causa receptiua, & sequitur eis vt in ea. s. in causa receptiua sit causa agens, & non indicat necessariũ in esse, ſm ꝙ induxit demonstratio vestra ad ens, non habens causam receptiuam, quanto magis vt indicet non habens substantiam, & attributa, sed indicauit causam agentem. Dixi, Hæc qõ sequitur ſm rationẽ eorum. nam, si secta Assaria concedit Philosophis ꝙ non hẽns causam agentem non habet causam receptiuam, non destruitur ex hoc sermo L eorum. qm̃ substantia posita ab eis recipit attributa, non autem primũ cum ponant ꝙ attributa sint addita substantiæ, nec ponunt ea attributa essentialia, vt ponunt Christiani. Deinde dixit. Si autẽ dicet, sicut sequitur cessatio emanationis in causa agẽte, sic sequitur cessatio eius in receptiua. nam, si indigeret oẽ ens subiecto, in quo existat, & indigeret subiectum subiecto, tũc sequeretur emanatio, vt pueniat ad ens non habens subiectum, sicut est in causa agenti. D. d. respondens eis, vos be M ne dicitis. & propter hoc dicimus ꝙ cessat hæc emanatio, & dicimus ꝙ attributum est in substantia eius, & non est substantia eius existens in alio, sicut scientia nostra in substantia nostra, & substãtia nostra est subiectum ei, & substantia nostra nõ est in subiecto. Dixi, hic sermo nõ habet alligantiam in hac disputatione, nec in eo, quod recitauit de Philosophis, nec in eo, quod respondet eis: & quasi ẽ sermo sophisticus. nã sermo de necessitate cessationis causatum receptiuarũ, & non cessationis earũ, nulla est ꝓportio inter eũ, & dispu-

A & disputationẽ, de qua loquimur: & est an ex conditione agentis primi sit vt sit ei cã receptiua. speculatio enim de cessatione cãrum agentium est diuersa à speculatiõe de necessitate causarum receptiuarũ. qm̃ qui concedit esse causas receptiuas, concedit necessario cessationẽ emanationis earum ad causam receptiuam primam extra agens primum necessario, sicut concedit esse agens primum extra materias receptiuas. igitur agens primum, si esset ei materia, illa quidem materia nõ numeratur in recipiẽte primo, nec in eo,
B quod est sub eo ex recipientibus in aliis entibus, sed necesse est vt sit illa materia agentis primi, si esset ei materia, & materia propria ei. demum erit quidem ei: & hoc quidem aut erit prima ei, aut cessabit ad receptiuum primum. demum non erunt hæc recipientia de genere receptionis conditionatæ in esse aliorum entium prouenientium à primo agente. quare, si esset materia cõditio in esse agentis primi tantum, sequeret necessario vt sit conditio in eẽ omnium agentium in passis, & materia non erit conditio in esse actionis a-
C gentis tantum: cum omne agens agit in recipiente. sed, si esset condõ ĩ esse agentis, erit omne agens corporeum. & hoc totũ non cõcedit secta Assaria, nec id quærit. Si vero dixerint ꝙ hæc substãtia, cui attribuũtur hæc attributa, necesse ẽ vt sit corpus, rñdetur eis, anima apud vos, attribuuntur ei hæc attributa, & tamẽ apud vos anima non est corpus. & hic est finis, ad quem finiunt sermones topici in hac qõne. sermones vero demonstratiui sunt in libris Antiquorum, quos scripserunt in hac scientia, & maxime in libro primi D Sapientis. Attamen id, quod dixit in hoc Auicen. & alii ex eis, qui dedicantur Mauris, si reperitur eis aliqd in hoc, id quidem, quod constituerunt in hac scientia, est de genere sermonum probabilium quoniam sunt ex propositionibus generalibus nõ autem propriis de natura rei, de qua speculantur. Et, cum dixit dicimus de hoc attributo, cessata ẽ emanatio causæ agentis eius cum substãtia. nam non habet agens, sicut non est agens substantiæ, sed non deficit substantia talis quin sit. & non habet causam, nec attributa posita ab E eis habent causam. Dixi, hoc non concedunt aduersarii, sed dicunt ꝙ ex conditione agentis primi est, vt non recipiat attributum aliquod. nam receptio indicat materiam, impossibile enim est vt cesset emanatio ponendo agens, quodcunq; fuerit: sed agẽs, cui non est actio oĩno, nec cui datum sit vt sit ei actio. nam ponendo attributum agenti primo ꝙ constituatur ex causa receptiua, quæ sit conditio in esse eius, existimatur ꝙ sit falsum. nam omne, qđ habet conditionẽ in esse suo, copulatio quidem eius conditioni est ex F causa alterius. qm̃ aliquid non põt esse causa copulationis cõditioni eẽ eius, sicut non erit causa esse sui ipsius. conditionatum. n. non euadit quin existat in se absq; copulatione eius cõdõni, & indiget cã agente copulationis eius, conditionatorũ aliquid non erit cã conditionis sui eẽ, sed omnia ista sunt res cões. Demũ hæc noĩs accommodatio, non possumus imaginari de ea aliquid ꝓpinquum veritati ex hac via. & hoc propter æquiuocationem necessarii in

G esse ex se, & possibilis in esse ex se, necessarii vero ex alio, & aliarum propositionum additarum eis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda autem via, cum dicunt ꝙ scientia, & posse in nobis non ingreditur quiditatem substantiæ nostræ, sed est accidens: &, cum constituantur hæc atributa primo, non ingredientur etiã quiditatem substantiæ eius, sed erũt accidentia relatiue ad id: & licet cõtinuata fuerint antea, tñ nõ separabunt̃, aut sequent̃ ad quiditatẽ eius & cũ hoc non cõstituent sub̃am eius, & cum fuerint accidentia, sequũ H tur ad substantiam, & substãtia erit causa in eis, & erunt causata: ergo quomodo erunt necessaria in esse?

ALGAZEL.

Ait Alga. dubitans huic sermoni. Et hoc quidem est primũ cum mutatione præfationis. & dicimus, si intelligitis; cum dicitis ꝙ sequitur ad substantiam, & eẽ substãtiam causam eius, ꝙ substantia sit causa agens eius, & ꝙ sunt acta à substantia, hoc non est verum. nã hoc sequitur in scientia nostra in relatione ad substantiam nostram, cũ sub I stantia nostra non est cã agens sciẽtiæ nostræ. Si vero putatis ꝙ sub̃a sit subiectũ, & attributũ nõ existit ꝑ seipsum in alio, hoc quidem conceditur, & non prohibetur, licet proferant per verbum sequitur, seu accidit, seu causat̃, aut quicquid voluerit dicere proferens, modo non mutat prolatio rem ipsam. nam res ipsa nihil aliud est, nisi ꝙ existit in substantia consistentia attributi in re, cui attribuitur. & non erit falsum, ꝙ existat in substantia, & sit cũ hoc antiquum, & non habet agens. & omnes rationes eorum sunt inuolu- K tiones in vituperatione prolationis, cum appellatur possibile, & transiẽs & sequens, & prouemens, & causatum. & hoc est absurdum. Nos vero dicimus, si intelligit per hoc, ꝙ habet agens, non est sic. si vero non intelligit per id, nisi ꝙ non habet agens, tamẽ habet subiectum, in quo existit, licet proferat in hoc quacunque prolatione, nõ est in ea falsitas.

AVERROES.

Ait Auer. Hoc est multiplicare sermonem in eadẽ re. Respõsio autem in hac propositiõe ab ad- L uersario breuis talis ẽ. videlicet aut est possibile habenti causam receptiuam vt non habeat agẽs, aut est impossibile. & ex radicibus loquẽtium quòd copulatio conditionis conditionato est possibilis, & omne possibile indiget in exitu eius ad actum aliquo faciente illud, & copulatione conditionis conditionato. &, quoniam copulatio est conditio in esse cõditionati, & impossibile est vt sit res causa conditionis esse sui, & impossibile est etiam vt conditio sit cã agens esse conditionati: nam substãtia nostra non est causa agens esse M scientiæ in ea, sed est conditio esse scientiæ existentis in eo: quare non euadet secundum has radices à causa agente, quæ faciet copulationem conditionis cõditionato? & sic est ĩ omni composito ex conditione, & conditionato. Attamen hoc totum destruitur secundum Philosophos, cum ponũt orbes cœlestes antiquos & sunt substantia, & attributa, & nõ ponunt eis agens eo modo, quo est agens in apparentibus nobis, vt sequitur ex hoc, nisi ponant ꝙ sit hic demon-

A demonstratio inducens ad copulationem antiquam ex copulāte antiquo,& est species copulatiōis diuersa ab ea,quæ est in generabilibus, & corruptibilibus. Et omnia quidem ista sunt loca magnę speculationis. Quod autem ponunt, quòd ista attributa,non constituitur ex eis substantia,non est verum. nam omnis substantia,quæ perficitur attributis quibus erit magis perfecta,& magis electa,substantia illa consistit cum attributis illis, quemadmodum per scientiam,& posse,& voluntatem sumus entia nobiliora entibus nō scientibus,& substātia nostra, in qua exi-B stūt istā attributa est communis nobis,& inanimatis, quęro quomodo erunt hæc attributa accidentia, sequentia substantiam nostram? hoc totum quidem est ex sermone eius, qui non est peritus in attributis essentialibus,& accidentalibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et aliquando dicunt in vituperatione prolationis alio modo.& dicunt hoc inducit vt sit primum indigens his attributis, & non erit sufficiens simpliciter. nā sufficiens simpliciter non indiget a-C lio. Deinde dixit dubitans eis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et hic est sermo disputatiuus in vltimitate debilitatis.nam attributa perfectionum non separantur à substantia perfecta,ita quòd dicat ꝙ indigēt alio.& cum non cessauit,nec cessabit esse perfectum in scientia, & posse, & vita, quomodo ergo indigebit alio, aut quomodo possunt proferre de continuatione perfectionis indigentiā? & est,sicut sermo dicentis, perfectū est id,quod non indiget perfectione. Et,si dicet,indigens attributis ad D pficiendū seipsum est diminutū,dicetur quidē,sicut nihil est vt sit pfectum,nisi sit perfectio in se, sic nihil est vt sit sufficiens,nisi sit ei attributum,quod aufert indigentias in se. qūo ergo remouētur attributa,quibus perficitur deitas,his talibus imaginationibus verborum?

AVERROES.

Ait Auer. Perfectū autem est duplex,perfectū in se,& perfectum attributis tribuentibus ei perfectionem.& illa attributa necesse ē vt sint perfecta in se. nam, si essent perfecta per attributa perficientia, E etiā interrogaretur de illis attributis an sint pfecta ex se,aut ex aliis attributis,& deueniret ad pfectum ex se. perfectū vero per aliud indiget necessario fm radices præcedentes, cum cōcedantur aliquo tribuēte ei attributa perfectionis.sin autem,esset diminutum. Attamen perfectū ex se est in ente ex se, & conuenit vt sit ens ex se pfectum ex se. si autem est hic ens ex se,necesse est vt sit pfectum ex se,& sufficiens ex se.sin autem,esset compositum ex substantia diminuta,& attributis perficientibus substantiam illam.&, cum sic F fuerit,ergo attributum,& id,cui attribuitur, est idem: & quod attribuitur ei ex actionibus, quæ inducent vt proueniant ab attributis separatis,in eo est relatiue.

ALGAZEL.

Ait Alga. redarguens Philosophos. O quantum est inconueniens vt simus nos,& Deus glo.in hoc æquales,s.ꝙ perfectio est substātiæ nostrę per attributa pficiētia. Si aūt dicet cū constitutis substātiam,

G &attributum,& existentia attributi in substantia est compositio,& omnis compositio indiget componente,quare non admittimus ꝙ primũ sit corpus,quia est compositum? Dicimus ꝙ sermo dicentis omne compositum indiget componente est,sicut sermo omne inuentum indiget inuentore.&,sicut dicitur de eo primum est antiquum ens, non habẽs causam,nec inuentorem,sic dicitur id,quod attribuitur ei,attributũ est antiquum,& non est causa substantiæ eius,nec attributorum eius, nec existentiæ attributorum in substã-
H tia eius,sed totum est antiquum sine causa.corpus vero impossibile ẽ vt sit primum.ipsum nanque est innouatum,ex eo ꝙ non euadit ab innouationibus, & qui non cõstituit ei innouationes corporis,non est necesse ei vt cõcedat ꝙ sit causa prima corpus,vt sequitur hoc vobis in eo, quod sequetur postea.

AVERROES.

Ait Auer. Compositio autẽ nõ est sicut esse. nam compositio est sicut moueri.s.attributum possibile,additum substantiæ rerum re-
I cipientium compositionem. esse vero est denominatio,quę est ipsamet substantia. & qui aliter dicit, errat. compositum autem non diuiditur ad compositum ex se, & compositũ ex alio. & necesse est vt deueniat ad compositum antiquum, vt deuenit in entibus ad ens antiquum. & iam locuti sumus de hac disputatione in multis locis. Vlterius,cũ fuerit,sicut diximus ꝙ cõpositio sit q̃d additũ esse,potest aliquis dicere si reperitur compositum ex se,erit motũ ex se: &,si erit motum ex se, erit priuatũ ex se:q̃m esse priuati est exitus eius, K
quod est in potentia ad actum.& sic est de motu & moto,& nõ est sic de esse:quoniam ipsum non est attributum additum substantiæ, & omne ens, quod non est aliquando in potentia,& aliquãdo in actu, est ens ex se,& esse moti est vt sit cum potentia motiua, & ideo indiget omne motum motore. Attamen respõsio in hac disputatione est ꝙ compositum aut erit quælibet pars partiũ eius,ex quibus componitur,conditio in esse sui socij duobus modis diuersis,sicut est in compositis ex materiis,& formis apud Peripateticos: L
aut non erit quælibet earum conditio in esse socij sui: aut vna earum est conditio in esse alterius, & altera non erit conditio in esse primi. prima autem pars impossibile est vt sit antiqua.nam compositio ipsa est cõditio in esse alterius, & impossibile est vt partes sint causa compositionis,nec compositio causa sui ipsius. & ideo talia composita sunt generabilia,& corruptibilia: & impossibile est eis vt sint absque agente,quod extrahat ea à priuatione ad esse. Secunda vero pars,scilicet quòd nulla duarum partium sit conditio in M
esse socii,hæ tales,cum non fuerint in natura vnius earum vt sequatur ab alia,non componentur,nisi cum compositore extra eas:cum compositio non sit de natura earum, qua constituitur substantia earum.si vero natura earum determinaret cõpositionem,& sunt ex se antiquæ, necesse est vt compositum ex eis sit antiquum.quare impossibile est ei vt sit sine causa tribuẽre ei vnitatẽ: q̃m impossibile est reperiri aliquid antiquũ,cui sit vnitas per accidens

sed,

G sed, si esset vna earum conditio in esse alterius, & altera non est conditio ei, sicut est in attributo, & eo, cui attribuitur non essentiali: si quidem id, cui attribuitur, est antiquũ, & de natura eius est vt non separetur ab eo attributum: tũc compositũ est antiquum. &, cùm sic fuerit, impossibile est vt cõcedat aliquis esse compositum antiquum. Sic ædificatur via sectæ Assarie, ꝙ omne corpus est innouatum. nam, si esset compositum antiquum, reperientur accidẽtia antiqua, quorum vnum est compositio: qm̃ fundamentum, supra quod
H ędificant necessitatem innouationis accidentium, est quia non sunt partes, ex quibus cõponit᷑ corpus apud eos, nisi post separationem. &, cũ admittunt compositum antiquũ, possibile est vt reperiat᷑ aggregatio, quã nõ præcedit separatio, & motus, quẽ nõ præcedit quies. &, cùm hoc fuerit possibile, tunc esset possibile vt reperiatur corpus, habẽs accidentia antiqua, & non est verificatum eis ꝙ id, quod non euadit ex innouationib⁹. sit ĩnouatum. & adhuc etiam dictũ est superius ꝙ oẽ compositum erit
I vnum ex vnitate reperta in eo. & hæc vnitas reperitur ĩ eo ex aliquo, quod est vnum ex se. &, cũ sic fuerit, tunc vnum, in eo ꝙ est vnum, præcedit omne compositum. & hoc quidem agens vnum, si fuerit æternum, operatio quidẽ eius, quæ est influere oĩa entia indiuidualia, quibus sũt entia distincta, est operatio cõtinua æterna, non autem aliqñ sic, & aliqñ non. nam agens, cuius actio alligatur acto, hoĩa quidẽ, qua exit à potẽtia ad actum, est agens innouatũ necessario, & actum eius est ĩnouatum necessario. agens vero primum habet alligationem acto continue, &
K actum miscetur ei potentia cõtinue. Et ꝭm hoc debet intelligi dispositio Primi glo. cum omnibus entibus. & hæc quidem, cũ impossibile est nobis declarare ea in hoc loco, dimittimus nam intentio nostra est declarare ꝙ id, quod comprehenditur in hoc libro ex sermonibus, sunt sermones non demonstratiui: & plurimi eorum sunt sophistici: & maior gradus eorũ est, vt sint topici. sermones enim demonstratiui sunt pauci nimium, & sunt inter sermones tãquã aurum purum inter alia mineralia, & adamas inter gẽmas. & redeamus
L ad id in quo fuimus.

Nota de sermonibus demõstratiuis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et omnes viæ eorum in hac disputatione sunt imaginationes. Vlterius ipsi non possũt auferre omne id, quod attribuerunt substantiæ primæ. nam ipsi cõstituerunt ꝙ sit sciens, & necesse est vt hoc sit additum abstracto substantiæ. Et dicitur eis an conceditis ꝙ primum sciat aliud à seipso? & aliqui eorum sunt, qui concedunt aliud ab hoc, & aliqui dicunt non scit nisi seipsum. sed primum est id, quod elegit Auicenna. nam ipse putat ꝙ Deus glor.
M scit omnia specie vniuersali, quæ nõ ingreditur sub tempore, & non scit particularia, quorum comprehẽsio causat mutationẽ in substantia sciẽtis. Nos autem dicimus aut scientia Primi de omnibus entitatibus generum, & specierum infinitarũ est ipsamet sciã sui ipsius, aut alia. si dicitis alia, iam constituitis pluralitatẽ, & ruinatis fundamentum. si vero dicitis ꝙ sit eadem, non cognoscimini ab eo, qui ratiocinatur ꝙ sciẽtia hominis de alio est alia à scientia eius

de

G de ſeipſo, & de alio. & qui dicit hoc cũ intellectu ſuo ex definitione eiuſdem falſificatur in imaginatione aggregatio inter negationem, & affirmationem, & ſic ſcientia de eodem. quia idem falſum eſt vt imaginetur de vna eadem re, ꝙ repetiatur, & nõ reperiatur. &, cum non erit falſum in imaginatione, vt conſideret ſciẽtiam hominis de ſe, & neſcit aliud, ergo neceſſe eſt vt credat ꝙ ſciẽtia ſua de alio eſt præter ſcientiam ſuam de ſe. nam, ſi eſſet eadem tunc eſſet negatio ſui negatio eius, & affirmatio ſui affirmatio eius. cùm falſum fue- H rit ꝙ Socrates ſit, & Socrates nõ ſit, ſ. vt ſit idem in eadem diſpoſitione, & tamen non falſificatur tale in ſcientia eius de alio cum ſcientia de ſe. & ſic eſt in ſciẽtia Primi de ſe cum ſciẽtia eius de alio. nam poſſibile eſt vt imaginetur eſſe ſui abſque eſſe alterius. ſi autem ſimilitudo eſt ſic, tunc hæc imaginatio eſt falſa. & omnis, qui ex Philoſophis concedit ꝙ primum ſcit aliud, neceſſe eſt vt conſtituat pluralitatem proculdubio.

AVERROES.

AIt Auer. Summa huius ſermonis eſt quæſtio contra dicen- I tem ꝙ primum ſcit ſeipſum, & intelligit aliud: qm̃ ſcientia ſcientis ſeipſum eſt diuerſa à ſcĩa ſcientis aliud. Quæ quidem eſt ſophiſticatio, qm̃ ex hoc intelliguntur duo, quorum vnum eſt vt ſit ſciẽtia Socratis de ſeipſo indiuiduali ſciẽtia eius de alio. & hoc nullo pacto poteſt eſſe verũ. ſecundum vero eſt, vt ſit ſciẽtia hominis de alio, vt ſunt entia, ſcientia eius de ſe & hoc eſt verum. Et declaratio eius eſt. quoniã nihil aliud eſt ſubſtantia eius, niſi ſciẽtia eius de entibus. &, ſi eſſet homo, vt alia entia, & ſciret quiditatẽ ſuã ſibi propriã, & K eſſet quiditas eius ſciẽtia rerum, tũc ſciẽtia hominis de ſe neceſſario eſſet ſcientia eius de aliis rebus. nam, ſi eſſet alia, tunc ſubſtãtia eius non eſſet ſcientia de rebus. & hoc manifeſtum eſt in artifice. nã ſubſtãtia eius, qua appellatur artifex, nõ eſt aliquid niſi ſciẽtia ſua de artibus. cum autẽ dixit, nam, ſi ſciẽtia eius de ſe eſſet ſcĩa eius de alio, tunc negatio ſui eſſet negatio eius, & affirmatio ſui affirmatio eius. i. ꝙ, ſi eſſet ſcientia hominis de ſe ſcientia eius de alio, tunc hõ, cũ non ſciuerit aliud, non ſciet ſeipsũ, ſ. cùm ignorauerit aliud, ignorabit ſe- L ipſum. &, cùm ſciuerit aliud, ſciet ſeipſum. Attamen eſt ſermo verus aliquo mõ, & falſus aliquo modo. qm̃ quiditas hominis eſt ſcientia, & ſcĩa eſt ſcitũ aliquo modo, & aliud à ſcito aliquo modo: &, cùm ignorat ſcitum, tunc ignorat aliquam partem ſui ipſius: &, ſi ignorauerit oĩa ſcita, ignorabit ſe ipſum. & negare hãc ſcientiam de homine eſt negare ſcientiam hominis de ſe ipſo. nam, cum auferetur à ſcientia ſcitum, ex eo ꝙ ſcitum et ſcientia ſunt idem, tũc auferetur ſciẽtia hominis de ſeipſo. ſcitum autem, ex eo ꝙ eſt aliud à ſcien M tia, eſt præter hominem: & nõ ſequitur ex ablatione huius ſciẽtiæ ab homine ablatio ſcientiæ hoĩs de ſeipſo. & ſic eſt in indiuiduis. nã nõ eſt ſcĩa Soc. de Plat. aĩa Socr. quare ſcit Socr. ſeip̃m, cũ ignorãtia eius de Platone.

ALGAZEL.

AIt Alga. Si autem dixerit ipſũ non ſcit aliud prima intentione, ſed ſcit ſeipſum, quia eſt principium omnium, & copulatur ei ſciẽtia totius ſecunda intentione, cũ impoſſibile ſit ei ſcire ſeipſum, & neſci-

A re ꝙ ſit principium alterius. nam verificatio ſui eſt eſſe principium alterius: & impoſſe eſt ſcire ſe eſſe principium alterius, niſi ingreſſum fuerit illud aliud in ſcientiam eius vniuerſaliter, & conſecutiue. & non eſt incōueniens quin ſubſtantiæ eius ſint conſequentia. & hoc quidem nō facit pluralitatem in quiditate ſubſtantię, impoſſibile vero vt ſit ī ipſa ſubſtantia pluralitas. Et reſpondetur ei multipliciter, & primo ꝙ, cùm dicitis ꝙ ipſum ſcit ſe eſſe principium, eſt induſtria quædam veſtra, & imaginatio. ſed oportet vt ſciat eſſe ſui.
B ſcientia autem ꝙ ſit principium eſt addita ſciæ de eſſe eius. nā principiū eſt relatiuū ſubſtātię: & pōt ſcire ſubſtātiā, & neſcire relationē prīcipij ad ſubſtātiā: & pōt ſcire ſubſtātiā, & neſcire ꝙ ſit principiū: nā eſſe principium, & eſſe ens ſunt duo diuerſa. & ſicut poſſibile eſt vt ſciat homo ſeipſum, & neſciat ꝙ ſit cauſatum: nā ſcire ꝙ ſit cauſatum eſt relatio eius ad cauſam: ſic eſſe ipſum glo. prīcipiū, & eſſe cauſam eſt relatio eius ad cauſatum. & conſequētia eſt bona in abſtracto, cùm dicunt ꝙ ipſum ſcit ſe eſſe principium. in eo. n. eſt ſcientia
C de ſubſtātia, & principio, quod eſt relatio: & relatio eſt diuerſa ſubſtātia: & ſcientia relationis eſt diuerſa à ſcientia ſubſtantiæ, ratione, quam diximus: & eſt quia poſſibile eſt vt imaginetur ſcientia de ſubſtantia pręter ſcientiam de principiis, & impoſſibile eſt vt imaginetur ſcientia de ſubſtantia præter ſcientiam de ſubſtantia: nam ſubſtantia eſt vna.

AVERROES.

Ait Auer. Sermo Philoſophoꝶ cū iſto homine in hac diſputatione ædificatur ſm radices, quas habēt, de quibus neceſſe eſt prius loqui cum eis. Nam, cùm conceditur id, quod poſuerunt de eis, & exiſtimauerunt ꝙ demonſtratio induxit eos ad id, non ſequitur eis aliqua harum conſequentiarum ſuarum. Nā Philoſophi ponunt ꝙ ens, quod nō eſt corpus, eſt in ſe ſcientia tantum. qm̄ ipſi tenent ꝙ formæ nōn ſciunt, quia ſunt in materijs: &, cum inuenitur aliquid, quod nō ſit in materia, notum eſt ꝙ ſcit. & hoc habetur ratione. qm̄ inuenerunt ꝙ formæ materiales, cùm abſtrahantur in anima à materijs ſuis, fiunt ſcientia, & intellectus: & intellectus nihil aliud eſt, E niſi formæ abſtractæ à materia. &, cum ſic fuerit in eo, quod nō eſt abſtractum à radice naturę ſuæ, id quidem, quod eſt abſtractū à radice naturæ ſuæ, multo dignius eſt vt ſit ſcientia, & intellectus. & qm̄ intellecta rerum ſunt verificatio rerum, & intellꝰus nihil aliud eſt niſi cōprehēſio intellectorū, tunc intellꝰus noſter eſt ipſummet intellꝰum, in eo ꝙ eſt intellectū. & nō erit alietas inter intellectū & ipſam rē intellꝰam, niſi quià intellꝰa ſunt intellꝰa rerū, quæ nō sūt in naturis ſuis intellectus, ſed fiūt intellectus, cū abſtrahit intellectus for F mas earū à materijs: & ꝑꝑ hoc non erit intellectus noſter intellꝰm oīmode. ſi verò reperiatur aliquid abſq; mā, erit intellꝰus eius intellꝰm oīmode, & eſt ītellectio intellectorū abſq; dubio. &, qm̄ intellectus nihil aliud eſt niſi comprehēſio ordinis rerū, quæ reperiūtur, & gradus eaꝶ, ideo neceſſe eſt, in eo ꝙ eſt intellectus ſeparatus, vt nō ſuſtentetur in intellectione rerum, quæ reperiūtur in rebus, quæ reperiuntur, & retardetur intellectum eius eis. nam oīs intellectus

Quopacto & intellꝰus intellꝰus nō ſeparatus intelligāt.

ctus

A ctus talis sequitur ordinem repertũ in entibus, & complet eum: & ipse de necessitate diminutus est in eo, qđ intelligit ex rebus. & ideo intellect⁹ noster est diminutus in eo, quod determinat de natura rerum circa ordinem, & proportionem repertam in eis. &, cum naturæ rerum sequantur secundum rationem intellectus, & fuerit hic intellectus, qui est ĩ nobis, diminutus in comprehendendo naturas entium, necesse est vt sit hic scientia cum ordine, & cum proportione, quæ est causa ordinis, & proportionis, & scientiæ repertę in quolibet ente. B Et necesse est vt iste intellectus, ordo eius sit causa huius ordinis in entibus, & comprehensio eius non denominetur de vniuersalib⁹, quanto magis de particularibus. qm̃ vniuersalia sunt intellecta entium, & posteriora eis. hic vero intellectus, entia sequuntur eum, & intelligit necessario entia, cùm intelligit ex se ordinem, & proportionem repertam in entibus, non autem cũ intelligit rem extra se. nam esset causatum ab ente, quod intelligitur, & tamẽ nullam habet causam: & esset diminutus: scientia.n. rerum notitia vniuersali est scientia diminuta, C qm̃ est sciẽtia eius, quod est in potentia. Cum autem intellexeris hoc ex opinione Philosophorum, intelliges ꝙ intellectus separatus non intelligit nisi seipsum, & intelligit seipsum, cùm in intelligit omnia entia. intellectio.n. eius nihil aliud est nisi ordo, & proportio, quæ est omnibus entibus. & iste ordo, & proportio est ille, quem recipiunt potentiæ actiuæ, habentes ordinem, & proportionem, repertã in omnibus entibus, & est id, quod Philosophi appellant naturam. nam

intellectio intellectus separati nihil aliud est nisi rerũ ordo, atq; proportio

videtur ꝙ omne ens habet operationes, quæ sequuntur ordinem intellectus, & proportionem eius. & impossibile est vt hoc sit p accidens: & impossibile est vt sit propter intellectũ similem intellectui nostro, sed propter intellectum superiorem omnibus entibus, & non est nec vniuersalis, nec particularis. D Et, cùm intellexeris hoc ex opinionib⁹ Philosophorum, soluuntur tibi omnes dubitationes, quas fecit eis iste vir hic, &, cũ posueris ꝙ intellectus, qui est ibi, sit similis intellectui humano, valent illæ dubitationes prædictæ. nam intellectus, qui est in nobis, est is, cui euenit numeratio, & pluralitas. E ille vero intellectus non euenit ei aliquid horum. nam est mũdus pluralitate euenientẽ his intellectis, & non imaginatur in eo alietas inter comprehendentem, & comprehensum. intellectus vero, qui est in nobis, eius comprehensio substantiæ rei est aliud à comprehensione eius, ꝙ sit principium rei: & sic eius comprehẽsio alterius est alia à comprehensione sui aliquo modo, attamen est in eo similitudo illius intellectus: & ille intellectus est ille, qui tribuit ei illam similitudinem. F nam intellecta, quæ sunt in illo intellectu, sunt remota à diminutionibus, quæ eueniũt huic nostro intellectui. ver.g. ꝙ intellectus sit intellectũ, in eo ꝙ est intellectũ. qm̃ reperitur intellectus, qui est intellectũ omnimode. nam omne id, cui reperitur attributum diminutũ, reperitur quidem ei propter ens, cui est illud attributum perfectum ver.gra. id, in quo reperitur caliditas diminuta, reperitur quidem ei propter aliquid, quod est ĩ caliditate perfecta. & sic quod reperitur intelligẽs

intellectu

A intellectu diminuto, reperitur quidem ei propter aliquid, quod est intellectus intellectu perfecto. & sic oē, cui reperitur operatio intellectualis diminuta reperitur quidem ei propter intellectum perfectum. Et, cum fuerīt operationes omnium entium operationes intellectuales perfectæ & sapientes, & non sunt habentes intellectum, necesse vt sit hic intellectus, quo operationes entiū sunt operationes intellectuales. & qui non intelligit hoc ex debilibus sapientum, est is, qui quærit vtrū primum principium intelligat seipsum, aut intel-
B ligat aliquid extra seipsum. &, si ponit ꝙ itelligit aliquid extra se, ergo sequitur vt perficiat seipsū ꝑ aliud. si vero ponit ꝙ nō intelligit aliquid extra se, sequitur vt ignoret entia. Et mirandum est de istis hominibus, ꝙ ipsi auferunt attributa, quæ repeiuntur in Deo glo. & creaturis ex diminutionibus euenientibus creaturis, & ponunt intellectum nostrum similem intellectui, qui est in eo, & ipse est dignior omnibus ī tali ablatione, & hoc sufficit in hoc capitulo, quare statim narrabimus sermonē huius viri in hoc capitulo, & declara
C bimus errorem euenientem ei.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secundus autem modus est, cùm vos dicitis ꝙ totū est scitum ei intētione secūda, est sermo nō intelligibilis. nam quotienscunque scientia eius comprehendit aliud, sicut comprehendit seipsum, tunc essent ei duo scita diuersa, & esset ei scientia in eis. numeratio autē sciti, & diuersitas eius facit numerationem scientiæ, & reperitur numeratione eius, cum recipiat vnū duorum scitorū differentia eius ab alio imaginatione, & non erit sciētia de D vno eorum eadem scientia de alio. nam non numeratur consyderatio vnius eorum absq; alio, & nō est ibi aliud, quotienscunque fuerit totum vnum. & hoc non differt, cùm exponitur ab eo secunda intentione. Vlterius vellem scire quomodo est pluralitas apud dicentem ꝙ non defecit à scientia sua pondus grani in cœlo, & terra, nisi ꝙ scit omnia specie vniuersali, & vniuersalia scita non sunt finita: & erit scientia copulata eis cū pluralitate, & diuersitate eorum eadem omnimode.

AVERROES. E

Ait Auer. Sermo eius hic consistit in duabus quæstionibus. Quarum una est, quomodo sit sciētia eius de se, scīa eius de alio. & iam præcessit responsio in hoc, ꝙ reperitur in intellectu humano ex hoc aliquid, quod facit nos ꝑuenire ad necessitatē esse eius in ītellectu primo, Et secunda quæstio est, an plurificatur scientia eius ex plurificatione scitorum. nam ipsum comprehendit omnia scita finita, & infinita. Et responsio eius est, ꝙ non est impossibile scientiæ primæ vt reperiatur ei cum vnitate differētia in scitis. nam F nō est impośe apud Philosophos vt sciat aliud, & seipsum scientia distincta, ex eo ꝙ sunt ibi scientiæ multę: sed est impossibile apud eos vt intellectus perficiat seipsum per aliquod intellectum, & causatum eius. si. n. intelligeret aliud eo modo, quo intelligimus nos, erit intellectus eius causatus ab ente intellecto, non habente causalitatem. & iam fuit demonstratum ꝙ ipsum est causa entis. Pluralitas autem, quam negauerunt Philosophi, est vt sit sciens nō ex se, sed ex scientia

G scientia addita substantiæ eius. & nõ sequitur ex negatione huius pluralitatis de Deo glo. negatio pluralitatis scitorum, nisi topice. & permutatio quæstionis de pluralitate prohibita apud eos ad pluralitaté, quæ est i scitis ipsis, est de operationibus sophisticis. qm̃ inducit ad opinandum ꝙ ipsi, quemadmodum negant pluralitatem illam, quæ est ex subiecto, & prædicato, sic negãt pluralitaté, quæ est sciẽtiæ ꝑ ꝑ scita. Quare veritas in hoc est, ꝙ nõ est numeratio scitorũ in scientia æterna, sicut est numeratio in scientia humana. nam euenit H eis numeratio in scĩa humana duobus modis, quorũ vnus est ex parte imaginationum: & hæc assimilatur numerationi locali. numeratio vero secũda est numeratio in seipsis in intellectu nostro, s. numeratio, quæ euenit primo generi, ac si diceres ipsi enti, cùm diuiditur ad omnes spẽs, quę sunt sub eo. nam intellectus, qui est in nobis, est vnus ex parte rei vniuersalis, comprehendẽtis oẽs species entium in mundo, & numeratur numeratione specierum. & est manifestum ꝙ, cum abstulerimus sciẽs ęternũ à re vl'i, ꝙ aufertur ab hac nume I ratione, & remanet ibi numeratio, quam comprehendere nõ potest intellectus noster, nisi esset intellectus noster idem intellectus cũ illo ęterno. & hoc est falsum. Quare verum est id, quod dixerunt Philosophi, ꝙ intellectus habent terminum, ĩ quo firmantur, & eum non transeunt: & est diminutio imaginationis, & cõprehensionis, quę est in hac scientia. Vlterius, qm̃ intellectus noster est scientia entium in potentia, non autem scientia in actu: & scientia in potentia est diminuta à sciẽtia in actu: & quanto magis erit scientia nostra K vniuersalior, tãto magis ingreditur in capitulum scientiæ in potentia & magis ingreditur in capitulum diminutionis scientiæ: & non conuenit vt sit scientia ęterna diminuta aliquo modo: & nõ reperitur in ea scientia in potentia, qm̃ scientia in potentia est scientia in mã. & ideo tenent Philosophi ꝙ necesse est vt sciẽtia primi sit in actu, & ꝙ non sit ibi vniuersalitas, nec pluralitas orta à potentia, sicut est pluralitas specierũ, quæ oritur a genere. prohibetur autem apud nos comprehendere infinitum in actu: qm̃ scita apud nos dis L iunguntur abinuicem. si vero reperiatur hic scientia, in qua vniantur scita, tunc infinita, & finita apud eã sunt ęqualiter. Hoc totum est, quod existimauerũt Philosophi, ꝙ de eo fuerit demonstratio apud eos. &, cũ nos non intelligimus de pluralitate scientiæ, nisi hanc pluralitatem, quæ aufertur ab eo, tunc est scientia eius vna, & existens in actu. Sed comprehendere hoc, & id uere imaginari ẽ impossibile intellectui humano. nã, si homo comprehenderet hoc, tunc esset intellectus eius intellectus Dei glo. & hoc est falsum. Et, qm̃ sciẽtia M de indiuiduo apud nos est sciẽtia in actu, scimus ꝙ scientia eius est magis similis sciẽtiæ indiuiduali, q̃ sciẽtiæ vniuersali, licet nõ fuerit nec vniuersalis, nec particularis. & qui intelligit hoc, intelligit dictum suum, ꝙ non deficit ei pondus grani, nec in cœlo, nec in terra, & alia ex sermonibus, qui sunt de hac re.

ALGAZEL.

Ait Alga. Et iam contradicit in hoc Auicen. alijs Philosophis; qui opinãtur ꝙ ipse non scit nisi seipsum

A ipſum ad cautelã conſecutionis pluralitatis. quomodo ergo communicamus eis in negatione pluralitatis? vlterius contradicit eis in conſtitutione ſciẽtiæ de alio. & qm̃ pudet ipſum dicere ꝙ Deus non ſcit aliquid in hoc ſeculo, & in alio, ſed ſcit ſeipſum tantum, & bene ſcit aliud, & ſcit etiam ſe, & aliud: ergo aliud eſt dignius eo in ſcientia. & dimiſit hoc tanq̃ verecũdus de hac opinione, & quaſi timens: deinde non puduit eũ oĩmode: & exiſtimauit ꝙ eius ſcientia de ſe, & alio etiam omnibus rebus eſt ſubſtãtia ei⁹ abſq; additione, B & ſunt eædem diminutiones, quibus vituperati ſunt omnes Philoſophi, cùm ſit manifeſta contradictio eius prima conſyderatione: ergo nõ euaſit aliqua ſecta eorũ à prauo eloquio de ſcientiis. Sic meritum reddat Deus glor. ei, qui declinat à viis eius, & exiſtimat ꝙ rebus diuinis dominatur cum conſyderatione ſua.

AVERROES.

Ait Auer. Reſponſio huic toti apparet ex eis, q̃ diximus. qm̃ Philoſophi negant ꝙ ſciat aliud eo modo, quo hoc aliud eſt vilioris eſſe, ad hoc vt cauſatum non fiat cauC ſa, & nobilius eſſe vilius eſſe. ſciẽtia enim eſt ſcitum, & nõ negant id, ex eo ꝙ ſcit hoc aliud ſcientia nobilioris eſſe, q̃ ſit ſcientia, qua nos ſcimus aliud, ſed neceſſe ẽ vt ſciat illud hoc mõ: qm̃ hic modus eſt modus, quo reperitur aliud ab eo. Attamen conſyderatio poſſibilitatis pluralitatis ſcitorum de ſcientia ęterna eſt diſputatio ſecũda. & iã recitauimus eã. & non fugiũt Philoſophi propter hãc quæſtionem ad id, ꝙ ipſe nõ ſcit, niſi ſeipſum, prout imaginatur iſte homo, ſed pp id, quod diximus. & eſt vniuerſaliter vt non aſſimiletur ſcĩa D eius ſcientiæ noſtræ, quæ eſt in vltimitate differentiæ cum ipſo. Auicẽna autem conatus eſt cõgregare ſermonem, ꝙ ipſe non ſcit niſi ſeipsũ, & ſcit alia entia ſcientia nobiliori, q̃ ſit illa, qua ſcit ea homo: nã iſta ſcĩa eſt ſubſtantia eius. & hoc apparet ex eo, quod dixit. ꝙ ſcientia eius de ſe, & de alia etiam omnibus rebus eſt ſubſtantia eius, licet non expoſuerit hoc, vt expoſuimus nos. Quare hic ſermo eius non eſt eadem contradictio, qua vituperati fuerunt alij Philoſophi, ſed eſt ſermo omnium, aut quod ſequitur ex ſermone oĩum. &, E cũ hoc quieuerit in mẽte tua, apparebit tibi vilitas eius, qđ ĩfert iſte hõ de intellectu cõtra ſapiẽtes cũ eo, quod apparet de cõuenientia viri cum eis in plurimis opinionum eorum.

ALGAZEL.

Ait Alga. reſpondens pro Philoſophis. Si autem dixerit, cũ affirmatum fuerit ꝙ ſcit ſe eſſe principium relatiue, tunc ſcientia de duobus relatiuis eſt eadem. nam qui ſcit filium, ſciet eum vna ſcientia, qua ẽt eſt ſcientia de patre. paternitas autẽ, & filiatio ſunt vniuerſalia, & plurificantur ſcita, & vnitur ſcientia. & ſic F etiam ipſum ſcit ſeipſum eſſe principium alterius, & vnitur ſcientia, licet numerentur ſcita. deinde cũ intellexerit hoc in vno cauſato reſpectu eius, & hoc nõ faciet pluralitatẽ, additio quidẽ in eo, cuius genus nõ faciet pluralitatem, non faciet pluralitatem. & ſic ẽt qui ſcit rẽ, & ſcit ſciẽtiam ſuam de re, tunc ſcit eã hac ſciẽtia. & omnis ſcientia eſt ſciẽtia de ſeipſo, & de ſcito eius, & numerat̃ ſcitum, & vnitur ſcĩa. & inducat id ẽt, qm̃ vos tenetis ꝙ ſcita Dei glo. ſunt infinita,

G infinita,& scientia eius est una,& nō attribuitis ei sciētias infinitas numero. si autem esset numeratio sciētię, tūc in substātia Dei glo. essēt sciētiæ infinitæ,& sciētia eius vna.& hoc est falsum. Deinde dixit rñdens eis.

ALGAZEL.

AIt Alga. Dicimus quotiēscūq; fuerit sciētia vna omnimode, nō imaginatur alligātia eius duob⁹ scitis, sed facit hoc pluralitatē, vt ponunt Philosophi, & secundum deliberationem eorum in capitulo pluralitatis, ita ꝙ deuenerunt ad hoc,& dixerūt, si esset in primo quiditas co

H pulata ipsi esse, esset ī hoc pluralitas. nam non intelligunt rem habētem veritatem, & postea attribuitur esse: sed existimauerunt ꝙ esse copulatur verificationi,& est aliud ab ea,& determinat pluralitatem. Et secundum hunc modum impossibile est consyderare scientiam alligari scitis multis, quin sequatur ei aliqua pluralitas maior,& excelsior ea, quæ sequitur ex esse suo copulato quiditati suæ. scientia autem de filio,& patre,& sic alijs relatiuis, est in ea pluralitas. nam impossibile est absq; sciētia de substantia filij, & substātia pa

I tris: & sunt duo scita, & scitum tertium,& est relatio: q̃q̃ hoc tertium includatur in duobus scitis præcedētibus, cum fuerint ex cōditione eius, & necessitate eius. sin autem, qui nō scit relatum primo, non sciet relationem. Igitur sunt scientiæ numeratę, quarum aliqua est conditionata alteri.& sic, cùm scit primum seipsum relatum alijs generibus, & specieb⁹, tūc esse principium eorum indiget vt sciat seipsum,& vnitates generū, & sciat relationem sui, quo ad esse principium eorum, licet non intellexerit esse hāc relationem scitam ei. K

Cùm vero dicūt, ꝙ qui scit aliquid, scit seipsum scire eadē sciētia,& erit scitum numeratum, & scientia vna, non est verum: sed scit ipsum scire alia scientia à sciētia, & deueniet ad scientiam, quę latet eum,& non sciet eam. & nō dicimus ꝙ emanatio procedat in infinitum, sed cessat in sciētia alligata scito,& latet in esse scientiæ: nō autem esse sciti.& qui scit nigredinem, & ipse tempore suæ scientiæ est profundæ animæ ī scito suo, quod est nigredo,& latet eum scientia eius de scientia nigredinis, & nō L

respicit ea. si.n. respiceret eam, indigeret alia scientia, vsquequo cessat aspectus ei⁹. Cùm aūt dicit ꝙ hoc cōuertitur contra vos in scitis Dei glo. quæ sunt infinita,& sciētia apud vos est vna, nos quidem dicimus, non disputamus in hoc libro disputatione constituētium, sed disputatione ruinantium,& dubitantium.& ideo appellauimus hūc librum Destructionem Philosophorum, non constitutionem veritatis.& nō est nobis hæc responsio. Si autem dixerit, verum est ꝙ non sequitur vobis opinio alicuius sectæ sectarū, sed id, quod cō- M

uertitur secundum cursum creationis,& sunt æquales intelligētię in dubietate eius, impossibile est vobis id ponere,& hoc dubium conuertitur contra vos,& non est fuga ab eo, dicimus ꝙ non. sed intentio nostra est de diminutione vestra in rationib⁹ vestris circa scire res veras demōstrationibus incisiuis. & induxit vobis dubiū in rationibus vestris. &, cùm apparuerit diminutio vestra, dicimus ꝙ sunt aliqui, qui opinantur ꝙ verificatio rerum diuinarum nō cōprehenditur cōsyderatione intellectus,

A ctus, & etiam nō est impossibile homini comprehēdere eas. & ideo dixit sapiens Consyderate in operationibus Dei & non cogitetis in substātia Dei. Quare vos negatis contra sectam credentem veritatem nuntij cum euidentia miraculorum, quæ non habentur a propositionibus intellectus super affirmationem mittētis quæ magnificat cōsyderationem attributorum, consyderatione intellectus, quæ fit per habentem fidem, ī eo quod est in ea de attributis Dei glo. quæ est post, cùm profertur dictio sciētis, volentis, & potentis, & vi
B uentis, quæ causa est proferre id, qđ non conceditur in eo sciens in diminutione comprehēdi veritatem, cū vero vos negatis ea īputādo eis ignorātiā in vijs demonstrationū, & mō ordinis propositionū in figura syllogismorum, & rationum, dicētes vos ꝙ nos sciuimus ea vijs intellectualibus, iam profecto declarata est diminutio vestra, & destructio viarū vestrarum, & dedecoris vestri in rationibus scientiæ vestræ. & intētum huius declarationis est, vt qui ponit ꝙ demonstrationes Diuinæ sunt incisiuę, vt demōstrationes Geometrię.

C AVERROES.

Ait Auer. Hic est sermo prolixus: cuius conclusio est rhetorica, seu topica. Et summa eius, qđ recitauit, est conseruatio Philosophorum, ꝙ scientia Dei glo. est vna ex duabus rationibus, quarum conclusio est ꝙ ipsi tenēt, ex eo ꝙ in intellectis nostris sunt multa, ex quorum pluralitate non plurificant̃ substantiæ intellectorum, vt apparēt in entibus quædā dispositiones, & non multiplicantur substantiæ in multiplicatione earum, vt ꝙ res sit ens, & vnum, & necessarium, aut possibile. D & hoc postq̃ fuerat ens, est ratio ꝙ sit scientia vna, comprehendens sciētias multas, & infinitas. Ratio autem prima, quam facit in hoc capitulo, est id, quod videtur de rebus intellectualibus, quæ eueniuut rei intellectę in anima: & est similis rebus in entibus apud consyderationē relationum repertarum in eis ex negatione. nam relatio eueniens intellectis, apparet de ea ꝙ sit aliquid, quo non plurificantur intellecta. & dant rationem in hoc: q̄m relatio eueniēs rebus relatis est huiusmodi. Ipse autem contradicit huic rationi, ꝙ relatio, & duo relatiua sunt sciæ multæ, & scientia nostra de paternitate, E exempli gratia, est alia à scientia nostra de patre, & filio. veruntamen ꝙ relatio est attributum additum relatiuis extra animam in entibus, relatio vero, q̄ est in intellectis, dignior est vt sit res, q̄ vt sit attributum additum ambobus relatiuis. Attamen hoc totum est assimilatio sciētiæ humanæ scientiæ æternæ, & est substātia erroris, & ideo omnis, qui adduxit dubium in scientia æterna, & conatur soluere id cum eo, quod apparet de scientia humana, ipse quidem ꝑmutauit iudicium ab eo, quod ap- F paret ad occultum in duobus entibus in vltimitate distātiæ, nō in duobus entibus communibus specie, aut genere, sed diuersis in vltimitate diuersitatis. Secunda vero ratio est. quoniam nos scimus rem eadē scientia. & scimus ꝙ scimus scientia, quæ est eadem cum scientia prima, non attributū ei. & ratio in hoc est, quoniam procederet in infinitum. & id, cum quo respondet ei, ꝙ hæc scientia est scientia secunda, & non proce

G dit, nihil est. quoniã apparet de nobis ꝙ procedit, & non sequitur ex eo ꝙ sciens est sciens aliquid, & non scit quòd ipse scit, vt, cum scit ꝙ ipse scit, sciat scientia addita scientiæ primæ, sed scientia secunda est aliquid ex rebus scientiæ primæ. quare non est ei impossibile procedere in īfinitum. si autem esset scientia existēs in substantia nostra, addita primæ sciētiæ, non esset verus in eo processus in infinitum. Ratio autem, quam fecerunt Philosophi Loquētibus, ex eo ꝙ Loquentes oēs confitētur ꝙ sciæ Dei glo. sunt infinitæ, & scīa vna, est
H qō fm opinionē dicentis, nō aūt qō fm rē. & est cōtradictio, quā aduersarij non possunt euadere, nisi cū ponunt ꝙ scientia Dei glo. non assimilatur in hoc scientiæ creatæ. nam ipse non ignorat, magis q̃ ille, qui credit ꝙ scientia Dei glo. non differt à scientia creata, nisi in quantitate tantum, s. ꝙ est multarum scientiarum tātum. & omnia ista sunt sermones topici, & id, quo sustētatur, est ꝙ scīa Dei est vna, & non est causatum ex causatis, sed est causa eorū, & res profecto, cuius causæ sunt multæ, est ēt multa. res vero, cuius causata sunt
I multa, nō est necesse vt sit multa, eo modo, quo causata sūt multa. & sciētia prima, non est dubium ꝙ negatur ab ea pluralitas, quæ est in scientia creata, vt negatur ab ea mutatio mutatione sciti. & Loquentes ponūt hoc vnam ex radicibus suis. Sed sermones, qui hic dicūtur, sunt sermones topici. Cùm autem dixit ꝙ intētio eius hic non est notificatio veritatis, sed intentio eius est destruere sermones eorum, & facere apparere rationes eorum falsas, non est intentio conueniens, nisi hominibus pessimis, Et quomodo non erit hoc K sic, cùm plurimū, quod adeptus est iste homo ex virtutibus, & excellentia, & docuit sapientiam homines in eo, quod tribuit eis in compēdijs suis, non fuerat nisi ex eo, quod accepit ex libris, quos posuerūt Philosophi, & ex disciplinis eorum. Et ponamus ꝙ ipsi errauerunt in vna re, non tamen ex hoc debemus negare excellentiam eorum in speculatione, & in eo, ꝙ fecerunt exercere intellectum nostrum. Et nisi fuisset eis nihil, nisi Logica, esset necesse ei, & omni, qui scit hanc artem, laudare eos in ea. & tamen ipse scit hoc, L & contradicit ei. & iam fecit in ea libellos, & dixit ꝙ nemini est via adsciendum veritatem, nisi ex hac sciētia: & peruenit ei exaltatio in ea, ita ꝙ extraxit eam à libris Dei glor. est ne conueniens ei, qui adeptus est ex libris, & doctrinis eorum illam vtilitatem, quam accepit ipse? Ex eis itaque iudicauit homines suæ tempestatis, & magnificatum est nomen eius in Mauris, vt dicat hunc sermonem, & narret vilitatem eorum simpliciter, & vilitatem scientiarum eorum. &, licet posuerimus ꝙ ipsi erra M uerint in aliquibus ex rebus scientiarum diuinarum, nos tamen non ratiocinabimur de errore eorum, nisi ex canonibus, quos notificauerunt nobis in scientia Logicæ, & determinamus ꝙ ipsi non vilipēderent nos de eo, ꝙ sumus in errore, si fuisset secundum opinionem eorum. quoniam intentio eorum est notificare veritatem. &, licet non fuerit eis nisi hoc intentum, sufficit hoc in laudē eorum: q̃q̃ nemo dicat in scientijs diuinis sermonem, cui sit fidelitas: & nemo euadit: ab errore, nisi is, cui

A cui tribuit Deus glo. rem diuinam præter naturam hominis, ſicut ſunt Prophetę. & neſcio quid lucratus eſt iſte vir in talibus rebus, peto à Deo veniam de vilipenſione ſermonis, & facti. Quod autem recitauit de credulitate eius, qui ſequitur fidem in his rebus, eſt id, quod dicunt verificantes Philoſophorum. nam ſermo dicentis ꝙ ſcientia Dei, & attributa eius non conſyderantur, & nõ comparantur attributis creaturarum, ita ꝙ dicit ꝙ ſunt ſubſtantia, aut addita ſubſtantiæ, eſt ſermo verificantium ex Philoſophis, & verificãtium alio-B rum ex hominibus ſcientiæ, & Deus dirigat ad veritatem.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dixerit, hoc dubium ſequitur ſm opinionem Auicẽ. cùm exiſtimauit ꝙ primum ſcit aliud: verificantes vero ex Philoſophis determinauerunt ꝙ ipſum non ſcit, niſi ſeipſum, & aufertur ab eis hoc dubium. Et dicimus labor videtur eſſe dedecus in hac opinione. & niſi eſſet in vltimitate mollitiei, & debilitatis, non dimiſiſſent poſteriores, tenere eam. Nos autem oſtendemus modum dedecoris C in ea quã in ea eſt ꝙ cauſata eius eſſent digniora eo. nam Angelus, & homo, & vnaquæq; intelligentiarũ ſcit ſeipſam, & principium ſuum, & ſcit aliud: Primum vero non ſcit niſi ſeipſum: ergo eſt diminutum in comparatione ad quemlibet hominum, quanto magis Angelorum. Imo etiã beſtiæ cum earum ſenſatione ſui ipſius ſciunt alia præter ſe. & nõ eſt dubium ꝙ ſcientia eſt nobilis, & priuatio eius eſt diminutio. Quæro vbi eſt dictum eorum ꝙ ipſum eſt deſyderatum, & deſyderãs, & eſt ei gloria perfecta, & pulchritudo adimpleta? D & quæro quę pulchritudo eſt enti ſimplici, non habenti quiditatem, nec verificationem, neq; ſcientiam de eo, quod currit ĩ mũdo, & de eo, quod ſequitur à ſubſtantia eius, & prouenit ab eo: & q̃ diminutio eſt maior iſta in ſcientia Dei? O q̃ maxime admirabitur intelligens eo, qđ profunde ſpeculati ſunt de intellectis ſm exiſtimationem eorum: deinde finit ſpeculatio eorum ad hoc, ꝙ Deus Deorum, & cauſa cauſatorũ non habet ſcientiam omnino de eo, quod currit in mundo. & que eſt differentia inter eum, & mortuum, niſi ꝙ ſcit ſeipſum? & quę eſt perfectio E in ſcientia ſui ipſius, cum ignorauerit aliud? & hæc opinio non indiget in imaginatione dedecoris eius loquela cum Melodia, & Rhetorica. Deinde dixit eis ꝙ iſti non euadunt à pluralitate cum reductione eorũ ad hoc dedecus. Nam nos dicimus, aut ſcientia eius eſt alia à ſeipſo, aut eadem. ſi dicitis ꝙ eſt alia, tũc eſt pluralitas. ſi vero dicitis ꝙ ſit eadẽ, quæ ergo eſt differentia inter vos, & dicentem ꝙ ſcientia hominis de ſeipſo eſt ipſemet? & eſt demẽtia, & ſtultitia, cum intelligat eſſe ſui per ali- F quid exiſtens in eo, quod non apparet in ſubſtantia eius, deinde aufertur illa occultatio, & excitatur, & reducitur ad ſe, & tunc erit conſyderatio eius de ſeipſo alia a ſubſtantia ei⁹ abſq; dubio. Si vero dicitis ꝙ hõ eſt priuatus ſcientia de ſubſtantia ſua, & innouatur ei, & erit alia ab ea ſine dubio, dicimus ꝙ alietas non ſcitur in ĩnouatione, & copulatione. nam identitas rei impoſſibile eſt vt innouetur ſupra rem, & alietas rei, cum ſe paretur à re, non redit idem, & non

G exitquin sit aliud. Si autem primũ non defecit esse sciens de se ipso, non indicat ꝙ scientia eius de se ipso est ipsummet. & ampliata est cogitatiua in consyderationem substantiæ, deinde in innouationem consyderationis. &, si hoc esset, ipsamet substãtia nõ potuisset imaginari hanc cõsyderationem. Si vero dixerit substantia eius est intellectus, & scientia, & non habet substantiam, deinde scientia existit in eo, dicimus delusio est manifesta in hoc sermone. nam scientia est attributum: & attributum est accidens determinans rẽ, H cui attribuitur. & sermo dicentis est in seipso intellectus, & scientia est sicut dicere est posse, & voluntas, & ipsum existit in se. Si autem hoc dicatur ei⁹, est quidem sicut sermo dicentis de nigredine, & albedine ꝙ existens in se, & quantitate, & quadratura, & trinitate existit in se, & sic in omnibus accidentibus. Attamen via, quæ facit falsitatem, vt sint attributa corporum in se absque corpore, quod est præter attributa in alio, est via in scientia, ꝙ attributa viuentis ex scientijs, & vita, & posse, & volun- I tas etiam non existunt in se, sed existunt in substantia. nam vita existit in substantia, & ex ea erit vita eius. & sic scientia existit in substantia, & erit sciens ex ea. & sic alia attributa. ergo nõ solum proferunt primo negationẽ alioꝝ attributorum, & negationẽ verificationis, & quiditatis, sed ẽt negãt ab eo existẽtiam in seipso: & id reducunt in veritatẽ accñtium, & attributorum, quæ non hñt existentiam in seipsis, ita ꝙ nos declarabimus postea diminutionem eoꝝ à producendo rationem. ꝙ sciat de se ipso. & alia quæstio est separata.

AVERROES.

K Ait Auer. Sermo in sciẽtia Dei glo. de se & de alio est prohibitus, cum sit topice hora disputationis, quãto magis ponere eum in scriptis. nam non peruenit intelligentia vulgi ad tales profunditates. &, cùm disputatur cum eis in hoc, destruitur dininitas apud eos. quare disputatio cum eis in hac scientia prohibita est, cùm sufficiat in felicitate eorũ vt intelligant in hoc id, quod potest percipere intelligentia eorũ. Quare lex, cuius intẽtio prima fuit docere vulgus, non defecit circa intelligentiam harum rerum de Deo glo. ex eo ꝙ sunt in homine, sicut di- L xit ipse glo. Non erit tibi Deus alienus. & dixit Qui non vident, nec audiunt. & dixit Oculos habent, & non vident, sed indiguit ad faciẽdum intelligere aliqua de Deo glo. assimilatione eius instrumentis humanis, vt dixit Manus eius fundauit terram, & dextra eius mẽsurauit cœlum. Et hæc quidem quæstio est propria sapientibus, quos dedicauit Deus veritati. vnde nõ debent poni in scripturis, nisi in libris positis in via demonstratiua: & sunt quorum mos est vt legantur secũdum ordinem, & post acquisitionem sciẽtiarum aliarum, M quæ impediunt multos homines à speculatione in eis modo demõstratiuo, cum fuerint perfectæ creationis conuenientis cum paucitate reperiendi hanc creationem perfectã in homine. Sermo autem de his rebus cum vulgo est, sicut qui dat potum venenorum multis corporibus animalium, quibus sunt venena. nã venena sunt res appropriatæ: quia aliquod erit venenum proprium alicui animali, quod erit nutrimẽtum

Quo [...] cto deb[...] tradi [...] vulgari qũo sa[...] tibus,

A in alio aĩali. & ſic eſt diſpoſitio ĩ opinionibus cum hominibus, ſ. ꝙ aliqñ erit opinio, quæ erit venenum in aliquibus hominibus, & nutrimentum in aliis. & qui ponit ꝙ opiniones omnes ſint conuenientes omnib⁹ hominibus eſt, ſicut qui ponit oĩa eſſe nutrimentum omnibus hominib⁹. & qui prohibet ſpeculationẽ ab eo, cui dẽt tribui eſt, ſicut q̃ ponit cibos oẽs venena oĩbus hoĩbus. & non eſt ſic, ſed eſt in eis aliquod, quod eſt venenũ aliquibus hoĩbus, & nutrimentum aliis. & qui dat venenũ ei, cui ẽ cõueniẽs, debet inculpari, licet fuerit aliis nutrimentũ. & qui prohibet B venenum ab eo, cui eſt nutrimẽtũ, ita ꝙ moritur, debet etiam ei inculpari. & ſm hoc res dẽt intelligi hic. & ideo, cũ errãt ꝓraui, & ſtulti, & dãt venenum ei, cui debet venenum tribui, ita ꝙ ſit nutrimẽtũ, debet Medicus conari in arte ſua ad medẽdum ei. Quare licitum eſt nobis loqui de hac qõne in huiuſmodi libro. & niſi eſſet hoc, nõ teneremus ꝙ liceret nobis. ſed ex rebellio expreſſa aut ex rebus maximi fletus in terris, & pœna exprimentium eſt ſcita in lege. Et, cùm impoſſibile ſit quin loquamur C in hac quæſtione, dicimus in ea, ſm ꝙ requirit vis loquelæ de ea in hoc loco apud eum, qui non eſt aſſuefactus in rebus, in quibus debet ſe exercere ante conſyderationẽ in hac qõne. Et dicimus ꝙ, cum Piloſophi cõſyderauerunt in oĩbus cõprehenſibilibus. inuenerunt ꝙ ſunt dupliciter. aliquod. n. eſt comprehenſibile ſenſu, & corpora exiſtentia in ſe demõſtrata, & accidentia demonſtrata in corporibus illis: & aliquod comprehenſibile in intellectu, & ſunt quiditates rerum illarum ſenſibilium, &

a : qua ...iloſo- ...i entia ...nſydera ...rũt, eaq; quidi...es, ac ac...dẽtia in ...nerunt. ...đ ſupra ...pu. 3.

naturæ earũ, ſ. ſubſtantiæ, & accñtia, D Et inuenerunt ꝙ ea, quæ habẽt quiditates, in rei veritate ſunt corpora. Et intelligimus per quiditates corporum attributa reperta in eis, quibus corpora illa ſunt in actu, & appropriata in aduentu alicuius actionis, & operationibus prouenientib⁹ ex eis. Differunt autem hæc attributa ab accidẽtibus apud eos. qm̃ inuenerũt accñtia res additas ſubſtantiæ demõſtratæ exiſtenti in ſe, indigentia quidẽ ſubſtantiis, in quibus exiſtunt, & ſubſtãtiæ quidẽ nõ indigẽt exiſtentia eorum in eis, ſ. accidẽtiũ. Et inuenerũt hæc attributa, quæ nõ E ſunt accñtia, non addita ſubſtantiæ, ſed ſunt ipſamet verificatio ſubſtantiæ demonſtratæ, exiſtẽtis per ſe: ita ꝙ, ſi imaginaretur ablatio illorũ attributorum, auferetur ſubſtantia. Et ſciuerũt hæc attributa in entibus demõſtratis, ſ. corporibus ex operationibus vniuſcuiuſq; corporis, ex corporibus illis eis propriis. exẽpli gratia qm̃ ipſi comprehenderunt attributum, quo fuit planta plãta, ex operatione eius ſibi propria: & attributa, quibus viuens eſt viuens, ex operationibus viuẽtis ſibi propriis. & ſic F comprehenderunt ꝙ ſunt in inanimatis formę huiuſmodi ſibi ꝓpriæ propter operationes inanimatorum ſibi proprias. Deinde, cùm conſyderauerunt in his attributis, ſciuerunt ꝙ ſunt in ſubiecto huius ſubſtantię. & cognitum fuit eis hoc ſubiectum ex conuerſione entium demonſtratorum ex ſpecie ad ſpeciem, & ex genere ad genus cum conuerſione attributorum, & mutatione eorum. ver. g. conuerſio naturæ ignis ad aerem, cũ aufertur attributum, ex quo ꝓuenit operatio ignis. & eſt id, quo

G ignis est ignis ad attributum, ex quo prouenit operatio aeris sibi propria & est id, quo aer appellatur aer. Et adduxerunt rōnem etiam, ꝙ reperiatur, hoc subiectū, ex eo ꝙ substantia demonstrata patitur ab alio: sicut assumpserūt rōnē de operatiōe ex parte formæ. qm̄ impossibile est vt imaginet̃ ꝙ sit actio, & passio ex re, quæ sit vnius naturæ. Et crediderunt ex hoc ꝙ omnia corpora agentia, & patientia sunt cōposita ex duabus naturis, agēte, & patiente: & appellauerūt agens formam, & quiditatē, & substā H tiā: & appellauerunt patiēs subiectū, fundamētū, & materiā. & patuit eis ex hoc ꝙ ista corpora sensibilia non sunt corpa simplicia sicut apparet sēsui, nec cōposita ex corporibus simplicibus: cùm oē corp⁹ habeat actionem, & pasionē[l]. Et opinati sunt ꝙ ea, quæ apprehendit sensus ex istis, sunt corpora demōstrata, cōposita quidē ex duobus istis: quorum vnū appellauerūt formā, aliud vero materiam. & id qd̄ cōprehēdit intellus ex istis sunt formæ, quæ fiūt intellecta, & intellectus, cùm abstraxerit ea intellectus ex rebus, quibus existūt, I scilicet eo. quod appellauerūt subiectum, & materiam, & esse accidētiū diuiditur intellectu in has duas naturas: licet subiectum eorū in rei veritate, s. sedes, in qua fuerint, sint corpora cōposita ex his duob⁹. Et, cùm distinctæ fuerūt apud eos res intellectuales à rebus sensibilibus, & declaratum fuit eis ꝙ sunt in sensibilibus due naturæ, quarū vna est potentia alia vero actus, considerauerūt quæ duarum naturarum pręcedit aliam: & inuenrunt ꝙ actus precedit potentiam, cùm agens sit prius acto. Et consyderauerūt in causis, & causatis, & finitur processus in eis ad causam K primā, quę est in actu, & est causa prima oīum causarum, & affirmauerunt ꝙ sit actus purus, & ꝙ in ea nihil sit potentiæ omnino. nam, si esset in ea potentia, esset causata aliquo modo, & causa aliquo modo, & non esset prima. Et, qm̄ omne compositum ex attributo, & re cui attribuit̃, est in eo potentia, & actus, sequitur apud eos vt non sit Primum, compositum ex attributo, et eo, cui attribuitur. &, cum fuerit apud eos oē, quod est immune à potentia, intellectus, sequitur apud eos, vt Primum sit intellectus. Hęc est via Philosophorū L conclusa breuiter. Si autem fueris ex hoībus perfecte creationis dispositæ ad recipiendum scientias, et eris ex hoībus constantiæ, & ocij, iubeo profecto tibi vt incumbas libris Philosophorum, & scientijs eorum, ad hoc vt habeas id quod est in libris eorum ex veritate, aut cōtrario eius Si vero fueris ex eis, quibus deficit vnum horum trium, iubeo vt incūbas dictis simplicibus legis, & nō cōsyderes in his credulitatib⁹, quæ fiūt in Mauris. nam, si tu eris ex eis, non eris quidem nec ex hominibus veritatis, nec ex hominibus legis. & hoc M est, quod mouit istos homines ad credendum ꝙ hæc substantia, quam inuenerunt, sit principium mundi, & ꝙ sit simplex, & ꝙ sit scientia, & intellectus. Et, qm̄ viderunt ꝙ ordo hic repertus in mūdo, & partibus ei⁹ ꝓuenit ex scientia præcedenti, determinauerunt, ꝙ hic ītellectus, & scientia sit principium mūdi: qd̄ fuit causa vt reperiatur, & vt sit intellectum & hoc profecto est distans à primis notitijs, & rebus famosis, ita quòd impoſſe est vt exponatur vulgo ēt, & multis

Passio ratio fuit inueniēdi subiectum: opatio vero formā.

A & multis ex hoĩbus: & eſt prohibitum ei, cui eſt veritas patefacere hoc ei, cui non eſt via ad habendum veritatem. nam eſſet, ac ſi interfeciſſet eum. Appellant autem ſeparatum à materia ſubſtantiam: quoniam inuenerunt definitionem propriam ſubſtantiæ, quòd eſt id, quod exiſtit per ſe. et, cùm primum ſit cauſa omnis eius, quod exiſtit per ſe ex entibus, ideo eſt dignus noĩe ſubſtã tiæ, & noĩe entis, & noĩe ſcientis, & nomine viuẽtis, & oĩum rerũ, quas influxit entibus, & præcipue, & quicquid eſt earum ex attributis perfe-

B ctionis. Reliquum vero, in quo vituperauit iſte vir hanc opinionem, eſt res, cui non eſt inſpiciendum niſi à vulgo, & vilibus hominibus: & sũt quibus prohibitũ eſt eis audire hũc ſermonem. Et, cùm dixit & quæ pulchritudo eſt enti ſimplci, non habenti quiditatem, nec verificationem. nec ſcientiam eius, quod fit in mundo? nec eius, quod ſequitur ex ſubſtantia eius, & prouenit ab ea? vſq; ad finẽ ſermonis, eſt ſermo corruptus totus. Nam, ſi ipſi ponerent quiditatem remotam à ſubiecto, tũc profecto erit remota ab attributis,

C & non erit ſubiectum attributis, niſi eſſet in ſubiecto, & eſſet compoſita ex natura potẽtiæ, & natura actus. Et eſt habẽs quiditatem, quæ eſt ſimpliciter & entia non erunt habẽtia quiditatem, niſi mediante ea. Et eſt ens ſcientiæ de entibus ſimpliciter: qm̃ entia ſunt intellecta, & reperta ex ſcĩa eius de ſeipſo, nam cũ fuerit ipſum cauſa quòd entia reperiantur, & ſint intellecta, & ſunt entia in quiditatibus ſuis, & intellecta propter ſcientiam eius, ergo ipſum eſt cauſa ꝙ quiditates eorum reperiantur,

[margin: itellect⁹ imus habet quiditatem ſimpliciter: re qua vero qua habẽt quiditaté ea mediante.]

& ſint intellecta. Philoſophi autem negauerunt de eo ꝙ ſit ſcientia eius de entibus, vt ſcientia hoĩs de eis, qui eſt cauſatus ab eis. ergo ſcientia eius de entibus eſt in contrarium ſcientiæ hoĩs, cùm fuerit facta demonſtratio de hac ſpecie ſciẽtiæ, attamẽ ſm̃ opinionem ſectæ Aſſariæ nõ habet oĩno quiditatem, nec ſubſtantiã qm̃ eſſe ſubſtantiæ non habẽtis quiditatem, nec ꝙ ipſa ſit quiditas, non intelligitur: licet quędã pars Aſſariæ ſectæ opinetur ꝙ ſit quiditas ei propria, qua diſcernitur ſubſtãtia eius ab aliis entibus. & hęc quiditas apud E Sophios eſt quod ſignificatur ꝑ nomen Dei magni. Cum autem dixit iterũ dicatur iſtis non euadũt à pluralitate cum reductione eorũ in hãc vilipenſionem, nã nos dicimus aut ſcĩa eius eſt alia à ſubſtantia eius, aut eſt eadem. ſi dicitis ꝙ ſit alia, ecce ꝙ eſt pluralitas. ſi vero dicitis ꝙ ſit eadem, quæro quę differentia eſt inter vos, & dicẽtem ꝙ ſcientia hoĩs de ſe ipſo eſt ipſemet, eſt profecto ſermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis. & qui loquitur in eo eſt dignior hoĩbus verecundia, & vituperio: qm̃ eſt inconueniens vt perfe- F ctum remotum ab attributis innouationis, & mutationis: & diminutionis ſit in denominatione diminuti, & mutabilis. nam homo, ex eo ꝙ eſt quid compoſitum ex ſubiecto, & ſcientia reperta in hoc ſubiecto, neceſſe eſt vt ſit ſcientia eius alia à ſubſtantia eius aliquo modo, vt dictũ eſt, cùm ſubiectum ſit cauſa mutationis ſcientiæ, & ſubſtãtiæ. Et, quoniam homo eſt homo, & dignior omnibus entibus ſenſibilibus, propter intellectum copulatum ſubſtantiæ ſuæ, non ex ſeipſo, neceſſe eſt vt

 ille,

G ille, qui eſt ex ſeipſo ītellectus, ſit dignior omnibus entibus, & ſit remotus ab omni diminutione, quæ reperitur in intellectu hominis. Et, cũ dixit, ſi autem dicatur ſubſtantia eius eſt intellectus, & ſcientia, nec habet ſubſtantiam, & poſtea ſcientiam exiſtentem in ea, dicimus ꝙ ſtultitia apparet in hoc ſermone, nam ſcientia eſt atrributum, & accidens determinans rem, cui attribuitur. Et ſermo dicentis de nigredine, & albedine, & eo, quod exiſtit ex ſe, & quãtitate, & quadratura, & trinitate ꝙ cõſiſtat in ſe, & ſic ī omnibus accidẽtibus, vſq;
H ad & ſic in aliis attributis, dicimus ꝙ malignitas, & fallacia magis videtur in ſermone eius. quoniam declaratum eſt, ꝙ reperitur aliquod attributum, quod eſt dignius appellari ſubſtantia, quàm ſubſtantia exiſtẽs per ſe, & eſt attributum, quo hæc ſubſtã tia, exiſtens per ſe, exiſtit per ſe. nam declaratum eſt ꝙ ſubiectum huius attribu i non eſt aliquid exiſtens p ſe, nec repertum in actu, ſed ineſt ei exiſtẽtia per ſe, & eſſe in actu ex hoc attributo, & eſt ī ſuo eſſe modo, quo ſit recipiens accidẽtia, licet appareat in aliquo eius ꝙ indigeat ſubiecto
I in rebus, quæ mutantur. quia fundamentum in accidentibus eſt vt exiſtant in alio: & fundamentum in quiditatibus vt exiſtant in ſe, niſi id, quod euenit hic in rebus generabilibus, & corruptibilibus de indigẽtia quiditatum earum ſubiecto. & hoc profecto attributum eſt diſtantiſſimum omnium à natura accidẽtiũ: & aſſimilari apud eum ſcientiam, quæ eſt ibi accidentibus, quæ ſunt hic, eſt in vltimitate mollitiei: & eſt quid debilius, & leuius ſermone ei⁹, qui dicit animam eſſe accidens, vt trinitatem, & quadraturam. Et hoc K ſufficiat in deſtructione hui⁹ ſermonis totius, & debilitatis eius. Et appellatur hic liber Deſtructio ſimpliciter, non autem deſtructio Philoſophiæ. O quantum eſt diſtans natura ſcientiæ à natura accidentis, & præcipue ſcientia primi glo. & cùm fuerit in vltimitate diſtantiæ à natura, accidens eſt in maxima remotione indigentiæ ſubiecti.

DISPVTATIO. VII.

De deſtructione ſermonis eorũ, quod primum impoſſibile eſt vt communicet cum alio in L genere, & ſeparetur ab eo differẽtia aliqua: et quod non dirigitur ad id verificatione intellectus diuiſio in genus, & differentiam.

ALGAZEL.

It Alga. Et determinauerunt in hoc, & ædificauerũt ſupra id, ꝙ cùm non cõmunicetur cũ alio M in re generica, non ſeparatur ab ea in re differentiali. ergo non erit ei definitio. nam definitio fit à genere, & differẽtia, & quicquid non habet compoſitionem. nõ hẽt definitionẽ, & hęc quidẽ eſt ſpẽs compõnis. Et exiſtimauerũt ꝙ ſermo dicentis ꝙ in eo, ꝙ æquat̃ cauſato primo, cùm ſit ens, & ſubſtãtia, & cã alterius, & ſeparatur ab eo in alio, abſq; dubio nõ eſt cõicatio in gñe, ſed eſt cõicatio in c. nſequenti vl'i.

Et

A Et est quidem differentia inter genus,& consequens in rei veritate,licet non differant in vniuersalitate, vt scitum est in Logicis. nam genus substantiale est vniuersale dictum cum responsione quid est, & ingreditur in quiditatem rei definitæ, & notificat substantiam eius. ec enim hominē animal, ingreditur in quiditatem hominis,s. vita,& est genus esse vero genitum, seu creatum est quid consequens ei, à quo non separatur omnino, sed non ingreditur in quiditatem,licet fuerit consequēs
B vniuersale.& scitur hoc in Logicis scientia vera,quę non latet. Et existimauerunt ꝙ esse non ingreditur omnino in quiditatem rerum, sed est relatum quiditati, aut copulatū, quod non separatur, vt cœlum, aut quid superueniens, postquā nō fuerat,vt res innouatæ.ergo communicatio in esse non est communicatio in genere, sed communicatio eius, ex eo ꝙ est causa alterius, sicut sunt aliæ causæ, est communicatio relatiue,& consecutiue. & nō ingreditur etiam in quiditatem. nam principium,& esse non facit vnumquod-
C que eorum consistere substantiam, sed consequuntur substantiam post constitutionem substantiæ per partes quiditatis eius.& non est cōmunicatio in eo,nisi communicatio in consequenti vniuersali,quod sequitur substantiam consecutionis eius, non autem in genere. quare nō definimus res, nisi per constituentes eas.si vero definimus per consequētes, erit descriptio ad discernendum, non ad formandum veritatē rei.nam non dicitur in definitione trianguli quòd est is, qui habet tres angulos æquales duobus rectis, licet hoc fuerit consequens vniuersale omnibus triangulis,sed dicitur ꝙ est D
figura,quam circundant tria latera.Et sic est communicatio in eo ꝙ sit substantia. nam esse substantiam est ꝙ sit ens non in subiecto: ens autem non est genus. cum enim copuletur ei aliquid negatiuum,& est ꝙ non sit in subiecto, non fit genus cōstitutiuum:sed,si copulentur ei consequētia eius,& dicitur ens in subiecto,non numeratur quidem genus per accidens. nam qui scit substantiam per definitionem eius, quæ est quasi descriptio eius,& est quòd est ens non in subiecto, nō scit quòd sit E
ens,quanto magis vt sciat ꝙ sit in subiecto,aut non in subiecto.sed,cū dicimus in descriptione substantiæ ꝙ est ens non in subiecto, intelligimus ꝙ sit verum ꝙ reperitur ens non in subiecto,& nō intelligimus ꝙ sit ens in actu dispositione abstractionis:ergo non est communicatio cum eo cōmunicatio in genere, sed communicatio per constituentes quiditatem est communicatio in genere,ducens separationem postea cum differentia. Primum vero non habet quiditatem, nisi esse necessarium.nam esse necessarium est F
natura verificationis eius,& quiditas eius in se est ei,& non alteri. &, cum necessitas in esse non fuerit natura vera,& quiditas in se,nisi communicet cum alio, & non separatur ab eo differentia specifica,ergo non habet definitionem.

AVERROES.

AIt Auer. Hæc est summa eius quod recitauit nomine Philosophorum in hoc sermone,& in eo est veritas,& in eo est falsitas. Cum autem

G autem dicunt ꝙ Primum impossibile est vt communicet cum alio in genere,& separetur ab eo differentia,si intelligunt per genus, quod dicitur vniuoce,est verum. & sic differentia,quæ dicitur vniuoce,quoniã omne,quod est huiusmodi, ē compositum ex forma vniuersali, & particulari. & hoc est id, cui reperitur definitio. Si vero intelligunt per genus genus dictum per prius, & posterius,reperitur ei genus, & est ens exempli gratia,aut res, aut esse, aut substãtia.& iam erit ei definitio ex hac specie definitionis. nam talibus H definitionibus vtimur in scientiis, vt dicitur in definitione animæ ꝙ sit perfectio corporis naturalis,organici.& sicut dicitur in definitione substantiæ ꝙ est ens non in subiecto. Attamen istæ definitiones non sufficiunt in notificatione rei, sed faciunt ad dirigẽdum ex hoc ad vnũquodq; eorum, quæ ingrediuntur sub talibus definitionibus,& ad imaginationem eius cum eo, quod est ei proprium. Cum vero dixit nomine Philosophorum ꝙ nomẽ entis significat de substantiis rerũ consequẽs vniuersale,eius est sermo falI sus.nam declarauimus hoc in multis locis,& nemo eorum dixit hoc, nisi Auicenna tantum. quoniã, cũ est inconueniẽs apud eum vt sit genus dictum vniuoce,& est inconueniens quoq; apud eum vt sit nomẽ æquiuocum, existimauit ꝙ sit nomen significans consequens vniuersale rebus. & quicquid dixerint de substantia,sequitur de consequẽti,licet consequens non dicitur de de eo cum responsione quid est.

Vlterius, si significaret consequens rerũ,aut significaret hoc consequẽs vniuoce,aut æquiuoce,aut consecu- K tiuo alio. Si significaret vniuoce, q̃ro quomodo reperitur accidens,dictũ vniuoce de rebus diuersis in substantia.& puto ꝙ Auicenna concedit hoc.& est falsum, quoniam erit rerum diuersarũ aliquid, quod est vniuocum,& vnum,nõ ex eo quod res illæ diuersæ conueniunt in vna natura. nam sequitur necessario vt sit consequens vnum naturæ vnius, sicut actio vna prouenit etiam à natura vna.&,cum hoc fuerit falsum, ergo nomẽ entis significat de rebus substantias propinquas adinuicem. L & aliqua in hoc perfectior est alia. quare res,quarum esse est tale, eē in eis est primum,quod est causa aliorum,quæ recipiuntur in hoc genere. ver.g.cum dicimus calidum dicitur secũdum prius de igne, & posterius de rebus calidis.& quod dicitur secundum prius de eis, & est ignis, est causa vt alia sint calida. & sic est in intellectu,& principio,& substantia,& similibus nominibus. & plurimæ naturarum eius,quod comprehendit scientia Diuina, sunt huius generis, & nomina talia reperiunt in substantiis,& reperiuntur in acci M dentibus. Quod autem dixit de descriptione substantiæ nihil est. sed ens est genus substantiæ, assumptũ in definitione eius eo modo,quo assumuntur genera harum rerum in definitionibus earum.& iam declarauit hoc Alpharabius in libro suo de demonstratione. & id, quod est apud Philosophos,est dignius hoc. Auicenna autem errauit. quoniam, cum ipse vidit ꝙ nomen entis significat verũ idiomate Arabico, & q͛d significat verum significat accidens ꝓculdubio,sed in rei veritate significat

definitio componitur ex forma vni et particulari

A ficat verificationem intellectorum secundorum, s. rationabilium, existimauit quod, cum vtuntur eo translatores, significat hoc idem. & nō est sic, sed intelligunt per id translatores significare id, quod significat nomen substantiæ, & rei. Etiam declarauit hoc Auiyesa in libro nominum, & notificauit quod vna causarum errorū euenientium in hoc est, quoniam nomen entis est in figura deriuati, & deriuatum significat accidens.

Attamen in rei veritate est in radice idiomatis deriuatum. sed quoniā translatores nō inuenerunt in idio-B mate Arabico vocabulum significans id, quod diuidunt Antiqui in substantiam & accidens, & potentiā & actum. s. vocabulum, quod sit prima radix, & nō deriuatum, ideo protulerunt aliqui eorum per nomē entis, non quod intelligatur de eo deriuatum, quod significat accidēs, sed id, quod significat nomen substantiæ, & est nomen artificiale, non autem idiomaticum. Et aliquis eorū propter dubium, quod euenit in hoc decreuit vt proferat rem, quam intelligit idioma Græcum dicere de eo, proferēs per dictionem entis id, C quod significat copulam prædicati cum subiecto. quoniam vidit quòd hoc est propinquius significationi huius rei. & vsus est loco nominis entis nomine esse. sed ipsum etiam est diuersum ab hac dictiōe aliquo regimine, quod non reperitur in Arabico. quare īclinauit alia secta ad nomen entis. ens vero, quod est verum, est cuius intelligentia est diuersa ab intelligentia quiditatis. & propter hoc aliquis potest scire quiditatem, & non sciet eē. & hoc est aliud à quiditate in composito de necessi-tate. Attamen ipsum, & quiditas in D simplici est idem, non autem id, quod significauerunt translatores per nomen entis. nam est ipsamet quiditas. Et, cū dicimus quod entis aliquod est substantia, & aliquod accidens, debet intelligi per ens, id, quod significant translatores, & est significatio dicta per prius & posterius de substantiis rerum diuersarum. Et, cum dicimus quod substantia est ens, debet intelligi id, quod intelligitur de vero. & sic etiam, cum intelligimus de interrogatione famosa apud Antiquos. & est an ens est vnum, aut plura. & est de qua loquitur Arist. cum E Parmenide, & Melisso ex Antiquis Primo Physicorum. & non debet intelligi de hoc, nisi id, quod significat substantia. si enim ens significaret accidens in subiecto, erit sermo dicentis quòd ens est vnum contradicens sibi ipsi. & hoc totum est manifestum ei, qui assuetus est in libris Philosophorum. Et, cum cōpleuit adaptare sermonem eorum, incœpit dubitare eis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Hæc est intelligentia opinionis eorum & sermo cō- F tra eam est dupliciter interrogatio, & destructio. interrogatio autē est vt dicatur eis hæc est narratio opinionis, quæro vnde sciuistis hoc esse falsum in Primo? adeo quòd ædificastis super illud remotionem secūdationis, quoniam dixistis quod Deus non debet communicare cum alio, & separari ab eo in aliquo: & id, in quo est aliquid, quo communicat cum alio separatur ab eo, est compositum, & compositio in eo est falsa.

AVER-

G AVERROES.

AIt Auer. Iam dixi ꝙ hoc ſequitur propter communicationẽ quæ reperitur ex parte generis dicti vniuoce, non autem ex parte generis dicti ſecundum prius & poſteriꝰ. & cum ponitur cum Deo Deus in gradu Primi in deitate, tunc erit nomen Dei dictum de eis vniuoce. ergo eſt genus. & oportet vt diuidanẽ abinuicem aliqua differentia, & erit quilibet eorum compoſitus ex genere, & differentia. Philoſophi autem non concedunt de ente antiquo aliquam communicationem in genere omnino.
H Si vero dicitur de eo ſecundum prius, & poſterius, neceſſe ẽ vt prius ſit cauſa poſterioris.

ALGAZEL.

AIt Alga. contradicens eis. Et dicimus hæc ſpecies compoſitionis vnde ſcitis ꝙ ſit falſa? & non eſt ratio de hoc, niſi ſermo recitatus nomine eorum de ablatione attributorum, & eſt ꝙ compoſitum ex genere, & differentia aggregatur ex partibus. &, ſi poſſibile eſſet alicui partium, aut omnibus eſſe abſque alia, erit ipſa neceſſarium in eſſe, alia vero non erit neceſſarium. &, ſi nõ eſt
I verum eẽ partium præter aggregatum, & aggregati præter partes, erit totum cauſatum, indigens alio. & iã locuti ſumus de eo in attributis, ꝙ hoc non eſt falſum in ceſſatione emanationis. & demonſtratio nõ infert niſi ceſſationem emanationis. Magnificationes autem, quas falſo inuenerunt de neceſſitate attributi neceſſarii in eſſe, hoc quidem non demonſtrat ratio. &, ſi eſſet neceſſarium in eſſe id, quod dixerunt ipſi, & eſt ꝙ non ſit in eo pluralitas, tũc non indigeret in conſiſtentia eius alio: igitur non eſt probatio de affir K
matione neceſſarij in eſſe, ſed probatio de ceſſatione emanationis cãrum. & hoc eſt, cui reſpondemus in attributis. & eſt in hac ſpecie magis manifeſtum. nam diuidi aliquid in genus, & differentiam non eſt ſicut diuidi aliquid in attributum, & id, cui attribuitur. nam attributum eſt aliud à ſubſtantia, & ſubſtantia alia ab attributo. ſpecies vero non eſt alia à genere omnimode. &, quotiẽſcunque nominamus ſpeciem, nominamus genus cum additione. &, cũ nominamus hominem non nominamus niſi animal cum additione L
rationis. Igitur ſermo dicẽtis an humanitas ſufficeret abſque animalitate eſt, ſicut ſermo dicentis an humanitas ſufficiat in ſeipſa, cum includitur cum ea aliquid aliud. & hoc remotius eſt à pluralitate, quàm ſit attributum, & id, cui attribuitur. Et q̃ro quomodo erit falſum, vt ceſſet emanatio cauſatorum ad duas cauſas, quarum vna eſt cauſa cœli, & alia cauſa elementorum, aut vna eſt cauſa intelligentiarum, & alia cauſa corporum omnium, & erit inter ea dr̃ia in re, vt eſt dr̃ia rubedinis, & calidi in eodem ſubiecto, quæ differunt re, abſque eo ꝙ ponatur in rubedine compoſitio generis, & differentiæ, modo, quo recipit ſeparationem ſed, ſi fuerit ei pluralitas, ẽ ſpecies pluralitatis, quæ nõ ingreditur in eſſe ſubſtantiæ: quæro quomodo hoc erit falſum ĩ cauſis? & cum hoc declarabitur eos non poſſe remouere duos Deos agentes. M

AVERROES.

AIt Auer. Compoſitio autem, quæ eſt inter genus, & differẽtiam, eſt eadẽ cõpoſitio, quæ eſt rei, quæ

A q̃ eſt in potentia, & rei, quæ erit in actu. qm̃ natura, quam ſignificat genus non reperitur in actu aliquo tempore, niſi ex natura, quæ appellatur differentia, & forma. & omne id, quod eſt apud homines compoſitum ex duabus iſtis naturis, eſt generabile, & corruptibile, & habet agẽs. nam differentia eſt ex conditione eſſe generis, in eo q eſt in potentia, & non reperitur nudum differẽtia. & copulatio vniuſcuiuſq; eorũ alteri ẽ aliquo mõ cõdõ in eſſe alterius. & idẽ impoſ'e eſt vt ſit cauſa cõditionis eſſe ſui ipſius, ergo eſt ei de ne-B ceſſitate cauſa, & eſt illa, quæ tribuit ei eſſe, cum copulauerit conditionẽ cõditionato. Et apud eos etiam eſt vt recipiens in rei veritate ſit id, qđ eſt potentia tantum. nam, ſi eſſet actus, eſt per accidens: receptum vero eſt id, quod eſt actus. &, ſi eſſet actus, eſt per accidens. nam nõ diſcernitur, & cognoſcitur receptũ ĩ eo à recipiente, niſi ex eo q vnum eorũ eſt in potentia alterius rei, & eſt in actu res recepta: & oẽ, qđ eſt ĩ potentia alteri⁹. neceſſario recipit illud aliud, & ſpoliatur à re, quæ ẽ in actu. & ideo, ſi reperitur hic recipiens in C actu, & receptum in actu, ambo quidem exiſtunt in ſe: ſed recipiens eſt corpus neceſſario: nam receptio reperitur prius corpori, aut ei, quod ẽ in corpore. accidentia. n. non attribuitur eis receptio, nec forma, nec ſuperficies, nec linea, nec punctus, nec vniuerſaliter id, quod non diuiditur. agens autem non in corpore iam declaratum eſt demõſtratiue: recipiens vero nõ corpus, nec in corpore eſt falſum. Sed id, de quo dubitauerunt circa intellectum, qui eſt ĩ potentia, eſt, quoniam, cum compoſitum ex attributo, & eo, cui attribuitur, non additur ſubſtantiæ, erit generabile, & corruptibile, & erit corpus neceſſario. ſi autem eſſet compoſitum ex eo, cui attribuitur, & attributo additis ſubſtantiæ, abſq; eo q ſit in eo potentia in ſubſtãtia, nec potentia ad attributum illud, vt dicunt Antiqui de corpore cœleſti, neceſſe eſt vt ſit habens quantitatem, & vt ſit corpus. nam, ſi auferetur corporeitas à ſubſtantia illa ſubiecta attributo, auferetᷣ ab eo q ſit recipiens ſenſibile: & ſic auferetur comprehẽſio ſenſus illius attributi, & fient attributum, & id, cui attribuitur ambo intellectus, & fiẽt idem ſimplex: qm̃ intellectus, & intellectum iã apparet de eis, q ſunt idem, cum pluralitas ſit eis per accidens, ſ. ex parte ſubiecti. Demum homines ponere ſubſtantiam, & attributa addita ſubſtãtiæ nihil aliud eſt niſi ponere corpus antiquum, & accidentia poſita in eo. Et ipſi non conſyderant q, cũ ipſi auferunt quantitatem, quæ eſt corporeitas, aufertur q ſit in eo aliquid ſenſibile, non autem q non ſit ibi nec ſubiectum, nec prædicatũ. ſi vero ponerent ſubiectum, & prædicatum ſeparata à materia, & corpore, ſequeretur vt ſit intelligens, & intellectum. & id eſt vnum, ſimplex, & verum. Cum autem dixit q fallacia eorum tota eſt: quoniam eſt ex appellatione eorum neceſſarium in eſſe: &, cum fecerit loco huius id, quod non habet cauſam, non ſequitur primo id, qđ intulerunt ex attributis ſequentibus neceſſario in eſſe, non eſt verum. qm̃, cũ poſitum fuerit ens non habẽs cauſam, neceſſe eſt vt ſit neceſſarium ex ſe: ſicut compoſitum, cum fuerit neceſſarium ex ſe, ne-

D E F

G ſe, neceſſe eſt vt non ſit ei cauſa: &, cum non fuerit ei cauſa, multo dignius eſt vt non diuidatur in duo. ſ. cauſam, & cauſatum. Poſitio autẽ Loquentium ꝙ Primum ſit compoſitum ex attributo, & eo, cui attribuitur, determinat ꝙ ſit ei cauſa agens. ergo non erit cauſa prima, nec neceſſarium in eſſe, & eſt contrariũ eius, quod poſuerunt, ꝙ ſit ex entibus, in quibus fiunt attributum, & id, cui attribuitur idem ſimplex. & hic non debemus reiterare quod dictum eſt de eo ſuperius, & protelare ſermonem in eo. Ad id autem, qđ
H dixerunt quòd Deus glo. ſi non eſt falſum dicere de eo ꝙ ſit compoſitus ex eo, cui attribuitur, & attributo addito ei, multo dignius ẽ vt nõ ſit falſum dicere ꝙ ſit compoſitum ex eo, cui attribuitur, & attributo, quod eſt idem, quod id, cui attribuitur, iam profectò diximus q̃uo eſt falſum, & quomodo non eſt falſum & eſt, quia ſunt ſeparata à materia. Cum autem dixit ꝙ demonſtratio eorum de ablatione ſecundationis non prohibet quin ſint hic duo Dij, quorum Vnus eſt cauſa cœli, exempli gratia, & alius cauſa terræ: aut v-
I nus eorum cauſa intellecti, & alius cauſa ſenſibilis ex corporibꝰ: & erit inter eos dr̃ia non determinans contrarietatem, ſicut dr̃ia, quæ eſt inter rubedinem, & caliditatem, quæ reperiuntur in vno, & eodẽ ſubiecto. Et eſt ſermo non verus. nam, cum tribuitur innouatio entis, & principium eius naturæ vni, & ſubſtantiæ vni, non diuerſis naturis, neceſſe eſt vt, cum ponitur aliquid illius naturæ, ęquale in natura, & intellectu naturæ primi, vt ſint communicantes in attributo, & differentes in attributo. & id, quo differũt, aut erit ex ſpe- K
cie dr̃iæ hoĩum, aut ſpecie dr̃iæ ſpecierum. ſi ex ſpecie dr̃iæ ſpecierum, dr̃ de eis nomen Dei æquiuocè. & hoc eſt aliud ab eo, quod poſitũ eſt. nam ſpecies cões in vno genere ſunt aut contraria, aut ea, quæ ſunt inter contraria. & hoc totum eſt falſum. ſi vero fuerit dr̃ia eorum in indiuiduo. ergo ambo ſunt in materia. & hoc eſt contra id, ad quod conuenerunt. Attamen, ſi poſitum fuerit ꝙ hæc natura fuerit nobilior alia, & dicitur de eis ſecundum prius, & poſteriꝰ, ergo natura primi erit nobilior ſecũdo, & ſm eſt cauſatum ab eo ne- L
ceſſario, adeo ꝙ erit, exemgli gratia innouans cœlum innouans cauſam quæ innouauit elementa. & hæc eſt poſitio Philoſophorũ. & ambæ poſitiones reducuntur ad poſitionẽ cauſæ primæ. ſ. eius, qui ponit ꝙ Primũ agit mediantibus multis cauſis, aut qui ponit ꝙ Primum eſt cã ex ſe omnium rerũ diuerſarũ immediate.

Veruntamen hoc non eſt poſſibile apud Philoſophos. qm̃ eſt notũ per ſe ꝙ mundi conſiſtunt ex cã, & cauſato. & conſyderatio de' his cauſis finit apud nos ad cauſam primã omnium. &, ſi nõ eſſent omnia iſta M
principia diuerſa, aliquod eorum ꝓueniens ex aliquo, ſ. ꝙ aliquod non eſſet cauſa alicuius, non eſſet in mũdo aliquid vnum, & copulatum. & quod ſignificauit illud eſſe falſum, eſt, cum dixit Deus glo. Videte nũc ꝙ ego ego ſum, & non ſunt Dei mecum. ego autem facio mori, & viuifico. i. ſignificat ꝓceſſus entitatis deſtructionem communicationis. nã, ſi eſſet ibi alius Deus, tunc corrumperetur totũ, & eſſet ibi deſtructio, & non reparatio.

A ALGAZEL.

It Alga. Si autem dixerit hoc est falsum, qm̄ id, quo est differentia inter duas substantias, si esset conditio in necessitate in esse, necesse est vt reperiatur vnicuique necessario in esse, ergo non differunt. Si vero hoc non est conditio, nec aliud conditio: ergo omne id, quod non conditionatur, in necessario in esse eius esse sufficit absq; illo, & perficietur necessarium in esse p aliud. Dicimus hoc, quod dixistis de attributis, iam locuti sumus de eo. Et facit inuolutionem ī hoc toto dictio necessarii in esse, & proiiciamus eā.
B quoniam nos non cōcedimus ꝙ ratio significat necessarium in esse, nisi intelligimus per id, ens non habēs agens antiquum. si vero hoc intelligimus, omittemus dictionem necessarii in esse, & declarabimus ꝙ ens Antiquum, non habens causam, est falsa in eo numeratio, & differentia: & non erit de hoc probatio, & remanebit ꝙ dictum corū est, an hoc sit conditio, cum non habuerit cām. Et est error manifestus. nam nō habens causam declarauimus ꝙ non dicitur non habere causam, vsquequo
C perquiratur conditio eius, & est sicut sermo dicentis an nigredo sit conditio vt sit color color. &, si erit conditio, tunc rubedo non erit color. Et dicitur ī rei veritate quòd non conditionatur aliquod eorum, s. in affirmatione verificationis coloreitatis in intellectu. in esse vero eius erit conditio vnius eorum, nō autem demonstrati, cum impossibile est vt sit genus entis, quod non habeat differētiam. & sic etiam qui cōstituit duas causas, & cessat emanatio in eis, dicit quòd differunt in differentia. & quælibet differentiarum D quidem est conditio consecutionis absque dubio, attamen non in demonstrato.

AVERROES.

It Auer. Summa huius est id, quod recitauit, inferens quidem rationes contra Philosophos. quoniam ipsi dicunt non euadit differentia, qua est secundatio in necessario in esse, quin sit conditio necessarii esse, aut sit differentia, quæ nō erit conditio necessarii esse. &, si differentia, qua differunt, fuerit conditio necessarii esse in definitione vniuscuisque eorum, & non differūt E in necessario, esse igitur necessariū in esse est vnum necessario. quemadmodum si esset nigredo cōditio in esse coloris. & albedo conditio in esse coloreitatis, non differunt quidem in coloreitate. si vero differentia, qua differunt, non ingredietur in necessarium esse, erit necessitas esse vnicuique eorum per accidens, & sunt duo, non ex eo ꝙ vnumquodque eorum est necessarium in esse. Attamen hic sermo non est verus. nam species sunt conditio in esse generis. & vnaquæq; earum est conditio in esse generis, non autem quo F ad indiuiduitatem, & demonstrationem talem. nam, si hoc esset, non aggregarentur in esse coloris. Ipse autem cōtradicit huic sermoni duabus cōtradictionibus, quarum Vna est, ꝙ hoc accidit ex eo ꝙ existimatur ꝙ necessarium in esse significat naturam ex naturis. Attamen nō est sic apud nos: sed intelligit̄ p necessarium in esse quid negatiuū, & est ꝙ nō hēt cām, negatio aūt nō est cātum. Et qūo fit hoc in negatione eius, qđ nō hēt cām? adeo ꝙ dr̄ aut

erit

G erit id, quo differt non habens cām à non habente cauſam, conditio eius, ꝙ non ſit cauſa, aut non erit conditio. ſi erit conditio, non erit ibi numeratio, nec differentia. ſi vero non erit conditio, non erit numeratio in non habente cauſam, & tamen non habens cauſam eſt vnum. Et modus corruptionis huius ſermonis eſt in eo, quod exiſtimauit, ꝙ id, quod nō habet cām, eſt ablatio abſoluta: & ablatio quidem non habet cām. & quomodo erit ei conditio quæ eſt cauſa eē eius? & hęc eſt fallacia: quoniam negatio proueniens, quæ currit curſu nominum imperfectorū, H & eſt negatio, quæ fit in diſcernendo entia abinuicem, habet cauſas, & conditiones, quæ determinauerunt ei hanc negationem, ſicut habet cauſas, & conditiones, quæ determinauerunt ei hæc attributa affirmatiua & negatiua. & affirmatio neceſſarii in eſſe eſt attributum non ſeparabile à non habente cauſam. & non eſt differētia, ſiue dicatur neceſſarium in eſſe, ſiue non habēs cauſam. & error eſt Loquentis hoc ſermone, nō autem aduerſarij eius. Cōtradictio vero ſecunda eſt ꝙ, cum dicunt aut I erit differentia, qua differt neceſſarium in eſſe, conditio, aut non erit conditio. ſi eſt conditio, non differt vnum eorum ab alio, ex eo ꝙ eſt neceſſarium in eſſe, ergo neceſſarium in eſſe eſt vnum. ſi vero non erit cō ditio, ergo ſermo dicentis neceſſarium in eſſe non habet differentiā, qua differt, eſt ſicut ſermo dicentis color ſi reperitur de eo pluſquam vnum, aut erit id, quo differt color à colore conditio in eſſe coloris, aut non erit. ſi eſt conditio in eſſe coloris, non differt vnus eorum ab alio, in eo ꝙ ē color, & erit color vna na- K tura. ſi vero nullus eorum fuerit cō ditio in eſſe coloreitatis, color non haberet differentiam, qua differret ab alio & hoc eſt falſum. Deinde dixit pro Philoſophis huic quandam reſponſionem.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autem dixerit, hoc poſſibile eſt colori, quoniam habet eſſe relatum quiditati, additū quiditati. & hoc impoſſibile eſt neceſſario in eſſe. nam non habet niſi neceſſitatem eſſe, & non habet quiditatem, cui referatur ipſum eſſe. & nos bene ſcimus ꝙ differentia nigre- L dinis, & differentia albedinis nō cōditionatur in coloreitate, ī eo ꝙ eſt coloreitas: conditionatur vero eſſe earum, in eo ꝙ ſunt prouenientes à cauſa. ſic etiam non debet conditionari eſſe in neceſſario. nam eſſe neceſſarium Primo ē ſicut coloreitas colori, non autem ſicut eē relatum coloreitati. Dicimus ꝙ non concedimus hoc: ſed habet verificationem eius, cui attribuitur eſſe, vt declarabimus in diſputatione ſubſequenti.

Cum vero dicunt ꝙ eſt ens abſque quiditate, ē exiens ab intelligibili, & erit ſumma ſermonis, ꝙ ipſi ædifica- M uerunt ablationem ſecūdationis ſupra ablationem compoſitionis generi, & differentiæ: deinde ædificauerunt hoc ſupra ablationem quiditatis poſt ipſum eſſe. & quotienſcunque deſtruimus vltimum, quod eſt fundamentum fundamētorum, deſtruitur & non totum. & eſt ædificium debilis ſtabilitatis prope ædificium araneę.

AVERROES.

Ait Auer. Reſpōſio eius ꝓ Philoſophis ædificauit eā hic ſuper

A per sermonem, quod esse est accidés entis, s. quiditas. & contradicit eis ipse, ex eo quod esse in omnibus est aliud à quiditate, & existimauit quod sermo eorum ædificauerunt eum sup hoc. Attamen differétia, quã adduxit in hoc, non sequitur ex ea respõsio ei, quod intulerunt ex rebus coloreitatis, & differentiis, quę sunt in ea, quomodocunq; id posuerint. nam nemo dubitat quod differentiæ gñis sunt causa generis, siue ponatur generi esse aliud à quiditate, aut quiditas ei' ipsummet esse. nam, si essent differétiæ ipsi esse, & esset esse coloris aliud B à quiditate coloris, sequeret' vt non sint differétiæ, quibus diuiditur color differétiæ quiditatis coloris, sed differentiæ alicuius accidentis accidentium eius. & hæc est positio falsa. Quare veritas est quod, cum nos diuidimus coloré in differentias suas, & dicimus quod esse coloris, in eo quod est color, erit in actu, aut quia est albus aut niger, aut alius color, non diuidimus quidem accidens in colorem, sed diuidimus substantiam coloris. igitur sermo, quòd esse est accidens enti, est incõueniens in hoc, & quæstio, ac responsio eius quæstioni sermo cadens. C Cum autem dixit quod ipsi ædificauerunt ablationem secundationis super ablationem compositionis ex genere, & differentia, deinde ædificauerunt hoc super ablationem quiditatis post esse: &, cum destruimus vltimum, quod est fundamentum fundamentorũ, destruitur & totum, est sermo non verus. nam ædificium eorum est ablatio secundationis numero in duabus rebus simplicibus, de quibus dicit' vniuoce. & est notum per se quod, cum ponimus secundationem, & communicationem in duobus simplicibus D quod simplex sit compositum. Et conclusio sermonis est quod natura appellata necessariũm in esse, quod non habet causám, & ipsum non habés causam est causa alterius, aut erit vnũ numero, aut plus. Deinde, si fuerit plus, aut erunt plures forma vnum genere dicto vniuoce, aut vnum ꝓportione, aut vnum nomine tantũ. Si erunt diuersa numero, vt Socrates, & Plato, & vnum specie, tunc erunt animalia necessario. & hoc est falsum. Si vero erunt diuersa in forma, & vnum in genere, dicto de eis vniuoce, tunc erunt composita ne- E cessario. sed, si erunt vnum in genere, dicto ſm proportionem ad aliqd nihil prohibet quin sit hoc, & aliquod erit causa alicui', & deueniũt ad primum. & hæc est dispositio formarum abstractarũ materiis apud Philosophos. attamen, si communicant nomine, nihil prohibet quin reperiatur ex eis plusquã vnum. qm̃ hæc est dispositio causarum primarum quatuor, s. agens primum, & forma vltima, & materia vltima. & propterea non prouenit ex hoc modo speculationis quid completum, & non finit ad primum principium F vt putauit Auicenna, nec quod sit vnũ sine dubio.

ALGAZEL.

Ait Alga. Scda aũt via consecutionis est vt nos dicim' quod nõ erit esse, & sub̃a, & principalitas genus. quia nos respondemus ꝑ quid est. Primũ vero apud vos est intellectus abstractus, queadmodum alij intellectus, qui sunt principia ipsius eẽ, quæ appellant' Angeli apud eos, & q̃ sunt causata Primi sunt intellectus abstracti à materiis. Hęc quidé

 verifi-

G verificatio includit primum,& eius
causatum. Primum, quoniam ens
primum est simplex, etiam nullam
habens compositionem in substan-
tia sua, nisi ex parte consequentium
& sunt communicantes in eo, quòd
vnumquodq; eorum est intellectus
abstractus à materia. & hoc est veri
ficatio generica. igit̃ intellectio ab-
stracta in substantia non est ex con-
sequentibus, sed est quiditas. & hæc
quiditas est cõmunis inter primũ,
& alios intellectus. &, si non erit dif-
ferentia in alio, tunc intelligitis se-
cundationem absq; differentia. si ve
H ro differt, id quidem, quo est diffe-
rentia, est aliud ab eo, quo est com-
municatio, & ĩtellectio communis
eis est communis in rei veritate. nã
Primum intelligit seipsum, & intel-
ligit aliud apud tenẽtem hoc, ex eo
ꝙ ẽ ex se intellectus abstractus à ma
teria. & sic definitio causati primi ꝙ
est intellectus primus, quem fecit
Deus glo. immediate est communis
in hoc. & rõ huius est. qm̃ intellect⁹,
qui sunt causata, habent species di-
uersas, sed communicant in intelle-
ctione, & differunt aliis differentiis.
& sic primum communicat cum oĩ
I bus in intellectione. igitur apparet
contradictio opinionis: & id, quod
ĩducit ad intelłonẽ, nõ cõstituit sub.
stantiã. & ambo sunt falsa apud eos.

AVERROES.

Ait Auer. Si ĩtellexisti id, quod
diximus antea de eo, ꝙ sunt
hic aliqua, quę includuntur vno no
mine, non inclusione rerum vniuo
carũ, nec inclusione rerum æquiuo
carum, sed inclusione rerum relata
rum ad aliud, quæ dicuntur secun-
dum pri⁹, & posterius, & ꝙ proprie-
tas harum rerum vt deueniãt ad pri
mum in illo genere, quod est causa K
prima omnibus, quibus imponitur
hoc nomen, vt est nomen calidi, qđ
dicitur de igne, & aliis rebus calidis,
& sicut est nomen entis, quod dici-
tur de substantia, & aliis accidenti-
bus, & sicut nomen motus, quod di-
citur de motu locali, & aliis motib⁹,
non deficies scire inane, quod ingre
ditur in hoc sermone. nam nomen
intellectus dicitur de intellectibus se
paratis apud Philosophos secũdum
prius, & posterius, quorum est intel
lectus primus, qui est causa aliorũ,
& sic est in substantia. Et ratio, quæ
demonstrat ꝙ non habẽt vnam na- L
turam communem, est quoniã ali-
quis eorum est causa alterius. & id,
qđ est causa rei, est prius causato. &
impossibile est vt sit natura causæ,
& causati vna genere, nisi in causis
indiuidualibus. & hæc quidem spe-
cies communicationis est contradi-
cens communicationi genericæ ve
re. quoniam communia genere, nõ
est in eis primum, quod est cã alio-
rum, sed omnia sunt in eodem gra-
du. & non reperitur in eis aliquid
simplex, sed communia in re, qua di
cuntur secundum prius, & posterius
necesse est vt sit in eis primum, & M
simplex. & hoc primum impossibi-
le est vt imaginetur ei secundatio.
nam quotienscunq; ponatur ei secũ
dum, necesse est vt sit in gradu eius,
quo ad esse, & naturam, & erit ibi
natura communis eis, qua commu
nicãt communicatione generis ve-
ri, & necesse est vt differant differẽ-
tiis additis generi: ergo erit vnum-
quodq; eorum compositum ex ge-
nere, & differentia. & omne, quod
est huiusmodi, est innouatum.
Demum id, quod est in vltimitate
perfectio-

A perfectionis in esse, necesse est vt sit vnum. nam, nisi esset vnum, impossibile est vt sit ei vltimitas esse. id. n. quod est in vltimitate, non communicat ei aliud. nam, sicut linea vna non habet ex vno latere duos fines, sic res, quæ succedunt in esse, diuersæ, quidem in additione, & diminutione, non habēt duos fines ex vno latere. Auicenna autem nesciuit in esse hāc naturam mediam inter naturam, quam significat nomen vniuocum, & naturas, quæ non communicant nisi nominibus tantum, aut accidenti remoto. & euenit ei B hæc dubitatio.

DISPVTATIO VIII.

De destructione dicti eorum, quod esse primi sit simplex, scilicet esse absolutum, & non est quiditas, nec verificatio, ad quas referratur esse, sed esse cōueniens ei est sicut quiditas alteri.

ALGAZEL.

C IT Alga. Sermo autem de hoc est duobus modis. quorum Primus est interrogatio de probatione & dicatur quomodo sciuistis hoc, an necessitate intellectus, aut speculatione eius: & non est ex necessitate: ergo impossibile est, absque eo ꝙ recitemus viam speculationis. Si autem dixerit, quoniam si esset ei quiditas, esse quidem ipsum esset relatum ei, aut consequens eam, & proueniens post eam: &, cum consequēs D sit causatum, ergo necessarium in esse erit causatum: & contradicit sibi ipsi. Dicimus ꝙ hoc reuersio erroris est, cum proferimus dictionem esse necessarii. Nos vero dicimus ei verificationem, & quiditatem. & illa verificatio reperitur. i. non deperditur, & aufertur. & esse eius refert ad eam. Si vero dilexerint appellare eam consequens, & prouenièns, non est cura de nominibus, postquā scit ꝙ non est agens esse eius aliud, sed non defecit hoc esse antiquum esse absq; cā agenti. Et, si intelligunt per consequens, & causatum, quod habet causam agentem, non est sic. Si E vero intelligunt aliud, profecto cōceditur, & non est in eo falsitas, cum probatio non inferat nisi cessationem emanationis à causis, & tamen cessatio eius in verificatione reperitur, & quiditas consequens est possibilis, & non oportet ponere negationē quiditatis. Si vero dixerit quiditas erit causa ipsius esse, quod sequitur ei, ergo esse erit causatum, aut actum, Dicimus ꝙ quiditas in reb' calidis non erit causa esse, quāto magis in antiquo, si intelligunt p causam agens eius. Si vero intelligunt F per eam aliud, & est ꝙ non sufficit absq; eo, tunc erit hoc, & nō ē in eo falsitas, sed falsitas est in emanatione causarum. &, cū cessauerit, tunc remouetur falsitas, & aliud ab hoc, non scitur falsitas eius. & impossibile est quin adducatur demonstratio de falsitate eius. & omnes quidem opiniones eorum sunt industriæ, q̄ ędificant supra definitionem dictionis necessarii in esse, in eo ꝙ habet consequentia. & concedendo ꝙ nō inferat necessariū in esse eo modo,

G quo attribuerunt ei, & tamen non est sic, sicut diximus. Demũ hæc ꝓbatio eorũ reducitur ad probationem ablationis attributorũ, & ablationis diuisionis genericæ, & dr̃ialis, nisi ꝙ est quid magis profundũ, & occultum, & debilius: qm̃ hæc pluralitas non reducitur nisi in abstractum dictionis. sin aũt, tunc intellectus dilataretur ad consyderandum esse vnã quiditatẽ. ipsi vero dicunt oẽm quiditatẽ repertã esse pluralitatẽ, cũ in ea sit quiditas, & esse. & hęc est vltimitas obscuritatis. nã ens vnũ est intelligibile semp, & non est ens, quod
H non habet verificationem, & esse verificationis aut aufert vnitatem.

AVERROES.

AIt Auer. Non transtulit Alg. opinionem Auicennæ debite prout est, vt fecit in libro intentionum. nam vir, quoniam credidit ꝙ esse rei significat attributum, additum sub̃æ ei⁹, impoſſe quidẽ ẽ apud eũ vt sub̃a eius sit agens esse eius in rebus possibilibus. nam, si hoc esset, erit res cã esse sui, & non erit ei agens. & sequitur apud eum ex hoc, ꝙ oẽ, cuius esse est additum sub̃æ
I suæ, habet cãm agentẽ. &, quia Primum apud eum nõ hẽt agens, conclusit ex hoc vt sit esse eius sub̃a sui ipsius. & ideo id, quo contradixit Alga. cũ assimilauit ipsum esse consequens ex cõsequentibus sub̃æ, non ẽ verum. qm̃ sub̃a rei est cã, ex qua, aliquid consequitur, & non põt esse res cã sui esse. nam esse rei est prius quiditate eius: &, cũ ponit quiditatẽ esse eius, non est ablatio quiditatis, vt dixit, sed vnio quiditatis, & esse. Et, cum ponimus ꝙ esse est passio ex passionibus entis, & id, quod præbet esse rerum in rebus possibilibus est agens, necesse est vt sit id, quod K non habet agens, aut non habebit esse: & hoc est falsum, aut esse eius erit quiditas eius. Attamen hoc totum ædificium eius est supra falsitatem, & est ꝙ esse rei est aliquod cõsequẽs ex consequentibus eius: nam esse, quod præcedit in sciẽtia nostra sciẽtiam de quiditate rei, est id, quod significat verum. quare idem est, ac si diceremus an aliquid sit, sed in eo, quod habet cãm, determinat esse eius. & vis eius est vis dicti nostri, an aliquid habeat causam, aut non habeat cãm. sic dicit Aris. in principio L Secundi Posteriorum. sed, cum nõ habuerit causam, erit vis eius an aliquid habeat consequens ex consequentibus, quod determinat esse eius. cum vero intelligitur de ente id quod intelligitur de re, & sub̃a, currit quidem cursu generis, dicti s̃m prius, & posterius. & quicquid fuerit non differt in hoc habens cãm, & non habens cãm, & nõ significat rem additam de esse. & est id, quod intelligimus per verum. sed, si significauerit quid additum substantiæ, ex eo quidem ꝙ est quid intellectuale, non habet esse extra animam, nisi in potentia, prout est vniuersale. M Hic profecto est modus, quo consyderauerunt Antiqui de Primo principio, & id cõstituerunt ens purum, Sapientes vero Maurorũ posteriorum putant, ex eo ꝙ consyderauerunt de natura entis, in eo ꝙ est ens, ꝙ consecutum est apud eos ad ens purũ hmõi. Attñ via, qua possibile est procedere apud me, adeo ꝙ appropinquetur naturę demonstrationis, est qm̃ entia possibilia in esse ex se, exitus eorũ à potentia ad actũ erit necessario ex extrahente, quod est

Quid significet quæstio An est.

A est in actu,s.agente mouente ea, & extrahente ea à potentia ad actum. &,si extrahens esset etiam de natura possibilis, necesse est vt sit etiam ei extrahens.&,si hoc etiam esset de natura possibilis ex se, necesse esset vt sit hic extrahens necessarium ex se, non possibile.& hoc quidem ad conseruandum ea,quæ sunt hic. & permanebit semper natura eárum possibilium,procedentium quidem in infinitum.nam,cũ ipsæ fuerint infinitæ,vt apparet ex natura earum, & vnaquæq; earum sit possibilis,necesse est vt causans in ens hoc, s.tribuẽs
B eis continuitatẽ,sit quid necessariũ ex se,cũ appareat de eis necessitas ꝑcessus in infinitum.s. rerum possibilium ex se.qm̃, si reperiretur tẽpus, quo non moueret aliquid oĩno, nõ esset via ad innouationem motus: sed necesse est vt continuetur eẽ innouatũ esse æterno,absq, eo ꝙ eueniat Primo mutatio mediante motu,qui est aliquo mõ antiquus.& aliquo modo innouatus. & motũ hoc motu est id,de quo dicit Auic. ꝙ sit necessarium in esse ex alio.& hoc q̃dem necessarium in esse ex alio, im
C possibile est quin sit corpus mobile continue.nã hoc modo possibile est vt sit innouatum ex se, & corruptibile ab æterno: & hoc appropinquatione rei aliq̃n', & remotione ab ea aliq̃n,vt vr̃ ꝙ hoc euenit entibus generabilibus,& corruptibilibus cum corporibus cœlestibus.Et, qm̃ hoc mouens est necessarium ex se, posse vero ex motu innouato, necesse est vt deueniat ad necessarium in eẽ absolute,s.quod nõ habet possibilitatẽ oĩno,non essentialiter, nec in loco,nec in aliis motib⁹, & ꝙ sit hmõi simplex necessario.nam,si esset cõpositum,esset posse,non aũt necessarium.& illatio probationis de necessario in esse hoc modo probationis sufficit apud me hac via, & est veritas.Id vero,quod intelligit Auicẽ.in hac via,dicens ꝙ necessarium in esse necesse est vt finiatur aut in necessarium in esse ex alio, aut in necessarium in esse ex se.&, si ad necessariũ in esse ex alio,necesse est vt necessarium in esse ex alio consequatur ex necessario in ex se. nam ipse existimauit ꝙ necessarium in esse ex alio est possibile in esse ex se:possibile.n. indiget necessario. hæc quidem ad- E
ditio apud me est sup̃flua, & error. qm̃ necessarium, qũocũq; positum fuerit,in eo quidem nõ est possibilitas oĩno,& non reperitur aliquid habens vnam naturam, vt dicatur de hac natura ꝙ sit possibilis aliquo modo,& necessaria aliquo modo. qm̃ declarauerunt hoĩes ꝙ necessariũ nihil est posse oĩno, posse .n. contradicit necessario.id vero,quod potest esse,est vt aliquid sit necessariũ ex parte vnius naturę,& posse ex parte alterius naturæ, vt existimatur de corporibus cœlestibus,aut eo, quod
F est supra ea,s.ꝙ est necessariũ essentialiter,posse tñ quo ad motum ad vbi. Induxit tñ eum ad hanc diuisionẽ:qm̃ ipse credidit ꝙ cœli sunt essentialiter necessarii ex alio, posses tamen ex se.& iam diximus in multis locis ꝙ hoc non verificatur,& demonstratio,quam constituit Auicenna de necessario in esse, cum nõ distinguatur hac distinctione, & cõsyderetur hac consyderatione,est de natura sermonum communium topicorum:cũ vero distinguitur, est de natura sermonum demonstratiuorum. Et debes scire ꝙ innoua-

In necessario quocũque positio, nõ est possibilitas oĩno.

 tio,

G tio, quam lex declarauit de hoc mũdo, est eiusdem speciei cum innouatione, quę apparet hic: & est illa, quę est in formis entium, quas appellat secta Assaria attributa animalia, & eas appellant Philosophi formas, & hæc quidem innouatio est ex alia re & in tempore. Quomodo autem sit dispositio naturæ entis possibilis cum ente necessario, tacuit de hoc lex propter remotionem eius ab intelligentia vulgi: & etiam, quia nõ est necessaria scientia eius, quo ad vulgi felicitatem. Quod vero existimat secta Assaria ꝙ natura possibi-
H lis sit innouata, et creata à nihilo, est id, in quo certant cum eis Philosophi, tam qui dicit innouationẽ mũdi, quàm qui nõ dicit eam. & quod dixerunt, cum inspexeris id, in rei veritate non est ex lege Maurorum & non constituitur de eo demõstratio. quod vero est ex lege, est iussus vt remoueatur à speculationibus, quas lex tacuit. & ideo dicitur ĩ Talmud De eo, quod concessum est tibi, inquire, & non debes incumbere rebus occultis. & scias ꝙ vulgꝰ deuenire ad quæsitum huiusmodi est ex innolutionibus, & erroribus.

I

ALGAZEL.

AIt Alga. Secunda autem via est, vt dicamus esse absq; quiditate, nec verificatione non est intelligibile. & quemadmodum non intelligitur priuatio absoluta, nisi in relatione ad esse, cuius priuationem consyderat, sic non intelligitur esse absolutum, nisi relatione ad verificationem demonstratam tale: quanto magis, cum demonstratur vna substantia. & quomodo potest demonstrari vnum separatum ab alio in re. Et non est ei verificatio. K nam remotio quiditatis est remotio verificationis. &, cum aufertur verificatio entis non intelligit᷑ ens: & quasi ipsi dixerint esse, & non esse & contradicit sibi ipsi. & id apparet. quoniam, si hoc esset intelligibile, tunc esset possibile vt in causatis sit ens, cui non est verificatio, quod cõmunicaret Primo, cui non est verificatio, nec quiditas, & distingueretur ab eo, in eo ꝙ habet causam: Primum vero non habet causam. Et quare hoc non imaginatur causatis & an sit ei causa? sed hoc non est intelligibile ex se. & id, quod non est L intelligibile ex se, nisi auferatur causa eius, non erit intelligibile, & id quod est intelligibile, cum non consyderatur causa eius, non exit ab eo, ꝙ sit intelligibile. & peruenire ad finem huius termini, est obscuritas eis, postquam existimauerunt quòd ipsi declarant per viam demonstrationis id, quod dixerũt, & peruenit sermo eorum ad ablationem absolutam. nam ablatio quiditatis est ablatio verificationis, & non remanet cum ablatione verificationis nisi dictio ipsius esse, & nõ habet nomen omnino, cum non re M feratur ad quiditatem. Si vero dixerit verificatio eius est quòd sit necessarium, & est quiditas ipsa, Dicimus nihil aliud est necessarium, nisi ablatio causæ, & est negatio, qua non constituitur verificatio substantiæ: & ablatio causæ à verificatione est quid copulatum verificationi: igitur verificatio intelligitur ita quòd attribuitur ei, quòd non habet causam, & non consyderatur priuatio eius. nam nihil est necessitas, nisi hoc: ita quòd, si necessitas est

A est quid additum esse, tunc est pluralitas. si vero non est quid additũ quomodo erit ipsa quiditas? esse.n. non est quiditas. sic igitur erit id, quod non est additum ei.

AVERROES.

AIt Auer. Hoc capitulum totum est sophisticum. nam homines non ponunt primo eẽ absq; quiditate, nec quiditatem absque esse, sed crediderunt quòd esse in composito est attributum, additum substantiæ eius, & quòd adeptum est B hoc attributum ab agente, & crediderunt in eo, quod est simplex, non habens agens, quòd hoc attributum ei non est additum quiditati, & quod ipsum non habet quiditatem diuersam ab esse, non autem quòd nõ habet quiditatem omnino, vt fundauit ipse in hoc sermonem suum, cõtradicendo eis. Et quoniam posuit quòd ipsi auferunt quiditatem, & est falsum, incœpit vituperare eos, & dixit, nam, si hoc esset intelligibile, possibile esset vt in causatis sit ens, non habens verificationẽ, quod communicaret Primo, cui C non est verificatio. nam homines non ponunt ens non habens quiditatem absolute, sed posuerunt non habens quiditatem in modo quiditatum aliorum entium. Et hic quidem locus est ex locis sophisticis. nam nomen quiditatis est æquiuocum. Et hæc quidem positio, & omne compositum secundum eam est sermo sophisticus. nam id, quod non est, non attribuitur ei, quòd negetur aliquid ab eo, aut quòd affirmetur. Iste igitur vir in huiusmodi locis in hoc libro non euadit à prauitate, & ignorantia. & magis propinquum est prauitati, quã ignorantiæ: nisi dixerimus quòd necessitas induxit eum ad hoc. D

Cum autem dixit quòd necessariũ in esse est, quod non habeat causam agentem, non est verum. sed, cum dicimus de eo quòd sit necessarium in esse, est attributum affirmatiuũ, quod sequitur ex natura non habẽtis causam omnino, non agentem ab extra, nec partem eius. Cum autem dixit quòd necessitas, si addita fuerit ipsi esse, tunc est pluralitas. si vero non est addita, quomodo erit ipsa quiditas? esse enim non est qui E ditas & sic id, quod non additur ei. Dicendum quòd necessitas in esse non est attributum additum apud eos substantiæ, sed est sicut dicimus de eo, quod est necessarium, & æternum. & sic, cum intellexerimus de necessitate in esse attributum intellectuale, non erit quid additum substantiæ. si vero intellexerimus de ea accidens, sicut dicit Auicenna de ente composito, difficile quidem est vt dicatur quomodo erit eẽ simplex ipsamet quiditas. nisi dicatur, sicut fit scientia in simplici ipsummet sciens. Cum vero intelligitur F de esse id, quod intelligitur de vero, hæc dubia nihil sunt. & sic, si intelligitur de esse id, quod intelligitur de substantia. & secundum hoc verificabitur sermo quòd esse in simplici est ipsamet quiditas.

G **DISPVTATIO IX.**

De diminutione eorum circa constitutionem probationis, quod primum non sit corpus.

A L G A Z E L.

IT Alga. & dicimus ꝙ hoc dirigitur ad eum, qui tenet ꝙ corpus est innouatũ, ex eo ꝙ non euadit ab
H innouatio bus, & omne innouatũ indiget innouante. Vos autem, cum intelligitis per corpus antiquum id, quod non habet principium entitatis, cum hoc, ꝙ ipsum non euadit ab innouationibus, quid ꝓhibet quin sit primum corpus, aut Sol, aut orbis exterior, aut alius? Si autẽ dixerit, qm̃ corpus non erit nisi compositum diuisibile in partes quantitatiuas, & ad materiã, & formã diuisione essentiali, & ad attributa, quibus appropriatur absq; dubio, ita ꝙ diuersificatur ab aliis corporibus. sin aũt, essent corpora æqualia, in eo ꝙ
AIt Alga. Secũndus autem modus est, vt nos confiteamur q prouentus rei ab agẽte determinat scientiam in operatione, quæ emanat: & tamen apud eos operatio Dei glo. est vna, & est causatum, quod est intellectus simplex, & non debet scire nisi eum. causatum vero primum erit sciens id, qđ ꝓuenit ab eo tm̃. nam totum non ꝓuenit a Deo glo. statim, sed medijs, & prouentione, & consecutione. & id, quod ema M nauit ab eo, quod emanauit ab eo, non oportet vt sit scitum ei. & non emanat ab eo nisi vnum. & hoc, cũ non est necesse, vt sit in operatione voluntaria, quomodo erit innaturali? nam motus lapidis a summitate montis erit motu voluntario, quem faciet scientia in substantia motus, & non faciet scientia id, quod fit ex eo de contactu, & eruptione alterius rei. hoc etiam non possunt respondere ei.

Auer.

A AVERROES.

Ait Auer. Responsio nostra, ꝙ agens, cuius scĩa est in vltimitate pfectiõis, scit qđ emanat ab eo, & id, qđ emanat ab eo, qđ emanat, ab eo, & qđ emanat ab hoc, quod emanat, vsq; ad finem eius, qđ emanat. Et, si primum fuerit in vltimitate scientię, oportet vt sit sciens totum id, quod emanat ab eo mediate, vel immediate. & non sequitur vt sit scientia eius de genere sciẽtię nostræ: quoniã scientia nostra est diminuta, & posterior scito. Deinde dixit, respondens quæstioni, quam B fecit Philosophis.

ALGAZEL.

Ait Alga. Si autẽ dicatur, si definimus ꝙ ipsum non scit, nisi seipsum, hoc erit in vltimitate ĩcõuenientię. nam aliud scit seipsum, & aliud, & erit excelsus eo in gradu. & quomodo causatum erit excellentius causa?

AVERROES.

Ait Auer. Hęc responsio est diminuta. nã ĩ ea induxit rem intellectã ad incõueniens. Deinde rñdit ipse, & dixit, dicimus ꝙ hoc ĩ-C cõueniens sequitur Philosophis circa ablationem voluntatis, & ablationẽ innouationis mũdi: & debẽt cõtradici, sicut cõtradicunt eis cęteri Philosophi. & impossibile ẽ quin derelinquatur Philosophia, & confiteatur ꝙ mũdus sit innouatus volũtate. i. ꝙ sequitur eis, si fuerint ex eis, qui intulerint ꝙ ipsum scit operatiũ suum propter inconueniẽtiã, vt ipsi tollerent hoc inconueniens, quemadmodũ deuenerũt in aliud inconueniens de antiquitate mundi, & ablatione voluntatis. & ipsi tñ non auferunt volũtatem, sed auferũt partẽ diminutã ab eo. Deĩde. D

ALGAZEL.

Ait Alg. Quare negatis dicenti ex Philosophis ꝙ hoc non est additio dignitatis, qm̃ scĩa indiget ea aliud ad recipiendũ vtilitatẽ aliquã: nã ipsum ĩ se ea indiget. Homo aũt exaltatur intellectis, aut vt perueniat ad felicitatẽ ĩ fine huius seculi, & alterius, aut ad perficiẽdũ se, tanq̃ obscurum, & diminutũ: & sic alię creaturę. Substãtia vero Dei glo. non indiget pfectione. &, si cõsyderetur de eo scientia, qua perficeretur, hoc erit, qm̃ substãtia ei⁹ eẽt E diminuta. & sic alię creaturę. & hoc est, sicut si tu attribueres ei auditũ, & visum, & scientiam particulariũ ingrediẽtium sub tempore. Tu autẽ conuenis cum fratribus tuis Philosophis ꝙ Deus gl. abest ab eis: & ꝙ mutationes ingredientes in tẽpore, diuisæ ad id, quod fuit, & erit, nõ scit eas Primũ: qm̃ hoc faceret mutationẽ in substãtia eius, & impressionẽ. & non sequitur in negatione huius ab eo diminutio, sed est perfectio: immo diminutio est habere sensus, & indigere eis. &, nisi eẽt diminutio in homine, non indigeret F sensibus ad præseruandũ se ab eo, quod ei euenit ex eius mutatione. & sic scĩa innouationum particulariũ vos putatis ꝙ sit diminutio. Et quemadmodum, cum nos scimus innouatiões oẽs, & apprehendimus sensibilia oĩa, & Primũ nõ scit aliqd de pticularib⁹, & nõ apprehẽdit aliqd ex sensibilib⁹, nõ erit hoc diminutio, sic scĩa de vl'ib⁹ ĩtellectualibus ẽt poẽ ẽ vt affirmet' alteri, et nõ affirmatur ei: & nõ erit hoc diminutio ẽt. & ab hoc nõ pt euadi.

Auerroes

G AVERROES

Ait Auer. Hęc est ratio eius, q dicit ꝙ ipsum non scit nisi se ipsum. Etiam recitauim⁹ opiniones hominũ circa aggregationem eius, qđ dicunt ꝙ ipsum non scit nisi seipsum, & ꝙ ipsum scit oĩa entia. & ideo dicunt aliqui famosi eorũ ꝙ Deus glo. est entia oĩa, & ipse est motor eorũ, & non oportet reiterare sermonẽ ĩ hoc. & propõnes adductę in hoc capitulo sunt famosæ topicę: qm̃ omnes sunt in capitulo reductionis syllogismi occulti ad manifestũ, quos ñ aggregat genus, & nõ est inter eas cõicatio oĩno.
H Demum loquitur in hoc capitulo cũ Auic. in eo, ꝙ ratiocinatᷣ cõtra dicentem ex Philosophis ꝙ ipse scit seipsum, & scit aliud. qm̃ ĩpossibile est quin sciat id, quod fecit. & oẽs propõnes, quas recitat ex Auic. in constitutione huius opiniõis, & quas facit ipse in disputatione sua, sunt assumptæ ex rebus, quæ videntur in homine: & conatur permutare eas ad Deum glo. & hoc non potest fieri: qm̃ ambę scientię dicuntur ęquiuoce. nã id, quod dicit Auicẽ. ꝙ oẽ intelligens, à quo emanat
I operatio vna, ipsum scit operationem illam, est propõ vera: sed non modo scientię hominis de re, quã intelligit. qm̃ intellectus hominis perficit seipsum cum eo, quod apprehendit, & intelligit, & patitur ab eo. & causa passionis ab eo est cõsyderatio ĩ intellectu. & propõnes, quæ sunt in hoc genere, arguit contra eas Alg. nam omne intelligens ex hominib⁹ aliquam operationẽ, & sequitᷣ ex illa operatiõe alia operatio, & ex secunda tertia, & ex tertia quarta, nõ oportet vt sciat agẽs intelligens consecutiones, quę consequuntur ex operatione eius prima, & dicitur ei ꝙ hoc reperitur ei, qui operatur voluntarie. & qño sequitur, cum ponitis sciens, quod nõ operatur voluntarię? & dixit hoc, qm̃ id, quo sustentatus est, est qm̃, cum affirmatur sciẽtia in Deo gl. affirmatur ei voluntas. Et ideo dixit hoc sequitur, à quo non potest euitari, idest quin sequatur vt Primum non sit apud eum intelligẽs de alio nisi operationẽ, quę consecuta est primũ, & est cã secunda, & causatũ primũ. & sic ẽt id, qđ recitauit de eo, ꝙ, si intelligeret seipsum, & nõ intelligeret aliud, esset hõ dignior eo. Et causa esse eius, & apparentię, q̃ est in hoc sermone, est qm̃, cũ cõsyderat hõ duos hoĩes, quorũ vnus nõ intelligit, nisi seipsum, & alter intelligit seipsum, & aliud, iudicat intellectus ꝙ ille, qui intelligit seipsum, & aliud, est excellẽtior eo, qui intelligit seipsum, & nõ intelligit aliud. Attamen id, cuius intellectus cũ hoc intellectu dᷣ ęquiuoce, ex eo ꝙ vnus eoꝝ est agẽs nõ patiens, & alius patiens nõ agẽs, nõ verificatur hęc permutatio. Et qm̃ ratiocinatus est de mente Auicẽnę cum propositione, quam concedit ipse in omni habente intellectũ, & est ꝙ habens plus scĩæ est excellentius: & quod putauit de ablatione voluntatis, & ablatione innouationis est id, quod fecit eis sequi ꝙ nõ possunt affirmare ꝙ Primum scit aliud, quoniam scit agens, ĩtelligẽs operatum suum, quod est aliud ab eo, ex eo ꝙ id vult, dixit ꝙ hoc incõueniens sequitur Philosophis tãtum, idest ꝙ causatum, quod ẽ hõ, sit excellentius causa, quę est Deus glo.

K, L, M (margin letters at right column)

A gl. nam, cum ipsi auferunt innouationem mundi, vt putauit, auferũt volũtatem. &, cum aufertur voluntas, aufertur ꝙ sciat id, quod prouenit ab eo. & hoc totum iã diximus superius ꝙ nõ est verum, s. ablatio voluntatis à Deo gl. sed tãtummodo auferunt voluntatem innouatã. Et, quoniã ratiocinatus est de mẽte Auic. propositionibus, quę existimantur esse cõmunes duabus sciẽtijs, & innouatæ, & antiquæ, incœpit ratiocinari cõtra eum in eo, qđ dixerunt Philosophi in hoc capitulo de differentia inter duas sciãs. &
B sequitur hoc ei in rei veritate. Et dixit quare negatis dicenti ex Philosophis ꝙ hoc nõ ẽ additio in dignitate. nam scientia indiget ea aliud, vsq; ad finẽ eius, quod scripsimus. Et expositio eius ẽ ꝙ, si oẽs istę apprehensiones sunt propter diminutionem in homine, Deus gl. abest ab eis, & ipse dicit Auicen. nam, sicut conuenisti cum socijs tuis ꝙ ipsum non apprehendere particularia non est propter diminutionem in eo, postquam fuit demõstratio apud te, ꝙ comprehensio particularium est propter diminutionem in
C comprehẽdente, sic priuatio apprehendendi aliud est propter diminutionem comprehendentis. Et respõsio huius totius est, ꝙ in sciẽtia eius non diuidunt verum, & falsum opposita, quæ diuidunt verum, & falsum in scientia hominis. verbi gratia quoniã homo dicitur de eo aut scit aliud, aut nõ scit aliud, adeo ꝙ sunt duo contradictoria: &, cũ fuerit verum vnum eorum, aliud est falsum. ipse vero Deus glo. verificantur de eo ambo simul, scilicet quòd sciat id, & quòd non

Quo pacto Deus gl. scit ipsa particularia.

sciat, scilicet non scit id scientia, determinante diminutionem: & est scientia humana, & tamen scit id scientia, nõ determinante diminutionem: & est scientia, cuius qualitatẽ non comprehendit nisi ipse. & sic est de vniuersalibus, & particularibus, q̃ uerificantur de Deo gl. ꝙ sciat, & non sciat ea. Hoc est, quod determinant radices Philosophorum Antiquorum eis. D

Qui vero distĩxerit, & dixerit ꝙ ipse scit vniuersalia, & non scit particularia, non percepit opinionem eorum, & nõ sequitur ex radicibus eorum. nam scientię humanæ omnes sunt passiones, & impressiones entium, & entia faciunt impressionem in eis: scientia vero Dei glo. facit impressionẽ in entibus, & entia patiuntur ab ea. His autem habitis, quiescit lis inter Alga. & Philosophos in hoc capitulo, & in capitulo subsequenti. Attamen omnino recitabimus nos hęc capitula, & ostendemus in quo appropriãtur, & recitabimus id, quod dictum est superius de hoc. E

DISPVTATIO XII.

De diminutione eorum in adducendo rationẽ, quod ipse scit seipsum. F

ALGAZEL.



AIT Alg. Et dicamus ꝙ perfecti, quoniam sciuerunt innouationem mundi ex volũtate eius, adduxerũt probationem ex voluntate, ꝙ sit sciens: & ex voluntate, & sciã simul

ꝙ

G quod sit viuens: deinde mediante vita in eo, quod omne viuens consyderat in se, & est viuēs, necesse est etiam vt sciat seipsum. & hic discursus intellectiuus est in vltimitate declarationis. Vos vero, cū aufertis volūtatē, & īnouationē, & existimatis quod id, quod emanat ab eo, emanat cōsecutiue per viā necessitatis, & naturæ, quid incōueniens erit, si fuerit substantia, eius substantia, cuius natura est vt sit ex eo causatū primum tantum, deinde sequitur ex causato primo causatum secundum, vsque ad complemētum emanationis entium: & ipsum profecto cū hoc non consyderat seipsum, sicut est ignis, ex quo sequitur
H calefactio, & Sol, ex quo sequitur lumen. & vnumquodque eorū nō scit seipsum, sicut non scit aliud, sed id, quod scit seipsum, scit quod emanat ab eo: ergo scit aliud. & iā declarauimus ex opinione eorū quod ipsum nō scit aliud: & conclusimus quod cōtradicentes huic conueniunt in iudicio positionis eorū: igitur, cum non scit aliud, nō est inconueniens vt non sciat seipsum. Si vero dicatur, omne id, quod non scit seipsum, est mortuum, & quomodo Primū erit mortuū? dicimus quod secutum est hoc vo
I bis secundum cursum opiniōis vestrę. quoniam non est differentia inter vos, & dicentem, omne, quod non agit voluntate, & posse, & electione, & non audit, & nō videt, est mortuum: & id, quod non scit aliud, est mortuum. &, si est possibile vt sit Primum priuatū his attributis omnibus, quid īdiget vt sciat seipsum. sed, si reuertuntur ad id, quod omne ens mundū à materia est intellectus ex se, & intelligit seipsum, iam declarauimus quod hoc est versutia, & nō est ei demonstratio. Si vero dixerint quod demōstratio eius est, quod ens
K diuiditur in viuū, & mortuū: & viuum est prius, & excellentius mortuo: & Primū est prius, & excellentius: ergo est viuens: & omne viuens consyderat seipsum, cū sit falsum vt in causatis ab eo sit viuens, & ipsum non sit viuēs. Dicimus quod hæc sunt deceptiones. quoniam nos dicimus quod non est falsum vt sequatur, ex eo, quod non scit seipsum id, quod scit seipsum, mediantibus multis, aut mediantibus. &, si falsificās hoc fuerit, quoniam causatum esset nobilius causa, nō est falsum profecto vt cāusatū sit nobilius causa. Preterea, qua- L
re negatis quod nobilitas eius duret durante ente vili per seipsum, non per sciam suam? & hoc probatur. quoniam aliud aliquando scit aliqua preter se, & uidet, & audit: ipsum vero gl. nō videt, nec audit. Si vero dixerit aliquis ens diuiditur ad videns & cęcum, & ad sciens & ignorans: & vidēs est prius: ergo Primum videt, & scit res. Dicendū quod ipsi negant hoc, & dicunt non est nobilitas in visione, & scientia rerum. sed, cum non est necessitas videndi, & sciendi, & sit substantia modo, quo sit ex ea vniuersum, ī quo est scientia, & dominus visionis, sic igi- M
tur nō est nobilitas in scientia substantię. sed, cum fuerit principium substantiarum scientium: & hoc est nobilitas propria sibi: ergo de necessitate coguntur ad ablationē sciētiæ eius de se ipso etiam, cum nō significauerit aliud prętер volūtatem, & non significatur per voluntatē nisi innouatio mundi, & in corruptiōe huius corrumpitur. hoc totum est secundum quod assumit hęc ex consyderatione intellectus. Igitur id, quod dixerunt de attributis primi, seu de ablatione

A lationc eorum, non est eis ratio de
co, nisi sermo ęstimatiuus, & cogi-
tationes. & absint Legistę à talibus
existimationibus. Et non est mirã
dum de diminutione intellectus in
attributis diuinis, & nõ est quid mi
raculosum: sed quid miraculosum
est diminutio eorũ in seipsis, & as-
sumptio rationum suarum, & cre-
dulitas eorum ꝙ sciant hęc scĩa ve-
ra cum eo, quod est in eis de subita
neitate, & inuolutione.

AVERROES

Ait Auer. Ex rebus mirãdis est
ratiocinatio eorũ, ꝙ innoua-
B tio mundi sequitur vt sit ex volun-
tate, & tñ videmus ꝙ innouationes
fiunt ex natura, & voluntate, & ca-
su. q̃ aũt fiunt ex volũtate, sunt res
artificiales: & quę fiunt ex natura,
sunt res naturales. &, si innouatum
nõ fieret nisi ex voluntate, tunc vo-
luntas ingrederetur in definitionẽ
eius. & notum est ꝙ definitio inno
uati est quod reperitur post priua-
tionem: mũdus aũt si esset innoua-
tus, dignius est vt innouetur, ex eo
ꝙ est ens naturale ex principijs re-
rũ naturalium, q̃ vt sit innouatus
ex principijs artificialibus. & ẽ vo-
C luntas. Attamẽ, cũ affirmatur ꝙ sit
ab agente primo, qui elegit eẽ eius,
poti⁹ q̃ priuationem, oportet vt sit
volens. &, si volens, nõ defecit quin
sit eligens esse rei volitæ, vt dixit, ne
cesse est vt sciat: igitur cõmunicãt
eis Philosophi in hac radice. & ser-
mo totus, quẽ recitauit de Loquen
tibus, est satisfaciens. qm̃ in eo est
similitudo rerum naturaliũ rebus
artificialibus. Cũ autẽ dixit de Phi
losophis ꝙ ipsi tenent ꝙ id, qđ pro
uenit à Deo gl. ꝓuenit naturaliter,
est sermo corruptus de eis. & qui te
nent in rei veritate ꝙ emanatio en D
tium sit ab eo, est profecto nobilio-
ri modo q̃ naturaliter, & voluntate
humana. nã his duobus modis eue
nit diminutio: & nõ diuidũt verũ,
& falsum, cum fuerit demõstratio
ꝙ impossibile est vt sit emanatio
operationis ab ipso glo. emanatio
naturalis non autem emanatio vo
luntaria, eo modo, quo intelligitur
voluntas hic. nã voluntas in viuen
te est principiũ motus. & cum ipse
De⁹ absit à motu, necesse est vt absit
à principio motus, eo mõ, quo ẽ vo
lens: qđ apparet nobis: & est ema-
natio ab eo nobiliori mõ hac volũ
tate: & nemo scit modũ illum, nisi E
ipse glo. Et probat̃ ꝙ sit volens, qm̃
ipse scit duo cõtraria. &, si eẽt agẽs,
ex eo ꝙ est sciens tm̃, operaret̃ duo
contraria simul: & hoc est falsum:
ergo necesse est vt operetur vnum
duorũ contrariorũ electione. Et id,
in quo inuoluuntur in hoc capitu-
lo, est, cum dicunt, si est agens aut
est naturaliter, aut voluntarie. & ip
si quidem nõ intelligunt nec quid
sit natura, nec quid sit voluntas.
Nam natura apud Philosophos di-
citur dupliciter. & Primo de ascen-
su ignis superius, & descẽsu lapidis
inferius. & hic quidem motus pro- F
uenit ex ente, cui euenit quid acci-
dentale, & est vt sit res extra locum
suũ, & est ibi cogẽs, quod cogit eã.
& Deus glo. absit ꝙ sit huius natu-
ræ. & Secundo proferunt ẽt eam de
omni potentia, à qua ꝓuenit actio
intellectualis, vt sunt operationes,
quę proueniunt ex artibus. & aliqs
attribuit huic naturæ ꝙ sit intelle-
ctus: & aliqui dicunt quòd nõ ha-
bet intellectum, sed operatur natu
raliter. Attamen ipsi dicunt ꝙ pro-
uenit

G uenit ex intellectu. qm̄ assimilāt eā rebus artificialibus, q̄ mouentur ex seipsis, & emanāt ab eis operatiōes proportionatę, & ordinatę. Et ideo dicit Arist. princeps Philosophorū, manifestū est φ natura intellectus dominatur toti. & q̄ maxime est remota hæc credulitas ab eo, qđ dicit Alga. Qui autē ponit propositionē vniuersalem, φ sciens seipsum scit aliud, qđ emanat ab eo, sequitur ei φ qui n̄ scit aliud, nō scit seipsum. Et, qm̄ iam destruxit sermonē Auicēnę, cum dixerit φ ipse scit aliud, cum eo, qđ adduxit contra eū ex ra-
H tionibus Philosophorū, in hoc sequitur ei vt primū nō sciat seipsū: & consequens est verū. Quod autē recitauit ex Philosophis de rationibus ꝑductis ab eis in hoc capitulo, cum dicunt φ nesciens seipsum est mortuum, & Primū impoſſe est vt sit mortuū, est sermo satisfaciēs, cōpositus ex propōnibus famosis. nā qđ non est viuens, nō est mortuū. nisi id, cuius natura est habere vitā nisi intellexerit per mortuū id, qđ significat dictio inanimatū. & tūc diuidit verum & falsum. nā oē ens aut erit viuens, aut inanimatum. &
I hoc quidē, cū intelligimus per vitā, illam, q̄ dicitur ęquiuoce de ęterno, & corruptibili. Et, cū dixit si autem dixerint φ omne, qđ est remotum à materia, est intellectus in se, & intelligit ex se, iā diximus φ hæc est versutia, cui nō est demr̄o, Dicim⁹ φ iam diximus superius modū demr̄onis eorū in hoc, ſm φ oportet, vi demr̄onis in hoc libro, s. φ diminuitur vis eius proculdubio, prout est res, cū extrahitur à suo loco naturali. Quod aūt recitauit ēt ex ratione adducta contra Philosophos in hoc, cū dicunt φ ens aut erit viuū, aut mortuum: & viuū est nobilius mortuo, & principiū est nobilius viuo: ergo est viuēs necessario. cū profecto ītelligitur ꝑ mortuum mors ipsa, tunc propōnes famosæ veræ sunt. Cum aūt dixit φ possibile est vt emanet ex eo, qđ nō est viuens, vita, & ex eo, qđ non est sciēs, sciā, & erit nobilitas principij in eo profecto, qđ est principiū eius vniuersale tm̄, est sermo falsus. Nam, si esset poſſe vt emanet ab eo, qđ nō ē viuēs, vita, erit poſſe vt emanet ab L
eo, qđ non est ens, ens: & vt emanet qđlibet à quolibet. & nō erit conuenientia oīno inter causas, & causata, nec in genere dicto secūdū pri⁹ & posterius, nec specie. Cum aūt dixit φ, cū dicunt φ nobilius viuēte est viuēs, est sicut sermo dicētis id, qđ est nobilius ex eis, qui habēt auditum, & visum, habet auditum, & visum. ipsi tamen non dicunt hoc, quoniam auferunt à primo principio auditum, & visum. & quemadmodum ē possibile apud eos vt sit nobilius audiente, & vidente non audiens, nec videns, sic possibile est M
vt sit nobilius viuente, & sciēte nō viuens, nec sciens. Vlterius, sicut est possibile apud eos vt proueniat ex eo, quod non habet visum, habens visum, sic possibile est vt proueniat ex non habente scientiam habens scientiam. Hic sermo profecto est sophisticus, & fallax nimis. quoniā apud eos esset non habens auditū, nec visum nobilius habente audiditum, & visum, nō simpliciter, sed ex eo φ habet apprehensionem nobiliorem visu, & auditu: & est scientia. Et, quoniam nihil est nobilius scientia, impossibile est vt sit non

sciens

A sciens nobilius sciente, siue sit principium, siue nõ sit principium quoniam principia, ex quo aliquod eorum est sciens, & aliquod nõ sciẽs, impossibile est vt non sciens sit nobilius sciente, sicut est in causatis scientibus, & non scientibus. Et nobilitas principij impossibile est vt excedat nobilitatem scientiæ, nisi excedat nobilitas principij nõ sciẽtis nobilitatem principij scientis. & impossibile est vt sit excessus nobilitatis principij nobilior excessũ nobilitatis scientię. Quare necesse est ut sit principium, quod est in vlti-
B mitate nobilitatis, in vltimitate excessus, & est scientia. Timent autẽ homines attribuere ei auditum, & visum. quoniam sequeretur ex istis attributis vt sit animatum, sed attribuit ei lex auditum, & visum ad indicandum quòd ipse Deus glo. non deficit ei aliquid ex speciebus scientiarum, & doctrinæ: & impossibile est facere quòd vulg⁹ hoc intelligat, nisi per auditum, & visum. quare hæc expositio est propria sapientibus: & impossibile est vt ponatur ex capitibus, & radicibus legis communibus omnibus,
C vt currit cursus multarum rerum, quæ attribuuntur scientiæ in lege. Et totum, quod includitur in hoc capitulo, est fallacia, & destructio ipsius Algaz. nos autem reuertamur ad Deum propter vilipendiũ, & depressionem eius prouenientes à Sapientibus, ex eo quòd perquirunt bonum nomen in his rebus, & petimus à Deo glo. vt non ponat nos in numero eorũ, qui separãtur in hoc seculo ab alio seculo, & in ĩfimo à sup̃mo, & ĩprimat nobis gloriã ęternã: ĩ oĩbus.n.ẽ omnipotẽs.

DISPVTATIO. XIII. D

De destructione eius, quod dicunt, quod Deus glo. absit, ignorat particularia, diuisa ad diuisionem tẽporis, ad præsens, et pręteritum, et futurum.

ALGAZEL.

AIT Algaz. Et iam conueniunt in hoc. nã qui opinatur ex E eis quòd ipse nõ scit nisi seipsum, non latet hoc esse ex opinione eius. & qui opinatur quod ipse scit aliud, & est id, quod elegit Auicenna, existimauit quòd ipse scit res sciẽtia vniuersali, quæ non ingreditur sub tempore, & non distinguitur in pręteritum, futurum, & præsens: & cum hoc existimauit q̃ non deficit sciẽtia eius pondus grani in cœlo, & in terra, quoniam scit particularia aliqua specie. Et impossibile est quin prius intelligamus opinionẽ eorũ: & postea dabimus operam quęstionibus, & declarabitur hoc similitu- F dine. & est q̃ Luna eclipsatur, postquam nõ fuerat eclipsata, & postea apparebit. nã euenient ei tria, scilicet eclipsis hora, qua nõ est, sed est apta vt sit: & aliquid in quo est, s.ẽ in fieri: & aliquid tertiũ, in quo nõ est, sed fuerat antea. Et sic nobis secundum hos tres modos sunt tres sciẽ diuersę. nam nos scim⁹ primo q̃ eclipsis non est, sed erit: secundo q̃ fit: & tertio q̃ fuit, & nõ fit nũc. & hæ tres sciẽ sunt sciẽ numeratę,

&

G & diuersę. Et, quia veniunt successiue in subiecto, faciēt mutationem substantię scientis. nā, si sciret post apparentiam ꝙ eclipsis sit nunc, vt fuerat antea, esset ignorantia, non autem scīa. &, si sciret hora, qua ē, ꝙ non scit, erit etiā ignorantia: & aliquod horum non erit loco alterius. Et existimauerūt ꝙ ipse Deus glo. non diuersificatur his tribus rebus. nam hoc inducit ad mutationem. & id, qđ non diuersificatur, dispositio eius nō potest credi ꝙ scit hæc tria. sciētia. n. sequitur scitum, & sciens sequitur scīam. &, cū mu-
H tatur scitum mutatur scīa: &, cum mutatur scīa mutatur sciēs proculdubio. mutatio autem in Deo glo. est falsum. & cū hoc existimauerūt ꝙ ipse Deus gl. scit eclipsim, & omnia attributa eius, & accidētia ei⁹.

Attamen scīa, quę attribuitur primo, & non mutatur, exempli gratia vt sciet ꝙ Sol sit, & ꝙ Luna sit, ex eo ꝙ perueniunt ab eo mediantibus Angelis, quos appellant ex decreto eorū intellectus abstractos: & sciet ꝙ ipsi mouentur motibus circularibus: & sciet ꝙ orbes eorū secantur in duobus punctis, quę sunt
I caput, & cauda, & ꝙ reperiuntur aliquibus temporibus in sectionibus illis, & eclipsatur Sol, s. cū fuerit corpus Lunæ inter eum, & oculos aspicientium, & occultatur Sol oculis: &, cum transierit sectionem in tali spatio, vt est annus exempli gratia, eclipsabitur iterum: & hæc eclipsis erit in toto, aut tertia parte, aut medietate: & durabit per horam aut duas horas: & sic in omnibus temporibus eclipsis & accidētibus eius: & non deficit scīæ eius aliquid. Attamen sciētia eius in hoc ante eclipsim, & hora eclipsis, & post appa-
K rentiā, est eodem mō: & nō diuersificatur, & non causabit mutationē in substantia eius. & sic est scīa eius in oībus innouationibus, quę fiunt per causas. & illę causę habent etiā alias causas, vsq; quo deueniant ad motum circularē cœlestem. & causa motus circularis est anima cœli. & causa motiōis animę est desyderium assimilandi se Deo gl. & Angelis propinquis. & totum est scitū ei, s. est notū ei notitia quadā proportionata, & simili, in qua temp⁹ non facit impressionem. & cū hoc
L circa tempus eclipsis non dicitur ꝙ ipse scit ꝙ eclipsis sit nunc, nec scit postea ꝙ nūc apparuit. & omne, in cuius scīa necesse est relatiōe ad tēpus, nō pōt consyderari ꝙ id sciat, qm̄ causat mutationē. & hoc est ei, quod diuiditur tēpore. & sic est opinio eorum in eo, qđ diuiditur materia, & loco, vt sunt indiuidua hominum, & animalium. qm̄ dicunt ꝙ non scit accidentia Socratis, Platonis, & Hippocratis: sed scit hominem absolute scientia vli: & scit accidentia, & proprietates eius: & ꝙ oporteat vt sit corpus eius composi-
M tum ex membris, quorum aliqua sunt ad natādum, & aliqua ad ambulandum, & aliqua ad apprehendendum, & aliqua paria, & aliqua disparia: & quòd potentiæ eius necesse est vt extendantur in partibus eius. & sic sequitur omni attributo intus in homine, & extra, & omnibus passionibus eius, & attributis, & accidentibus, adeo ꝙ non deficit aliquid scientiæ eius: & id scit vniuersaliter. indiuiduum vero Socratis cognoscitur, & distinguitur ab indiuiduo Platonis sensu, non autem

tem

A tem intellectu. & cognitio eius habetur ex nutu ad vnam partem. & intellectus intelligit partem absolutam vlem, & locum vlem. Cum autem dicimus hoc & hoc, innuimus proportionem appropriatã huius sensibilis ad sentiens, cum fuerit in propinquitate, aut remotiõe ab eo, aut in parte tali demonstrata. quare falsum est in Deo glo. Et hoc est fundamentum fidei eorum, in quo fundatę sunt omnes leges, quæ vlr tenent q, cum Socrat exempli gratia seruierit Deo, aut fuerit ei rebellis, Deus nesciet id, qđ fit ex reb⁹ ei⁹,
B qm̃ ipse non scit ipsum Socratem q sit indiuiduũ, & operationes eius innouatas, postquam non fuerint. &, cum non sciuerit indiuiduum, non sciet res eius, & opationes eius: immo nõ scit hęresim Socratis, nec fidem eius: sed scit hęresim hoĩs, & finem eius absolutam vniuersalẽ, non autem propriam indiuiduis. Etiam necesse est vt dicatur excitatur Propheta ad prophetiam: & ipse non scit in illa hora q excitetur ad eam. & sic est in omni re demõstrata. & ipse bene scit q hominũ aliquis est, cui competit prophetia,
C & tamẽ nescit q sint tales, & tales. Propheta autem talis, indiuiduum eius non scitur ab eo: quoniã hoc habetur sensu. & res, quæ emanant ab eo, ipse non scit eas, qm̃ sunt res, quæ diuiduntur diuisiõe temporis ab indiuiduo tali. & apprehẽsio earum sm diuersitatem earum causat mutationem. Hoc est, quod voluimus narrare primo de permutatione opinionum eorum, & secundo qũo intelliguntur, & postea loquemur de inconuenientibus, quæ sequuntur eis, & nunc narrabimus

D assimilationem eorum, & modum destructionis eius. Assimilatio autẽ eorum ẽ. qm̃ hęc tria sunt diuersa: & diuersa, cum venerint successiue in eodem subiecto, necesse est vt sit in eo mutatio absq; dubio. &, si hora eclipsis scitur q erit vt fuerat antea, est profecto ignorans, nõ sciẽs. si autem est sciens q est in instãti, & antea sciebat q non est, & q ventura est, necesse est vt diuersificetur scĩa ei⁹. & diuersificatur res ipsa, & sequitur mutatio, cum nihil sit mutatio, nisi diuersitas scientis. nã qui nõ sciuerit aliquid, deinde id sciuerit, necesse est vt mutatus sit. & quĩ
E non fuerit ei sciẽtia q fuerit p̃sens, deinde peruenit ad eum sciẽtia, hora ipsius esse mutatus est. Et verificauerunt hoc ex eo, q sunt tres dispositiones. est. n. dispositio, quę est relatio indiuidualis absoluta, sicut dicimus dextrum & sinistrum. nã hoc non conuertitur ad attributũ essentiale, sed est relatio absoluta, &, si mutaueris rem, quę erat ĩ dextro ad sinistrum, mutabitur relatio tua, & non mutabitur substãtia tua in re. & hęc est permutatio relationis ad substantiã, & non permutatĩ substãtia. & hmõi est, cum poteris
F mouere corpora, quæ sunt ante te, & corrumpantur corpora, aut corrumpatur aliqđ eorum, non mutatur ex hoc calor fundamẽtalis, nec posse tuum. qm̃ posse tuũ est posse mouendi corpus absolutum prĩo, deinde demõstratũ tale, in eo q est corpus. & non erit relatio posse ad corpus demonstratum attributum eẽntiale, sed relatio absoluta. & priuatio eius causat ablationem relationis, non autem mutationem in re eius, qui potest. Secunda autem

G est mutatio in substantia, & est quod non erat sciens & scit: & non erat potens, & pōt. & hęc est mutatio. Tertio vero est quod mutatio sciti facit mutationē sciētię. nā verificatio substātię sciētię, ingreditur in eā relatio ad scitum, quod habetur, cum verificatio sciētiæ talis demonstratę sit alligātia eius cum hoc scito tali demonstrato, prout est: & alligantia eius cum eo aliter est alia sciētia necessario, & peruentio eius successiue vnum post aliud facit diuersitatem ī re sciētię. & impossibile est vt dicatur quod sit substantia sciētiæ eadem. nam datur sciētia quod sit, postquam fuerit sciens quod venturū est: deinde
H fit sciētia quod iam fuit, postquam est sciētia quod sit: ergo est eadem sciētia, & ęqualis, & iam permutata est relatio in ea. &, quoniam relatio est verificatio substantię scientię, igitur permutatio eius facit permutationē substantię sciētię, & sequitur ex ea mutatio. quod ē falsum in Deo gl. Dubitatio autē est dupliciter, primo vt dicatur eis, quare negatis dicēti quod Deus gl. habet eādē sciētiam de eē eclipsis in hora tali: & hæc sciētia, antequam sit, est scientia quod futura ē, & est eadē apud esse sciētia in eē, & est eadē post apparent ā sciētiæ in fine. & hę mutatiōes
I conuertunt ad relationes, quę non faciunt permutationē in substātia sciētię, nec facient mutationē in substantia scientis. & hoc est positū in gradu relationis absolute. nam idē homo erit in dextra tua, deinde veniet ante te, deinde ad sinistrā tuā, & erūt tibi relatiōes vna post aliā, & quod mutatur est hoc indiuiduū, quod permutatur. & sic debet intelligi dispositio scientię Dei glo. concedendo quod scit oīa eadem sciētia antiquitate, & ęternitate, & in præsentiarum, & non mutatur. & intentio K nostra est auferre mutationem, ad quod conuenerunt. Cum autem dicunt quod de necessitate affirmationis sciētię in esse est vt sit presens, & cessatio postea est mutatio, non conceditur. Et vnde sciunt hoc? Immo, si Deus glo. creauerit nobis sciētiam de ambulatiōe Socratis in mane apud ortum Solis, & continuauerit hæc sciētia, & non creauerit nobis aliam sciētiam, nec ignorantiā huius scientię, sciremus apud ortum Solis simpliciter sciētia præcedenti ambulationi eius in præsentiarū, & postea quod iā ambulauerat antea. & erit hæc L scientia eadem, quę remansit, sufficiens in comprehensione horum trium temporum: & remanebit dictum eorū, quod relatio ad scitum demonstratū tale ingrediatur in verificationem sciētię: & quotienscunque diuersificatur relatio, diuersificabitur res, cui relatio est essentialis: & quotienscunque erit diuersificatio, & perueniet vnum post aliud, erit mutatio. Et dicimus, si verificatū fuerit hoc, vos ibitis in via fratrum vestrorum ex Philosophis, cum dicunt quod ipse non scit nisi seipsum, & quod sciētia eius de seipso est ipsemet. M nam, si ipse sciret hoīem absolutū, & animal absolutum, & inanimatum absolutum, & ista sunt diuersa sine dubio, tunc relatio ad ea diuersificatur sine dubio. quare non verificatur in eadē sciētia quod sit diuersorum, nam relatum est diuersum & relatio est diuersa: & relatio ad scitum est essentialis sciētię: igitur hoc faciet numerationem, & diuersitatem, non numerationem tantū cum assimilatione. nam similium aliqua sunt, quę procedunt proces-

A su aliquorum: & scientia de animato non procedit processu sciẽtiæ de inanimato, nec sciẽtia de albedine procedit processu scientię de nigredine: ergo sunt diuersæ. Præterea hæ species, & genera, & accidentia vniuersalia sunt infinita, & sunt diuersa: igit̃ scĩæ diuersę q̃uo cõprehenduntur sub eadem scientia? Vlterius hæc scientia est substãtia sciẽtis, absq; eo ꝙ addat ei aliquid, vellem scire quomodo permittit sciẽs, cum imaginatus fuerit idẽtitatem scientiæ in eadem re, cuius dispositiones distinguuntur in præteritũ, B futurum, & pręsens: & non imaginatus est identitatem scientię alligatę in omnibus generibus, & speciebus diuersis? & diuersitas, & distantia inter genera, & species distantes est maior diuersitate, quæ est inter dispositiones eiusdem rei, quę diuiditur diuisiõe temporis ad pręteritum, pręsens, & futurum. &, cum hoc non facit numerationẽ, pluralitatem, & diuersitatem, quomodo illud faciet numerationem, & diuersitatem? & quotienscunq; affirmabitur demonstratiue diuersificari tempus absq; diuersitate ge C nerum, & specierum, & ꝙ hoc non faciet numerationem, & diuersitatem: ergo hoc etiam non faciet diuersitatem, & numerationem. &, cum non fecerit diuersitatem, erit profecto comprehensio totius eadẽ scientia continuata ab antiquo, & in ęternum. & hoc non facit mutationem in substantia scientis.

AVERROES.

Ait Auer. Fundamentum huius q̃õnis est assimilatiõ scĩæ Dei glo. scĩæ humanę, & comparatio vnius duarum scientiarum alteri. nam comprehensio hominis indiuiduorum est per sensus: & cõprehensio entium vl'ium est per intellectum: & causa comprehensionis est ipsummet comprehensum. & non dubitatur de mutatione cõprehensionis, cum mutẽtur cõprehensa, & numeratione eius, cũ numerentur. Attamen responsio eius in hoc est ꝙ possibile est vt sit hic sciẽtia, ad quam erit proportio scitorum proportio relationũ, in quorum substantia non sunt relatiões, sicut est dextrum, & sinistrũ in habente dextrum, & sinistrũ est quid, quod nõ intelligitur in natura scĩę humanę. & ista contradictio est cõtradictio vera sophistica. Secunda vero contradictio, & est cum dixerit ꝙ qui dicit ex Philosophis ꝙ ipse scit vniuersalia, sequitur ei, cum cõcesserint in scientia eius numerationem specierum, vt concedant numerationem indiuiduorum, & numerationem rerum eiusdem indiuidui, est contradictio sophistica etiam. nam scientia indiuiduorum est sensatio, aut imaginatio: scientia vero vniuersalium est intellectus. & innouari indiuidua, aut res indiuiduorum causat duo, scilicet mutationem comprehensionis, & numerationem eius: scientia vero specierum, & generum non causat mutationem. nam scientia eorum est permanens, & innouantur scientia comprehendente ea, sed communicant, scilicet vniuersalia, & particularia in numeratione.

Cum autem dixit ꝙ qui ponit ex Philosophis vnam scientiam sim-

 plicem,

G plicem, comprehendētem genera, & species, absq, eo ꝙ sit ibi contradictio, & diuersitas, quam facit diuersitas generum, & specierum, & distantia eorum abinuicem, sequeretur ei vt concedat vnam scientiā comprehendentem indiuidua diuersa, & res vnius ī diuidni diuersas. & est sicut dicens ꝙ, si reperitur intellectus comprehendens species, & genera, & est vn⁹, sequeretur de necessitate vt reperiatur genus vnum simplex, comprehendēs indiuidua diuersa. Attamē est sermo sophisticus: quoniam nomen scientię dici-
H tur de eis ęquiuoce. Et, cum dicit ꝙ numeratio specierum, & generum facit numerationem in scientia, est verum. & propter hoc verificantes ex Philosophis non ponunt sciām ipsius Dei gl. de entibus, non vl'em, nec particularem. nam scientia, cui hæc eueniunt, est intellectus passiuus, & causatus: primus vero intellectus est actus purus, & cā. & non comparatur scīa ei⁹ scīæ humanę, & aliquo mō non intelligit aliud ꝓter se, ex eo ꝙ est scientia non passiua, & aliquo mō intelligit aliud ꝓter se, ex eo ꝙ ipsemet est scīa acti-
I ua. Et declaratio opinionis eorum est, quoniam, cum sciuerint demōstratiue ꝙ ipse nō intelligit nisi seipsum, necesse est vt subāstia eius sit intellectus. &, quoniam intellectus, in eo ꝙ est intellectus, est alligatus ei, quod est, non autem ei, qđ non est: & qui constituerit demonstrationem ꝙ non reperiuntur nisi hęc entia, quæ nos intelligimur, nō est dubium ꝙ alligatur eis intellectus eius. &, cum necesse fuerit vt alligetur his entibus, aut alligabitur eis modo, quo alligata est eis scientia nostra, aut alligabitur eis altiori modo, quā sit alligantia scientiæ nostræ eis: alligari autem eis sciētiam eius modo, quo alligatur scīa nostra, est falsum: ergo sequitur vt sit alligatio scīę eius eis mō altiori, & esse perfectiori, q̄ sit esse, quo erit alligantia scientię nostræ eis. nam scīa vera est, quæ conuenit ipsi eē. &, si sciētia eius est nobilior scīa nostra: igitur scīa ipsius Dei glo. est alligata enti modo altiori, q̄ mod⁹, quo alligata est ei scīa nostra. Igit᷑ enti sunt duæ entitates, entitas nobilis, & entitas ignobilis: & entitas nobilis est cā ignobilis. & hoc ē id, L quod dicunt Antiqui ꝙ Deus glo. est oīa entia: & est motor, & agens eorum. & ideo dixerūt principales Sophiorum, nō est ipse nisi ipse. At tamen hoc totū est ex notitia profundatorum in scīa. & hoc non debet sibi nec cōpellere homines, vt huic credant. & ideo non est ex doctrina legali. & qui constituerit id extra locum suum, errauit, sicut qui celauerit eum, cui competit, malefacit. Quòd autem idem habeat gradus entitatis, est notum ex anima.

ALGAZEL M

Ait Alg. Secunda autem dubitatio est, vt dicatur quid prohibet ſm radices vestras quin sciat hæc particularia, licet mutaretur? & quare non creditis ꝙ hęc species mutationis non sit falsa ei? vt opinata est quędam secta ex Matazela, ꝙ sciētię eius de innouationibus sunt innouatæ: & vt crediderunt Carmei ex recentioribus ꝙ sit subiectum innouationum. & non negat hoc eis vulgus hominum veritatis,

A tatis, nisi ex eo, ꝙ mutatum nō euadit à mutatione. & qđ non euadit à mutatione, & innouatiōibus est innouatum, & nō est antiquū. vos vero, & vestra opinio est ꝙ mūdus est antiquus, & ꝙ nō euadit à mutatione. &, cum intelligitis antiquū mutabile, nihil prohibet vobis ab hac credulitate. Si autē dixerit abstinuim⁹ nos ab hoc, qm̄ scīa, quæ innouatur in se, aut fit ex se, aut ex alio. & falsum est vt fiat ex se. nam nos iam declaramus ꝙ antiquum non emanat ab eo innouatum: & nulla erit actio, cū non fuerit agēs:
B causat.n. mutationem. & iam adaptauimus hoc in disputatione de nouitate mundi. si vero hoc prouenerit ei ex alio, qūo aliud faciet impressionem in eo, & eum mutabit? adeo ꝙ mutabuntur res eius modo subiectiōis, & violētiæ ex alio. Nos autem dicimus ꝙ vtraq; partiū nō est falsa fm radices vestras. nā, cū dicitis ꝙ sit falsum vt emanet innouatum ab antiquo, iam nos destruximus hoc in illa disputatione: & præcipue, cum apud vos nō erit falsum vt emanet ab antiquo innouatum, quod erit principium innoua
C tionū, & conditionando falsitatē, ꝙ sit principium in his innouationibus, nō habentibus causas innouatas in infinitū, sed deuenient mediante motu circulari ad aliqđ antiquum, qđ est anima orbis, & vita eius, & anima orbis antiqua: & motus circularis antiquus fit ex eo, & quælibet pars motus innouatur, et finietur: & quicquid est post eum innouatur proculdubio: igitur innouationes proueniūt ab antiquo apud vos. Quare, cum consyderentur res antiqui consyderatiōe emanationis innouationum ab eo continue, sicut considerantur res motus, ex eo q; emanat ab antiquo ęqualiter, declarabitur, ꝙ quælibet secta eorū bene scit ꝙ possibilis sit emanatio, innouata ab antiquo, cū emanauerit proportionabiliter. & D continue igitur erunt scientię innouatæ huius speciei. Secunda vero pars, & est emanatio huius scīæ in eo ex alio, dicimus in ea, quare est falsum hoc apud vos? & non sunt in eo, nisi tria: quorum Vnum est mutatio. & iam declarauim⁹ ꝙ bene est fm radices vestras. Secundū autem, q; mutatio sit cā mutatiōis E alterius. quod non est falsum apud vos, & erit innouatio rei cā innouationis scientię. sicut vos dicitis ꝙ representari hominem coloratum in frontispicio pupillę videntis sit causa impressionis similitudinis hominis in tunica pupillæ, cū mediatione aeris cristallini inter pupillam, & visum. &, cū sit possibile vt inanimatum sit causa impressionis figurę in pupilla, & est res visionis, sic nō erit falsum, vt sit innouatio innouationum causa ad proueniēdum scīę primi in eas. nā virtus visiua, sicut est disposita apprehēsio- F ni, & erit inuentio hominis colorati cum ablatiōe velaminis intermedij causa proueniendi cōprehensionis, sic etiam erit substantia primi principij apud vos apta ad recipiendum scīam, & exitum à potētia ad actum, cum fuerit in esse hoc innouatum. &, licet fuerit in eo mutatio antiqui, antiquum quidem mutabile non est falsum apud vos. Si vero opinati fueritis ꝙ hoc est falsum in necessario in eē, vos profecto nō habetis demonstrationem de ne-

G ceſſatio in eſſe ꝙ ſit de neceſſitate,
niſi de ceſſatione proceſſus cauſa-
rum,& cauſatorum, vt diximus an
tea.& iam declarauimus ꝙ ceſſatio
ꝓceſſus ſit poſſibilis ĩ antiquo mu
tabili. Et tertium, quod hoc inclu-
dit,& eſt ꝙ antiquum ſit mutabile
ex alio,& ꝙ hoc faciat ſeruitutem.
& dominiũ alterius ei,dr̄ eis de hoc
quare hoc ē falsũ apud vos, & ē vt
ipſe ſit cauſa innouatianis innoua
tionum mediantibus medijs,dein-
de erit innouatio innouationũ cau
ſa innouationis ſcientię eius de eis,
& quaſi ipſe eſt cauſa prouentionis
H ſcientię in eo,attamē cum medijs?
Et,cum dicitis ꝙ hoc aſſimilat' ſer-
uituti,dicimus ꝙ ſic. & id quidem
ſic erit,qm̄ eſt conueniens radicib'
veſtris,cum opinati fueritis quòd
quicquid prouenit ab ipſo Deo gl.
prouenit conſecutiue, & naturali-
ter,& non eſt ei poſſe ad non agen-
dum. & hoc etiam aſſimilatur ſpe-
ciei ſeruitutis. & innuit ꝙ ſit quaſi
coacte ad id, quod prouenit ab eo.
Si vero dixerit hoc non eſſe coacte:
qm̄ perfectio eius eſt vt ſit ordina-
tor omnium rerum, dicimus quòd
hoc non eſt ſeruitus: quoniam per
I fectio eius eſt vt ſciat omnia. Et, ſi
dixerimus ꝙ prouenit nobis ſcien-
tia copulata omni innouato,erit ꝓ
fecto hoc nobis perfectio,non autē
diminutio,& ſeruitus, & ſic erit de
Deo gl.& ipſe glo. bene ſcit.

AVERROES.

Ait Auerr. Summa huius con-
tradictionis primę Philoſo-
phis, quæ eſt contradictio ſm ſer-
mones eorum,non ſm rem ipſam,
eſt vt dicatur eis, ex radicibus qui-
dem veſtris eſt ꝙ ſit hic antiquum, K
in quo veniunt innouatiões, & eſt
orbis. quare ergo negatis qn ſit an
tiquum primum ſubiectum inno-
uationum? Aſſaria autē ſecta hoc
negauit: quoniã omne id, in quo
ſunt innouationes, apud eos eſt in-
nouatum. Attamen hęc eſt contra
dictio topica. nam innouationum
aliquę ſunt,q̃ non ſunt in antiquo,
& ſunt innouationes, quæ mutant
ſubſtantiam ſubiecti, in quo fiũt:
& aliquæ ſunt,q̃ ſunt in eo, & ſunt
innouationes,quę non mutãt ſub-
ſtantiam ſubiecti. ſicut motus loca
lis ĩ corpore mobili,& ſicut criſtal- L
linitas,& illuminatio. & antiq quo
que aliquod eſt, in quo nõ eſt mo-
tus omnino,neque mutationes pe-
nitus: & eſt id,quod nõ eſt corp'.
& aliqđ eſt, in quo eſt aliquis mo-
tus,& eſt antiquum, quod eſt cor-
pus,vt ſunt corpora cœleſtia. &, cũ
hæc diſtinctio ponatur à Philoſo-
phis, igitur hęc contradictio eſt cõ
tradictio inanis, quoniã loquimur
de antiquo,quod nõ eſt corpus. Et,
qm̄ adduxit hãc contradictionem
Philoſophis,adduxit etiam reſpon
ſionem Philoſophorũ huic. Et ſum
ma eius eſt, qm̄ ipſi negauerunt ꝙ M
ſit ei ſcĩa innouata. nam ſcĩa inno-
uata ei aut erit ex ſeipſo,aut ex alio
ſi ex ſeipſo, igitur ſit ab antiquo in
nouatum:& ex radicibus noſtris ē
vt non emanet ab antiquo innoua
tum. Ipſe vero contradicit eis,dicẽs
ꝙ non emanat ab antiquo innoua
tum, cum ponunt orbem antiquũ,
&,cum ponunt innouationes ema
nare ab eo. Et reſpõſio eorum huic
eſt, ꝙ in innouatum impoſſibile
eſt apud eos vt emanet ab antiquo
abſoluto, tamen poſſibile eſt ab
antiquo

A antiquo essentialiter,& in innouato quo ad motum suum,& est corpus cœleste. quare erit apđ eos quasi medium in rei veritate inter antiquum absolutum, & inuouatum absolutum: nam aliquo modo est antiquum, & aliquo modo est innouatum. Et hoc quidem mediũ est motus circularis cœlestis apud eos,qui est antiquus quo ad speciẽ, innouatus vero quo ad partes: & in eo quòd est antiquus prouenit ab antiquo,& ex parte partium innouatarum emanant ab eo innouationes infinitę. Philosophi autem B negauerunt esse innouationes ĩ Primo: quoniam non est corpus:& innouationes non inueniuntur nisi in corpore. nam receptio non reperitur apud eos,nisi in corpore: remotum vero à materia nihil recipit. Summa autem eius contradictionis secũdæ parti argumenti eorum, & est quòd prima causa non erit causata, est quoniam possibile est vt sit scientia eius, similis sciẽtię humanę,scilicet quòd scita sint causa scientiæ eius,& innouatio eorum causa innouatiõis scientiæ ab eis: sicut visibilia sunt causa appre C hensionis visus, & intellecta causa comprehensionis intellectus: adeo quòd erit secundum hoc, cum fecerit entia,& creauerit ea,causa cõprehensionis eorum,nõ quòd causa creationis eorum sit sciẽtia eius. & hoc profecto ẽ falsum apud Philosophos, scilicet vt sit sciẽtia eius, sicut scientia nostra. nam scientia nostra est causata ab entibus: scientia vero eius est causa eorum. & impossibile est vt sit scientia antiqua, prout est scientia innouata. & qui credit hoc ponit ꝑfecto Deum gl. hominem ęternum: hominem vero Deum generabilem & corruptibilem. demum iam declaratum est superius quòd dispositio in scientia Primi est opposita dispositioni sciẽtiæ humanæ, scilicet quòd scientia eius est agens entium, non autem quòd entia agant scientiam eius. D

DISPVTATIO. XIIII.

De diminutione eorum in constituendo rationem, quod cœli sint animati, seruiẽtes Deo gl. motu circulari eorum, & quod moueantur voluntarie. E

ALGAZEL.

AIT Algaz. Et etiã dixerunt quòd cœli sunt animati, & ꝙ habent animam, cuius propoitio ad corpus cœli est sicut proportio aĩę nostræ ad corpus nostrum. &, sicut corpora nostra mouentur uoluntarie ad partem voluntatis nostræ, & ad motum animæ, sic etiam cœli. & quòd motus cœli simpliciter, & essentialiter seruit domino mundi, modo, quem narrabimus. Dixit & opinio eorum in hac disputatione est, quæ non potest euitari. & nos non disputabimus ad reprobandum eam. nam Deus gl. potest creare vitã in omni corpore: & for- F

G titudo corporis non potest euitare quin sit animatum, nec quin sit rotundum. nam figura appropriata non est conditio vitæ, cum animalia cum diuersitate figuræ eorũ cõmunicant in receptiõe vitę. sed nos disputabimus de diminutione eorum in scientia huius rei ratiõe intellectus. & hoc profecto, si esset verum, ipsi quidem id non apprehendũt nisi Prophetę, quorum animæ requiescãt in pace, cum diuinitate Dei gl. aut prophetia: ratiocinatio vero intellectus ad id nõ perducit. Verumtamen non negat̃ ꝙ possit H sciri hoc ratiõe, si reperiretur ratio, aut hoc bene erit fortunato viro: sed dicimus ꝙ ea, quam posuerunt rationem, non conuenit nisi ad habẽdum existimationem. ꝙ autem adipiscatur veritatem determinatam, & finĩam meram non. Imaginatio autem eorum est, quia dixerunt cœli mouentur: & hęc est ꝓpositio sensui manifesta. & oẽ corpus mobile habet motorem: & hęc est propositio ĩtellectu cognita. nã, si corp⁹ eẽt mobile, ex eo ꝙ est corpus, & esset profecto omne corpus mobile. & omnis motor aut prouenit à substãtia eius, quod mouetur I naturaliter, vt est motus lapidis deorsum, & voluntate, vt est motus animalis cum posse, aut erit motor ab extra, sed mouet violenter, sicut est impulsio lapidis sursum. Et omne, quod mouetur ex re existenti in seipso, aut non apprehendit hãc rem in motu: & nos appellamus eã naturam, vt est motus lapidis deorsum: aut apprehendit eam: & nos appellamus eam voluntariam, aut animalem. Motus autem vniuersalis circularis est his distinctionibus inter negationẽ, & affirmationem, K aut violentus, aut naturalis, aut volũtarius. &, cũ destruantur duę partes, remanet tertia. & ĩpossibile est vt sit violentus, qm̃ motor inclinãs aut erit aliud corpus, quod mouet̃ voluntarie, aut violenter, & finiet proculdubio ad voluntatẽ. & quotienscunq; affirmabitur in corporibus cœli mobile voluntarie, iã habemus intentum, & ad quid ponuntur motus violẽti. & in fine impossibile est quin deueniamus ad volũtatem: aut dicatur ꝙ mouent̃ violenter, & Deus gl. est, qui mouet eos L immediate, qđ est falsum. nã, si mouerentur ab eo, in eo ꝙ sunt corp⁹, & in eo ꝙ sunt creaturæ eius, sequeretur vt moueatur omne corpus. & impoſ'e est quin approprietur motus aliquo attributo, quo discernatur ab alijs corporibus. & hoc quidem attributum est mouẽs propinquũ aut volũtarie, aut naturaliter. & impoſ'e est ut dicat̃ ꝙ Deus glo. sit motor eorũ uoluntarie: qm̃ uoluntas proportionatur corporibus eadẽ proportiõe. & quare est aptũ hoc corpus pręcipue ꝙ uelit id mouere, & non aliud? & impoſ'e est ut M sit hoc existimatiuo iudicio. nam hoc esse falsum diximus ĩ disputatiõe de creatiõe mundi. Et, cũ ꝓbatũ fuerit ꝙ hoc corp⁹ necesse est ut sit ĩ eo aliquid, qđ sit principiũ motus, destructa est prima pars, & est ponere motũ uiolẽtũ: remanet ergo ut dicat̃ ꝙ est motus naturalis. qđ quidem est impoſ'e. nam naturalis tñ non erit causa motus. moueri.n. nihil aliud est nisi recedere ab uno loco, & petere alium locũ. locus autẽ, in quo est corpus, si esset ei conueniens, non moueret̃ ab eo. Quare

A Quare non mouetur vter plenus aere in superficie aquarum.&, cũ plenus fuerit aqua, mouetur in superficie aquarum? nam inuenit locum conuenientem, & quiescit in eo. & natura fixa.& ideo, cum permutatum fuerit ad locum conueniẽtem ei, recedit ab eo ad conuenientem, sicut recedit a medio aquæ ad terminũ aeris. motus vero circularis non potest consyderari ꝙ sit naturalis. nam quicunque locus aut vbi ponatur, a quo recedit, ad eum redit.& is a quo fugit, a nobis naturaliter, non quæritur naturaliter. & ideo non i-B bit vter aeris ad intus aquam, nec lapis it post quietem supra terram, & tendit ad aerem: ergo non remanet nisi tertia pars,& est mot⁹ volũtari⁹.

AVERROES

AIt Auer. Quod autem posuit Alga. in hoc sermone, ꝙ omne, quod mouetur, aut mouetur ex se, aut mouet ex corpore ab extra:& hoc est, quod appellatur violentia, est notum per se. Quòd autem omne, quod mouetur ex se, non est motor in eo, nisi motum, est quid non notum per se, sed est famosum. Philosophi autem laborant in demon-C stratione, ꝙ omne motũ, quod mouetur ex se, habet motorem repertum in eo, qui est diuersus a moto, & fecerunt alias propositiões notas ex seipsis,& propositiones, quæ sunt conclusiones aliarum demõstrationum,& est quid, quod habetur ex libris eorum. Et sic etiam nõ est notum per se ꝙ omne motum, quod mouetur a motore ab extra, finitur ad motum ex seipso. Et istæ propositiones, quę positæ sunt hic, ꝙ sint propositiones notæ ex se, sunt in eis ex ambabus speciebus simul, s. aliquæ sunt, quæ sunt conclusiones, & D aliquæ, quæ sunt notæ ex se. Quòd autem motum ex se, non ex corpore ab extra, sit motum aut ex se, & natura sua, aut ex principio in eo:& impos̃e est vt moueatur ex alio, qđ non sentitur, nec comprehenditur sensu, quod est distinctum ab eo ab extra, ac si diceres id, quod non est corpus, est quid notum per se.&iam laboramus in hoc libro in declarãdo hoc, s. ꝙ, si sic esset, non erit motus sursum dignior in igne, q̃ terra. & hoc est notum per se. Quòd autẽ non moueatur ex se, & natura sua, apparet in rebus, quæ mouentur ali E quando,& quiescunt aliquando. nã id, quod est naturaliter. non habet agere duo contraria: in rebus vero, quæ apparent sensu moueri continue, necesse est fieri demonstrationem. Id autem, quod posuit hic in hoc sermõe, ꝙ motum ex se mouetur ex principio in eo, quod appellatur natura, aut principio, quod appellatur anima,& electio, est verũ, cum probauerit ꝙ non sit hic aliqđ quod mouetur ex se. Id vero, quod posuit, ꝙ principium appellatũ natura, non mouetur ex se in loco, nisi cum locus fuerit non conueniẽs ei: F nam tunc mouetur ad locum sibi conuenientem, in quo quiescit: est verum. sed id, quod posuit etiam, ꝙ motum circulariter non habet locũ non conuenientem, & conueniẽtẽ, & permutatur ab vno ad aliud non in toto, nec in partibus, est quasi notum per se,& facile comprehendit. & recitauit in hoc sermone aliquid suæ consyderationis, & declarationis. quare necesse est vt non moueatur naturaliter, cum intelligimus per naturam hoc, quod ipse imagi-

natus

G natus est. Et sic id, quod posuit, ꝙ, cum non mouetur naturaliter, mouetur ab anima, aut potentia simili animæ, apparet ex eo, ꝙ ipse tenet ꝙ anima in corporibus cœlestibus non dicitur de eis nisi æquiuoce. & plurimum, quod appellant sapiẽtes nomen naturæ, est super omnẽ potẽtiam, quæ agit actione intellectuali, s. currit cursu ordinis, & proportionis, quæ est in rebus intellectualib', sed auferunt a cœlo talem potẽtiam vilem, cum fuerit ipsum apd eos id, quod tribuit hanc potentiam regitiuam omnibus entibus. Attamen H hic sermo, quem hic recitat ex propositionibus nostris, est topicus, ex eo ꝙ assumpsit in eo plurimum ei', quod est conclusio demonstratiõis, ꝙ sit notum per se: & ex eo ꝙ assumpsit in eo pro opposito id, quod nõ est oppositum. & est topicus, quoniam propositiones eius sunt probabiles, & famosæ. & hæc quidem via in declarando ꝙ corpus cœleste sit corpus animatum, est via Auicẽnæ. Antiqui vero habent in hoc viã magis efficacem, & magis lucidam.

ALGAZEL

I Ait Algazel, Quæstio autẽ est vt dicamus, nos consyderam' tres consyderationes, præter opinionem vestram: in quarum destructione non est demõstratio. Prima quidem, cum consyderauimus motum cœli violentum ex alio corpore, quod id mouet continue: & hoc corpus mouens non erit rotũdum, nec comprehendẽs, nec cœlum: igitur est falsum dictum eorum, ꝙ motus cœli est volũtarius, & ꝙ cœli sunt aĩati. & hoc, qd' diximus, est poss, & non est in negatione eius, nisi negatio simpliciter.

AVERROES

K Ait Auerr. Hoc est falsum. qm̃ declaratum est apud eos, ꝙ extra cœlum non est aliud corpus, nec possibile est vt sit infra cœlum. nam illud corpus, si mouet, impossibile est quin moueatur. & reuertitur interrogatio.

ALGAZEL

Ait Alga. Secunda vero est vt dicatur ꝙ, motus est violentus, & principium eius est voluntas Dei glo. nam nos dicimus ꝙ motus corporis grauis deorsum est violentus, & fit, quoniam creat Deus glo. motum in eo. & sic dicitur de alijs motibus corporum, quæ non sunt animalia, & remanet quæstio eorum, L quare voluntas appropriata est eis, & tamen alia corpora communicãt cum eis in corporeitate, & non appropriantur in genere. & iam declarauimus ꝙ volũtas antiqua, eius moris est appropriare rem præ simili: & ipsi necessitati sunt confiteri attributum tale, cum consyderatur pars motus circularis, & locus polorum, & puncta. & non reiterabimus id. Sermo autem breuis circa id, quod negauerunt de appropriatione corporis ex alligantia voluntatis in eo M absque distinctione attributi, quod conuertitur contra eos in distinctione illius attributi, est ꝙ nos dicimus quare cognoscit corpus cœli tali attributo, quo distinguitur ab alio ex corporibus? & alia corpora sunt etiã corpora: & quare euenit ei id, quod non euenit alteri. Nam deuenire hoc ex alio attributo facit ĩterrogare in illo attributo alio: & sic in infinitũ. & indigent demum deuenire ad iudicium voluntatis, & ꝙ in principijs sit aliquod discernens rem a simili.

A simili.&appropriat ipsam attributo prę cęteris similibus.

AVERROES

AIt Auer. Quòd autẽ lapis moueatur deorsum ex attributo, quo creatus est,& sic ignis sursum, & ambo attributa sunt cõtraria, est quid per se notum. & contradicere huic est temeritas. & multo plus vt dicatur ꝙ volũtas æterna faciat motum continuum absque actiõe,quã agat in eo volens, & ꝙ hoc non sit elementale in natura sua,& appellatur violẽtia.nam,si hoc sic esset, nõ esset rebus natura omnino,nec veri

B ficatio, nec definitio.quoniam notum est per se ꝙ differunt naturæ rerum,& definitiões earum ꝓp dr̃iam operationum earum: sicut est notũ per se ꝙ omnis motus violentus corpori erit ex corpore ab extra. & hic sermo nihil est. Cum autem dixit ꝙ ponere actionem entis procedentis ab eo determinat attributum ꝓprium,ĩterrogatio remanet de hoc attributo:& est quare appropriatur huic enti,præter id,quod est ex gñe eius? v.g.ignis & terra communicãt in corporeitate,& receptiõe, sed differunt attributo addito corporeita-

C ti,sequit̃ ei vt dicatur quare appropriatur attributum ignis igni?& attributum terræ terræ?& quare non fuit econtra? Hic quidem est ex sermone eius,qui non ponit attributis ipsis subiectum proprium, sed põt euenire oẽ attributũ cuilibet ei, cui attribuitur.& dicens hoc, ẽt aufert definitionem,& aufert dr̃iam subiectorum.appropriatio enim eorum attributis proprijs est causa prima appropriãdi entia attributis ꝓprijs. & hæc positio est ex radicibus sectæ Assariæ, qua conati sunt destruere

scientiam legis,& intellectus, & demum intellectum ipsum. D

ALGAZEL

AIt Alg.Tertia vero est, vt concedatur quòd cœli appropriati sunt attributo, & illud attributum est principium motus,vt crediderũt de descensu lapidis deorsum: sed nõ considerant hoc in eis, sicut in lapide.Et,cum dicunt ꝙ id, quod quæritur naturaliter,non est id,a quo fugitur naturaliter,est error. quoniã non est ibi dr̃ia numero apud eos, sed corpus est vnum, & motus circularis est vnus: & corpus non habet partem in actu,nec motus habet ꝑtem in actu, sed distinguuntur imaginatione.& non est ille mot⁹,quia quęrit locum,nec quia fugit a loco. E

& possibile est vt creet corpus,& ĩ se sit aliquid determinans motum circularem, & ipsemet motus hoc determinat,non autem ꝙ determinet ille motus quærere locum, deinde erit motus ad perueniendum ad eũ. Et,cum dicitis, ꝙ omnis motus est ad perquirendum locum, aut ad fugiendum ab eo, cum fuerit violentus,est ac si poneretis quærere locũ determinatum a natura ipsa,& poneretis motum non intentum in se F

ipso,sed sequitur eam,nos autem dicimus non negatur ꝙ sit motus ipsummet determinatum,nõ perquisitio loci:quæro quid reddit hoc falsum.Et declaratio eius,quod dixerunt,quod reputatur esse fortior alia concessione,non debemus sentẽtiare ex hoc ꝙ auferatur aliud. igitur iudicium in sententiando ꝙ cœli sunt animati est pura versutia, non habens quidem sustentaculum.

Auer-

G AVERROES

Ait Auerr. Cum autem dicũt q̃ hic motus non eſt ex potẽtia naturali, ſimili potẽtiæ nãli terræ, & ignis, eſt verum. Et hoc manifeſtum eſt ex eo, quod dixerunt, quòd illa potentia eſt deſyderium loci cõuenientis corpori, cuius eſſe eſt per illam potentiam. corpus vero cœleſte, cum omnis locus ſit conueniens ei, ideo non mouetur tali potentia. & ideo appellant Sapiẽtes talem potentiam, nec grauem, nec leuem. Si autem hæc potentia eſt cum com-
H prehenſione, aut ſine comprehẽſione. &, ſi eſt cum comprehenſione, quo nam modo comprehenſionis eſt declaratum eſt alibi. Et declaratio huius eſt vt dicamus. Prima autem conſyderatio eſt vt ponam⁹ motorem cœli aliud corpus, non cœleſte, eſt nota deſtructio eius ex ſeipſa, aut prope notitiam ex ſeipſa. Nã hoc corpus non poteſt mouere corpus cœleſte circulariter, niſi quòd ipſum moueatur ex ſe, ac ſi diceres homo, aut angelus id reuoluit ab oriẽte in occidens. &, ſi hoc eſſet, erit hoc corpus animatum, aut infra
I mundum, aut extra. & falſum eſt vt ſit extra. nam extra mundum non eſt locus, nec vacuum, vt declaratũ eſt in multis locis. & oportet etiam, cum mouerit iſtud corpus, vt firmetur ſuper aliud ibi quieſcens, & illud corpus ſit quieſcens ſuper aliud & procedet in infinitum. & eſt falſum etiam, vt ſit infra mundum. nam, ſi hoc eſſet, comprehenderetur ſenſu. omne enim corpus infra mundum eſt ſenſibile. & indigerent etiam alio corpore, quod contineat ea, præter id, quod ea reuoluit, aut id, quod reuoluit ea, eſt id, quod cõ- K
tinet ea: & continens indigeret continente. & neceſſe eſſet vt ſit numerus corporum animatorum, quæ mouentur numero motuum corporum cœleſtium. Et interrogatur etiam de iſtis corporibus an ſint cõpoſita ex elementis quatuor, & erũt generabilia & corruptibilia, an ſimplicia. ſi erunt ſimplicia, quæ eſt natura eorum. & hoc totũ eſt falſum, & præcipue apud eum, qui ſciuerit naturam corporum ſimplicium, & ſciuerit numerum eorum, & numerum ſpecierum corporum compoſitorum ex eis. & incumbere huic in L
hoc loco nihil eſt. Et iam declaratum eſt demonſtratiue in multis locis quòd hic motus non eſt violentus. nam eſt principium omnium motuum, & eo mediante influitur vita omnibus entibus, quanto magis motus? Secunda vero conſyderatio, & eſt quod motor eorum ſit Deus glorio. abſque eo, quòd creat in eis potentiam, qua mouentur, eſt etiam ſermo turpis nimis, prohibitus, & diſtans ab eo, quod intelligit homo: & eſt ſimilis dicenti, quòd Deus glorio. tãgit omnia, quæ ſunt hic, & mouet ea. & quod comprehẽ- M
ditur ex cauſis, & cauſatis eſt falſum & erit homo homo non modo, quo creauit eum Deus: & ſic alia entia, Et deſtructio huius eſt deſtructio intellectorum. nam intellectus comprehendit res ex parte earum cauſarum. & eſt ſermo ſimilis ſermoni dicentis ex antiquis, quòd Deus eſt in omni re, & ſunt pueri. & loquemur cum eis in loco, vbi recitabimus deſtructionem cauſarum, & cauſatorum. Tertia vero conſyderatio currit curſu naturæ, & eſt vt po-

A ponamus, quòd motus cœli est ex potentia naturali in eo, & attributo essentiali, non ex anima. Et demonstratio eorum in destrnctione huius est falsa. quoniam ædificauerũt demonstrationem in eo, quòd, si motus cœli esset naturalis, erit locus, quæsitus in motu eorum naturali, idem cum eo, a quo receditur. nam quælibet pars cœli mouetur ad locum, a quo iam mota est. motus enim eius est circularis: in motu vero naturali locus quidem, a quo recedit in motu, est diuersus a loco quæsito. nam is, a quo moue-
B tur, est accidentalis: & is, ad quẽ vadit, est naturalis, in quo quidẽ quiescit. Et est positio falsa. quoniam ipsi posuerunt in partibus cœli multos motus multis motis. & hoc secundum radices eorum. quoniam ipsi dicunt, quòd motus circularis est vnus, & corpus, quod mouetur eo, est vnum, in motu vero circulari non perquirit mobile locum, & possibile est quòd creauerit in eo aliquid, quo perquirit mobile motum ipsum, & erit natura, non autem anima. Et responsio huic est, quòd hic sermo eorum est apud eum, qui
C cogitauit quòd mutatio loci stellarum prouenit ex motu naturali, simili permutationi motorum naturaliter ex locis suis. Attamen positio eorum vera est, quòd motus circularis mobile non perquirit in eo locum, sed, cum perquirit anima, motus circularis, & mouens eius est anima necessario, non autem natura, & motus eius non habet esse, nisi in intellectu. nam non reperitur extra animam nisi moto tantum. & in eo est pars motus, quæ non comprehenditur in esse. & id, quod mouetur ad motum, ĩ eo quòd est motus, desyderat eum necessario. & id, quod desyderat motum, imaginatur eum necessario. & hic est vnus ex locis, ex quibus apparet quòd corpora cœlestia habent intellectum, & desyderium. Et apparet hoc etiam ex multis locis. quorum Vnus est ꝙ idem motum ex corporibus rotundis, id inuenimus moueri duobus motibus contrarijs simul, scilicet, orientali, & occidentali. & hoc impossibile est, vt sit ex natura. nam motum naturaliter mouetur vno motu tantum. Et iam locuti sumus de rebus, quæ mouerunt homines ad tenendum quòd cœli sint habentes intellectum. & quod magis apparet ex eis, est quoniam, cum declaratum est apud eos quòd motor eorũ est intellectus separatus a materia, necesse est vt non moueat, nisi ex eo quòd est quid intellectum, & consyderatum. &, cum sic fuerit, igitur motum ab eo est intelligens, & consyderans necessario. Et apparet hoc etiam ex eo, quòd motus eorum est conditio in esse eorum, quę sunt hic ex entibus, & conseruatione eorum. & impossibile est vt hoc sit casu. & hæc non declarantur hic, nisi declaratione disputatiua, & satisfacienti.

D E F

Di-

DISPVTATIO XV.

De destructione eius, quod dixerunt de intentione motiua cœli.

ALGAZEL.

It Alg. Dixerunt aũt ꝙ cœli sunt animati, seruientes quidẽ Deo glo. cum motib⁹ suis, & appropinquantur ei. nam omnis motus voluntari⁹ est ad aliquam intentionem, cum non
H põt consyderari vt emanet actio, & motus ab animato, nisi cum actio sit dignior ei ociositate. &, si essent actio, & ociositas æquales, non imaginatur actio. Vlterius dixerunt appropinquari Deo glo. non est quærere desyderatum ab eo, & abstineri ab ira eius. nam Deus glo. abest ab ira, & desyderio. &, si attribuuntur ei ambæ istæ dictiones, est abusiue, & denominatur eis ex voluntate condemnandi, & voluntate præmiãdi. & impoſſe est vt sit appropinquatio Deo glo. cum quęretur approximatio ad eum ĩ loco. quod est falsum.
I Et nõ est via quærendi approximationem cum attributis. nam ens pfectius, eius esse est perfectius: & omne esse respectu esse eius est diminutũ. Et diminutio quidem hẽt gradus, & dñiam. Angelus. n. est magis proximus Deo glo. attributo, non autẽ loco: & est id, qđ ĩtelligimus per angelos propinquos, s. substantias intellectiuas, quæ non differunt, nec mutantur, nec finiuntur, & sciũt res, prout sunt. hõ vero, quanto magis vult appropinquari angelo attributis, tãto magis additur appropĩquatio apud Deum glo. & finis naturę humanæ, est vt assimiletur angelis. K
Et, cum probatum sit ꝙ hæc est appropinquatio Deo, & ꝙ est ad perq sitionem appropinquationis ei attributis, hoc erit homini, cum sciuerit veritatem rerum, & cum remanserit æternus in perfectiori esse suo sibi poſſi. & remansio in perfectiõe vltima est Deo glo. & Angelis proximus in totum, quod possibile est ei ex perfectione, & tunc reperitur cum eis, vt entia, in quibus nihil est potẽtia, adeo ꝙ exeat ad actum. igitur perfectio eorum est in vltimitate respectu eius, qui est præter Deũ, L
& Angelos cœlestes: & est præfatio animarum mouentium cœlum, in quibus est aliquid in potentia: & pfectiones eorum distinguuntur ad id, quod est in actu, sicut est figura rotunda, & dispositio. & hoc reperitur & ad id, quod est in potentia, & est dispositio in loco, & in vbi, & nõ est locus demonstratus, qui non sit ei possibilis. Attamen non habet alios situs in actu. nã aggregare ambo est impossibile. &, quoniam impoſſe est eis complere vnitates situũ, continue conantur perficere eas specie, & non deficiunt quærere situm M
post situm, & vbi post vbi. & non cessat omnino hæc poſſitas, & non cessant isti motus. intentio autem eorum est assimilari primo principio acquisitione perfectiõis vltimę ſm poſſitatem eis, & est seruitus Angelorum cœlestium Deo gl. Et acquirũt assimilationem duobus modis. quorum Vnus est perficere oẽm situm poſſem eis specie: & hoc est intẽtum prima intentione. Secundus vero id quod componitur ĩ motu suo ex diuersitate proportionis in trinitate,

&

A &quadratura,& cōiunctione,& oppositiōe,& diuersitate ascensionis,& descensionis respectu terræ,& ab eis emanat gratia ei, quod est sub orbe Lunæ:& proueniunt ab eis hę innouationes omnes. hic est modus pfectionis animæ cœlestis.& oīs anima intellectiua, desyderium quidē eius est perficere seipsam.

AVERROES.

Ait Auer. Totum aūt, quod recitat de Philosophis, est opinio eorum, aut sequitur ex opiniōe eorum, aut poss est ponere sermonē de eo secundum opinionem eorū, B præter id, quod dicit, ꝙ cœli quærūt in motibus suis situs particulares infinitos. nam infinitum non quærit, cum ad id non peruenit aliquis. & nemo hoc dixit, nisi Auicen. Et contradictio Alga. huic sermonī satisfacit cum eo, quod postea dicetur. Attamen intentio cœli apud homines est ipsemet motus, in eo ꝙ est mot⁹. nam perfectio animati, in eo ꝙ est animatum, est motus: euenit tamē hic quies animato gn̄abili,& corruptibili per accidens, s. propter necessitatem materiæ. nam fessitas,& labor accidit huic animato, ex eo ꝙ ē C materiale: aīatum vero, cui non euenit fessitas, nec labor, necesse ē vt sit vita eius omnis,& perfectio eius ex motu,& assimilatio eius creatori est cum præbuerit vitā ei, quod est hic cum motu. Et non est hic motus apud philosophos propter id, quod ē hic prima intentione.& intelligo p primam intentionem vt sit corpus cœleste creatum pp id, quod est hic. nam motus est operatio eius ꝓpria, ꝓpter quem est. nam, si ista essent ꝓpter id, quod est hic prima intentione, esset corpus cœleste creatum ꝓpter id, quod est hic. & est falsum D apud eos vt sit creatum nobile propter ignobile: sed ad bene esse proculdubio sequitur ignobile, sicut est princeps cum eo, quod est sub eo, cuius perfectio non est absq; principe. Princeps vero est ad perfectionē suam. & sic prouidentia de eo, qd' est hic, est similis prouidentiæ Prīcipū de eo, quod est sub eis, cui non est euasio, nec esse, nisi per Principes: & præcipue Princeps principalis, qui non indiget in esse suo perfecto, & nobili principe alio, quanto magis in esse suo.

ALGAZEL E

Ait Alga. Et dubitatio huic est, quoniam in propositionibus huius sermonis est, cui potest cōtradici. sed nos non protelabimus in hoc. Et reuertamur ad intētionem, quam voluistis in fine,& destruem⁹ eam dupliciter, & primo ꝙ perquisitio perfectionis, vt sit in omni vbī sibi possibili, est stultitia, non autem seruitus. & hoc non est nisi sicut homo, qui non habet negocia oīno,& cessauit incumbere voluptatibus,& necessitatibus suis, & quieuit,& circuit domum, seu circuit ciuitatem, & existimat ꝙ appropīquatur Deo F gl.& perficit seipsum, cum sit sibi esse in omni loco possibili.& existimauit ꝙ esse in multis locis est possibile ei,& cum non potest congregare ea numero, perficit ea specie, qua est perfectio,& approximatio.& iste homo peruenit ad stultitiam, & dicet ꝙ permutatio a parte ad partem, & a loco ad locum non est perfectio sensibilis, quam desyderet. & nulla est differentia inter id, quod dixerunt, & hoc.

Auer-

G AVERROES.

AIt Auerr. Existimatur, ꝙ hic sermo propter mollitiem ei⁹ prouenit ex vno duorum hominũ, aut stulto, aut maligno. Alg. autem est mundus ab istis duobus attributis: licet aliquando proueniat miraculose ab homine nõ stulto sermo stultus, & ab eo, qui non est malignus, sermo prauus. Attamen significat hoc diminutionem humanã propter id, quod euenit eis ex euasione. Quoniam, si concesserimus Auicennę ꝙ orbis intendit in motu suo permutare situs: & permutatio
H situum eius propter entia, quæ sunt hic, est id, quod conseruat esse eius, postq̃ adinuenit eum: & est hęc operatio eius continue: quæro quæ est maior seruitus, q̃ ista seruitus? quẽadmodum, si vult aliquis incumbere ad conseruandum ciuitatem a ꝓditoribus, circuens eam nocte, & die, teneremus quidem ꝙ hæc operatio est ex maximis operationibus appropinquantibus Deo glo. sed, si ponimus motum huius hominis circa ciuitatem intentione, quam ipse dicit ex mẽte Auicennæ, s. ꝙ ipse nõ intendit in motu suo, nisi quærere
I perfectionem in vbi infinitis, dicit᷑ de eo ꝙ sit homo stultus. & hoc est, quod dixit Deus Glo. Quis mensurauit pugno suo aquas, & cœlum? Cum autem dixit qm̃ impos̃e est ei perficere vnitates, aut congregare eas numero, perfecit eas specie, est sermo inuolutus, non intelligibilis: nisi intelligatur, i. quoniam motus impossibile est vt remaneat in partibus suis, remanebit in toto. nam aliqui sunt motus, qui non remanent nec in partibus, nec in toto, & est generabilis & corruptibilis: & aliquis est, qui remanet specie, & est generabilis & corruptibilis in partib⁹ suis: K sed cum hoc dicitur de eo, ꝙ sit motus vnus modis, quibus distinguit᷑ ĩ multis locis librorum suorũ, quib⁹ dicitur ꝙ sit vnus motus. Cum autẽ dixit, qm̃ impos̃e est ei perficere ea numero, perficit ea specie, est sermo falsus. nam motus cœlestis est vnus numero. sed hoc dr̃ de motibus, qui sunt in ceteris gñabilibus, præter cęlum. qm̃ isti, ex eo ꝙ impos̃e est eis vt sint vnus numero, sunt vnus specie, & remanent in eo ꝑ remanẽtiã motus vnius numero.

ALGAZEL. L

AIt Alga. Secundus quidẽ est, vt nos dicamus id, quod recitatis de intentione, est falsum ĩ motu occidentali. & quæro quare fuit motus primus orientalis? & quare non fuerunt motus vniuersi ad eandem partem? &, si est in diuersitate eorum intentio, quare non differũt in contrarium. & erunt hi, qui sunt orientales occidentales, & qui sunt occidentales orientales. nam id, qđ vos dicitis de peruentione innouationum ex diuersitate motuum ĩ trinitate, & sextilitate, & alijs, prouenit M ex contrario. Et sic etiam id, quod dixerunt de perfectione situum, & vbi omnium, postq̃ pos̃e est eis in alia parte, quæro quid habent ꝙ non moueantur aliqñ ex vna parte, & aliquando ex alia parte ad perficiendũ id, quod est pos̃e eis, si fuerit adĩplere omne pos̃e perfectio? Igitur hoc significat ꝙ istæ sunt imaginationes, quæ nihil sunt. & secreta regni cœlorum non habẽtur his imaginationibus, sed habuerunt ea Prophetæ, & Antiqui nostri via diuinitatis, non via assumendi rõnes. & iõ

defi-

A deficiunt posteriores philosophorũ in declarando causam partis mot⁹, & electionem eius.

AVERROES.

AIt Auer. Hæc est dubitatio sophistica. nã permutari ex disputatione ad disputationem est operatio sophistica. Quoniam qũo sequitur ex diminutione eorum, si diminuunt in dando causam diuersitatis partium motuum cœli, vt diminuant etiã in dando causam motus cœli, & vt non sit motui eius causa. hoc totum est sermo in vltimitate mollitiei, & debilitatis. O q̃ maxi B ma est lætitia eorum in hac disputatione. nam putant ꝙ ipsi vicerĩt philosophos in ea. Et causa huius est ignorantia eorum in modis viæ vsitatæ, in dando causas, & consyderationes, de quibus quæritur vt tribuãtur in quolibet entium, quæ quidé differunt propter differentiam naturarum entium. Nam res simplices non habent causam eius, quod prouenerit ex eis, nisi substantiã naturę & formæ earum: cõpositæ vero habent causas agentes præter formas earum: & sunt, quæ fecerunt compositionem earum, & copulationé par C tium earum adinuicem. V.g. terra non hẽt causam vt descendat deorsum, nisi attributum terrestreitatis. & ignis non hẽt causam, vt ascẽdat sursum, nisi substantiam naturæ, & formæ suæ: & cum hac natura dicit' ꝙ sit contraria igni. & sic sursum, & deorsum non habent causam, qua fuerit vna duarum partium superi⁹ & alia inferius. sed hoc est ex determinatione naturæ eorum. Et, cum necesse fuerit diuersitas partium ex se ipsis, & diuersitas motuum ex diuersitate partium, tunc non erit hic causa, quæ possit assignari diuersitati motuum, nisi diuersitas partium D mobilium: & diuersitas partium est ex diuersitate naturæ eorum, s. ꝙ q̃dam sunt nobiliora quibusdam. V.g. cum homo senserit in aĩali q; pręcedit in ambulando cum vno duorum pedum ex aliqua parte corporis sui, deinde sequitur eum alter, & dicit quare aĩal præponit hunc pedem, & postponit alterum, & non è cõtra, non erit profecto ibi causa cõpleta, nisi vt dicat, ꝙ impoſ'e est in motu animalis quin præponat pedem, & sustentetur super alium pedem. & hoc profecto facit vt sint animali duæ partes, dextrum, & sini E strum. & dextrum est, quod semper præponitur ex potentia reperta ĩ eo sibi propria: & sinistrũ semper postponitur dextro ex potentia sibi propria. & impoſ'e est vt sit è contra, s. vt sit pars dextra pars sinistra. nam natura aĩalis hoc requirit aut vt plurimum, aut semper. Et sic est in corporibus cœlestibus. nam, si aliquis interrogauerit quare mouentur cœli ex quadam parte, & non ex alia, respondetur quia habent dextrum, & sinistrum: & præcipue, cum affirmauerimus de eis ꝙ sunt viuentia: nisi F ꝙ est eis quid proprium ꝙ pars dextra in quibusdam eorum est pars sinistra in quibusdam alijs. & tamen ipsi pedes etiam cum ista differẽtia, vnus eorum mouetur ad duo contraria, vt ẽ pes sinister dur⁹ quidẽ. Et quẽadmodũ, si aliquis interrogauerit, & dixerit ꝙ motus aĩalis eẽt complet⁹, si dextrũ ei⁹ eẽt sinistrũ, & sinistrũ dextrũ: & quare appropriatum fuit dextrũ vt sit dextrũ, & sinistrũ vt sit sinistrum, dicitur ei quòd huic nõ est causa, nisi ꝙ natura partis, q̃

G appellatur dextrum, determinauit ῖsé vt sit dextrum, & non sit sinistrũ, & nobile datur parti nobili. sic etiã, cum aliquis ĩterrogauerit quare appropriata est pars cœli dextra motui magno, vt sit dextrum, & pars sinistra, vt sit sinistrum, & iam erat possibile vt sit contrarium, sicut est in orbe planetarum, non erit ei responsio, nisi dicatur ꝙ pars nobilis appropriata fuit corpori nobili, sicut est in appropriatione ignis superius, & terræ inferius. Quod autem cœli moueãtur duobus motibus cõtrarijs, præter motum diurnum, est H propter necessitatem contrarietatis motuum hic, s. motus generationis, & corruptionis. & non est naturę intellectus humani, vt apprehendat magis, q̃ hoc in istis sermonibus, & in hoc loco. Et, quoniam dubitauit eis Alga. cum hac dubitatione, & dixit ꝙ non habent responsionem ei, recitauit in hoc responsionem quorundam philosophorum.

ALGAZEL

AIt Alga. Et aliqui eorum dixerunt, quoniam perfectio eo- I rum prouenit ex motu a quacunq; parte fuerit, & ordo innouationum terrestrium determinat diuersitatẽ motuum, & partium deputatarum, id, quod induxit eos ad radicem motus, est appropinquatio Deo glo. & quod induxit ad partem motus est influere gratiam mundo inferiori. Dixit Alg. ꝙ hoc est falsum dupliciter. Primo, quoniam, si hoc potest consyderari, est ex diminutione iudicij. nam natura quietis magis debet appropriari ei, q̃ motus, & mutationis, & est assimilari Deo glo. in rei veritate, quoniam abest a muta- K tione, motus autem est mutatio. At tamen eligit motum ad influendũ gratiam. nam, si adiuuat alteri, & nõ aggrauat sibi motus, quid est quod prohibet ab hac consyderatione? Secunda vero, quoniam innouationes fiunt ex diuersitate proportionum, quæ fiunt ex diuersitate partium motuum. & sic erit motus primus occidentalis, & alij orientales. & veniet hæc diuersitas, ex qua proueniet diuersitas proportionũ. quare ergo respicit vnam partem? istæ autem diuersitates non determinãt nisi substãtiam diuersitatis, pars ve L ro, quã respicit, non est dignior suo contrario in hoc.

AVERROES

AIt Auer. Hic loquens conatus est dare causam ĩ hoc ex causa finali, non autem ex agẽti. & nullus Philosophorum dubitauit ꝙ sit ibi causa finalis secunda intẽtiõe, quæ est necessaria in esse eorum, q̃ sunt hic. & licet adhuc non sciuerit differentiam, non dubitat tamen ꝙ non est hic motus, nec incessus, nec M regressus planetis, qui non habẽt introitum in rebus, quæ sunt hic, ita ꝙ, si diuersificaretur ex eis aliquid, ĩuolueretur hoc nostrum esse. Attamen multæ harum causarum particularium, aut non scimus eas omnino, aut scimus eas post longum tẽpus, & magnam exercitationem, sicut dicitur ꝙ sapiens affirmauit illud in libro suo de regiminibus cœlestibus particularibus. res vero vniuersales de facili habet scientia earum. & habentes scientiam iudicij stellarum peruenerunt ad multas earum

A & apprehensum fuit nostra tempestate plurimum eius, ad quod peruenerunt Antiqui in hoc, vt Chaldæi, & alij. Quare non oportet vt non credatur ꝙ sit huic scientia de entibus, cum appareat inductiue ꝙ omne, quod videtur in cœlo, est propter scientiam finalem, & causam causarum finalium. nam, si hoc est in animalibus, multo magis dignius est vt sit in corporibus cœlestibus. & iā videtur in animali, & homine, vti decem milibus scientia in tempore spatij mille annorum. ideo non est inconueniens vt videatur in æternum
B æternitatis annorum longorum nimium scientiæ, & sapientiæ, quæ est in corporibus cœlestibus. & nos inuenimus Veteres vti versibus in hoc. nam ipsi bene sciunt expositiones eorum profundatas in scientia, & sunt sapientes veridici. Primum autem, & est, cum dicit quòd aliquis potest dicere quòd assimilatio Deo gl. determinat ei vt sit quiescens, quoniam Deus glorio. abest à motu, sed elegit motū ex eo, quod est in eo de influxu gratiæ generationibus, est sermo inuolutus. nam Deus glorio. non est quiescens, nec
C mobilis: & vt moueatur corpus, est melius, quàm vt quiescat. &, cum assimiletur ens Deo glorio. assimilatur quidem ei, cum fuerit in nobiliori dispositionum eius: & est motus. Responsio vero secunda iam dicta est responsio ad eam.

DISPVTATIO. XVI. D

De destructione dicti eorum, Quod animæ cœli respiciunt omnia particularia, quæ fiunt in hoc mū do.

ALGAZEL

It Alga. Dixerunt ꝙ animæ cœli respiciunt omnia particularia, quæ fiunt in hoc mūdo: & quòd E intelligimus per tabulam seruatam animas cœli: & pictura particularitatum mundi in ea assimilatur picturæ rerum conseruatarum in virtute cōseruatiua posita ī cerebro hominis: nō ꝙ sit corpus amplū durū, in quo scribantur res, sicut scribunt pueri ī tabula. nā illa scriptura reqrit plurimū ei⁹ dilatationē scripti in ea. &, cū id, qđ scribit̄ sit infinitū, nō erit quidem rei scriptæ in ea finis, & nō imaginat̄ corpus infinitū. & impośe est scribere literas infinitas in corpore, & impośe est notificare res infinitas per literas numeratas finitas. Et existimauerunt ꝙ Angeli cęlestes sunt animæ cœli, & Angeli F Cherubini approximantes sunt intelligentiæ separatæ, quæ sunt substantiæ existentes per se: & non continent terminum, & nō vtuntur corporibus: & ꝙ istæ formæ particulares influunt̄ ab aīab⁹ cœlestibus, & sunt nobiliores Angelis cœlestibus: qm̄ ipsæ influūt, illi vero nō īfluūt: & qđ īfluit est nobili⁹ eo, cui īfluit̄: & iō appellant nobile noīe calami, & dicunt scit cū calamo, qm̄ assimilauit

G lauit picturam influentem calamo, & assimilauit id, cui influitur, tabulæ. Hæc est opinio eorum. Et cōtradictio huic disputationi differt a cōtradictione præcedenti. nam id, qd' dixerunt antea, nō est falsum, cum sit de eo, ꝙ cœli sunt viuentes, & mouentur ad intentionem, & est quid possibile. hoc vero idem est, quod tenere ꝙ sit scientia in creato de particularibus infinitis. & hoc forte existimatur quòd sit falsum. & quæritur eis ratio in hoc, quoniam est versutia ipsa.

AVERROES

H Ait Auer. Hoc, quod dixit; nullus Philosophorum dicit de scientia eius, nisi Auicē. s. ꝙ corpora cœlestia imaginantur quanto magis vt imaginentur imaginationes infinitas. Alexander autem exponit in libello suo, appellato Prīcipia totius, ꝙ ista corpora non imaginantur. nam imaginatio reperitur in animali propter cōseruationem: ista vero corpora non timent ꝙ eueniat eis corruptio: igitur esse imaginationes in eis est falsum. sic etiam & sensus. nam, si essent in eis imaginationes, essent eis sensus. sensus. n. sunt

I conditio requisita in imaginationibus: & omnis imaginans sentit necessario, & non conuertitur. & ſm hoc non est vera expositio tabulæ seruatæ, vt recitat de eis. Expō vero intellectuum separatorum, qui mouent quemlibet orbem modo seruitutis, ꝙ sunt eis Angeli approximātes, est expō currens ſm radices eorum. & sic appellare animas orbiū Angelos cœlestes, cum intentio fuerit conuenire id, quod inducitur a demonstratione, ei, quod inducitur a fide.

ALGAZEL K

Ait Alga. Et assignauerunt rōnem in eo, dicētes quidem; iā probatum est ꝙ motus circularis ē voluntarius, & voluntarium sequitur volitum, & volitum vniuersale non respicitur nisi a voluntate vniuersali: voluntas autem vniuersalis non prouenit ab ea aliquid: nā omne ens in actu est demonstratum tale particulare: & voluntas vniuersalis, proportio eius ad vnitates particulares est in eodem gradu: igitur non prouenit ab ea aliquid particulare. sed impoſſe est absque volunta

L te particulari motui demōstrato tali: & orbi quidem ī omni motu particulari demonstrato a pūcto demōstrato ad punctum demonstratum est voluntas demonstrata ad illum motum, & est ei proculdubio imaginatio ad motus illos particulares potentia corporali, cum motus particulares non apprehendātur nisi potētijs corporalibus: igitur omnis voluntas de necessitate eius est imaginatio illius voliti, s. scientia de eo, siue sit particularis, siue vniuersalis. & quotienscunque fuerit orbi imaginatio partium motuum, & compre-

M hensio earum, comprehēdit eas proculdubio, ī eo ꝙ sequitur ex eis de diuersitate proportionum cum terra, in eo ꝙ aliquæ partes oriūtur, & aliquæ occidunt, & aliquæ sunt ī medio cœli aliquorum hominum, & sub terra aliorum. & sic etiam scit quod sequitur de diuersitate proportionum, quę fiunt in motu de trino sextili, quarto, & oppositione, & coniunctione ad alias innouationes cœlestes. Et aliæ innouatiōes terrestres sustentantur innouationibus cœlestibus, aut immediate, aut vno medio

A dio, aut pluribus. Demum omne innouatum est ei causa innouãs, quousque cessat processus ascendendo ad motum cœlestem æternum, si aliquod eorum est causa alicuius. nã causæ, & causata, ascendit processus eorum ad motus particulares cœlestes: & ea, quæ imaginantur in motibus, imaginantur in consequẽtijs eorum, & consequentijs consequentium vsque ad finem processus. & ideo respiciunt omne, quod innouatur. nam omne, quod innouatur innouatio ei⁹ procedit a causa: &, quotienscunq; verificabitur causa, veri-
B ficabitur causatum ĩnouatum. Nos autem non scimus id, quod venturũ est in futuro: quoniam nos nõ comprehẽdimus omnes causas eorum. si enim sciremus omnes causas, sciremus omnia causata. nã, cum scimus ꝙ ignis tangit bombicem, exẽpli gratia, ĩ aliqua hora determinata: tunc scimus combustionem bõbicis. & quotienscunq; scimus ꝙ aliquis comedit, scimus ꝙ saturabiť. & quotienscunq; scimus ꝙ homo deãbulat in loco, ĩ quo ponitur thesaurus coopertus leuiter, cum deambulauerit super eum deambulans, ce-
C spitat pes eius in thesauro, & scit eũ, scimus, ꝙ diues fiet ex inuentione thesauri. Attamen istæ causæ, nõ scimus eas: & aliquando scim⁹ aliquas earum, & euenit nobis sensatio eius cum euenerit causatum. &, si scim⁹ maiorem partem earum, prouenit nobis existimatio manifesta de euẽtu eius. &, si esset nobis scientia omnium causarum, esset nobis scientia omnium causatorum. Nisi ꝙ orbes sunt multi, & habent mistionem cũ innouationibus terrestribus, & hõ non potest scire eas, & animæ cœlorum sciunt eas, quia respiciunt primam causam, & consequentia earum, & consequentia consequentiũ vsque ad finem processus. Et ideo existimauerunt ꝙ dormiens videt in somno suo id, quod erit in futurum. & hoc propter copulationem eius cum tabula seruata, & respiciẽtia eius. &, quotienscunque respexit rem multis vicibus, remanebit hæc eadem res in conseruatiua eius. & aliquando accelerat virtus imaginatiua ad imprimẽdum eam. nam ex natura sua est imprimere res cum exemplationibus, quæ proportionatæ sunt aliqua proportione, aut per
E mutatione ex eis ad contraria. & aufertur comprehensum verum a conseruatiua, & remanebit exemplatio imaginationis in cõseruatiua, & indiget aliqua interpretatione in exẽplificatione imaginationis. & aliqñ exemplificat imaginatio hominem arbori: & mulierem ornamento, & seruum amissioni alicuius rei domus, & conseruantem pecuniam amicorum, & proborum lumini. nã lumẽ est cã cãdelę, q̃ est cã illuminationis, & scientia interpretatiõis ramificatur ex hac radice, Et existimauerũt ꝙ copulatio cũ illis aĩab⁹ dať,
F postq̃ nullũ ẽ ibi velamen. Attñ nos hora vigilię incũbimus ei, ad qđ deueniunt sensus, & appetitus. & dare operã his reb⁹ corporalibus deuiat nos ab eo. &, cũ auferanť a nobis in somno aliquæ inuolutiões sensuũ, apparet ĩ eo dispõ nr̃a copulationi. Et existimauerũt ꝙ Propheta pur⁹ respicit occultũ hac via, nisi ꝙ virt⁹ aĩalis ꝓphetica fortificať tali fortitudĩe, q̃ nõ offendiť a sensibus manifestis. & pp hoc videt ipse ĩ vigilia id quod aliud videt in somno. Vlterius

G rius virtus imaginatiua exemplificat ei etiam id, quod vidit, & aliquādo remanet res eadem in memoria eius, & aliquando exemplificatio eius. & indiget hæc viſio expoſitiōe, vt indiget ſomnium illud expoſitione. &, niſi ꝙ omnia gnābilia ſunt fixa in tabula ſeruata, non ſcirēt Prophetæ occultum in vigilia, nec in ſomno. attamen congregari calamum in eo, quod eſt, erit in die iudicij. & diſpoſitio eius eſt hoc, quod diximus. Et hoc eſt, quod volumus præmittere, vt bene intelligatur opinio eorum.

H

AVERROES

Ait Auer. Iam diximus ꝙ hæc opinio, non ſcimus aliquem dixiſſe eam, niſi Auicennam. Ratio autem eius, quam recitauit, eſt debilium propoſitionum, licet ſint rhetoricæ, & topicæ. nam ipſe ponit ꝙ omne operatum particulare prouenit ab habente animā propter imaginationem particularē de hoc operato, & motus particulares, quibus erit hoc operatum particulare: dein de copulabimus huic propoſitioni I maiori minorem, & eſt ꝙ cœli habent animam, ex quibus proueniūt operationes particulares: ſequit̃ ex hoc vt proueniat ex eis id, quod ꝓuenit ab intellectis particularibus, & operationibus particularibus, ex conſyderatione particulari, quod appellatur imaginatio. & hoc non videtur in artibus tantum, ſed etiam ĩ multis animalibus, quæ operantur operationes terminatas, ſicut eſt domus apum, & aranea, & alia. Attamē contradictio, eueniens his propoſitionibus, eſt ꝙ non prouenit operatio particularis ab habentibus intellectum, niſi ex eo, ꝙ hoc eſt imaginatum imaginatione vniuerſali, & K proueniunt ex ea res particulares infinitæ. verbi gratia, artifex prouenit ex eo figura theſauri ex parte imaginationis vniuerſalis, quæ non appropriatur vni theſauro præter alium. & ſic eſt in eo, quod emanat ex artibus naturaliter ab animali. & ſunt iſtæ imaginationes mediæ inter comprehenſiones vniuerſales, & particulares, ſ. ſunt mediȩ inter definitionem rei, & imaginationem eius ſibi propriam. Corpora autem cœleſtia ſi imaginarentur, eſſet talis quidem imaginatio, quȩ eſt a natura vniuerſali, nō autem imaginatio particularis tributa a ſenſibus. & L impoſſibile eſt vt operationes noſtræ proueniant ab imaginatione particulari. Et ideo tenent philoſophi ꝙ formæ imaginatiuæ, a quib⁹ proueniunt operatiōes animalis determinatæ, ſunt tanquam mediæ inter intellecta, & formas imaginatiuas indiuiduales. ſicut forma, quam facit auis, quæ appellatur Begiath ex rapiētibus, quæ eſt ſimilis ei, qua faciunt apes domus ſuas. artifex vero, qui indiget exemplificatiōe particulari ſenſibili, eſt is, qui non eſt M apud eum hæc exemplificatio imaginaria vniuerſalis: quȩ quidem eſt neceſſaria in emanatione ei⁹, quod emanat ab ea ex particularibus. & hæc imaginatio vniuerſalis eſt, quȩ mittit volūtatem vniuerſalem, quæ non tendit ad indiuiduum præter indiuiduum. voluntates vero particulares ſunt, quæ tendunt ad indiuiduum præter indiuiduum eiuſdem ſpeciei. & hoc non reperitur in corporibus cœleſtibus. Quòd vero re-

giatur

A perlatur voluntas vniuersalis rei vniuersali, in eo quod est vniuersalis, est falsum. nam vniuersale non habet esse extra animam, nec est generabile, & corruptibile. & eius diuisio prima voluntatis ad vniuersalem, & particularem non est vera, nisi dicatur quod corpora cœlestia mouētur ad partem definitionum rerum absque, eo quod componatur definitio ex imaginatione cuiuslibet indiuiduorum repertorum aliter, quàm est apud nos. Cum autem dixit quod voluntas vniuersalis non prouenit ab ea particularis, est error cum intelligitur B per voluntatem vniuersalem ea, quæ non appropriatur indiuiduo, præter indiuiduum, sed vniuersaliter, sicut Rex, cum habuerit exercitus suos. Si vero intelligitur per voluntatem alligantia eius eidem rei vniuersali, tunc non est alligata ei volūtas omnino, & non reperitur voluntas talis, nisi modo, quem diximus. Igitur corpora cœlestia, si declaratum fuerit de eis quod intelligunt ea, quæ sunt hic, ex eo quod imaginantur, hoc est ex parte imaginationum vniuersalium, quæ sequuntur a definitionibus, non autem ex parte imaC ginationum particularium, quæ sequuntur a sensationibus. Et quod magis videtur est quod hoc non erit, nisi ex imaginatione particulari: & præcipue cum dicitur quod quicquid prouenit ex eis hic, prouenit secunda intentione apud opinionem hominum, quod ipsa intelligant se ipsa, & intelligant ea, quę sunt hic. si vero intelligunt ea, quæ sunt hic, ita quod sint diuersa a seipsis, est consyderatio, de qua speculabitur in locis proprijs. demum, si sciunt, nomen quidem scientiæ dicitur de scientia eorum, & scientia nostra æquiuoce. Quod D autem dixit in hoc capitulo de causis visiōis, & prophetiæ est quid, cui solus Auicenna assentit. sed opiniones Antiquorum in hoc sunt diuersæ ab hac opinione. nam esse scientiam de indiuiduis infinitis in actu, ex eo quod est scientia indiuidualis, est quid impossibile. & intelligo per scientiam indiuidualem comprehensionem, quæ dicitur imaginatio. Et non est ponenda disputatio de prophetia, & visione in hoc loco, nisi procedatur in hoc ad immensam quæstionem: & est operatio sophistica, E non autem topica. Attamen hoc, quod dixi de imaginatione corporum cœlestium, quod sunt imaginationes mediæ inter imaginationes particulares, & vniuersales, est sermo satisfaciens. sed quod sequitur ex radicibus philosophorum est quod corpora cœlestia non imaginantur omnino. quoniam istæ imaginationes vt diximus, sunt propter conseruationē, siue sint vniuersales, siue particulares. & sunt etiam ex necessitate consyderationis nostri intellect⁹. & ideo consyderatio nostra est generabilis, & corruptibilis. igitur ne- F cesse est, vt non copuletur imaginationi, & non sustentetur ea modo aliquo. quare hæc apprehensio non erit vniuersalis, nec particularis: sed vniuntur ibi ambæ scientiæ necessario, scilicet vniuersalis, & particularis: & differunt hic ex parte materierum propter hoc. & hoc modo est scientia de occulto, & prophetia, & similibus. & hoc declarabitur perfecte in loco proprio.

G ALGAZEL.

AIt Alga. Et responsio est vt dicatur, quare negatis dicenti, ꝙ Propheta scit futura notificatiõe à Deo proueniente, aut ab Angelo angelorum, & non indigemꝰ aliquo eorum, quæ narrauistis, nec ratione in hoc. & nulla est vobis ratio de descensu legis in tabulam, & calamũ. nam habentes legem nõ intelligũt per tabulam, & calamum hoc decisiue. & non amplectimur leges ablatione amplexus viarum intellectuũ. Et quod dixistis, licet concesserimꝰ
H possitatem eius, quotiẽscunque non conditionatur ablatio finis ab istis scitis, non scitur de eo esse, & non verificatur esse eius. Via vero ĩ hoc est vt sciatur a lege, nõ autem ab intellectu. Quod autem vos dicitis de ratione intellectuali primò, ędificatur super multas propositiões, quarum destructionem non narrabimꝰ, sed tantummodo contradicimus tribus propositionibus. Quarũ prima est, cum dicitis motum cœli esse voluntarium, & iam contradiximus huic disputationi, & adduximus destructionem rationum eorum in ea. Se-
I cunda est, si hoc concedatur vobis abusiue, tunc, cum dicitis ꝙ indiget imaginatione particulari in motibus particularibus, est quid, quod non conceditur. sed nõ est distĩctio apud eos ibi de corpore, quia ẽ quid vnum: diuidit͛ tñ existimatione, nõ aũt motu, & est vnum continuatione. quõ ergo cœli desyderabũt cõplere loca possia eis? vt vos dicitis, & sufficit eis imaginatio vl'is, & voluntas vl'is. & dabimus exemplum de voluntate vl'i, & particulari, vt bene intelligat͛ intẽtio eorum. Cum autẽ fuerit hoĩ intentio exẽpli gr̃a ad fa- K
ciendum festiuitatem in tẽplo Dei, ex hac quidem voluntate vl'i non emanat motus: nam motus est particularis in partem deputatã, & mẽsura deputata. sed non deficit fieri ĩ homine, cum respicit tẽplum imaginatione post imaginationem ad locum, in quo deambulat, & parte, ĩ qua deambulat. & sequitur omnis imaginatio particularis, & voluntas particularis ad motum præter subiectum, quod prouenit ei ex motu. Hoc ergo est id, quod intelligunt ꝑ voluntatem particularem, quæ seq-
tur imaginationem particularẽ. & L
hoc conceditur. nam partes numerantur, cum respicit Hierusalem, & iter non est consyderatum, & oportet consyderare locum præter locũ, & partem præter partem ex volũtate quadam particulari. motus vero cœlestis est ei vnus modus tantum. nam rotundum in se ipso, & termino suo, id nõ transit motus, quem vult: & nõ est ibi, nisi vnum attributum, & vna species, & vnum nomẽ. & est, sicut descensus lapidis deorsum, quia quærit terram via propinquiori: & via propinquior est linea
recta: & ad consyderandum lineam M
rectam non indiget innouatiõe cãę innouatæ præter naturam vniuersalem petentem centrum cum innouatione propinquitatis, & remotionis, & peruentionis ad terminum, & exitus ab eo. Igitur sic sufficit isti motui voluntas vniuersalis ad motum, & non indiget volente. & hæc quidem propositio, conati sunt versutia quadam in præponendo eam.

Auer.

A AVERROES.

AIt Auer. Sermo autem Alg.& responsio est vt dicatur, quare negatis, vsq; ad, non indiget aliquo eorum,quæ dixistis,est responsio quidem de genere auditus, non autem de genere intellecti. & non est ponendum in hoc libro. Philosophi.n.speculātur de omni eo, qđ est in lege. &, si id apprehendunt, tunc sunt ęquales ambæ apprehensiones: & hæc quidem erit perfectissima scientia.si vero id non apprehendunt, notificant diminutionem ītellectus humani in eo, & ꝙ
B comprehenditur in lege tātum.Et, cum dubitat contra eos cum expositione tabulæ,& calami ē quid extra hāc disputationē, nec etiam est ponendum hic. & hęc expositio de scīa occulti ipsius Auicen.nihil est. Contradictio vero intellectualis, ꝗ adduxit de mente Auicē.in hoc,est contradictio vera. nam cœlum nō habet motum extra animam particularē incessu particulari,ita ꝙ hoc determinabit ꝙ sit ei imaginatio. habens.n.animam,quod mouetur extra aīam motib⁹ pticularib⁹ in locis pticularib⁹ hēt ꝓculdubio ima-
C ginationē de eis, ad ꝗ mouet᷑, & de illis motibus, cum fuerint illa itinera non comprehensa ab eo visu.circulare vero,vt dixit, mouetur ex eo ꝙ ē circulare vno motu, licet sequātur illum motū vnum motus multi diuersi particulares,ad id, quod ē sub eo ex entibus. nam non est intentio orbium de illis particularibus,nisi conseruare species tm̄,quarum illa particularia sunt particularia, non autem esse cuiuscunque particularis illorum particulariū, ī eo ꝙ est particulare. qm̄,si hoc esset, necesse est vt cœlum proculdu- D
bio imaginaretur. est tamen speculatio de particularibus, quę fiūt ex eis,an sint intēta ad seipsos, aut ad conseruationem speciei tantum. & impossibile est vt hoc declaretur ī hoc loco, sed videtur ꝙ est hic prouidētia proculdubio de particularibus ex parte somniorum veridicorum,& similium ex pronosticis futurorum, quę quidem in rei veritate est prouidentia in specie.

ALGAZEL.

AIt Alg. Propositio tertia,& ex astutia nimis absurda est, cū E
dicunt ꝙ, cum consyderantur motus particulares,consyderantur etiā consequentia eorum,& prouenientia ex eis,& hæc est stultitia absoluta.& est sicut dictum dicentis ꝙ, cū homo mouetur,& scit motum suū, oportet vt sciat quod sequit᷑ ex motu suo de oppositione,& vicinitate. & est proportio eius ad corpora, ꝗ sunt supra, & sub eo,& ex laterib⁹. &,cum ipse deambulat ī Sole, oportet vt sciat loca, ī quæ cadit vmbra eius,& loca,in quę non cadit: & qđ euenit ex frigore ab vmbra sua, cū abscindatur radius in illis locis: & F
quod euenit ex constrictione partibus terrę sub plātis pedum suorū: & quod euenit de separatiōe ī eis: & quod euenit humoribus suis in ventre de mutatione ex causa motus ad caliditatem: & in quo membro superabundauit caliditas,ita ꝙ quasi corrumpit complexionē ei⁹: & in quo membro rectificauit id. quod frigidum antea quasi corrupit: & in quo loco rectificauit: & etiā quicquid fecit in his membris de humiditate & siccitate: & quod

sequitur

G sequitur ex eis de oppilatione, aut putrefactione: & quod sequitur ex hoc de mutatióne pulsus, & demũ de mutationibus partium corporis ad sanitaté, seu ad ægritudiné: & quod mutatur in partibus eis ad sudorem, aut ad aliam humiditaté. & sic sequitur in omnibus innouationibus in corpore eius, aut extra corpus de eo, cuius mot⁹ est causa, aut conditio, aut pręparãs. & est stultitia, quam non imaginatur intelligens, & nõ cadit in eã nisi stultus. Et ad hoc quidem deuenit hęc versutia, adeo ꝙ nos dicim⁹ de istis
H particularibus diuersis scitis in anima orbis, vtrum reperiãtur in presentiarum, aut denominatur eis, id quod venturum est in futurum? Si ĩtelligitis id, qđ reperitur in pręsentiarũ est falsum ꝙ respiciat occultum. & Prophetę quidé percipiunt in vigilia, alij vero homines ĩ somno id, quod futurũ est eo mediãte. Vlterius destruitur iudicium rationis, quia est versutia. nam qui scit rem, scit consequentia eius, & prosequentia: ita ꝙ, si sciremus omnes causas rerum, sciremus oẽs innouationes futuras: & tamen causę om-
I nium innouationum, quæ reperiũtur ĩ presentiarum sunt motus cœlestes: sed determinamus causam in eis, aut duobus mediantibus, aut multis mediantibus: & cum transierit ad futurum, non erit ei finis. quæro quomodo scietur differẽtia particularium in futurũ in infinitum? & qũo congregantur in aĩa creaturæ in vno tempore, absq; eo ꝙ proueniãt vnum post aliud scĩæ particulares distinctæ infinitæ, & vnitates eorum sunt infinitę. & is, cuius intellectus nõ testatur de huius rei falsitate, non confidat inge- K
nio suo. Si vero cõuertẽt supra nos hoc in scĩa Dei gl tunc dicimus nõ est alliganda scĩa Dei glo. casui de scitis suis modo, quo alligãtur scĩæ creaturarum: sed quotienscunque scita fuerit anima orbis ab anima hominis, esset speciei animę humanę. nam communicatur ei in eo, ꝙ comprehendit particularia mediate, & licet non apprehendat hoc decisiue, erit tamen prędominium existimatiõi ꝙ sit ex speciebus ei⁹. si vero non prædominatum fuerit, tunc est possibile: & possibile de- L
struit determinationem eorum in eo, quod determinauerunt. Si auté dixerit ꝙ mos ipsius animę humanę est vt apprehẽdat etiam omnia, tamen occupatio eius est in inuolutionibus appetitus, iræ, & odij, & timoris, & doloris, demum accidentium corporis, & in eo, quod faciũt peruenire ad eã sensus, adeo ꝙ, cũ processerit anima humana in aliqua re, occupatur ab alia: sed animę cœlestes mundę his attributis, non euenit eis inuolutio, & non impedit eas cogitatio, & dolor, & sensatio: ergo sciunt omnia. Dicimus M
vnde scitis ꝙ non sit eis occupatio? nonne seruitus earum, & desyderiũ earum ad primũ impedit eas, & ꝑbet eis inuolutionem, quin consyderẽt particularia diuersa? aut qđ redit falsum quin consyderemus aliud prohibens præter iram, & appetitum, & hęc prohibentia sensibilia? & vnde scitur ꝙ includãtur in eo, quod videm⁹ de anima nostra, & tamen intellectui sunt occupantes ex magnitudine animæ, & petendo dominiũ id, quod nõ potest imaginari apud infantes, & nõ existimant

A ftimant eas esse occupantes, & pro hibentes? & vnde scitur falsitas ei⁹, qđ est loco earū in aīalibus cœlestibus? & hoc ē, qđ voluim⁹ narrare ī sciētijs, appellatis apđ eos Diuinis.

AVERROES.

Ait Auer. Quod aūt negat, qn sit hic intellectus separatus à materia, intelligēs quidem res per consequentia earū essentialia mō vniuersalitatis eorum, non est impossibilitas eius ex rebus per se notis, nec ēt necessitas esse eius est ex rebus per se notis: sed hoīes, s. Phi B losophi existimant ꝙ iam facta est demr̄o apud eos, ꝙ reperiatur intellectus talis. Quòd vero reperiantur imaginationes infinitę est impossibile vnicuiq; particulari hoc imaginari. Attamen ꝙ reperiatur infinitum in scientia antiqua, & qūo erit scientia de particularibus, quæ fient in futurum homini ex parte scientiæ antiquæ, est id, in quo dicūt homines ꝙ apud eos est declaratio. nam anima intelligit de hac re vl'e, quod est in intellectu, non autem particulare, quod appropriatur tempori tali, & indiuidua nota C apud eos. anima enim est in potentia omnia entia: & id, quod est in potentia, exit in actum, aut propter res sensibiles, aut propter naturam intellectus pręcedentis sensibilia in esse, s. intellectus, propter quē erunt entia sensibilia intelligibilia, & certe quidem non ex eo ꝙ sunt in hac scientia imaginationes indiuiduorum infinitorum. demū existimāt ꝙ iam vniuntur ambę scientię, vniuersalis, & particularis in substātia separata à materia. &, cum ipsa influit hanc scientiā ei, quod est hic, diuiditur ad vniuersalē, & particu- D larem. & non est hæc scientia vl'is, nec particularis. & hoc quidem, siue contrarium eius non potest declarari in hoc loco. loqui.n. de his rebus in hoc loco est, sicut quis acceperit propositiōes Geometricas, quæ non habent famositatē, & faciet cum eis verificationem, nō autem satisfactionem primo aspectu, & miscebit vnam cum alia, scilicet dubitabit cum vna alteri. nam hoc est ex debilibus speciebus loquelæ, & vilioribus, quoniam non erit in hoc verificatio demonstratiua, seu rethorica. Et sic etiam scientia de E differentijs, quæ sunt inter animas cœli, & animam humanam, sunt q̄sita ꝓfunda. & qui loquitur de aliquo eorum extra locum suum, aut erit sermo eius de eis extraneus, aut rhetoricus, & primo aspectu, scilicet propositionum possibilium: sicut dicunt quòd potentia irascibilis, & concupiscibilis prohibēt animam humanam ab apprehēsione eius, cuius apprehensio est propria animæ. nam isti sermones, & similes, apparet de eis quòd sunt possibiles, & oportet afferre rationē eis, & diriguntur ad eos multę possibi- F litates oppositæ. Et hic finis imponitur ei, quod decreuimus narrare de notificatione sermonū, qui sunt in hoc libro in disputationibus Metaphysicis: & est maior pars huius libri. & deinde loquemur de disputationibus Physicis, si Deus glo. voluerit.

IN

IN PHYSICIS.

DISPVTATIO PRIMA.

De iudicio eorum, quod hæc copulatio,quæ apparet in esse inter causas et causata,est copulatio,quę consequitur necessario.

ALGAZEL.

IT Alga. Ea autem,ad q̃ est intẽtio ĩ naturalibus, sunt multę scientię. H & narrabim⁹ partes earum, ad notificãdũ ꝙ lex nõ necessitat, nec astringit vt contradicatur eis, & ne gent' nisi in locis,quæ narrabimus. Et diuiduntur profecto in radices, & ramos. Radices autem sunt octo partes. quarũ Prima est,ĩ qua narrabitur id,quod euenit corpori, in eo ꝙ est corpus,sicut est diuisio, & motus,& mutatio, & id, quod euenit motui,& sequitur ei,vt tempus, & vacuum. & id includit liber, appellatus Liber Physicorum.Secunda est notificatio dispositionũ partium I elementorum cum orbibus, & eius, quod est in concauo orbis Lunę ex elementis quatuor, & naturis eorum,& causa appropriationis vniuscuiusq; eorum ĩ loco tali demonstrato. & id includit Liber, appellatus de Cœlo,& Mundo.Tertia,notificantur in ea dispositiones generationis,& corruptionis,& geniturę,& crementi, & mutationis, & qualitatis perfectiõis specierum cum corruptiõe indiuiduorum ex duobus motibus cœlestibus,orientali,& occidentali. & id includit Liber appellatus de Generatione, & Corruptione.Quarta speculatur ea de rebus euenientibus quatuor elementis ex mistionibus, ex quibus fiunt impressione superioris,vt nubes, L & pluuiæ,& tonitrua,& lampades,& circulus circa Lunam,& iris, & coruscationes, & venti, & terræmotus. & id includit Liber Meteororum appellatus.Quinta speculatur ea de mineralibus.Sexta speculatur ea de plantis. Septima speculatur ea de animalibus.& est Liber dictus de Naturis animaliũ. Octaua speculatur ea de animabus animalium,& virtutibus apprehẽsiuis, & ꝙ homini insit anima,quæ non moritur ad mortem hominis,idest quòd substãtia spiritualis finiatur. quod est falsum. M Earum autem rami sunt septẽ. quorum Primus est Medicina. cuius intentio est scire prĩcipia corporis humani, & dispositiones eius ex sanitate,& ęgritudine,& causis,& signis earum ad hoc vt ægritudo remoueatur,& tũc cõseruatur sanitas. Secundus est Iudicium stellarum:& est consyderatio faciens iudicium ex figuris planetarum de eo, quod euenit ex rebus mundi,& tempore, & filijs, & cremento, & ætatibus. Tertius est scĩa Physionomiæ:& est faciens iudicium

A dicũ ex figura, & dispositione eius de moribus. Quartus est Interpretatio somniorũ: & est faciens iudicium ex eo, quod est simile de impressione alterius. Quintus est sciẽtia imaginum: & est copulatio virtutum cœlestiũ virtutibus aliquorum corporum terrestrium, vt fiat ex hoc operatio extranea in mundo terrestri. Sext9 est scĩa Prestigiationis: & est mistio virtutum corporum terrestrium, vt fiant ex eis res extraneæ. Septimus ẽ ars Alchimię: & intentio eius est permutare substantias minerales ad perueniẽ
B dum ad purificationem auri, & argenti, aut in aliqua specie apparentiæ. Lex autem non astringit vt cõtradicatur eis in aliqua re harum scientiarũ. nos vero disputabimus contra Philosophos ex omnibus istis sciẽtijs quatuor disputatiõib9.

AVERROES.

Ait Auer. Id aũt, quod numerauit de octo generibus sciẽtiæ Naturalis est verum fm opinionẽ Arist. Attamen scĩę, quas numerauit, ꝙ sint rami earum, nõ sunt sic, sicut ipse numerauit. Nam Medicina non est ex scĩa Naturali. est.n.
C ars factiua, quæ assumit principia sua à scĩa Naturali. qm̃ scĩa Naturalis est speculatiua: Medicina vero est factiua. &, cum loquimur de re cõi in duabus scientijs, erit duobus modis, vt cum loquimur de sanitate, & ęgritudine. nam habẽs scĩam Naturalem cõsyderat de sanitate, & ægritudine, ĩ eo ꝙ sunt ex passionib9 entium naturalium: Medicus vero consyderat de eis, in eo ꝙ conseruat vnam earum, & destruit alterá, i. ꝙ ipse consyderat de sanitate, in eo ꝙ conseruat eam, & ęgritudine, in eo ꝙ remouet eam. Scĩa autẽ D
iudicij stellarum non est etiam ex ea, sed est scientia in pronosticãdo id, quod fiet in mundo: & est species diuinationis. Et huius generis est etiam scientia Physionomię, nisi ꝙ scĩa Physionomiæ est scientia rerum occultarum, quę nunc reperiuntur, non autẽ futurarũ. Et scientia Interpretatiõis somniorum est etiam species pronosticatiõis eius, quod fit. & hoc quidem genus scĩę non est speculatiuũ, nec factiuũ, licet existimetur ꝙ habetur vtilitas ex eo in operatione. Sciẽtia autem Imaginum est falsa. qm̃ impossibile est, si posuerimus ꝙ situs cœlestis E
faciat impressionem in rebus, quæ fiunt hic, vt sit illa impressio, nisi ĩ re facta, non autem vt transeat illa impressio huius rei factæ ad aliam rem extra eam. Scientia autem Prestigationis sunt scientię, quæ ingrediuntur in capitulum mirabilium, & non habent ĩtroitum in artibus speculatiuis. Alchimia vero est ars, ĩ qua est dubium an reperiatur. &, si reperitur, impossibile est vt quod fit in ea sit ipsummet naturale. nã ars diminuitur in assimilando naturæ, nec peruenit ad eam in rei veritate. &, si fecerit aliquid simile, F
quo ad sensum, rei naturali, nõ est apud nos aliquid, quod necessitet falsitatem, nec possibilitatem eius, & quod possibile est vt perueniamus ex eo ad hoc est longa experiẽtia cum longitudine tẽporis. Quatuor autem disputationes, quas numerauit Alga. nos profecto recitabimus vnamquamq; earum.

ALGAZEL.

Ait Alg. Disputatio prima est iudicium eorum, ꝙ hæc copulatio,

G pulatio, quę videtur esse inter causas, & causata, est copulatio, quę secuta est necessario, & nō est in posse, nec possibilitate vnire causam absque causato, nec esse causatum absque causa. Secunda autem, cum dicunt ꝙ animæ humanę sunt substantię existentes in seipsis, & non sunt innatæ in corpore, & mors est cessatio copulationis earum in corpore cessatione regiminis, sed sunt existentes in seipsis omni hora. & existimauerunt ꝙ hoc est scitū demonstratione intellectuali. Tertia autem, cum dicunt ꝙ istæ animæ,
H est falsum dicere de eis ꝙ corrūpātur, sed, cum reperiantur, sunt ęternæ, & perpetuę, & non imaginatur finitas durationis earum. Quarta vero est, cum dicunt ꝙ istæ animæ falsum est dicere ꝙ redeant ad corpora. Sequitur autem quęstio ī Prima disputatiōe, ex eo ꝙ ædificatur super eam affirmatio miraculorū rescindentium consuetudines, sicut est conuersio baculi in serpentem, & viuificatio mortuorum, & quiescere Lunam. & ponens cursum cō suetudinum semper prosequi necessario negat totum hoc. & exponunt id, qđ ponit in libris Propheta
I rum de viuificatione mortuorum, & dixerunt ꝙ intelligitur per hoc, Cauete ne sitis ignari in vita scientiæ. Et exponunt conuersionē baculi fascinationem ex fascinatiōibus in destructionē rationum diuinarum notarum apparentiū mediante Moysi cum erroribus Hęreticorum. Quiescere autem Lunā aliqñ id negauerunt, & existimauerūt ꝙ non est possibile. Attamen nō cōcedūt Philosophi miracula rescindentia consuetudines, nisi trib' re-

bus. quarum Vna est virtute imaginatiua. nam ipsi existimauerunt ꝙ cū prædominatur, & fortificatur, & non impediunt eam inuolutiones, & sensus respicit in tabula seruata, & imprimuntur in ea formę particulares, quæ fiunt in futurū. & hoc quidem ī vigilia Prophetis, & alijs hominibus in somno. & hoc est ꝓprium Prophetię virtute imaginatiua. Secunda vero est propria virtuti intellectiuæ speculatiuæ, & deuenit ad fortem extimatiuam, & ē celeritas permutandi ex scito ad scitum. & aliqñ purificatur, cū cogitans in eo, ad quod sumitur ratio, & excitatur ad rationem. &, cū recordatur ratione, excitatur habens rōnem ex seipso. demum, cum occurrit ei terminus medi', excitatur ad conclusionem. &, cum fuerit in intellectu suo terminus conclusionis, peruenit ad mentem suam terminus medius congregans extremitates conclusionis. Et homines profecto differunt in hoc. Nā sunt aliqui, qui mouentur ex seipsis: & sunt aliqui, qui mouētur pauca excitatione: & sunt aliqui, qui nō cōprehendunt cum excitatione, nisi diminutione magna. &, quemadmodum possibile est vt eueniat vltima diminutio non habenti sensationem omnino, ita ꝙ non mouet' ad intelligendum intelligibilia cū excitatione, sic etiam potest euenire vltima fortitudo, & additio, vt excitetur ad omnia intelligibilia, aut ad plurima eorum, & tempore breuiori. & differt hoc quātitate ī omnibus quęsitis, aut aliquibus, & etiā qualitate, ita quòd differt celeritate, & propinquitate. & forte reperietur propinquitas animæ sanctę puræ,

A rę, quæ transit in sensatione in omnibus intelligibilibus ad scientiã, & celerrimo tempore. & est Propheta, qui habet mirabilem virtutem speculatiuam, & non indiget in intelligibilibus docente, sed quasi ipse addiscit ex se ipso. & est is, qui denominatur ꝙ quasi illuminatur lumen eius, licet non tangat id ignis: & est lumẽ prę cæteris luminibus. Tertia vero est virtus animalis factiua, quæ peruenit ad terminum, quo disponũtur naturæ, & obediũt ei. Et exemplum eius. nam aĩa alicuius nostri, exempli gratia cũ imaginatur aliquid, inseruiunt ei membra corporis, & virtutes, quę sunt ĩ ea, & mouetur ad partem imaginatam quęsitam, ita ꝙ, cum imaginatur aliquid suauis saporis, resoluuntur gengiuę, & excitatur virtus resoluẽs humiditatem spermaticã à loco suo. &, cum imaginatur coitũ, excitatur virtus, & ĩduratur instrumentum. etiam, cum deambulauerit super corpus longum extensum in vacuo, & super trabem, cuius extrema sunt ĩ duobus parietibus, fit fortiter imaginatio eius ꝙ cadat, & patitur corpus hac imaginatiõe, & cadit. &, si hoc esset super terrã, deambularet sup eam celeriter, & nõ caderet, quoniã corpus, & virtutes corporales creatæ sunt ad seruiendum, & obediendum animalibus. & differt hoc diuersitate puritatis animarum, & fortitudinis earum. Et non est inconueniens vt perueniat virtus fortitudinis animæ ad terminum, quo inseruiat ei natura necessario, & absque corpore. nam anima eius non est innata in corpore, nisi quòd habet aliquam excitationem, & desyderiũ ad regimẽ eius. & creatum fuit hoc in radice creationis eius. &, quemadmodum oportet vt seruiant ei membra sui corporis, sic non est impossibile qn seruiat ei aliquid pręter corp⁹, adeo ꝙ cõsyderabit, & perueniet anima eius ad flatum venti, aut descẽsum pluuię, aut innouationem toni, aut terręmotuum, & profundat hoĩes. & hoc quidem peruenit ad frigus venturum, aut calidum, aut motũ in aere: & fit ex anima eius hęc caliditas, aut frigiditas. & fiunt ex ea hęc absq; cã naturali manifesta. & erit hoc miraculum: licet hoc eueniat aeri disposito ad recipiendũ. sed non peruenit ad hoc vt conuertatur lignũ in animal, aut rescindatur Luna, q̃ non recipit rescissionẽ, & extensionem. hęc est opinio eorum de miraculis. Nos vero nõ negamus ꝙ sit aliquid eius, quod dixerũt, & ꝙ hoc sit Prophetis: negamus tñ sufficientiam eorũ in eis tãtum, & negationẽ eorum cõuersionis baculi in serpentẽ, & viuificationis mortuorum, & alia. igiť necesse est vt disputemus ĩ hac disputatione ad affirmandum miracula, & aliud: & est ad conseruãdum id, ad qđ peruenerunt perfecti: & est ꝙ De⁹ omnia potest. & disputabimus in hoc intento.

AVERROES.

AIt Auer. Loqui autẽ de miraculis, Antiqui philosophorũ non fecerunt de eo sermonẽ. quoniam hoc est apud eos ex rebus, de quibus non sunt ponendæ quæstiones discutiendæ. nam sunt principia legum: & qui speculatur de eis, & dubitat de ipsis oportet condemnari

G demnari apud eos, quemadmodum qui speculatur de alijs principijs legis vniuersalib⁹. sicut, si Deus gl. reperitur: & si summum bonum reperiatur: & si virtutes reperiantur, in quorum esse non dubitatur, & qualitas eẽ eorum est quid diuinum abstractum ab apprehensione intellectus humani. & causa huius est, qm̃ hæc sunt principia eorum, quæ operantur quibus hõ erit religiosus. & non est modus ad perueniendum ad scientiã, nisi postq̃ peruenerit ad religionem. & oportet vt non se intromittat ad specu-
H landum de principijs, quæ faciunt dignitatem, anteq̃ perueniat ad dignitatem. Et, cum artes scientificæ non perficiantur, nisi procœmijs, & p̃ambulis, quæ primo recipiet addiscens, quanto magis hoc debet eẽ in rebus, quæ operantur. Quod autem dixit de causis huius nomine Philosophorum est sermo, quẽ nescio aliquem dixisse, nisi Auic. Attamen, cum verificatum fuerit ipsum esse, & possibile sit vt mutetur corpus ab eo, quod non est corpus, nec potentia in corpore absq; mutatione eius, tunc id, quod dedit de
I causa eius est possibile. tamen non omne, quod est possibile, in natura sua potest homo id facere. nã possibile homini est scitum, & plurima possibilium ex seipsis sunt impossibilia ei. Igitur veritas ꝙ Propheta scindat consuetudines est impossibilis homini, est tñ possibilis in se. & non oportet in hoc vt ponatur ꝙ res impos̃s in intellectu sint possibiles Prophetis. Et, cum bene considerateris in miraculis, quorum eẽ verificatum est, inuenies ea esse huius generis. & quod magis manifestum est ex eis in hoc est Liber Dei K omnipotentis, qui non destruit cõsuerudinem per viam auditus, sed probatum est esse miraculum sensu, & consyderatione omnibus hominibus repertis, & qui reperiẽtur vsq; ad diem iudicij. & in hoc sunt hęc miracula nobiliora cæteris miraculis. & sufficiat hoc ei, qui non contentatur tacere in hac disputatiõe, & sciat ꝙ via electorum in verificatione Prophetarũ est alia via, ad quam excitauit nos Aui. in multis locis, & est operatio, proueniens L ab attributo, quo Propheta appellatur Propheta: quę est notificatio occulti, & positio legum conueniẽtium veritati, & faciẽtium adipisci ex operationibus id, quod est summum bonum omnis creaturæ. Id vero, quod recitauit de ꝓphetia ex Philosophis, nescio aliquem dixisse hoc, nisi Aui. Attamen quod dicunt Antiqui de prophetia, & visione, est ꝙ sit ab ipso Deo glo. mediãte aliquo ente spirituali, quod non est corpus, & est tribuẽs intellectũ humanum apud eos: & est id, qđ appellant Moderni intellectũ agentem: & appellatur in lege Angelus. M & reuertamur ad id, quod dixit de his quatuor disputationibus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Copulatio autem inter id, quod reputatur ad modum causę, & id, quod reputatᷣ causatum, nõ est necessaria apud nos. sed oĩa duo, quorum hoc non est illud, nec illđ hoc, & affirmatio vni⁹ non includit affirmationẽ alterius, nec negatio vnius includit negationem alterius, non est ex necessitate esse vnius esse alterius, nec ex necessitate priuationis vnius vt priuetur

A uetur alterũ, ſicut eſt ebrietas & potus, ſaturatio & commeſtio, combuſtio & tactus ignis, lumen & eleuatio Solis, mors & diuiſio colli, potus medicinæ & fluxus ventris & aſſumptio ſolutiui, & ſic ſequimur ad oĩa, quæ videntur ex copulatis in Medicina, & iudicijs ſtellarũ, & artibus, & dictionibus, quorum copulatio non præceſſit, & eſt in poſſe Dei glo. creare ea equal̃r, non ꝙ ſit neceſſariũ ex ſe, nõ recipiens quidẽ diminutionẽ, ſed ex poſſe, & in poſſe eius eſt creare ſaturationem abſq; comeſtione, & creare mortẽ abſq; ſectione colli, &
B facere continuationem vitæ cum ſectione colli, & ſic ſequitur in oĩbus copulatis. & Philoſophi quidem negauerunt poſſibilitatem eius, & rõcinati ſũt de falſitate eius. Et cõſyderatio de his rebus, quæ excipiuntur ab vniuerſali eſſet longa. attamen exẽplificabimus in hoc cũ vno exẽplo, & eſt cõbuſtio in ſtuppa exẽpli gr̃a cum tactu ignis. quia nos concedimus eſſe tactum inter ea abſq; cõbuſtione, & concedimus fieri cõuerſionem ſtuppæ cõbuſtæ in cinerẽ abſq; tactu ignis. ipſi tñ negant poſſibilitatẽ huius. Et ſermoni quidẽ in hac
C diſputatione ſunt tria loca. Quorũ Prim⁹ eſt vt dicat aduerſari⁹ ꝙ agẽs cõbuſtionis eſt ignis tm̃, et eſt agẽs natural̃r, non aũt electiue: igitur impoſſibile eſt ei vt recedat ab eo, qđ eſt ei connaturale, cũ tetigerit ſubiectum recipiens. Et hoc quidem nos negamus ſed dicimus ꝙ agens combuſtionis creauit nigredinem ĩ ſtuppa, & ſeparationem in partibus eius, & poſuit eam combuſtam, & cinerẽ, & eſt Deus glo. mediantibus Angelis, aut immediate: ignis vero eſt quid inaĩatum, nõ hñs quidẽ operationẽ, quæro quæ eſt rõ ꝙ ipſe ſit agens? & non hñt rõnem niſi teſtimonium aduentus combuſtionis cum tactu ignis. ſed teſtimoniũ ĩdicat ꝙ aduenit cum eo, & nõ indicat ꝙ aduenit ex eo, & ꝙ non ſit cã alia præter eum. nam nulla eſt dr̃ia in eo, ꝙ copulatio ſpũs virtutibus apprehenſiuis, & motiuis ĩ ſpermate aĩalis nõ gñetur ex naturis incluſis in calido, frigido, humido, & ſicco &, in eo, ꝙ pater efficiat embrionẽ caſu ſpermatis, nec ipſe efficit uitam eius, & viſũ, & auditum, & alia, quę ſunt in eo, & patet ꝙ ſunt in eo, & tñ nemo dicit ꝙ ſunt ex eo, ſed eſſe eorũ eſt ex parte primi, aut ĩmediate, aut medianti bus Angelis deputatis his rebus, quæ fiunt. & hoc eſt, qđ determinant Philoſophi, dicentes ꝙ in hoc mundo ẽ efficiens. & ſermo eſt cum eis. Igitur declaratum eſt ꝙ eſſe cum re, nõ indicat ꝙ ſit ex ea: attamen declarabitur hoc exẽplo. Et eſt, qui natus eſt cæcus, ex eo ꝙ in oculis ſuis eſt velamẽ nebulæ, & nõ audierit ab hoĩb⁹ dr̃iam inter diem & noctem, ſi quidem remoueretur nebula ab oculis in die, ꝙ aperiret palpebras ſuas, & viderit colores, exiſtimabit ꝙ cõprehenſio habita per oculos ſuos de pictura colorum, agens eius eſt apertio viſus: & quotienſcunq; fuerit viſus eius ſanus. & apertus, & velamen ablatum, & hõ obiectum coloratũ, neceſſe eſt proculdubio vt videat: & non intelligit ꝙ nõ videt, vſquequo occiderit Sol, & obſcurat⁹ fuerit aer, & tunc ſciet ꝙ lumen Solis eſt cauſa impreſſionis colorũ viſui ſuo: quęro vñ credimus iudicio ꝙ ſint principijs eſſe cauſæ, ex quibus influuntur hæ innouationes cum tactu inter eas, niſi ꝙ ſunt permanentes: &

G non sūt corpora mobilia vt deficiāt: &, si deficerēt comprehenderemus separationem, & cōsyderauimus ꝙ sit ibi causa post illam, quam vidimus. & hoc non potest euitari ab eo fm rationem radicū eorum. & ideo determinauerunt verificantes eorū ꝙ ista accidentia, & innouationes, q̄ proueniunt cū tactu corporū, & demum cum diuersitate proportionis earum, influāt à datore formarum, & est Angelus, aut Angeli, adeo ꝙ dixerūt ꝙ impressio formarum colorum oculo prouenit ex parte datoris formarum: ortus autem Solis, H & pupilla sana, & corpus coloratum præparant subiectum ad recipiendū has formas: & affirmauerunt hoc oī innouato. & hoc quidem destruit rationē eius, qui ratiocinatur ꝙ ignis sit efficiens combustionis, & panis efficiens saturationis, & solutiuum efficiens sanitatis, & sic aliæ causæ, & causata.

AVERROE.

Ait Auer. Negare autem causas efficientes, quas videmus in sēsibilibus, est sermo sophisticus. & loquens in hoc, aut cum lingua sua negat id, quod est in corde suo, aut sequitur I inuolutionem sophisticam, quæ sibi euenit in hoc. & qui aufert hoc, nonne poterit scire ꝙ oīs actio impossibile est quin fiat absq; agente? Attamen si istæ causæ sufficiūt ex se operationibus prouenientibus ex eis, aut perficiēt operationes suas ex causa extrinseca separata, aut non separata, est quid non per se notum, & indiget inquisitione, & cōsyderatione magna. Et, si inuenerunt hoc dubium in causis agentibus, in quibus apparet sensu ꝙ aliquæ agāt aliquas, ex eo ꝙ est hic ex agētibus, quorum agens non apparet sensu, hoc quidē K non est verum. nam illa, quorū causæ non apparent sensu, sunt intelligibilia, & quęsita, ex eo ꝙ nō habētur sensu causę eorum. Si vero fuerint illa, quoꝝ cāæ nō apparēt sensu, ignota naturalr, & quæsita, tunc id, quod nō est ignotū, sunt cāæ eius sensibiles necessario. & hoc est de actione eius, qui nō diuidit inter notū per se, & ignotū. igr̄ quod adduxit ī hoc capitulo est sophisticum. Vlterius quid dicent de causis essentialibus, sine quaꝝ cognitione non intelligit̄ ens. nam notum est per se ꝙ in reb' L sunt substantiæ, & attributa, quæ determinauerūt operationes proprias cuilibet enti. & sunt ea, propter quæ differunt substantiæ rerum, & nomina, & definitiones earū. &, si non esset cuilibet enti operatio sibi ꝓpria, non esset ei natura sibi propria. &, si non esset ei natura sibi propria, non esset ei nomen sibi proprium, nec definitio: & essent oīa eadem, & nō eadem. nam de eodem īterrogaretur an sit ei operatio vna sibi propria, siue passio, siue propria, aut nō habet operationem. &, si habet operationem sibi propriā, igitur hic sunt ope M rationes propriæ prouenientes à naturis propriis. &, si non habebit vnā operationem sibi propriam, igr̄ vnū non est vnū. &, cùm aufertur natura vnius, aufertur natura entis. &, cùm aufertur natura entis, sequitur priuatio. Attamen operationes prouenīētes à quolibet ente necessariæ actionis in eo. cuius nā est vt agat, an sunt electiue, aut pōes vt plurimū, aut est eis vtrunq; simul, est quæsitū, ī quo dēt fieri speculatio. nā actio & passio vna inter quælibet duo entia ex entibus est propter aliquā relationem

A lationem relationum infinitarum: & itã datur relatio sequẽs relationẽ: quare nõ decidemus de igne, si appximatus fuerit corpori sentienti ꝙ agat proculdubio. qm̃ non est incõueniens, quin sit ens, cui sit ad corpus sentiens relatio, quæ relatio impediet operationem ignis, vt dicitur de lapide balnei, & alijs. hoc tamen nõ faciet necessario negationẽ ignis ab attributo combustionis, quotiescunque perseuerabit esse ei nomen ignis, & definitio eius. Quòd vero entia, quæ fiunt, habeant quatuor causas, agens, materiam, formam, & B finem, est notum per se. & sic etiam eas esse necessarias in esse causatorum: & pcipue illas, quæ sunt pars rei causatæ, scilicet quam appellant aliqui materiam, & aliqui conditionem & subiectum, & aliqui formam, & aliqui attributum animale. Loquentes autem confitentur ꝙ sunt hic conditiones, quæ sunt necessariæ in conditionato, sicut id, quod dicunt, quòd vita sit conditio in scientia: & sic cõfitentur ꝙ rebus sunt verificatio, & definitiones, & sunt necessariæ in esse entis: quare perseuerant iudicium in hoc palam, & occulte eodem mõ. C & sic faciunt in passionibus sequentibus substãtiam rei: & est id, quod appellant rationem, sicut dicunt ꝙ adaptatio in ente indicat ꝙ agens sit intelligens: & esse ens, in quo est intentio ad aliquem finem indicat ꝙ agens scit ipsum. intellectus.n. nihil aliud est, nisi apprehẽsio entium cũ causis suis. & ĩ hoc differt ab alijs virtutibus apprehensiuis. & qui aufert causas aufert intellectum. & ars Logicę ponit positione ꝙ sint hic causæ, & causata, & ꝙ scientia illorũ causatorũ non erit perfecte, nisi ex scientia causarum eorum. Igitur negare D hæc destruit sciam. nam sequitur ꝙ non sit hic aliquid scitum oĩno sciẽtia vera: sed, si fuerit, erit imaginatũ. & nõ erit hic demõstratio, nec definitio oĩno, & auferẽtur species prędicatorum essentialium, ex quibus componuntur demonstrationes. Et ponens ꝙ non datur scientia vna necessaria, sequitur ei, vt nõ sit hoc suũ dictum necessarium. Qui vero confitetur ꝙ sunt hic aliqua talia, & aliqua non necessaria, & iudicat anima de eis iudicio imaginatiuo, & existimat ꝙ sunt necessaria, & tamen nõ E sunt necessaria. Philosophi quidem non negãt hoc ei. &, si appellãt hoc consuetudinem, est possibile: sin autem, nescio quid intelligunt per nomen consuetudinis, an intelligũt ꝙ sit consuetudo agentis, aut consuetudo entium, aut consuetudo eorum apud iudiciũ de istis entibus. & falsum est vt Deo sit consuetudo. nam cõsuetudo est habitus, quem acquirit agẽs, qui facit reiterationẽ actionis ab eo vt plurimum: & Deus glo. dixit Ego vero dominus non mutor: & non est in eo aliquid mutatio nis omnino. Si vero intelligunt ꝙ F sit consuetudo entium, consuetudo quidem non est nisi in habentibus animam. si vero fuerit in non habentibus animam, est verificatio naturæ. & hoc quidem non negamus, scilicet ꝙ sit in entibus natura determinans rem aut necessariam, aut vt plurimum. Quòd autem sit in nobis cõsuetudo in iudicio de entibus, hęc quidem consuetudo nihil aliud est, nisi actio intellectus, quam determinat natura eius, & ea intellectio est intellectus. & non negant Philosophi talem consuetudinem. & est di-

Intellectus nihil aliud ẽ, nisi apphẽsio entium cum suis causis.

G ctio sophistica, cùm verificabitur ꝙ nō sit sub ea aliquid, nisi ꝙ sit actio positiua: sicut dicimus procedit tale agens vt facit hoc & hoc. id est quòd ipse id faciet vt plurimū. &, sic hoc fuerit, essent omnia entia positiua, & non erit ibi scientia omnino, qua attribuitur agenti ꝙ sit sapiens. &, sicut diximus, non debemus dubitare ꝙ talia entia aliquod eorum agit in aliquod, & ex aliquo, & ipsa non sufficiunt ex seipsis in hac actione, sed indigent agēte ab extra, cuius actio est conditio in actione eorum etiā in esse eorum, quāto magis in actio
H ne eorum. Quæ autem sit substantia huius agentis, aut agentium, differunt in eo Sapientes quibusdā modis, & non differunt quibusdam modis. nam omnes cōuenerunt in hoc, ꝙ agens primum est separatū à materia: & hoc agens operatio eius est conditio in esse rerum, & esse operationum earum. & peruenit operatio huius agentis his entibus, mediante aliquo ītellecto ei, quod est aliud ab istis entibus. & aliqui ponunt id esse cœlum tantum: & aliqui ponunt cū cœlo aliud ens remotum a materia: & est id, quod appellant datorē for-
I marum. & non est hic locus speculationis de istis opinionibus. & nobili⁹ eorum, de quibus speculantur Philosophi, est hoc. &, si fueris ex eis, qui desyderāt has veritates, vade ad qđlibet eorum in capitulo proprio. Accidit tamen quæstio in innouatione formarum essentialium, & præcipue animarum: quoniam non possunt attribuere hoc calido, frigido, humido, & sicco, quæ sunt causæ eius, qđ fit hic ex naturis, & eius, quod corrūpitur. Deharīj autem sunt, qui attribuunt omne, quod videtur hic ex eo, cuius non est causa, quæ attribua K
tur calido, frigido, humido, & sicco. & dicunt ꝙ, cùm ista elementa miscentur aliquibus commistionibus, fiunt hæ res, tanꝙ sequentes illas mistiones, sicut fiunt colores, & alia accidentia. & Philosophi conati sunt dubitare contra istos, & primū contra eum, qui locutus est de causa.

ALGAZEL.

Ait Alga. Locus autem Secundus est cum eo, qui confitetur ꝙ hę innouationes influunt à principijs innouationum: dispositio tamen ad recipiendum formas proue L
nit ab his causis apparentibus, quæ reperiuntur agentes, nisi ꝙ illa principia etiam proueniunt res ex eis cōsecutiue & naturaliter, non autem ꝑ viam consilij & electionis, sicut prouenit lumen à Sole. Attamen sunt differentes in dispositione circa receptionem propter diuersitatem dispositionum earum. nā corpus clarum recipit radium Solis, & reddit eum, adeo ꝙ illuminat eo alium locum: opacum vero hoc non recipit. & aer non impedit extensionem luminis eius: lapis vero impedit. & aliqua dissoluuntur in Sole, & aliqua M
indurantur: & aliqua dealbantur, vt sunt pāni lutorū, & aliqua denigrātur, vt facies. principium autem est vnum, & impressiones sunt diuersæ ex diuersitate dispositionum in subiecto. & sic principia entitatis influxus eorum ei, quod prouenit ex eis, nulla est in eo prohibitio, nec diminutio: diminutio tamen est in recipientibus. &, cùm res sic se habuerit, quotienscūque posuerimus ignem in cōditione sua, & posuerimus duas stuppas similes contangi ab eo eodem modo, quomodo imaginetur

A vt comburatur vna earum, & non alia? & ibi nulla est electio. Et propter hoc negauerunt casum Abrahę in ignem casdim cum priuatione cõbustionis, & remanẽtia ignis: & existimauerunt ꝙ hoc est impossibile, nisi negando caliditatem ab igne. & hoc aufert ei ꝙ non sit ignis, aut cõcedendo conuersionem substantiæ ipsius Abrahę in lapidem, aut aliqd, in quod non agit ignis, & hoc nõ est possibile, & illud etiã non est poẽ.

AVERROES.

Ait Auer. Qui putauit ex Philosophis ꝙ hæc entia sensibilia B nõ agunt adinuicem, sed agens eorum est principium ab extra, nõ poterit dicere ꝙ id, quod videtur de actione alicuius eorum in aliquod, ẽ quid falsum in totum, sed dicet ꝙ ipsa agunt adinuicem dispositionem ad recipiendum formas à principio ab extra. Attamẽ nescio aliquẽ Philosophorũ hoc dixisse simpliciter, sed dixerũt hoc in formis essentialibus. in accidentibus tamẽ omnes cõueniunt ꝙ calidum agit calidum sibi simile, & sic aliæ qualitates quatuor, nõ ex eo quòd comprehendit eas caliditas ignis elemẽtalis, & cali- C ditas proueniens à corporibus cœlestibus. Quod autem attribuũt Philosophis ꝙ principia separata agũt naturaliter, nõ electiue, nemo hoc dixit, cui adhereatur. sed oĩs habens sciẽtiam agit apud eos electione. tamẽ propter dignitatem, quæ est eis, non prouenit ex duobus contrariis, nisi dignius eis: & electio eorũ non est propter aliquid, quod perficiat substantiam eorum, cùm in substãtijs suis nulla sit diminutio, sed vt pficiatur id ex entibus, quod habet diminutionem in natura sua. Quod autem attribuũt ex dubitatione miraculi Abraæ, nemo hoc dicit, nisi Epicurei ex gentibus Hismaelitis. D Nam sapientes, & Philosophi, nõ est concessus eis sermo, nec dubitatio in pĩcipiis legis. & qui hoc facit, apud eos est cõdemnãdus magna condemnatione. nam quoniam omnis ars habeat principia: & necesse est speculanti in illa arte vt recipiat principia eius: & non debet dubitare eis in affirmatione aut negatione: ars quidem operatiua legis dignior est in hoc cæteris. nam consuetudo à pueritia ĩ virtutibus legis est necessaria apud eos, nõ autem in esse hominis, in eo quòd est homo, sed ĩ eo quòd E est homo sapiẽs. quare oportet omnem hominem recipere principia legis: & proculdubio vt exaltet eum, qui posuit ea. nam negatio eorum, & dubitatio in eis destruit esse hominis. quare oportet interficere Hæreticos. & quod debet dici de eis, est ꝙ principia eorum sunt res diuinæ, in quibus conuenire debẽt intellectus humani ad cõfitẽdum eis cum ignorantia causarum eorum. quare non inuenimus aliquem Antiquorũ loqui de miraculis cum patefactione eorum in mũdo. nam sunt pĩcipia F cõstitutionis legũ: & leges sũt principia virtutum: & non vt dicitur de eis post mortem. &, cùm nutritus fuerit homo in virtutibus legis, tũc est religiosus simpliciter. &, si cõtinuauerit ei tempus, & fortunium, adeo ꝙ erit ex sapientibus profundis in sapientia. & innuitur ei expositio alicuius principij principiorũ eius, præcipitur ei vt nõ expresse patefaciat expositionẽ eius, & dicat quòd sunt res, prout scribuntur, vt dixerunt sapientes nostri in eo, quod dixit,

Quo pacto Philosophi se habeãt circa leges.

G xit,& vidi vſq; ad Angelum honor Dei eſt abſcōdere rē.hæ ſunt definitiones legū,& definitiones ſapientū.

ALGAZEL.

AIt Alga. Et reſponſio ei eſt ex duabus vijs. quarū Prima eſt vt dicatur non concedimus ꝙ principia non agunt electiue,& ꝙ Deus glo.non agat voluntariæ.& iam per fecimus deſtructionem rationū eorum in hoc in diſputatione innouationis mundi. &, cùm affirmabitur ꝙ agens creat cum ſua voluntate cōbuſtionem cum contactu ignis ad ſtuppā, poſſibile eſt in intellectu vt
H non creet eā cum contactu exiſtēti.

AVERROES.

AIt Auer. Id autem,quod hic poſuit ad conſtituendum dubium ī lite,eſt id, quo expellitur lis. & dicitur ꝙ non eſt ei ratio in hoc, & eſt ꝙ agens primum creat combuſtionem abſq; medio, quod creauerit vt ſit combuſtum ab igne. nā talis error expellit ſenſus circa eſſe cauſarum,& cauſatorum. & nullus Philoſophorum dubitat ꝙ combuſtio proueniēs ex igne in bōbicē, exempli gratia,ignis agat in eum . at non ſimpliciter, ſed propter principium
I ab extra,qđ eſt conditio ī eſſe ignis, quanto magis in combuſtione eius. differunt tn̄ in hoc principio quid ſit,an ſit ſeparatum,aut ſit mediante aliquo inter innouatum ,& ſeparatum præter ignem.

ALGAZEL.

AIt Alga.reſpondens pro Philoſophis,Si autem dicat hoc, inducit ad tolerandum multa incōuenientia. Nam, cum negatis conſequentiam cauſatorum à cauſis, & attribuuntur voluntati creatoris eorum,& non erit voluntati conſuetudo propria demonſtrata talis,ſed ipſamet, & ī ſpecie ſua hora actionis, K
tunc erit poſſibile vnicuiq; noſtrū vt ſint ante eum animalia lædentia, & ignis inflammās,& mons profundatus,& inimici tenentes enſes & tamē ipſe nō videt eos,quia Deus glo. non creabit ei viſum. Et qui dimiſit librum domi,poſſibile eſt vt conuerſus ſit,cùm reuerſus fuerit domum, in iuuenem intelligētem, aut in ſerpentem.&, ſi dimiſerit puerum domi,poſſibile eſt vt conuertatur in canem.aut, ſi dimiſerit cinerem,poſſibile eſt vt conuerſus ſit in myrrhā, & vt conuertatur lapis in aurum , & L
aurum in lapidem. Et,ſi interrogāt eum de aliquo horum, debet dicere: neſcio quid ſit domi nunc:ſed id,qđ tantum ſcio, eſt ꝙ ego dimiſi librū domi,& forte nunc eſt equus, & fœdauit bibliotecam vrina,& ſtercore. & ego dimiſi domi vegetem, & forte conuerſa eſt in arborē pomi.nam Deus glo.omnia poteſt. & nō eſt de neceſſitate equi,vt ſit creatus à ſpermate, nec de neceſſitate arboris vt creetur à grano etiam,nec eſt ex neceſſitate eius vt creetur ex aliquo. & forte creantur aliqua, quę nunq̃ fuerunt in eſſe.&,cùm aſpexerit homi- M
nem,quem nunq̃ vidit hucuſque,& dicatur ei an ſit hic creatus, debet reſpondere , & dicere, nobis poſſibile eſt ꝙ aliqui fructus dulces, qui ſunt in plantea,cōuerſi ſunt in homines. & eſt hic homo.nam Deus poteſt oē poſſibile,& hoc eſt poſſibile, & impoſſibile eſt quin reſpondeatur ei.& hic eſt modus,in cuius imaginatione amplificatur falſitas. & hoc tantum ſufficiat. Et poſtq̃ narrauit hoc pro Philoſophis,adduxit reſponſionem , & dixit.

A ALGAZEL.

AIt Alga. Responsio autem est, vt dicamus, si affirmauerimus ꝙ possibile, impossibile est vt sit homini scientia de eo ꝙ non sit, sequũtur omnia ista inconuenientia. Nos autem non dubitamus huic formę positæ à vobis. nam Deus glo. creauit nobis scientiam, ꝙ hęc impossibilia non efficiet ea. & non dicimus ꝙ hæc sunt necessaria, sed sunt possibilia, quæ possunt esse, & possunt non esse. & prosequi consuetudinem in eis multis vicibus imprimit cursum eorum in intellectu nostro secundũ
B couenientiam consuetudinis præteritæ impressione tali, à qua non est euasio: sed possibile est vt sciat Propheta ex Prophætiis, viis, quas dixerunt, ꝙ talis homo dimittet morem suum prauũ: & dimissio eius est possibilis cito. & quomodo scitur priuatio esse huius possibilis, sed sicut videtur vulgo, & scimus ꝙ ipse nõ scit occultum ex aliqua re, & non apprehendit intellecta absq; disciplina: & cum hoc non est incõueniens vt fortificetur anima, & cogitatiua eius, ita ꝙ apprehendit id, quod apprehẽdunt Prophetæ, vt confitentur possi
C bile. & quomodo scient ꝙ hoc possibile non erit? si autem fecerit Deus glor. currere consuetudinem in esse eorum tempore rescissionis consuetudinum, tunc auferentur hæ sciẽtię à cordibus, & non creabit eas igitur nihil prohibet, quin sit res possibilis in posse Dei glo. & iam sciuerat antea quòd ipse non efficiet eam: licet sit possibile in aliquo tẽpore: & creabit nobis scientiam quòd ipse non id efficit in illo tempore. & non est in hoc sermone nisi inconueniens absolutum.

AVERROES. D

AIt Auer. Cùm aũt cõcesserint Loquẽtes ꝙ opposita in entibus sũt possibilia æqualiter, & ꝙ sũt sic apud agẽs, & nõ appropriat vnũ oppositorum, nisi ex voluntate agẽtis, non autem ꝙ voluntas eius continue procedit, nec semp, nec vt plurimũ, tũc id totum, quod intulerũt Loquentes ex inconuenientibus, sequitur eis. Nam scientia vera est sciẽtia rei, prout est. &, cũ nõ fuerit ĩ esse nisi possibilitas duoꝝ oppositorum ipsi recipienti, & agenti, non erit hic scĩa permanẽs de re oĩno, neq; ictu oculi, cũ posuerimus agens humõi E
prædominãs entibus. sicut Rex magnus, cui est dominium supremum, nõ erit aliquid difficile ĩ regno suo, nec scitur de eo ordo, ad quem procedit, nec consuetudo. nã operationes huius Regis necesse est vt sint ignotę naturaliter: &, cùm reperitur aliqua operatio eius, erit continuatio esse eius in omni instanti ignota naturaliter. Euadit autem Alga. ab istis incõuenientibus. qm̃ Deus glo. creauit nobis scientiam, ꝙ ista possibilia non eueniunt nisi temporibus deputatis, ac si diceres hora miracu-
li. Et tamẽ non est euasio vera. nam F
sciẽtia creata nobis est semper quid sequens naturam entis. verum enim est vt credatur ꝙ res sit in ea dispositione, qua est in esse. &, si esset nobis scientia de his possibilibus, tunc esset in entibus possibilibus dispositio qua ei est alligata scientia nostra. & hoc quidẽ aut propter ipsasmet, aut propter agens, aut propter vtrunque. & est id, quod proferunt nomine consuetudinis. &, cùm sit falsum ꝙ reperiatur hæc dispositio, q̃ appellatur consuetudo primo agen-

 ti,

G ti, nõ remanet ergo ut sit nisi in entibus. & hoc est, quod appellãt Philosophi, vt diximus nominæ naturę. & sic sciẽtia Dei glo. de entibus, licet fuerit causa eorum, sequũtur etiam sciẽtiam eius. quare necesse est vt sit ens secũdum cõuenientiam notitiæ eius cum sciẽtia, & notitia reuersionis Socratis, exempli gratia, si fuerit Propheta, ex notificatione Dei glo. ei, tunc causa ꝙ sit secũdum cõueniẽtiam sciẽtię nihil aliud est, nisi ꝙ natura entis sequitur sciẽtiam ęternã. nam scientia, in eo ꝙ est sciẽtia, non

H est alligata ei, quod non habet naturam completam. & sciẽtia Dei glor. est causa ꝙ ꝓueniat illa natura, quæ reperitur, & est ei alligata. & ignorãtia nostra de possibilibus nõ est, nisi quia ignoramus hanc naturam, quę determinat ei esse, aut priuationem. nam, si essent opposita in entibus ęqualiter propter seipsa, aut propter causas agentes ea, sequeretur necessario aut ꝙ nõ reperiantur, & nõ corrumpantur. aut ꝙ reperiãtur, & corrumpãtur simul. &, cùm res sic se habuerit, impossibile est quin inclinetur vnum duorũ oppositorũ ad es-

I se. & scientia de esse huius naturę est id, quod necessitat esse vnum duorũ oppositorum perfecte. & sciẽtia alligata ei est aut scientia id præcedens, & est scientia, à qua est causatum, & est scientia antiqua: aut scientia sequens, & est scientia non antiqua. & scire occultum nihil aliud est nisi inspicere hanc naturam, & peruenire sciẽtiam nobis de eo, in quo nõ est, nobis ratio præcedit eam. & est id, quod appellatur in hominibus consilium, Prophetis vero prophetia. voluntas vero æterna, & scientia æterna sunt, quæ faciunt in entibus hanc naturam. & hoc est id, quod K dixit Deus glo. Occulta sunt Deo dominio nostro, &c. & scias hodie, &c. & hæc quidem natura æqualiter erit necessaria, & aliqualiter erit vt plurimum, & visio, & prophetia non est nisi scientia de hac natura in entibus possibilibus, & artes, quæ determinant pronosticationem eius, quod erit in futurum, est eis impressio impressionum huius naturę, aut mensura, aut appella eam vt vis, s. q̃ ꝓuenit ex seipsa, cui alligata est sciã.

ALGAZEL.

Ait Alga. Secunda autem via, qua est euasio ab istis dubita- L tionibus, est vt confiteamur ꝙ ignis creatus est dispositione, qua, cũ contangũt eum duæ stuppæ simul similes, comburit eas, & non distinguit inter eas, cùm fuerint similes omnimode. Attamen hoc est etiam possibile, vt proijciatur aliquid in ignẽ, & tamen non comburitur, aut propter mutationẽ attributi ignis, aut propter mutationem attributi rei. & fit ex Deo glo. aut ex Angelis aliquod attributum igni, ita quòd sufficit caliditas eius corpori, & non idtrã sit, & remanet cũ eo caliditas ei⁹, & erit ſm formam ignis, & verifica- M tionem eius, sed nõ transit caliditas eius, & impressio eius. & fit in corpore humano attributum, quod nõ abstrahit id, quin sit caro, & os, & aufert escharam ignis, q̃m nos videm⁹ ꝙ, qui emplastratur cum Altelach, & postea sedet in furno inflammato, nõ lęditur, & nõ comburitur ĩ eo. & qui non vidit hoc, id negat. & sic negatio aduersarij quę vĩr posset adtribuẽdum aliquod attributũ igni, aut corpori humano, quod prohibeat combustionem, est sicut negatio

A tio eius,qui non vidit Altelach,& attributum eius. Et in excelsis viribus Dei glo.sunt extraneitates,& mirabilia:& nos non videmus omnia. & non debet negari possibilitas eorũ, & iudicamus falsitatem eorum. & sic est verificatio mortuorum,& cõuersio baculi in serpentem,& man⁹ nobilis,& munda facta est alba hoc modo:& est q̧ materia recipit omnia essentialiter.& terra, & oĩa elementa mutantur in plãtam, deinde planta mutatur,cum comedit eam aĩal,& erit sanguis, deinde sanguis
B conuertitur in sperma, deinde sperma proiicitur in matricẽ,& erit creatura in aĩalibus.& hoc quidem erit iudicio consuetudinis in lõgo tpe. & non negat aduersarius quin sit in posse Dei glori. vt regat materiam in his innouationibus tpe breuiori, quã id,in quo consuetum est.&, cũ fuerit posse breuiori tpe,igitur non est in potentia Dei glo.quin accelerentur hæ potentiæ ad faciendũ operationes suas cito, & prouenit in eis id,quod est miraculum Prophetis. Si vero dr̃ q̧ hoc ꝓuenit ex anima Prophetæ, aut ex principio princi-
C piorum cum desyderio Prophetæ, dicimus q̧ ipsi concesserunt possibilitatem descensus pluuiæ,& tonorũ & terræmotus,virtute animarũ prouenientium ex eis,aut ex alio principio:ergo sermo nr̃ in hoc est sicut vester in illo.& qd᷑ melius est nobis & vobis est attribuere hoc Deo gl. aut immediate,aut mediãtibus Angelis.sed hora verificationis aduentus eorum versat᷑ cogitatio Prophetæ in ea,& innuitur ordo in die conuenienti,cum oñderit sequi ordinẽ principii.& hoc inclinat modum ipsius esse,& erit res ipsa in anima ei⁹

possibilis,& principium eius est bonus mos,sed non influitur ab eo inclinatio,nisi cum inclinat necessitas ad esse eius,& fit bonum demõstratum tale,& non erit bonum demõstratum tale,nisi cum indiget Propheta ad stabiliendum prophetiam suam ad inuentionem boni. & hoc totum est conueniens processui verborum eorum,& sequit᷑ ea, & quotienscunq; aperuerint ianuam vnitatis creaturæ præcise,differt cõsuetudo hoĩum.nam mẽsura huius ꝓprietatis non cõtinuat in intellectu possibilitas eius, & non sequit᷑ cũ eo falsitas eius,quod consuetũ est con cedi,& narratio libri in verificatione eius Demum non recipit formã animalis,nisi sperma,sed influũt potentiæ aĩales ei ex Angelis,qui sunt principia entium apud eos,& nõ figuratur aliquid ex spermate hoĩs, nisi homo,& ex spermate equi, nisi equus.aduentus.n. eius ab equo fecit inclinationem ex proportione formæ equi prę cæteris formis,& nõ recipit nisi formam inclinantẽ hoc modo.& pp hoc nõ nascit᷑ omnino ex hordeo triticũ,nec ex grano persici pomum.postea videmus aliqua gña aĩalium nasci ex terra,& nõ generant oĩno,vt sunt vermes: & aliqua sunt,quæ gñantur, & generant, vt est mus,& serpens,& scorpius, & gñantur ex terra,& diuersificat᷑ dispositio eorum ad recipiendum formas ex rebus occultis nobis. & impose est viribus humanis scire ea,cũ non influat᷑ forma apud eos ex Angelis sufficienter,& nec existimatione & transitiue:sed nõ influitur oĩno, nisi qd᷑ consyderat᷑ receptio eius in eo,qd fit dispositũ in se. & dispõnes sunt diuersæ,& principia eorũ apud eos

G eos sunt mistiones potentiarũ stellarum, & coniunctiones earum, & diuersitas proportionum corporum cœlestium in motibus suis. Igitur patet ex hoc quod principia dispõnum in eis sunt res extraneæ, & mirabiles, adeo quod peruenietad capitulum imaginum ex scientia proprietatũ substantiarum mineralium, & scientia iudicii stellarum, & ad mistionẽ potentiarum cœlestium cum proprietatibus mineralibus. & accipiunt figuras ab istis rebus terrestribus, & quærunt virtutem propriam prę cęteris virtutibus, & faciũt cum ea res H extraneas in mundo. & aliqñ expellunt serpentes, & scorpiones ab aliqua ciuitate, & muscas ab alia, & alia ex istis mirabilibus sciuntur in rebus imaginum. &, cum proueniant à rebus extraneis principia dispositionum, & non scimus ea, & nõ erit nobis via ad comprehendẽdum ea: igitur vnde scitur falsitas aduentus dispositionis aliquibus corporibus ad mutandum in innouationibus breui tempore, adeo quod disponitur ad recipiendum formam, ad quam nõ erat dispositus antea. & hoc excitat ad miraculum, & non negatur nisi I grossitie cordis, & obliuione entiũ superiorum, & ignoranita secretorum Dei in creatione. & qui discurrit inductiue in mirabilibus mũdi, non negat in posse Dei glo. id, quod dr̄ de miraculis Prophetarum in tẽpore deputato. Si autem dixerint nos adiuuamus vos in hoc, quod omne possibile attribuitur posse Deo gl. & vos adiuuatis nos in hoc quod omne inconueniens non est consyderatũ: & ex rebus aliquæ sunt, quarũ falsitas scitur, & aliquæ, quarum possibilitas scitur: & aliquę, quę sunt firmatio intellectus, & non determinat in K eis falsitatem, nec possibilitatẽ: nunc vero quæ est definitio inconuenientis apud uos, si quidem est cõgregatio inter negationem, & affirmationem in eadem re eodem tpe, dixerunt quod omnia duo, quorum hoc quidem non est illud, & illud nõ ẽ hoc, non determinat esse vnius eorũ eẽ alterius. & dixerunt quod Deus potest creare voluntatem absq; scientia de re volita, & creare sciãm absq; vita: & potest mouere manum mortui, & reddere eum, vt scribat cũ manu sua coria, & pergamena, & ĩcumbet L artibus: & in eo est apertio oculi, & acuitur visus eius, tamen non videt & non est in eo vita, nec posse ad eã. has aũt operationes ordinatas creat Deus glo. cũ motione manus suæ. & motus est ex parte Dei glor. &, cum concesserimus hoc, destruitur dr̄ia inter motum voluntarium, & factũ ex tremore: & non indicat operatio apta scientiam, nec posse agentis. Et oportet vt consyderemus quod conuertantur genera, & cõuertitur substantia in accñs, & conuertitur sciã in posse, & nigredo in albedinẽ, & vox in odorem, sicut cõsyderauimus de cõuersione inanimati in aĩatum, & M lapidis in aurum, & sequitur etiam ex eo ex inconuenientibus, quæ nõ pñt numerari. Rñsio aũt est, quod inconueniens nõ attribuitur posse eius, & inconueniens est affirmatio rei cũ negatione eius, aut affirmatio particularis cum negatione vl̄ioris, aut affirmatio amborũ cũ ablatione vnius & quod non venit in hoc, nõ est inconueniens, & id, quod non est inconueniens, iam consyderatur. aggregatio autem inter nigredinem, & albedinem est inconueniens: quoniam

A niam intelligitur ex affirmatione formæ nigredinis in subiecto ablatio dispõnis albedinis, & esse nigredinis. igitur quemadmodum ablatio albedinis, intelligitur ex affirmatione nigredinis sic etiam affirmatio albedinis erit cũ negatione eius inconueniens. impos'e tñ est esse indiuiduum in duobus locis: qm̃ nos intelligim⁹ ex eo ꝙ est domi, ꝙ nõ sit in alio loco præter domum. & impos'e est consyderare id esse præter domum, cum eo ꝙ est domi, qđ intelligitur ex negatione præter domum. & sic intelligitur per voluntatem quæsitum notum. &, si ponitur
B quæsitum, & non fuerit scientia, nõ erit voluntas, & erit in eo negatio eius, quod posuim⁹. inanimatum autem est inconueniens, vt creet in eo sciẽtiam. nam nos intelligimus per inaĩatum id, quod non comprehendit. &, si esset creata in eo comprehẽsio, erit appellatio eius inaĩatum in eo, quod intelleximus inconueniẽs. &, si non comprehendit appellare hoc scientiam, & non comprehẽdet subiectum suum, oĩno est inconuiniens. hic quidem est modus falsitatis eius. Conuersio vero generum
C aliquid Loquentium dixerũt ꝙ est quid consyderabile Deo glo. & dicunt nos ponimus rem aliud nõ intelligibile. nam nigredo cum conuersa est ĩ posse, exempli gratia, tũc quæro an nigredo remanet, vel ne? si corrũpitur, igitur non conuertit', sed corrumpitur nigredo, & reperit' posse. &, si ambo reperientur, tunc non conuertitur, sed copulatur ei aliud &, si remanet nigredo, & posse corrumpitur, tunc non conuertit', sed remanet prout est. &, cum dicimus conuersus est sanguis in sperma, intelligimus in eo, ꝙ illa eadẽm materia spoliata est forma, & recepit aliam formam. & quod ꝓuenit ex hoc, est ꝙ forma corrupta est, & forma generata est, & ibi est materia antiqua, in quã veniunt formæ successiue. & sic, cum dicimus conuersa est aqua in aerem caliditate, intelligimus in eo ꝙ materia illa recipiens mutabilis recepit formam aeris, & spoliata est forma aquæ, sicut diximus antea. & sic, cum dicimus ꝙ conuersus est baculus in serpentem, & terra in animal. & nõ est inter accidens, & substantiam materia communis. & hoc quidem est in D
E conueniens hoc mõ. & sic nõ est inter nigredinẽ & posse materia communis. motus vero manus ab ipso Deo glo. in mottuo, & erectio eius, ac si esset viuus, qui sedet & scribit, adeo ꝙ fit ex motu manus eius scriptura ordinata, non est inconueniẽs in ipso, quotienscunq; deputabim⁹ innouationes voluntati eligenti: videtur vero negandum, cum succedit consuetudo in contrarium eius. cum autem dicitis destruit' in eo rõ adaptationis operationis scientię agentis, non est verum. nam agẽs est F
Deus glo. & ipse est adaptãs, & agẽs eius. Cum aũt dicitis ꝙ non remanet dñia inter motum terræmotus, & motũ electiuum, dicimus ꝙ comprehendimus hoc ex nobis ipsis. qm̃ nos videmus ex nobis ipsis dñiam inter ambo ista, & proferimus ex hac dñia posse, & scimus ꝙ ex duab⁹ partibus possibilibus, vna quidem est ĩ vno tpe, & alia in alio tpe: & est inuentio motus cum posse ad eum in aliquo tpe, & inuentio motus absq; posse in alio tpe. cum vero inspicie mus alios, & viderimus multos motus

G tus ordinatos, proueniet nobis scia de posse eius. igitur hæ sūt sciæ diuersæ, quas creat Deus glo. in cursu cōsuetudinū, ex quibus scitur eē vnius partium posis, & non declaratur ex eo falsitas alterius partis, vt dictum est.

AVERROES.

AIt Auer. Qm̄ vidit sermonem quod non sunt rebus attributa propria, nec formæ, ex quibus sequuntur operationes propriæ in quolibet ente, eē sermonē in vltimitate incōue-
H nientiæ, & quid aliud ab eo, quod intelligunt hoīes, iō cōcessit hunc sermonē, & permutauit negationē suā ad duo loca: quorū Vnus est, quod possibile est vt reperiantur hæc attributa enti, & non reperitur ei impressio, in eo quod currit eius consuetudo vt reperiatur ei. vt ignis, exēpli gratia, cui possibile est vt reperiatur ei caliditas, & non combure id, quod tangitur, licet natura eius sit vt comburatur, cum approximetur ei ignis. Secundus vero locus est, quod non est formis propriis cuilibet enti materia propria.
I Sermo aūt primus nō negatur. nā cōfitentur eum Philosophi. actiones. n. agentium, non est emanatio operationum earum necessaria ppter ea, quæ sunt ab extra, & non prohibetur quin copuletur ignis bombici, exempli gr̄a in aliquo tpe, & nō cōburat eā, si reperitur ibi aliquid, ex cuius copulatione bōbici factus est bōbix, non recipiens cōbustionē, vt dr̄ de lapide Altelach cū aīali. Quòd āt m̄aē sint cōditio ex cōdōnibus entium habentium m̄am est quid, quod non pñt Loquentes euadere ab eo. nam sicut dicit Alg. non est dr̄ia inter negare nr̄m, & affirmare nr̄m rem ipsam simul: aut negare nr̄m, & affirmare nr̄m partē eius simul: quemadmo- K dum cum constituantur res ex duobus attributis vl̄i, & proprio, & sunt quę significant Philosophi nomine definitionis, cōpositæ quidem apud eos ex genere, & dr̄ia. & nō est dr̄ia inter negationem entium, & negationem vnius horū duorū attributorum. v. g. cū constitutio hominis fuerit ex his duobus attributis, quorum vnum est vl̄e, & est animalitas exempli gr̄a, & aliud proprium, & est rō, tunc quemadmodum nos, cū auferimus ab eo, quod sit rōnalis, non remanebit homo, sic ēt cum auferimus ab eo, quod sit animal. nā animal L est condō in rōnali. &, cū remouetur conditio, remouetur cōdōnatum. & nulla est dr̄ia inter Loquētes, & Philosophos in hoc, nisi in rebus particularibus, in quibus tenent Philosophi quod attributa vl̄ia sunt eis conditio, vt sunt attributa propria. Loquētes vero nō tenent hoc, sicut calidū & humidū, quæ sunt apud Philosophos ex cōdōne animalitatis in aīali gn̄abili & corruptibili, quia sunt vl̄iora aīalitate, vt est aīal cum rōnali. & Loquentes nō tenent hoc: quare audies eos dicētes non ex cōdōne vitæ apud nos dispō, & senectus. & M sic figura apud eos est cōdō ex conditionibus vitæ propriis entibus, habentibus figurā. nā, si non esset conditio, erit posē alterum duorū: aut enim erit proprietas aīali, & non erit ei operatio eius oīno, aut non erit. v. g, qm̄ manus apud eos est instr̄m intells̄us, ex quo emanāt ab homine operationes intellectuales, vt scriptura, & aliæ artes. &, si esset possibile eē intell̄m in asino, tunc posē esset vt sit intells̄, absq; eo quod reperiatur opatio eius, quæ emanat ab eo.

sicut

A sicut,si eēt posse vt sit caliditas, absq; eo quòd calefaciat id, cuius natura est vt calefiat ab eo. Igitur omne ens apud eos est ei quantitas terminata, licet habeat latitudinem cuilibet enti apud eos. & est ei qualitas terminata etiam, licet habeat latitudinem apud eos. & sic esse entium est terminatum, & tempus durationis eorum est terminatum: licet habeat latitudinem etiam, sed est terminata. Et non est differentia inter eos in hoc, quòd entia, quæ communicant eadem materia, talis quidem materia eorum aliquando recipit
B vnam duarum formarũ, & aliquãdo recipit oppositam eius: sicut est apud eos in formis corporum simplicium quatuor, quæ sunt ignis, aer, aqua, & terra. sed differentia est in non habente materiam communem, aut eis, quorum materiæ sunt diuersæ, an sit possibile vt aliquod eorum recipiat formas alterius. verbi gratia id, cuius natura est vt videatur nõ recipere aliquam formã formarum, nisi multis mediis, an sit possibile ei vt recipiat formam vltimam absque mediis. verbi gratia ex elementis componitur planta, de
C inde ea nutritur animal, & generatur ex ea sanguis, & sperma, deinde generatur ex sanguine & spermate animal. Loquentes quidem dicunt ꝙ forma hominis potest inesse terræ absque istis mediis, quæ videm⁹: Philosophi vero negant hoc: & dicunt, si hoc esset possibile, erit sapiẽtia vt creet hominem absque istis mediis: & erit creatio eius huiusmodi magis conueniens, quã aliæ creationes, & magis potens ipsis. & vnaquæque harum duarum sectarum determinat quòd id, quod dicit, est notum per se: & nulla earum habet D rationem in opinione sua. tu autẽ præpara cor tuum, & quicquid dicet tibi, sit positio tua, cui debes credere, & est id, quod iustum est tibi. & Deus glo. ponat nos, & te ex hominibus veritatis, & conuenientiæ. Et opinatus est aliquis Maurorum quòd Deo glorio. attribuitur posse congregare duo opposita. & consideratio eorum est quòd determinatio intellectus de impossibilitate huius rei est quid, in quo innatus est intellectus. si vero innatus eēt in natura determinante possibilitatem eius, non negaret hoc, & id admitteret. E Attamen sequeretur eis vt non sit intellectui natura perfecte perueniens nec entibus, & non erit veritas reperta in eo sequens esse entis. Loquentes vero verecundantur ex hoc sermone. &, si tenerent eum, esset magis conseruans positionẽ eorum ab inconuenientibus euenientibus eis ĩ hac re ex aduersariis. quoniam ipsi quærunt differentiam inter id, quod affirmauerunt in hoc genere, & id, quod negauerunt, & est difficile eis. sed non inueniunt nisi sermones fallaces. quare inuenimus eum, qui est expertus in arte ra F tionis, oportere eum vt neget necessitatem, quæ est inter conditionem & conditionatum, & inter rem & definitionem suam, & inter rem & aliud ab ea, & inter rem & rationẽ suam. & hoc totum est profundatio in opinione Sophistarum. & nihil est. & qui facit hoc ex Loquentibus est Auoalmahely. Attamen sermo vniuersalis soluẽs has dubitationes est quòd entia diuiduntur ad opposita, & conuenientia. &, si esset possibile vt distinguantur conueniẽtia,

erit

G erit poſſibile vt congregentur oppoſita: ſed non congregantur oppoſita: ergo non diſtinguentur conuenientia. Hæc autem eſt ſapientia Dei in entibus, & in apprehenſione huius ſapientiæ erit intellectus intellectus in homine. & eſſe ſic in intellectu diuino eſt cauſa eſſe eius in entibus. & ideo intellectus non eſt poſſibile vt ſit creatus diuerſis attributis, vt imaginatur hoc Auenbazã.

DISPVTATIO II.

H De dicto eorum, quod animæ humanæ ſunt ſubſtantiæ, exiſtentes in ſe, & nõ ſunt innatæ in corpore.

ALGAZEL.

AIT Alga. Diſputatio Secunda eſt de diminutione eorũ in conſtituenda demõſtratione intellectuali de eo, quòd anima humana ẽ ſubſtantia ſpiritualis exiſtens per ſe, & non continet terminum, & non eſt

I corpus, nec innata in corpore, nec cõtinuata corpori humano, nec eſt ſeparata ab eo, quemadmodũ Deus glo. non eſt extra mundum, nec infra mũdum. & ſic Angeli apud eos. & ſermo in hoc requirit declarationem opinionis eorum de virtutib⁹ vitalibus, & aĩalibus. Virtutes aũt vitales diuiduntur apud eos in duas partes, motiuas, & apprehenſiuas, & apphẽſiuæ ſunt duæ ptes, extrinſecæ & intrinſecæ. extrinſecæ autem ſunt quinque ſenſus, & ſunt res innatę in corporibus, ſcilicet iſtæ virtutes. intrinſecæ vero ſunt tres virtutes: quarum Vna eſt virtus Imaginatiua, & K

eſt in parte anteriori cerebri poſt virtutem viſiuam. & in ea quidem eſt remanentia formarum rerum, quæ videntur poſt clauſuram oculi in eo, quòd imprimitur in ea id, qđ deferunt ad eam ſenſus quinq;, & congregantur, & appellatur ſenſus communis. & niſi eſſet ipſe, is quidẽ qui vidit mel album, non apprehenderet dulcedinem eius, niſi guſtu. &, cum viderit id ſecundo, non apprehenderet dulcedinem eius, quotienſcunque non guſtauerit id, ſicut fecit primo. attamen in eo non eſt L

aliquid, quo iudicat ꝙ hoc albũ ſit dulce. & non eſt dubiũ ꝙ erit apud eum iudex, apud quem congregata ſunt ambo, ſcilicet color, & dulcedo ita quòd determinabit cum pręſentia vnius eorum, quòd ſit præſens ẽt alterum. Secunda vero eſt virtus cogitatiua: & eſt ea, quæ apprehendit intentiones: prima vero virtus apphẽdebat formas. Et intelligim⁹ per formas id, quod impoſſibile eſt vt ſit ſine materia, ſcilicet corpus. & intelligimus per intentionem id, quod non requirit eſſe eius corpus, euenit tamen ei vt ſit in corpore, ſi- M

cut amicitia, & odium. nam agnus apprehendit de lupo colorem, & figuram, & diſpoſitionẽ eius: & hoc quidem non eſt niſi in corpore: & apprehendit etiam quòd ſit eius inimicus. & apprehendit de pecude figuram matris, & colorem eius, deinde apprehendit amicitiam eius: quare non appropinquatur lupo, & deambulat poſt matrem. diuerſitas autem, & conuenientia non eſt de neceſſitate earum, vt ſint in corporibus, ſicut eſt de neceſſitate figuræ, & coloris,

coloris, nisi quòd accidit odio, & amicitiæ etiam vt sint in corporib⁹. Et hæc virtus est distincta à prima virtute: & locus eius est ventriculus vltimus cerebri. Tertia vero virtus ē virtus: q̃ appellat̃ in aīalibus imaginatiua, & in homine extimatiua. & natura eius est componere formas sensibiles adinuicem, & cōponere intentiones cum formis: & est in ventriculo medio cerebri inter conseruatorem formarum, & cōseruatorem intentionum. quare poterit homo imaginari equum volātem, & hominem, cuius caput est caput hominis, & corpus eius corpus equi, & alias compositiones, licet nō viderit talia. & dignius est vt attribuatur hæc virtus virtutibus motiuis, quàm sit in virtutibus apprehensiuis. Sciuntur autem loca harum virtutum in arte Medicinæ. nā læsio in capite cum fuerit in his ventriculis, inuoluuntur hæ, quæ appellantur virtutes. deinde existimauerunt quòd virtus, in qua imprimuntur formæ sensibiles in quinque sensibus, conseruat illas formas, adeo q̀ non amittat receptionem. & res quidem conseruat rem non cum virtute, qua eam recipit. nam aqua recipit figuram, & non conseruat eam. & cera recipit figuram cum humiditate sua, & conseruat eam cum siccitate sua, aliter quàm aqua. Igitur conseruator hac consyderatione est diuersus à recipiente. & appellatur hæc virtus conseruatiua. Et sic intentiones imprimuntur in cogitatiua, & conseruat eas virtus, quæ appellatur memoratiua. & erunt apprehensiones intrinsecæ hac consyderatione, cum coniungitur cū eis imaginatiua, quinq;: quemadmodum fuerunt extrinsecæ quinque. Sed virtutes motiuæ diuiduntur ad motorem, per modum, quo ipse præcipit motum, & motorem per modum, quo ipse agit eum. motor autem in eo quòd præcipit motum, est virtus concupiscibilis, appetitiua: & est illa, quæ cum imprimitur in virtute imaginatiua, quam diximus, forma alicuius quæsiti, aut aliquod, quod est fugiendum ab eo, præcipit virtutem motiuam agentem motionē. & habet duos ramos. Vnus ramus est quidem, qui appellatur virtus Appetitiua, & est virtus, quæ præcepit motum, ad quem appropinquatur ex rebus imaginatis, necessario sequens ad perquirendū delectationem. & alius ramus est, q̄ appellatur virtus Irascibilis: & est virtus præcipiēs motum, quo expellitur res imaginata, nocens, aut faciens perquirere victoriam. & cum hac virtute perficitur cōgregatum perfectum actioni, quæ dicitur voluntas. Virtus vero motiua, in eo quòd est agens, est virtus transmissa per neruos, & musculos. & de natura eius est vt excitet musculos cū attractione cordarum, & ligamentorum iunctorum membris ad partem loci, in quo est virtus: aut eos lētos reddit, & extendit longitudinem & ibunt chordæ, & ligamenta ad cōtrariam partem. Hæ sunt virtutes animæ vitalis, vniuersaliter dimittēdo differentiam. Anima vero intellectiua rerum est, quæ appellatur apud eos rationalis. & intelligunt p̄ rationalem intellectiuam. quoniā ratiocinatio est proprior proprietatibus intellectus in apparentia. & iō attribuunt eam ei. & habet duas virtutes, virtutem quidem intellectiuā &

G &virtutem factiuam. & vnaquæq; earum dicitur intellectus, ſed æquiuoce. Factiua autem virtus eſt principium motiuum corporis humani ad artes ordinatas humanas, quæ inuenit ordinem earum conſilio ꝓprio homini. Intellectiua vero eſt ea, quæ appellatur ſpeculatiua. & eſt virtus, cuius natura eſt vt apprehendat veritatem intelligibilium abſtractorum à materia, & loco, & partibus. & ſunt propoſitiones vniuerſales, quas appellant diſpoſitiones aliquando, & modos aliquãdo, & appellant eas Philoſophi vniuerſalia

H abſtracta. Igitur animæ ſunt duæ virtutes reſpectu ad duas partes. virtus quidem ſpeculatiua reſpectu ad partem Angelorum, cum ex ea aſſumamus ab Angelis ſcientias veras. & debet eſſe hæc virtus continuæ receptionis ex parte ſuperiori. & virtus factiua ineſt ei reſpectu ad inferiora: & eſt pars corporis, & regimẽ eius & adaptatio morum. & hęc quidem virtus oportet vt dominetur aliis virtutibus corporalibus, & alię virtutes ſint correctæ ab ea, & ſubiectę ſub ea, adeo quòd non patitur, nec fit ei impreſſio ex eis, ſed patiun-

I tur illæ virtutes ab ea, ad hoc vt nõ ſiat nobis in anima ex attributis corporalibus aliqua mala qualitas, quę appellatur vicium: ſed erit ipſa prædominans vt perueniat ad animam propter eam qualitas, quæ appellatur virtus. Hæc eſt breuitas eius, qđ diſtinxerunt de virtutibus vitalibus humanis. & prolixi fuerunt in narratione earum cum dimiſſione narrationis virtutum plantarum, quę nõ ſunt neceſſariæ in intentione nr̃a. & nihil eſt eorum, quæ dixerunt, qđ debet negari in fide. nam ſunt res ap-

K parentes, quòd Deus glorioſus procedit in gubernatione earum volumus tamen hic dubitare contra eũ, qui hoc negat ꝓcedere à poſſe Dei glorioſi, aut videt quòd in lege venit oppoſitum eius. ſed forte declarabitur in congregatione in die iudicii, & reſurrectionis, quòd lex hoc verificat. nos vero negamus ratiocinationem eorum cum ratione abſtracta intellectus, & non indigere lege. & quærimus ab eis vt auferãt in hoc rationem. ſunt tamẽ eis multæ demonſtrationes ſecundum opinionem eorum. L

AVERROES.

Ait Auerr. Hoc totum non eſt in eo, niſi recitatio opinionis Philoſophorum de his virtutibus, & attributis earum, niſi quòd ſequitur in hoc Auicenna: differt tamen à Philoſophis in eo, quòd ponit in animali virtutem præter virtutem imaginatiuam, quàm appellat cogitatiuã loco cogitatiuę in homine. & dicit quòd nomen imaginatiuę ꝓferunt id Antiqui pro hac virtute. &, cum id proferant, erit imaginatiua M in animali loco cogitatiuæ, & erit in ventriculo medio cerebri. &, cum prolatum fuerit nomen imaginatiuæ pro ea, quæ includit figuram, dicitur de ea quòd eſt in anteriori parte cerebri. & nulla ẽ diſcordia quòd conſeruatiua, & memoratiua ſunt ĩ poſteriori parte cerebri. nam cõſeruatio, & memoratio ſunt duæ in actu, vna vero in ſubiecto. Attamen quod apparet ex opinione Antiquorum eſt quòd imaginatiua in animali eſt ea, quæ iudicat quòd lupus ſit inimicus agno, & ꝙ

pecus

A pecus sit amica. nam imaginatiua est virtus apprehensionis, & iudicat necessario absque eo quòd indigeat ingressu alterius virtutis, præter virtutem imaginatiuam. esset autem possibile id, quod dixit Auicenna. si virtus imaginatiua non esset apprehendens. igitur nihil est addere virtutem præter virtutem imaginatiuam in animali, & præcipue in animali, cui sunt multæ artes naturaliter. nam imaginationes in illis non apprehendũtur sensu: & quasi sunt apprehẽsiones mediæ inter formas intellectas, & imaginatas. & iam de B clarata est dispositio huius formæ in de Sensu & sensato, quod dimittimus in hoc loco. & reuertamur ad id, quod dicit ille vir, contradicens hominibus.

ALGAZEL.

Ait Alg. Demonstratio autem prima est cum dicunt ꝙ scientiæ intellectuales existunt in animabus humanis, & includuntur in eis vnitate quadam, & non diuidũtur. & non est dubium quòd subiectum C earum etiam non diuiditur: & omne corpus diuiditur, igitur indicat quòd subiectum eius est quid non diuisibile. Et potest hoc reduci ad conditionem logicalem in figuris eius, & est quasi vt dicatur si erit subiectum scientiæ corpus diuisibile, tunc scientia, quæ inest ei, est etiam diuisibilis: sed scientia, quæ inest ei, non est diuisibilis: igitur subiectum non est corpus. & hic est syllogismus conditionalis continuus, in quo reiteratur oppositum consequentis, & concluditur oppositum antecedentis deliberatiue. Et non est disputatio de verificatione figuræ syllogismi, nec etiam de verificatione D ambarum propositionum. nam, cum dicimus, omne, quod existit in diuisibili, est diuisibile proculdubio, & euenit diuisio ĩ subiecto, ẽ primum intellectum, in quo dubitatio impossibilis est. Secunda vero, cum dicimus quòd scientia vna existit in homine, & tamen ipse est indiuisibilis, est intellectum secundum. nam, si diuideretur in infinitum esset inconueniens. si vero esset ei finitas, includitur in vnitatibus proculdubio non diuisibilibus. demum nos scimus aliquas res, quarum partem non possumus ponere auferri, E & partem remanere, ex eo quòd nõ habent partes aliquas & sic remanebit dubitatio in duobus locis.

Quorum Primus est vt dicatur quare negatis dicenti quòd subiectum scientiæ est substantia, indiuisibilis, occupans regionem, quæ non diuiditur? & iam scitum est hoc ex opinione Loquentium. & nõ remanet post hoc, nisi negatio absoluta. & est quomodo existent omnes scientiæ F in substantia indiuisibili, & remanebunt omnes substantiæ natantes in ea absque scientia frustra. negatio autem non est vtilis ei, cum fuerit possibile etiam dicere secundum opiniones eorum quomodo erit anima quid vnum, non occupans regionem, & non innuitur ei, & non erit infra corpus, nec extra, nec continuum corpori, nec separatum ab eo. Sed nos non eligimus hunc locum. quoniam sermo de parte non diuisibili est prolixus, & ipse habet in ea rationes Geometricas, in

G quarum narratione eſſet prolixitas.& ex eis eſt, cum dicunt cum ponimus eſſe ſubſtantiam indiuiſibilem infra duo corpora, an cõtangit vna duarum extremitatum eius id, quod contangit alia, vel ne? ſi idem eſt inconueniens, cum ſequitur ex eo contactus duarum extremitatũ. nam contangens contactum eſt cõtactum. ſi vero fuerit id, quod contangitur, aliud, in hoc quidem eſt affirmatio numerationis, & diuiſionis. & hoc dubium eſt difficilis ſolutionis, aut prolixus eſſet ſermo de eo. & non eſt noſtrum vt diſputemus de eo, & veniamus ad alium lo-
H cum. Secundus vero locus eſt, vt dicamus id, quod narrauiſtis, quòd omne exiſtens in corpore, oportet vt diuidatur, eſt falſum, & conuertitur contra vos, in eo quòd comprehendit virtus extimatiua agni odiũ lupi. nam ipſa in iudicio vnius rei non poteſt conſyderari quòd diuidatur, cum non eſt odio aliqua pars ita quòd conſyderetur apprehenſio alicuius partis eius, & ablatio alteri⁹ partis. & iam peruenit apprehenſio eius per virtutem corporalem apud
I vos. nam animæ beſtiarum ſunt innatę in corporibus, & non remanẽt poſt mortem. & in hoc conuenerũt omnes. &, ſi eſſet poſſibile eis vt conarentur ad conſyderandum diuiſionem in apprehenſis per ſenſus quinque, & ſenſum communem, & virtutem conſeruatiuam formarũ, impoſſibile eſt tamen eis conſyderare diuiſionem in virtute intentionum, ex cuius conditione non eſt vt ſit in materia. Si autem dixerit agnus non apprehendit odium abſolutum abſtractum à materia, ſed ap-

prehendit odium lupi demonſtrati K
talis indiuidualis, copulatum quidẽ indiuiduo ſuo, & ſede ſua: virtus vero intellectiua apprehendit veritates abſtractas à materiis, & indiuiduis, dicimus agnus quidem apprehendit colorem lupi, & figuram eius vſque ad odium. &, ſi color imprimitur in virtute viſiua, & ſic figura, & diuiditur diuiſione ſubiecti viſus, q̃ro, odiũ, cũ quo apprehẽdit̃ ab eo. &, ſi id apprehendit in corpe, igitur diuidit̃? Et vellẽ ſcire quid ẽ hęc apprehenſio, cum diuiditur? & quomodo erit pars eius? an ſit ap- L
prehenſio partis, aut quælibet pars apprehenſio totius odii? & erit odium ſcitum pluribus vicibus, & erit apprehẽſio eius in omnibus partibus partium ſubiecti. hæ ſunt dubitationes, quæ fiunt demonſtrationibus eorum, & non poſſunt euadere ab inconuenienti. Si autem dicet, hæc eſt contradictio in intelligibilibus, quæ non poſſunt contradici. nam vos, cum non poteſtis dubitare in ambabus propoſitionibus & eſt quòd ſcientia vna non diuiditur, & quòd id, quod non diuiditur, M
non exiſtit in corpore diuiſibili, nõ poteritis dubitare in compoſitione ſyllogiſmi. & iam verificatum eſt q̃ figura eius eſt figura concludens: & impoſſibile eſt vobis dubitare in cõcluſione. Reſponſio autem eſt q̃ hic liber, non compoſuimus eum, niſi ad declarandum conatum, & contradictionem verbis Philoſophorum. & prouenit ex eo, quòd cõtradicimus cum hoc vni duarum rerum: aut enim ei, quod dixerunt de anima rationali, aut ei, quod dixerunt de virtute extimatiua. poſtea p̃ ſermo-

A sermonem huius cōtradictionis declarabitur quòd ipsi dereliquerunt locum, quo inuoluitur in syllogismo. locus autem inuolutionis est, cum dicunt, si scientia existit in corpore modo, quo existit tinctura coloris in colorato, & diuiditur tinctura ad diuisionem colorati, diuiditur quidem scientia ad diuisionem subiecti. & inconueniens consistit in dictione existentiæ, cum potest esse vt non sit proportio scientiæ ad subiectum, sicut proportio tincturæ ad coloratum, ita q̄ dr̄ q̄ extēditur super id existens in eo, & dispargi-
B tur in lateribus eius, & diuiditur ad diuisionem eius. & forte proportio scientiæ ad subiectum suum est alio modo. & hic quidem modus, impossibilis est ei diuisio ad diuisionem subiecti: sed proportio eius ad id est proportio odii ad corpus: & modi proportionum attributorum ad subiecta non includuntur eodem modo. & non sunt notæ differentiæ nobis scientiæ, cui confidendum est. & iudicium de eo præter inclusionem differentiæ proportionis est iudicium, cui non est confidendum. Demum non negatur quòd id, qđ
C dixerunt, est id, propter quod vigoratur existimatio, & fortificatur, sed negatur quòd sit scitum scientia vera, in quam non transit error, & nō diriguntur dubitationes ad eam. & hoc capitulum dubitat contra eam.

AVERROES.

Ait Auer. Cum accipiuntur ꝓpositiones factę à Philosophis in hoc quæsito indefinitæ, tunc disputatio facta ab Alga. sequitur eis: nam, cum dicimus omne, quod exi- D
stit ex attributis in corpore, est diuisibile ad diuisionem corporis, intelliguntur de eo duo. quorum Vnum est quòd sit definitio partis illius attributi existentis parti ipsius corporis definitio totius: vt existentia albedinis in corpore albo. nam quælibet pars albedinis existētis in corpore demonstrata, talis erit definitio eius, & definitio albedinis totius eadem definitio. Secundum vero est, vt sit attributum alligatum corpori absque figura propria, & hoc etiam est diuisibile ad diuisionem corporis: nō autem quòd definitio totius, & partis sit eadem definitio, vt virtus visiua existens in visu, sed ex eo q̄ ipsa recipit magis & minus, recipit etiam subiectū magis & minus. & ideo erit virtus visiua in sanis fortior, quàm sit in ægris, & iuuenibus fortior, quàm senibus. Et qđ in eo communicant hæ duæ poten- F
tiæ est quòd sunt indiuiduales. scilicet quòd diuiditur in quantitate, & non diuiditur in quiditate, scilicet quòd ipsæ aut remanebunt idem definitione, & quiditate, aut auferētur, & diuiduntur ad vnum terminum in quantitate, & sunt idem definitione, & quiditate, & non diuiduntur ad quamlibet partium. & totum hoc differt à primo secundum magis, & minus. & pars eius, quæ de- E
perditur, non est operatio eius operatio residui. nam operatio deperditi ex visu debili non agit actionem visus debilis. & communicant in eo q̄ coloratio etiam nō diuiditur ad diuisionem sui subiecti ad quanlibet partem. & definitio eius remanet eadem: sed finit diuisio ad ter-

G minum, ad quem si diuiditur, corrumpitur coloratio. Attamen quod conseruat diuisionem semper est natura continui, scilicet forma continuitatis. Et hæc propositio etiam, cum sic posita fuerit, erit nota ex seipsa, scilicet quod omne recipiens diuisionem his duabuss speciebus diuisionis subiectum eius est corpus ex corporibus. & conuersio etiam est manifesta: & est quòd omne existēs in corpore recipit diuisionem aliqua harum duarum specierum diuisionis. Et, cum verificatum fuerit hoc, tunc conuersio sui contradicto
H rij est vera, si sciueris quid sit conuersio cōtradictorii: & est, id, quod recipit diuisionē aliquo horū duorum modorum, non existit in corpore. &, cum copulaueris huic id, quod manifestum est etiam de intellectis vniuersalibus, & est quod ipsa non recipiunt diuisionem aliquo duorum modorum, cum non sint formæ indiuiduales, manifestū est quod sequitur ex hoc quod intelligibilia, non est eis subiectum corpus ex corporibus, nec potentia ad ea est potētia in corpore: ergo sequitur vt sit subiectum eorum virtus spiritualis
I comprehendens seipsam, & aliud. Alg. vero, quoniam assumpsit vnā speciem duarum specierum diuisionis, & remouit eam ab intellectis vniuersalibus, contradixit per secundam partem repertam in virtute visiua, & virtute imaginatiua, & fecit in hoc sermonem sophisticum. & scientia animæ est nobilior, & profundior, quàm vt apprehendatur in arte topica. Præterea ipse non adduxit demonstrationem Auicennæ secundum modum eius. nam vir ille fundauit demonstrationem suam, K dicens quod intellecta, si existerent in corpore, aut existerent ex eo in parte non diuisibili, aut in parte diuisibili. deinde inconueniens est vt existant in re īdiuisibili ex corpore. & cum hoc fuerit inconueniens, remanet vt intellectus, si existit in corpore, vt existat in eo in re diuisibili. deinde destruxit quod existat in re diuisibili: ergo falsum est vt existat in corpore omnino. Et, quoniam destruxit Alga. vnam duarum partium, dixit non est absurdum, quin sit proportio intellectus in corpore alia ꝓ portio. & est manifestum quod, si pro- L portionabitᷣ corpi, non sunt hic nisi duæ proportiones, aut proportio ad id ad subiectum diuisibile, aut subiectum non diuisibile. Attamen quod cum eo completur hæc demonstratio, est quod intellectus non habet alligationem alicui virtuti virtutum animæ alligatione formæ in subiecto. nam, si auferetur ab eo, quod est alligatus corpori, non est dubium quod auferetur ab eo, quod non est alligatus virtuti virtutum animæ alligatarū corpori. nam, si esset alligatus alicui virtutum animæ, vt dicit Aris. non erit operatio ei nisi ex virtute illa: M &, si hoc esset, non apprehendit virtutem illam. Hoc est, quo sustentatus est Arist. in declarando quod intellectus est separatus. Et narrabimus etiam dubitationem secundā, quā adduxit in secunda rōne, quam Philosophus assumpsit pro rōne, postquā notificauerimus quod rationes eorum, cum permutatæ fuerīt ab arte sibi propria, est supremus gradus earum grad' sermonum topicorum. & ideo intentio nostra in hoc libro est

A est scire qualitatem sermonum positorum in eo, attributorum ambab⁹ sectis, & ad patefaciendum, qui duorum sermonum sit dignior vt attribuatur domino eius destructio, & contradictio.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Secunda. Dixerunt, si dispositio scientis ī scito vno intellectuali, & est scitum abstractū à materia, est existens in materia existentia accidentium in substantiis corporalibus, sequitur diuisio eius in forma ad diuisionem cor-B poris, vt diximus antea. Et, si nō fuerit existens in eo, nec extensum in ipso, & negant dictionem existentiæ, veniemus profecto ad aliam ꝓlationem, & dicemus an scientiæ sit proportio scienti, vel ne? & est falsum cessare proportionem. nam, si cessaret proportio de eo, tūc ꝙ sciat id, non erit dignius, quā non sciat. Et, si est ei proportio, non euadet à tribus partibus. aut. n. erit proportio ad quamlibet partem partiū subiecti, aut ad aliquas partes subiecti præter alias, aut non erit ad aliquā partium proportio. Et falsum est vt C dicatur non est proportio ad aliquā partium. nam, cum non fuerit proportio in vnitatibus, non erit proportio in aggregato: aggregatum enim ex separatis est separatum. & falsum est vt dicatur proportio ad aliquas. nam id, ad quod non habet proportionem scientia, nō est de dispositione scientiæ. & de eo non loquimur. Et falsum est vt dicatur ꝙ cuilibet parti positæ sit ꝓportio ad substantiam. nam, si esset proportio ad substantiam scientiæ sm totum, D manifestum est ꝙ quælibet pars nō est pars sciti, sed erit scitum sicut est totum. & tunc erit intellectum vicibus infinitis in actu. si vero quælibet pars habet proportionem aliam quam sit proportio, quam habet alia pars ad substantiam scientię: igit̃ substantia scientiæ diuiditur re. & iam declarauimus ꝙ scientia de scito vno omnimode non diuidit̃ re. &, si fuerit proportio cuiuslibet ad rem ex substantia scientiæ alia, quā illa, ad quam est proportio alterius, tunc diuidi hanc scientiam in hoc ē magis apparens, & est falsum. Et ex E hoc declarabit̃ ꝙ sensibilia impressa in quinq; sensibus non erunt nisi similitudines formarum particularium diuisibilium. nam hæc apprehensio est aduētus similitudinis apprehensi in animam apprehendentis, & erit cuilibet parti similitudinū sensati proportio ad partem instrumenti corporalis. Dubitatio tamē huic est id, quod dictum est supra. nam permutare dictionem existentiæ in dictionem proportionis non aufert dubium in eo, quod existit. sicut virtus extimatiua in agno, & odium lupi, vt dixerunt, quæ est ap-F prehensio absq; dubio, & non proportio ad eum. & sequitur ex ꝓportione illa illud qđ dixistis. nam odiū non est quid, cui mensurata sit proportio habens quantitatem mensurabilem, adeo ꝙ imprimatur similitudo eius in corpore mensurato, & proportionent̃ partes eius partibus illius. & esse figurā lupi mensuratā non soluit dubiū. nā genus aliquid apprehendit præter figurā, & est diuersitas, & odium, & contrarietas. & hoc quidem odium additū figuræ

G non habet mensuram: & iam apprehendit id in corpore mẽsurato. Hoc profecto est dubium huic demonstrationi, sicut est primæ. Si autem dixerit aliquis, vos repulistis has demonstrationes, ex eo ꝙ scientia existit in subiecto per substantiam occupantem regionem, quæ non diuiditur, & est pars indiuisibilis, dicimus ꝙ non: qm̃ loqui de substantia indiuisibili pendet in rebus Geometricis, & prolixus esset sermo in solutione eius. Præterea, non est in eo aliquid, quo auferatur dubium. nã sequitur vt sit posse, & voluntas etiã H in hac parte. homini enim est actio. & hoc non potest consyderari nisi cum posse, & voluntate, & non potest consyderari voluntas, nisi cum scientia, & posse scribere cum manu & digitis scientia vero eius non est cum manu, cum non auferatur in incisione manus, nec voluntas eius est cum manu: nam vult eam præter dominium manus. & prohibetur non ex priuatione volũtatis, sed ex priuatione ipsius posse.

AVERROES.

AIt Auer. Hic sermo non est declaratio distincta in se, sed est I complementum sermonis præcedẽtis. Nam in sermone præcedenti posuit ꝙ scientia non diuidit ad diuisionem subiecti positiue, in hoc vero sermone conatus est declarare illud, faciens quidem diuisionem eius ad tria. & tunc dubitatio prima remansit ei. & remansit, qm̃ ipse non compleuit ambas res, de quibus dicitur diuisio materialis. nã, qm̃ ipsi auferunt ꝙ diuidatͬ intellectus ad diuisionẽ subiecti eo mõ, quo diuidũtur accidentia ad diuisionẽ subiecti & hęc est vna species diuisionis cor- K poralis, & est quæ reperitur in virtutibus corporeis apprehẽsiuis, ingressa est profecto contra eum dubitatio pp has virtutes. completur vero demonstratio, cum auferantur hæ duæ species diuisionis ab intellectu, & declaretur ꝙ omne habens permanentiam in corpore non euadet ab vna harũ duarum spẽrum diuisionis. Et forte dubitatur in eo ꝙ reperitur in corpore in hac specie alia entitatis, s. quæ non diuiditͬ ad diuisionẽ subiecti definitione, vtrum sit separatum à subiecto, vel ne? nã nos videmus plurimas partes subie- L cti auferri, & tñ non auferͭ hic modus entitatis, s. apprehensio indiuidualis. & existimatͬ ꝙ, quẽadmodũ non aufertur forma in destructiõe partis, aut partiũ à subiecto, sic non auferͭ in destructione totius, & ꝙ ablatio actionis formæ pp subiectũ est similis ablationi operationis artificis pp instrm̃. & ideo dixit Arist. ꝙ, si esset seni oculus, sicut est iuueni, videret sicut videt iuuenis. i. põt existimari ꝙ diminutio visus oculi quæ euenit seni in virtute visiua, nõ est ex debilitate visus, sed ex debilitate instri. & sumitͬ rõ ĩ hoc ex destru- M ctione instri, aut plurimarum partium eius in somno, & apoplexia, & ebrietate, & ægritudinibus, quibus destruuntur apprehensiones sensuum. nam non dubitatur ꝙ virtutes non destruuntur in illis temporibus. & hoc videtur magis in animalibus, quæ, cum incidantur in duas partes, viuunt. & plurimæ plantarũ sunt hmõi, licet non fuerit in eis virtus apprehensiua. Sermo autem de anima est nimis ꝓfundus. sed Deus appro-

A appropriauit eum sapientibus profundis in scientia. & ideo dixit Iob, simplex ego sum, nescio aiam meã. Et similitudo mortis somno in hoc est rõ euidens permanentiæ animę. qm̃ destruitur operatio aiæ in somno ex destructione instrorum eius, & tñ ipsa non destruitur. igitur necesse est vt sit dispositio eius in morte, sicut est dispositio eius in somno. iudicium enim partium est idem, & est ratio communis omnibus, conueniens vulgo in credendo veritatem, & excitat homines sapiẽtes ad viam, ex qua scient immortalitatẽ B animę. & hoc manifestum est ex sermone Dei, Perueniunt aiæ in morte in eo, qui non moritr in somno.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Tertia. Dicunt si scientia existeret in pte corporis, tunc esset sciens, qui scit hanc partem præter alias partes hominis. & tamen homo dr̃ de eo sciens. & scire est attributum ei vsr absq; proportione ad subiectum proprium. & hoc est manifestum. qm̃ ipse appellatur videns, & audiens, & gustãs & odor reperitur ei. & sic bestia attribuitur ei hoc. & id quidem non C indicat ꝙ apprehensio sensibilium non sit in corpore, sed est species pmissionis. sicut dicitur talis homo est in Gallia, licet fuerit in pte aliqua vniuersæ Galliæ, non in tota, & tamen refertur ad totam.

AVERROES.

Ait Auer. Cum autem conceditur ꝙ intellectus non attribuitur alicui membro hominis, & constituta est demonstratio in hoc: id enim non est notum per se; manifestum est ꝙ sequitur ex eo vt non sit D subiectum eius aliquod corpus ex corporibus. Et non erit dictum nostrum de homine, ꝙ sit sciens, sicut dictum nostrum, ꝙ videat. qm̃, cũ fuerit notum per se ꝙ videt per aliquod membrum deputatum, manifestum est ꝙ, cum attribuimus ei visum absolute, est possibile secũdum consuetudinem Maurorum, & aliarum gentium in hoc. &, cum nõ fuerit intellectui membrum deputatũ, manifestum est ꝙ, cum dicimus de eo ꝙ sit sciens, nõ est ex eo ꝙ aliqua pars eius scit. sed quomodo hoc sit non est notum per se. nam ipse non E tenet ꝙ sit hic membrum deputatũ ei, nec locus deputatus in aliquo mẽbro membrorum, sicut est in virtute imaginatiua, & cogitatiua, & memoratiua. nam loca istarũ sunt nota in cerebro.

ALGAZEL.

Ait Alga. Demonstratio Quarta. Si autem scientia existit in parte cordis, aut cerebri, exẽpli gratia, tunc ignorantia est contrarium ei⁹. & oportet vt admittamus quòd sit in alia parte cordis, aut cerebri: & erit hõ aliquando sciens, & ignorans de aliqua re. &, cum hoc falsum F fuerit, declarabitur ꝙ subiectũ ignorantiæ est subiectum sciẽtiæ. & hoc subiectum est vnũ, ita ꝙ falsum est aggregari duo contraria in eo. & ipse quidem, si esset in subiecto, non esset falsum existere ignorantiam in aliqua parte eius, & scientiam in aliqua parte eius. quoniam rei existenti in subiecto non contrariatur contrarium eius in alio subiecto, vt congregantr nigredo & albedo in eodẽ oculo, sed in duobus subiectis. & nõ

G sequitur hoc in sensibus. nam nullũ est contrarium apprehensioni eorum. ipsi enim apprehendunt, & nõ apprehendunt. & non est inter eos nisi oppositio esse, & priuationis. & propter hoc dicimus ꝙ apprehendit per aliquas partes eius, vt oculus & aures: & non apprehendit per residuum sui corporis. & nulla est ei cõtradictio. & non sufficit dictum veterum ꝙ scire est contrarium ignorantię. & iudicium est vniuersale eis in toto corpore, cum non sit falsum vt sit iudicium præter subiectũ causæ. nam sciens est subiectum, in quo
H existit scientia: &, si profertur nomẽ de vñi, est abusiue. sicut dr̃ est in Galba, licet fuerit ĩ aliq̃ pte eius, & sicut dr̃ videns, licet sciuerimus de necessitate ꝙ iudicium visionis non consistit in pede, & manu, sed est ꝓpriũ oculo. & cõuertitur iudicium de subiectis, vt cõuertitur de causis. nam iudicium est diminutum de subiecto causarum. & non euadit ab hoc sermo dicentis ꝙ subiectum, aptum ad recipiendum scientiam, & ignorantiam hominis, est vnum, & conuertuntur cum eo. nam apud vos omne corpus, habens vitam, recipit
I scientiam, & ignorantiam, & nõ ponunt præter vitam aliam conditionẽ, & aliæ partes corporis apud eos circa receptionem scientiæ sunt in eodem gradu. Dubitatio vero, ꝙ hoc conuertitur, est contra vos in appetitu, & desyderio, & voluntate. nã hęc existunt in bestiis, & hominib⁹, & sunt simul existentia in corpore. deinde falsum est vt mutẽtur, ex eo ꝙ appetunt, & congregantur in eo fuga, & perfectio ad idem, cum fuerit desyderium in subiecto, & fuga in alio subiecto. & hoc non indicat K
ꝙ ipsa non existant in corpore. quoniam istæ virtutes, licet multæ fuerint, & mouentur diuersis instrumentis, habent tamen vnum copulans: & est anima. & hoc homini, & bestiæ simul. &, cum vnitur copulãs mutabuntur relationes contradictoriæ in comparatione ad id. & hoc q̃dem non indicat ꝙ anima non sit existẽs in corpore, sicut ẽ in bestiis.

AVERROES.

Ait Auer. Hoc, quod narrauit nomine Philosophorum hic, non sequitur ab eo, nisi ꝙ scientia non existit in corpore, modo, quo L
existit coloratio in eo, demum alia accidentia, nõ autem ꝙ ipsa existat in corpore omnino. nam ꝓhibitio subiectæ scientię, quin recipiat ignorantiam de re, & scientiam de ea, indicat necessario ꝙ non sit ei vnitas. contraria. n. non existũt in eodem subiecto. & hæc species impossibilitatis reperitur in aliis attributis, quę sunt apprehensiones, & ex apprehẽsionibus, quod vero est propriũ subiecto scientiæ ex receptione est ꝙ apprehendit contraria simul. s. rem, & contrarium eius. & hoc quidem impossibile est vt sit, nisi apprehen- M
sione nõ diuisibili in subiecto nõ diuisibili. nam iudex est vnus necessario. & ideo dr̃ ꝙ scientia contrariorum est eadem, Hic quidem modus receptionis est, qui appropriatur animæ necessario. Attamen declaratum est apud eos ꝙ hæc est dispositio sensus cõis iudicantis de quinq; sensibus, & est apud eos corporeus. quare non est rõ ad ꝓbandũ ꝙ intellectus nõ existat in corpore. quoniã nos diximus ꝙ existẽtia ẽ duobus

A bus modis, aut existentia attributorum nõ apprehendentium, aut existentia attributorum apprehendentium. Et id profecto, cùm quo ĩ hoc sermone dubitauit eis, est verum: & est ꝙ anima concupiscibilis nõ mouetur ad contraria simul, & tamẽ est corporea. Et non vidi aliquem Philosophorum ratiocinari ex hoc, in affirmando permanentiam animæ, nisi non considerantem sermones suos, nam proprietas vniuscuiusque virtutis apprehensiuæ est vt non copulentur in apprehensione eius duo opposita, sicut proprietas duorum B contrariorum extra animam est vt non congregentur in eodem subiecto. Igitur hoc est, in quo communicant virtutes apprehensiuę cum virtutibus non apprehensiuis. & appropriatur virtutibus apprehensiuis ꝙ ipsæ iudicant de contrariis repertis simul, s. sciunt vnum eorum ex sciẽtia alterius. & appropriatur virtutibus non apprehensiuis, quoniam diuiduntur ad diuisionem corporis, & reperiuntur in diuersis partib⁹ eiusdem corporis contraria simul, non autem in eadem parte. &, quoniam anima subiectum eius nõ diuiditur C hac specie diuisionis, non euenit ei vt repetiantur in ea duo contradictoria simul in duabus partibus subiecti. Quare isti sermones omnes sunt sermones hominis non peruenientis ad opiniones Philosophorũ in his rebus. O q̃ est remota opinio afferentis rationem de permanentia animæ, ex eo ꝙ ipsa non iudicat de duobus contradictoriis simul. nam sequitur ex hoc vt subiectum eius sit vnum non diuisibile. & quæro quę est ratio ad probandũ ꝙ subiectum non diuisibile ad diuisionem subiecti accidentium, quod non sit diuisibile omnino? D

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Quinta. Dicũt si intellectus intelligit intelligibilia instrumento corporeo, ipse quidem non intelligit seipsum. & cõsequens est falsum, quia ipse intelligit seipsum: igitur antecedens est falsum. Dicimus, nos bene cõcedimus ꝙ reiteratio oppositi consequentis concludit oppositum antecedentis: attamen, cùm probatur consequentia consequentis ab antecedenti, nõ E admittimus, sed dicimus nõ concedimus consequentiam consequentis. Et quæro quæ est ratio eius? Si autẽ dixerit ratio eius est, quia visus est ĩ corpore, & visus, non alligatus visui in aspiciendo non videt, & auditus non audit, & sic alij sensus, & intellectus non apprehendit etiam, nisi in corpore: ergo non intelligit seipsũ. intellectus autem, quemadmodum intelligit aliud, sic intelligit seipsum, & intelligit ꝙ intelligat aliud, & ꝙ ipse intellexerat seipsum. Dicimus id, quod dixistis est corruptum ex duobus. Primum quidem. quoniã F visus apud nos possibile est vt alligetur sibi ipsi, & erit visus alteri, & sibi ipsi, quẽadmodum erit vnum sciẽs sciens aliud, & sciens seipsum. sed cõsuetudo currit in cõtrarium huius, & rescissio consuetudinis apud nos admittitur. Secundum vero, & est fortius, est concedendo hoc in sensibus. Attamen non, cùm hoc impossibile est in quibusdam sensibus impossibile est etiam in quibusdam. Et quid inconuenientius est

vt

G vt distinguatur iudicium sensuum in modo apprehensionis cum communicatione eorum ꝙ sint corporei? vt differunt visus,& tactus. quia tactus nō acquirit apprehēsionem, nisi cum continuatione contacti instrumento tactus.& sic etiam est gustus.& differt ab eo visus, cùm conditionatur in eo separatio, ita ꝙ, si ponatur super palpebras, non videt colorem, quia non distat ab eo. & hæc quidem diuersitas non facit diuersitatem, quò ad eorum indigentiam corpore. & non negatur quin sit in sensibus corporeis quid, quod appellatur intellectus, & differt ab eis, in
H eo ꝙ apprehendit seipsum.

AVERROES.

Ait Auer. Contradictio autem Prima, & est, cùm dicit ꝙ possibile est vt rescindatur consuetudo, & videbit visus seipsum, est sermo in vltimitate sophisticationis, & inuolutionis. & iam locuti sumus de hoc superius. Secunda vero contradictio, & est, cùm dicit ꝙ nō est absurdum vt apprehensio corporea apprehendat seipsam, habet quidem quādam sufficientiam. Attamen cùm
I scitus fuerit modus, qui mouit eos ad hoc, scietur ꝙ hoc est impossibile. nam apprehensio est quid repertum inter agens, & passum, & est apprehendens, & apprehensum. & falsum est vt sit sensus agens, & patiens eodē modo. &, cùm reperitur agēs, patiens est duobus modis, s. ꝙ actio est ei ex parte formæ: passio vero ex parte materiæ: igitur omne compositum non intelligit seipsum. quoniam substantia eius est alia ab eo, per quod intelligit. nam intelligit ꝑ K partem substantiæ suæ. &, quia intellectus est ipsum intellectum, tūc, si compositum intelligit seipsum, cōuertitur compositum in simplex, & totum fit pars, & hoc totum est falsum. Et hic sermo, cū scribitur hic, est rhetoricus. &, cùm scribitur secūdum ordinem demonstrationum, & est vt præcedant eum conclusiones, quæ debent præcedere, potest fieri demonstratiuus.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Sexta. Dicunt L si intellectus apprehēderet cū instrumento corporeo, vt visus, nō apprehenderet instrumenta sua, vt faciunt alij sensus: sed ipse apprehendit cerebrum, & cor, & quod ponitur, ꝙ sit instrumentum eius: ergo indicat ꝙ nō habet instrumentum, nec subiectum. sin autem, id non apprehenderet. Dubitatio autem huic est, sicut dubitatio, quæ fit in præcedenti. quoniam nos dicimus ꝙ non est inconueniens quin visus apprehendat subiectum suum, sed currit secundum consuetudinem. nam dicimus nō est falsum vt differant sensus in hoc, licet communicent in existentia eorum in corporibus, vt antea. Et quare dicitis ꝙ existens in M corpore, falsum est vt apprehendat corpus, quod est subiectum eius? & quare sequitur vt iudicemus ex vno demonstrato tali particulari remoto super vniuersale absolutū? & vnde scitur deliberatiue falsitas eius? & iam dictum est in Logica ꝙ iudicatur ex causa particulari, aut particularibus plurimis, super vniuersale,

A ita q dāt exemplum in hoc, cùm dixerit aliquis q omne animal mouet in masticando mandibulam inferiorem, quoniam vidimus inductiue oīa animalia esse talia. & hoc quidē erit, quia nescit tansah. nam ipsum mouet mandibulam superiorem. & sic isti profecto non inquirunt inductiue, nisi quinque sensus, & inueniunt eos modo tali, & iudicauerūt de omnibus cum eo. & forte intellectus est sensus, qui currit in his sensibus curso tāsah inter alia animalia. igitur sensus cum hoc, q sunt corporei, diuiduntur ad id, quod apprehēdit subiectum suum, & ad id, quod
B non apprehendit, vt diuiduntur ad id, quod apprehendit obiectum suū absq; contactu, vt est visus, & ad id, quod non apprehendit, nisi continuatione, vt gustus, & tactus. igitur id, quod dixerunt, si generauit existimationem, non generauit tamē veritatem, cui confidendum sit. Si autem dicet nos non sustentamur simplici inductione sensuum, sed demonstratione, & dicimus si essent cor, & cerebrum in anima hominis, non deficeret ei apprehēsio eorum, adeo q non euadet ab apprehensione
C sui ipsius. nam vnus homo non scit seipsum ex seipso, sed affirmat sē per animam suam ex anima sua. sed non est sic in apprehēsione eorum. homo enim cùm non audiet recitationem cordis, & cerebri, nec videt ea in anatomia alicuius hominis, nō apprehēdit ea, nec credet q sint. &, si intellectus esset in corpore, oportet vt intelligat hoc corpus semper, aut id non apprehendit semper. Dubitatio autem est, q nullum amborum est verū, sed intelligit seipsum aliquando, & non intelligit seipsum D
aliquando. & hoc probatur. quoniam, si apprehensio, existens in subiecto, apprehēdit subiectum ex proportione eius ad subiectum, & non consyderatur q sit ei proportio ad id, nisi existētia ī eo, profecto nunq̄ id apprehendet. Et, si hæc proportio non erit tunc, nunquàm debet id apprehendere: cum impossibile est vt sit ei alia proportio ad id, prout est ipse. quoniam ex eo q intelligit seipsum, intelligit seipsum semper, & hoc non deficit ei in aliqua hora. Dicimus q homo, quotienscunq; perseuerauerit consyderare animā suā, & non cælatur ei, ipse profecto con- E
syderat corpus suum. Veruntamen q non innuitur ei nomen cordis, & forma eius, & figura eius, sed affirmat animam suā esse corpus, adeo q affirmat esse animam suam cum vestibus suis, & esse domū. anima vero, quam dixerunt, non attribuitur vestibus, & domui. & affirmatio ei^9 ad corpus, quod est principale, sequitur ei. & non curant de figura eius, & nomine eius, sicut non curant de subiecto odoris, & q sunt addita in anteriori parte cerebri similia capitibus mamillarum. Et, sicut homo scit q apprehendit odorem cum na- F
ribus, tamen subiectum apprehensionis non consyderatur ab eo, nec demonstratur, licet apprehēderit q est propinquior ad caput, q̄ sit propinquior ad infra aures, sic consyderat homo animam suam, & scit q esse eius, quo cōsistit, est propinqui^9 cordi, quàm sit pedi. nam ipse consyderat animam suam, remansuram cum priuatione pedis, & non consyderat consyderatione animæ suæ remansuræ

G manſure cum priuatione cordis. igitur id, quod dixerunt de eo, quòd ipſe intelligit de corpore aliquãdo, & aliquando non intelligit, nõ eſt ſic.

AVERROES.

Ait Auer. Dubitatio autẽ eius, ꝙ id, quod eſt in corpore, aut virtus in corpore, non intelligit ſeipſum per rationem, quoniam ſenſus ſunt virtutes apprehẽſiuæ in corporibus, & ipſæ non intelligunt ſeipſas, hoc quidem eſt in capitulo inductionis, quæ non facit adipiſci veritatem. H Et aſſimilatio eius inductioni factæ de eo, ꝙ omne animal mouet mandibulam inferiorem, profecto non eſt ei ſimilis aliquo modo, licet fuerit ſimilis aliquo modo. Quòd autem ſit ei diſſimilis eſt, qm̃ ponẽs inductiue ꝙ oẽ animal mouet mandibulam inferiorem, facit inductionem diminutam: nam inducit in ea omnes ſpecies animalium. ponẽs vero ꝙ omnes ſenſus non apprehendunt ſeipſos in rei veritate, facit inductionem perfectam, cùm non ſit ſenſus præter quinque ſenſus. I Iudicium autem per id, quod videtur ex ſenſibus, ꝙ omnis virtus apprehenſiua non eſt in corpore, eſt ſimile inductioni, qua iudicamus ꝙ oẽ animal mouet mandibulam inferiorẽ. nam ponens hoc, quemadmodum non facit inductionem in omnibus animalibus, ſic ponens ꝙ omnis virtus apprehenſiua nõ eſt in corpore, ex eo ꝙ ſic eſt in ſenſibus, non facit inductionem in omnibus virtutibus apprehenſiuis. Quòd vero dixit de eis in eo ꝙ, ſi intellectus eſſet in corpore, comprehẽderet corpus, K in quo eſt apud apprehenſionem ſuam, eſt ſermo leuis, & non eſt ex ſermonibus Philoſophorum, quoniam hoc ſequeretur, ſi omnis apprehendens eſſe rei, id apprehenderet per definitionem eius. & non eſt ſic. nam nos apprehẽdimus animã, & multa, & non apprehendimus definitiones eorum quoniam, ſi apprehenderemus definitionem animæ cum eſſe eius, ſciremus neceſſario ex definitione eius eſſe eius, an ſit in corpore, vel non ſit in corpore ſi.n. eſſet in corpore, eſſet corpus neceſſario aſſumptum in definitione eius. L &, ſi non fuerit in corpore, non erit corpus aſſumptum in definitione eius. hoc quidem eſt id, quod debet teneri hic. Contradictio autem Alga. huic ſermoni, ꝙ homo conſyderat de anima ꝙ ſit in corpore eius, licet non diſcernatur ab eo membrũ, in quo eſt ex corpore, eſt profecto vera. & Antiqui differũt in hoc. ſed ſcientia noſtra, ꝙ ſit in corpore, non eſt ſcientia, ꝙ ſit ei exiſtentia in corpore. nam hoc nõ eſt notum per ſe. & eſt id, in quo differũt homines & Antiqui, & Moderni. ſi.n. corpus eſſet ei vt inſtrumẽtũ, nullam quidẽ habet exiſtẽtiam in eo. ſi vero eſſet M ei vt accidens ſubſtantiæ, non erit ei eſſe niſi in corpore.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Septima. Dixerunt virtutes apprehenſiuæ in ſtrumentis corporeis, accidit eis ex conſuetudine in operatione, & continuatione apprehenſionis diminutio. nam continuatio motus corrũpit complexiones corporum, & deſtruit

A ſtruit eas. & ſic res exceſſiue excelſioris comprehenſionis debilitāt eas, & aliquando corrumpunt eas, adeo ꝙ non apprehēdunt poſtea aliquid leuius, & debilius: ſicut eſt vox exceſſiua auditui, & lux clara viſui. nā aliquando corrupit eum. aut prohibetur poſtea ab apprehēſione vocis leuis. & ſic etiam apprehēſa ex guſtu. apprehendens enim dulcedinem exceſſiuam non ſentit poſtea dulcedinem, quæ eſt minor ea. Diſpoſitio vero in virtute intellectiua eſt in cōtrarium. nam continuatio in ſpeculando intelligibilia non eam reddit
B feſſam in hoc. & apprehenſio ſpeculabilium ſupremorum fortificat eā ad comprehendendum ſpeculabilia leuia, & non debilitat eam. ſi vero euenit ei aliquando feſſitas, hoc eſt, quia indiget virtute imaginatiua, & coadiuuatione eius, & debilitatur virtus imaginatiua, & non inſeruit intellectui. Dubitatio autem eſt ex vijs præcedētibus. nam nos dicimus non negatur quòd differant ſenſus corporei in hoc. & non omne, quod affirmatur aliquibus eorum, oportet vt affirmetur aliis. ſed non negamus ꝙ differant corpora. nam ſunt
C aliqua eorum, quæ debilitat ea motus aliquis: & aliqua, quæ ea fortificat alius motus, & non debilitat. &, ſi receperint impreſſionem ex eis, erit profecto ibi cauſa mutans virtutem eorum, ita quòd non ſentiēt impreſſionem. & totum hoc eſt poſſibile, cùm iudicium affirmans in aliquibus, non oportet vt affirmet in omnibus.

AVERROES. D

Ait Auer. Hęc eſt ratio antiqua ex rationibus eorum, & concluſio eius eſt ꝙ, cùm intellectus apprehendit intelligibile forte, deinde reuertitur ad apprehenſionem eius, quod eſt debilius, tunc apprehenſio eius eſt facilior. & hoc indicat ꝙ apprehenſio eius nō eſt in corpore. nā nos reperimus virtutes corporeas apprehenſiuas recipere impreſſionē ab apprehenſis fortibus impreſſione tali, qua debilitatur apprehenſio earū, ita ꝙ impoſſibile eſt eis vt apprehēdant ea, quæ ſunt facilioris apprehenſionis poſt apprehenſionem fortioris apprehenſionis. Et cauſa in hoc eſt, quoniam omnis forma exiſtens in corpore, exiſtentia eius in eo eſt, quia recipit hoc corpus impreſſionē ab ea, ſed exiſtit in eo, quoniā eſt diuerſa proculdubio. ſin autem, non erit forma in corpore. &, quoniam inuenerūt ꝙ recipiens intelligibilia non recipit impreſſionē ab intelligibilibus, determinauerūt ꝙ hoc recipiēs non ſit in corpore. At tamen hoc non eſt ei contradictio. nam omne recipiens impreſſionem à ſubiecto ex exiſtentia formę in eo, conuenientem quidem, aut fugiendam, aut paucā, aut multam, eſt corporeum neceſſario. & conuerſio huius eſt etiam vera. & eſt, omne, quod eſt corporeum, recipit impreſſionē à forma adueniente ei, & menſura impreſſionis eius eſt ſecundum mēſuram miſtionis illius formæ corpori. Et cauſa in hoc eſt, quoniam omnis generatio ſequitur mutationē. &, ſi introduceretur forma in corpore abſque mutatione, tunc eſſet poſſibile E F

bile vt reperiretur forma corporea, ex qua non imprimitur aliquid subiecto in aduentu eius.

ALGAZEL.

Ait Alga. Ratio Octaua. Dixerunt, oēs partes corporis debilitatur vigor earum, postquam peruenerint ad statum propè quadraginta annos: & quod postea, debilitatur visus, & auditus, & aliæ virtutes. virtus tamen intellectiua vt plurimum fortificatur post hoc in pluribus.
H Et non est dicendum contra hoc, ex eo ꝙ euenit priuatio speculationis ītelligibiliū, cùm acciderint morbi corpori, & hyeme causa senectutis. nam quotienscunq; declaratum sit ꝙ fortificatur cum debilitate corporis in quibusdam temporibus, declarabitur etiam ꝙ existat in corpore. Sed destructio eius apud destructionem corporis non infert necessario vt existat ī corpore. nam reiteratio consequentis non concludit. nos enim dicimus si virtus intellectiua existeret in corpore, debilitaret eam debilitas corporis in aliqui-
I bus temporibus: igitur declarata est existentia eius in seipso in omni tēpore. sed consequens est falsum igitur antecedens est falsum. &, cùm dicimus consequens, quod reperitur in aliquibus temporibus, non sequitur vt antecedēs sit verum. Vlterius causa eius est, quoniam anima habet operationem in seipsa, cùm non fuerit ei prohibens, & non fuerit ei occupans. nam ipsius animæ duæ sunt operationes, operatio quidem respectu corporis, & est regere id: & operatio respectu principiorum suorum, & sui ipsius, & est apprehen- K
sio intelligibilium. & sunt duæ operationes diuersæ, & distinctæ: & dū occupauerit seipsam in aliqua earū, declinat ab alia, & defecit ei congregare ambas simul. occupatio autem eius ex parte corporis sunt sensatio, & imaginatio, & appetitus, & timor, & ira, & existimatio, & tristitia, & dolor. &, cùm incœperit consyderare ī itelligibili, deficit ab istis rebus. immo sensus tantum prohibet, & remouet ab apprehensione intellectus, & speculatione eius, absq; eo ꝙ aliquid tangat instrumentum intellectus, aut accidat ipsimet læsio. Et L
causa huius est occupatio animæ in aliqua operatione. & ideo destruitur speculatio ītellectus etiam apud dolorem, & morbum, & timorem, quia est morbus in cerebro. Et quomodo prohibetur impossibilitas cū diuersitate modorum actionis animæ, & numeratione vnius modi sequitur impossibilitas? nam timor inuoluit̄ à dolore, & appetitus ab ira & cōsyderatio in intelligibili ab aliquo intelligibili separato ab eo. & signum, ꝙ morbus eueniens corpori nō est in subiecto sciarū, est, qm̄ cū reuertitur sanum, non indiget disci- M
plina scientiarum denuo, sed redit qualitas animæ eius, prout fuerat, & reuertuntur illæmet scientiæ, absq; quòd fiat disciplinatio. Dubitatio autem. quoniam nos dicimus ꝙ diminutio virtutum, & additio earū habent multas causas, quæ nōn concluduntur, & aliquæ profecto virtutes fortificantur in principio vitæ, & aliquæ in medio, & aliquæ in fine, & intellectus est sic etiam. & non remanet nisi quòd topicus ratiocinetur,

A tur, & non concedat quòd differant odor,& visus. quoniam odor fortificatur post quadragesimum annum, & tamen visus debilitatur, licet sint æquales, cùm fiunt in corpore. quẽadmodũ differũt illę virtutes in aĩalibus,& fortificatur odor in quibusdam,& auditus in quibusdã,& visus in quibusdã ex diuersitate cõplexionis eorum. & non est quidem posse hoc scire & nõ est incõueniẽs vt sint ẽt complexiones instrumentorũ diuersæ secundum indiuidua & secũdum tempora. & erit vna causarum prioritatis debilitatis visus præter intellectum. quoniam visus est B prior intellectu. nam videt in principio creationis,& tamen non perficitur intellectus eius, nisi post quintumdecimum annum, aut plus, prout vidimus quòd differunt homines in eo, ita quòd dicitur quòd canities in capillis capitis est prior ea, quæ est in barba, quoniam capillus capitis est prior. Hæ sunt causæ, de quibus, si aliquis loquitur, & non attribuit hoc cursui cõsuetudinum, non potest ædificare super eas scitũ tutum. quoniam modi possibilitatis, in eo quòd adduntur ex eo virtutes, aut debilitantur, non inclu- C duntur. & hoc non facit peruenire ad aliquid veritatis.

AVERROES.

AIt Auer. Si posuit quòd virtutes apprehensiuæ, subiectum earum est calor naturalis, & calori quidem elementali euenit diminutio post quadragesimum annum, tunc debet esse intellectus in hoc, vt aliæ virtutes, scilicet quòd oportet, si esset subiectum eius calor elementalis, vt veterascat ad veterationem eius. Attamen, si consyderetur quòd subiecta sint diuersa in intellectu,& sensibilibus, tunc non sequitur vt sint æqualia tempora eorum. D

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Nona. Dixerũt quomodo erit homo pręfatio corporis, & accidentium eius: & tñ hæc corpora nõ deficiunt resolui:& nutrimẽtũ restaurat id, qđ r̃soluitur, adeo ꝙ cũ videmus sensu vnũ E puerum ægrotare aliqñ & macrefieri, deĩde impinguari & crescere, tũc possumus dicere ꝙ non remanet ei post quadragesimũ annum aliquid ex partibus, quæ reperiebãtur in eo apud exitũ ab vtero matris, sed fuit initium esse eius ex partibus spermatis tñ, & non remãsit ei aliquid ex partibus spermatis, sed resoluitur totum hoc, & permutatur in aliud, & erit hoc corpus aliud à corpore illo. & tñ dicimus hunc hominem esse eundem hominem. adeo ꝙ remane- F bunt cum eo scientiæ eius ab initio pueritiæ. & iam mutauit omnes sensationes suas. igitur indicat ꝙ sit animæ esse præter corpus, & ꝙ corpus sit instrumentum animæ. Dubitatio autem, ꝙ hoc destruitur in bellua, & arbore. est cùm consyderatur crementum earum à pueritia. nam dr̃ ꝙ hoc est illud, sicut dr̃ de homine, & tamẽ non indicat hoc, ꝙ sit ei esse præter corpus. & quod dictum est de scientia destruitur, cùm imaginatiua conseruat formas. nam ipsa remanet à pueritia ad crementum, licet mutentur partes cerebri.

AVER-

G AVERROES.

AIt Auer. Hæc eſt ratio, quam nō fecit aliquis Antiquorum in permanentia animę, ſed fecerunt eam in eo, ꝙ in indiuiduis eſt ſubſtantia remanens à genitura vſq; ad mortem, & ꝙ res non ſunt in continuo fluxu, vt putauerunt multi ex Antiquis, auferentes neceſſarium, adeo ꝙ neceſſitatus fuit Plato ponere ideas. & non eſt occupandum tempus in hoc. & dubitatio Alga. huic rationi eſt vera.

H

ALGAZEL.

AIt Alga. Ratio Decima. Dixerunt, virtus intellectiua apprehendit canones vniuerſales intellectuales, quos appellant Loquētes diſpoſitiones, & apprehendit hominē abſolutum, ex eo ꝙ videt aliquod indiuiduum humanum demonſtratum tale. & eſt ſciētia de indiuiduo, quod videtur. nam id, quod videtur, eſt ī loco proprio, & colore proprio, & tempore proprio, & menſura propria, & ſitu proprio. homo vero ab-
I ſolutus intellectus eſt abſtractus ab his rebus: immo in eum ingreditur omne, de quo profertur nomen hominis: licet non fuerit ſecundum colorem apparentem in menſura eius, & ſitu eius, & loco eius, & tempore eius. immo is, cuius eſſe eſt poſſibile in futurum, ingreditur ī eum, adeo ꝙ, ſi corrumperetur homo, remaneret verificatio hominis in ītellectu, abſtracti quidem ab iſtis proprietatibus. & omne, quod ſenſus vidit, id indiuiduale, ex eo peruenit in intellectum uerificatio illius indiuidui vniuerſalis abſtracta à materiis, & mi- K
neralibus, adeo ꝙ diuidentur attributa eius ad id, quod eſt ei eſſentiale, vt eſt corporeitas plātæ, & animali, &c. vſq; ad finem capituli.

AVERROES.

AIt Auer. Id autem, quod recitauit nomine Philoſophorum de hac ratione, eſt ꝙ intellectus apprehendit de indiuiduis, quæ communicant ſpecie aliquid, quo communicant. & eſt quiditas illius ſpeciei, abſq; eo ꝙ diuidat illud in ea, in L
quæ diuiduntur indiuidua, in eo ꝙ ſunt indiuidua, ex loco, ſitu, & materiis, ex quibus plurificantur. igitur neceſſe eſt vt ſit non generabilis, nec corruptibilis, nec deperditur, cùm deperdatur aliquod indiuiduorū, in quibus inuenit ille. & ideo ſciæ ſunt æternæ, & nō generabiles nec corruptibiles, niſi per accidēs, ſ. ex copulatione earum Socrati, & Platoni, ſcilicet ſunt corruptibiles propter copulationem, non ꝙ ſint corruptibiles ex ſe. nā, ſi eſſent generabiles & corruptibiles, tunc eſſet hæc copulatio in eiſmet ipſis, & non congregaren- M
tur in eadem re. Dixerunt &, cùm hoc habitum fuerit de intellectu, & fuerit in anima, neceſſe eſt vt ſit anima non diuiſibilis ad diuiſionem indiuiduorum, & vt ſit etiam quid vnum in Socrate, & Platone. Et hæc quidem ratio de ītellectu eſt fortis, quoniam intellectui nihil eſt indiuiduitatis. anima autem, licet fuerit abſtracta ab accidētibus, quibus numerantur indiuidua, famoſi tamen ex ſapientibus dixerunt ꝙ non exit à natura indiuidui, licet ſit apprehē-
dens.

A dens. & est speculatio in hoc loco. Dubitatio autem, quam fecit cõtra eos Alga. consistit in hoc quòd intellectus est quid indiuiduale: & vniuersalitas accidit ei. & sic assimilauit cõsyderationem eius de re communi indiuiduis consyderationi vnius sensus multis vicibus. nam est vnus apud eos, non autem quid vniuersale. & vita exempli gratia in Socrate est eadem numero, quã vidit in Platone. & hoc est falsum. nam, si hoc esset verum, non esset inter apprehensionem intellectus, & apprehensionem sensus differentia. & non tradu B ximus sermonem eius hic, quia prolixus est.

DISPVTATIO III.

De dicto eorum, quod falsum est dicere quod corrumpantur istæ animæ: sed, cum reperiãtur, sunt æternæ perpetuæ, & non potest considerari corruptio, & finitas earum.

C AVERROES.

It Auer. Et sic dixit postea ꝙ Philosophi in eo, ꝙ anima habet corruptionem post esse, ꝙ sit falsum, habẽt duas rationes. Quarum vna est, si anima corrumpitur, corruptio eius nõ euadet ab vna trium rerum. aut enim corrumpitur cum corruptione corporis, aut corrumpitur propter contrarium repertum ei, aut ex posse potentis. & falsum est vt corrumpatur ad corruptionem corpo- D ris. est. n. separata à corpore. & falsũ est vt sit ei contrarium, nam substãtia separata non habet contrarium. & falsum est vt alligetur posse potentis priuationi, vt dictum est supra. Dubitatio autẽ eis est. nos non cõcedimus ꝙ sit separata à corpore. Vlterius, quia dilectum apud Auicẽnam est vt sint animæ numeratæ ad numerationem corporum. nã esse animam vnam numero omnimode in omnibus indiuiduis, accidũt ei mul E ta inconueniẽtia, ex quibus illud est, ꝙ, cùm scit Socrates aliquid, sciet id etiam Plato. &, cùm ignorat id Plato, ignorat id Socrates. Iterum sunt inconuenientia alia, quæ sequuntur huic positioni. ipse vero respondet huic sermoni ꝙ ipsa cũ ponitur numerata ad numerationem corporum, sequeretur vt esset alligata eis, & corrumperetur necessario ad corruptionem corporum. Attamen Philosophi possunt dicere ꝙ non sequitur, cùm fuerit inter duo proportio alligationis, & amoris, vt est F proportio inter desyderans, & desyderatum, & vt est proportio inter ferrum, & magnetem, vt, cùm corrumpitur vnum, corrũpatur aliud. sed aduersarius potest interrogare eos quid est, quo approprientur animæ, & plurificantur plurificatione numerali, & tamen sunt separatæ à materia. nam plurificatio numeralis indiuidualis prouenit ex materia. Veruntamen defendenti permanentiam animæ, & numerationem eius est dicere ꝙ sit ex materia subtili: & est calor animalis, qui influitur à corporibus cœlestibus: & est calidum, quod non est ignis, nec

G est in eo principium ignis, sed in eo sunt aiæ informantes corpora, quę sunt hic, & animas existentes in illis corporibus. Et nullus Philosophorum contradicit quin in elemētis sit calor cœlestis, deferens virtutes generantes animal, & plantam. sed aliqui appellant has virtutes naturales cœlestes: Galenus vero appellat eam virtutem informantem, & aliquando appellat eam creatorem, & dicit ꝙ ipse tenet quòd sit hic agens animalis sapiens, id creans. & hoc apparet ex anatomia. vbi vero existit hoc agens, & quid sit, est H quid nobilius quàm possit homo id scire. Et ex hoc assumpsit rationem Plato, quòd anima sit separata à corpore, quoniam ipsa est creatrix eius, & informatrix. nam, si corpus esset conditum in esse eius, non crearet, nec informaret illud. & hæc quidem anima, scilicet creatrix magis apparet in animali non generante, postea in generante. nā nos, quemadmodum scimus quòd anima sit quid additum calori elementali, cum calor, in eo ꝙ est calor, non est de natura eius vt efficiat operationes ordinatas intelligibiles, I sic etiam scimus quòd calor, qui est in spermatibus, non est ei sufficientia ad creationem, & informationem. & nulla est differentia apud eos quòd sint in elementis animæ, creantes quamlibet speciem specierum repertarum in animali, & plantis, & mineralibus, & totum, quod opus est in esse eius & permanentia cum regione, & quòd sint virtutes conseruantes eam. Hæ autem animæ aut erunt tanquàm mediæ inter animas corporum cœlestium, & animas, quæ sunt hic in corporibus K sensibilibus, & habebunt absque dubio in animabus, quæ sunt hic, & corporibus dominium: & hinc cortus est sermo de parte: aut ipsæ in se ipsis sunt alligatæ corporibus, quæ ab eis sunt creata propter similitudinem, quæ est inter ea. &, cùm corrumpantur corpora, reuertuntur ad materias suas spirituales, & corpora sua subtilia, quæ non sentiuntur. & nullus est Philosophorum antiquorum, qui non concedat esse has animas: differunt tamen an sint illæ, quæ existunt in corporibus, aut L est aliud genus præter illas. Qui vero dixerunt de datore formarum, ipsi quidem posuerunt has formas intellectum separatum. & hoc non reperitur alicui Antiquorum, nisi quibusdā Philosophis Maurorum. quoniam ex radicibus eorum est, ꝙ separata non mutant materias mutatione trāsmutationis per se, & primo. nam mutans est contrarium eius, quod mutatur. Et hæc quidem disputatio est profundissima disputationum, quæ sunt in Philosophia. Et fortissimum, quod testatur in hoc, est quoniam intelle- M ctus materialis intelligit infinita in vno, & eodem intellecto, & iudicat de eis iudicio vniuersali, & non est substantia eius hæc substantia. igitur est non materialis omnino. Et ideo laudat Aristoteles Anaxagoram, cùm posuerit primum motorem intellectum, aut formam separatam à materia. & ideo non patitur ex aliquo entium. nam causa passionis est materia. & in hoc est dispositio in virtutibus recipiētibus, sicut est dispositio ī virtutibus agentibus.

A tibus, nam virtutes recipientes, habentes materiam, sunt quæ recipiunt res determinatas.

DISPVTATIO IIII.

De dicto eorum, quod non sit falsum quod animæ reuertantur amplius in corporibus.

AVERROE.

It Auer. Et, cùm separatus fuit ab hac disputatione, incœpit cogitare quòd Philosophi negant congregationem corporum in die iudicij. & hoc quidem non reperitur sermo de eo in aliquo præcedentium. Sermo autem de congregatione corporum habet paucam prouulgationē in legibus prouulgatis. & quod dixerunt de ea Philosophi, est præter numerum duorum. nam primi, qui dixerunt de cōgregatione corporum, sunt Prophetæ Israelitæ, qui venerunt post Moysen principem Prophetarum, & hoc apparet in psalmis, & in multis libris attributis filijs Israel. & affirmatur etiam hoc in euangelijs. & est sermo Zabaistarum, quam quidem legem dixit Auenhazam fuisse antiquissimam legum. Sed isti homines apparet de eis φ sunt vigorosiores ad magnificandum eam, & credendum ei.

Sermo de legibus. Et causa huius est, quoniam ipsi tenent quòd currit cursu regiminis hominum, in quo quidem consistit esse hominis, & aduentus summi boni ei proprij. nam ipsa est necessaria inuentioni virtutum moraliū in homine, & virtutum speculabilium, & artium operatiuarum. ipsi enim tenent φ homo nō habet vitam in hac nostra habitatione, nisi per artes operatiuas: & non est ei vita in hoc seculo, & in futuro, nisi per virtutes speculatiuas: & non perficitur quælibet harum duarum, & non peruenit ad eum, nisi per virtutes morales: & virtutes morales nō vigorātur nisi per cognitionem habitam de Deo glo. & magnificationem eius p operationes legales præceptas in qualibet gente, vt sunt holocausta, & orationes, & similia ex sermonibus, quos dicūt de Deo glo. & Angelis, & Prophetis. Denique tenent quòd leges sunt artes necessariæ morales, quarum principia accipiuntur ab intellectu, & lege, & præcipue id, quod est commune omnibus legibus: licet differant in hoc secundum magis, & minus. & tenent cum hoc quod non debemus dubitare, per sermonem affirmantem, aut negantem, in principiis earum vniuersalibus, vt an necesse sit seruire Deo glo. vel ne, & quod maius est an reperiatur, vel ne? & sic tenent in alijs principijs eius, sicut sermo de inuentione summi boni vltimi, & qualitate eius. nam omnes leges conueniunt circa entitatem vltimam post mortem, licet differant in qualitate huius entitatis: quemadmodum conueniunt circa sciētiam esse eius, & attributa, & operationes eius, licet differant in eo, quod est de substantia principij, & operationibus eius secundum plus, & minus. & sic etiam conueniunt in operationibus perducentibus ad sum-

G mum bonum, quod eſt in habitatione vltima, licet differant in conſyderatione harum operationum. Demum ipſę leges quid vtuntur modo ſcientiæ per uiam communem omnibus, quæ eſt neceſſaria apud eos. nam Philoſophi vtũtur vſu notificationis ſummi boni aliquorum intelligẽtium, quibus opus eſt addiſcere ſcientiam, & leges. & ideo intendunt docere vulgus generaliter: & tamen non inuenimus legem ex legibus, quæ nõ excitet ad id, quod eſt proprium ſapientibus, & includat id, in quo communi-
H cat vulgus. Et, quoniam ſpecies hominium propria. perficitur eſſe eius, & peruenit felicitas eius ex communicatione ſpeciei vniuerſalis, ideo doctrina vniuerſalis, eſt neceſſaria in eſſe ſpeciei propriæ, & vita eius. in tempore autem pueritiæ, & cremento eius nemo quidem in hoc dubitat. cùm vero permutauerit ſed ad id, quod eſt ſibi proprium, tunc ex neceſſitate nobilitatis eius eſt, vt non vilipendat id, in quo nutritus eſt, ſed id exponat pulchra expoſitione, & ſciat ꝙ id, quod intendit in hac doctrina, eſt
I vniuerſale, non autem proprium. Et, ſi declaratum fuerit ei ꝙ ſit dubium in principiis legis, in quibus nutritus eſt, aut in expoſitioue ſit aliquid contradicens Prophetis, & declinauerit à viis eorum, eſt ex illis hominibus, qui debent appellari Hæretici, & debet condemnari in lege, in qua nutritus eſt condemnatione Hæretici. & oportet etiam eum cum hoc vt eligat legem nobiliorem ſuæ ætatis: licet omnes apud eum fuerint veræ, & ab igno-
biliori permutetur ad nobiliorem K
ea. Et ideo conuerſi ſunt ad ſectam Maurorum ſapientes, qui docebant diſcipulos Alexandriæ, cúm peruenit ad eos lex Maurorum, & facti ſunt Chriſtiani ſapientes, qui erant Romæ, cùm peruenit ad eos lex Chriſtiana. & nemo dubitat quin fuerant in filiis Iſrael ſapientes multi. & hoc eſt manifeſtum ex libris, qui reperiuntur apud filios Iſrael, attributis Salomoni. & non defecit ſcientia reperiri in hominibus Prophætiæ, & ſunt Prophetę. & ideo veriſſima omnium propoſitionum
eſt, quòd omnis Propheta eſt ſapiẽs, L
& non omnis ſapiens eſt Propheta: ſed ſunt ſapientes, de quibus dicitur quòd ſunt hæredes Prophetarum.

Et, cùm artes demonſtratiuæ habeant in principiis ſuis præambula, & radices poſitas, quanto magis eſt dignum vt ſit hoc in legibus, aſſumptis à prophetia, & intellectu. & omnis lex, quæ eſt per prophetiam, miſcetur ei intellectus, & qui tenet quòd poſſibile eſt vt ſit hic lex per intellectum tantum, neceſſe eſt ei vt ſit diminuta omniũ legum, quæ extractæ ſunt per intellectum, & pro-
phetiam. & vniuerſum conuenit in M
hoc, quòd principia operationis debent recipi ab alio: cùm demonſtratio non poſſit producere operationes, niſi per virtutes, prouenientes ab operationibus moralibus, & factiuis. Igitur declaratum eſt ex hoc ſermone quòd Sapientes omnes opinantur in legibus hanc opinionem, ſcilicet quòd recipiatur à Prophetis, & ponentibus principia operationis, & præcepta legalia in qualibet gente, & laudabilius apud

A eos ex istis principiis necessariis est id, quod magis excitat vulgus ad operationes laudabiliores, adeo quòd erunt, qui nutriuntur cum eis, perfectioris virtutis, quàm qui nutriuntur cum aliis: vt sunt orationes apud nos. quia non est dubium ꝙ orationes abstinere faciunt à turpibus verbis, & Hæresi. & oratio posita in hac lege, reperitur ei hæc operatio, perfectior quàm alijs orationibus positis in aliis legibus. & hoc quidem est ex eo, quod conditionatur de numero eius, & temporibus eius, & sermonibus eius, & alio,
B quod conditionatum est de munditie, & dimissione operationum, & sermonum corrumpentium eam. & sic id, quod dicitur de merito in ea, magis excitat ad operationes bonas, quàm quod dicitur in alia. & ideo assimilari meritum in eis rebus corporeis est nobilius, quàm assimilari rebus spiritualibus. vt dixit Deus gloriosus. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigãdum Paradisum. Et dixit Propheta Oculus non videt eam domine præter
C te. & dixit sapiens in hoc. Id, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec reputatur in corde carnis. Et dixit Hauhas hen nega non est in fine huius mundi, nisi cœlum. Igitur indicat quòd illa entitas est superior, & excelsior, hac entitate, & alius gradus nobilior hoc gradu. & non debet negare hoc, qui credit quòd nos comprehendimus vnũ ens permutari à gradu ad gradum, vt est permutatio formarum inanimatarum ad id, quod comprehendant seipsas, & sunt formæ intellectuales. Qui vero dubitauerunt in his rebus, & disputauerunt D contra hoc, & se patefecerunt in eo, sunt qui intendunt destruere leges, & destruere virtutes, & sunt Epicurei, qui opinantur quòd nullus est finis intentus in homine, nisi prosequi delectationes, & hoc quidem est cui nemo dubitat, & qui meditatur hoc facere de eis, non est dubium ꝙ habentes leges, & sapientes simul interficerent eum, & qui non habet posse super eum, perfectior quidem sermonibus, quibus ratiocinatur contra eum, sunt rationes, quas includit liber excellens. E Id autem, quod dixit hic vir, contradicens eis, est bonum. & non euadet in contra dicẽdo eis, quin ponatur anima immortalis, vt indicauerunt hoc rationes intellectuales, & legales, & vt ponatur quòd qui reuertentur, sunt vt ista corpora, quæ fuerant in hac habitatione, non ipsamet. nam corruptum non reuertitur in indiuiduum, sed reuertitur ens simile ei, quod corruptum est, non ipsummet, quod corruptum est, vt declarauit Algazel. Quare non est verus sermo de reuersione secundnm opinionem opinantis ex Loquentibus F quòd anima sit accidens, & corpora, quę reuertentur, sunt illa, quæ corrupta sunt. nam id, quod corruptum est, & postea inuenitur, est vnum specie, non vnum numero, sed duo. & præcipue apud eum, qui dixerit ex eis quòd accidentia non permanent per duo tempora. Hic autem vir negauit Philosophis tres disputationes. quarum Vna est ista: & est apud eos ex disputationibus speculatiuis. Secunda vero est, cùm dicunt quòd Deus glorio. scit particularia

Quo pacto indiui dua reuertantur.

G cularia. & iam diximus etiam q; hic sermo non est ex sermonibus eorum. & Tertia, cùm dicunt de antiquitate mũdi. & iam diximus etiam, quòd id, quod intelligunt per hoc nomen, non est id, quod negauerunt Loquentes in eo. & dixit in hoc libro, quòd nullus Maurorum dicit de merito spirituali: & dixit in alio libro quòd Sapientes id dicunt.

Et secundum hoc non erit Hęresis ei, qui dicit de merito spirituali, & non dicit sensibiliter congregationem, & ponit possibilitatem huius sermonis de merito spirituali, & re-
H uertitur etiam in alio loco in negationem congregationis. & hoc totum est implicatio, & perturbatio, vt vides. & non est dubium quòd iste vir errauit secundum legem, sicut errauit secundum scientiam. & Deus est dirigens ad verum, & appropians veritati eum, quem vult. K
Et decreui resecare hic sermonem de his rebus. & peto veniam de sermone nostro in eis. & nisi fuisset necessitas perquisitionis veritatis ei, cui conuenit: & est, sicut ait Galenus, vnus ex mille, & prohibitio vt loquatur de ea cum eo, qui non est ex hominibus eius, non laborassem in hoc. & Deus glo. bene scit etiam & vnicam literã. & debet Deus glo. recipere excusationem nostram in hoc, & remouere scrupulum ex bonitate, & misericordia sua, quia est tribuens, & benefaciens omnibus. L

Destructionum destructionum Philosophiæ Algazelis finis.

AVERROIS TRACTATVS DE ANIMAE BEATITVDINE.

Proponit declarare animæ beatitudinem, quæ est secundum Aristotelem coniunctio intellectus abstracti cum anima humana. Cap. 1.

INtentio mea in hoc tractatu nobilissimo est declarare beatitudinem vltimam animæ humanæ * [in hoc mundo, & in futuro,] secundum principalem intentionem Philosophorum in ascensu supremo ipsius. Et, cùm dico ascensum, intelligo quòd perficiatur, & nobilitetur, ita vt coniungatur cum intellectu abstracto, & vniatur cum eo, ita vt cum eo fiat vnum: & hoc sine dubio est supremus gradus sui ascensus. Nam manifestum est omnia entia sub tribus speciebus comprehendi.

Al. co. nõ habet hæc verba.

C Entia oĩa sub tribus spẽbus cõprehendi.

Vna est materia infima, & quæ ex ea generantur. & illa quidem ignobilior est in gradu, & loco. Et super istam in gradu, & loco est species corporum sphæricorum: quorum semper est fixa forma, & stabilis in suis materijs: ita quòd dicuntur materia, & forma in illis, & generabilibus ex materia infima æquiuoce. Et super illa est vnus gradus supremus, & gloriosus, qui vocatur gradus intellectuum abstractorum, qui vere sunt formæ E dantes perfectionem, non existentes in subiecto. Ideo, cùm dicitur de anima quòd ascendit, intelligitur coniunctio eius cum aliquo intellectuum abstractorum.

Et, quia cognosco principalem intentionem Philosophorum fuisse contemplari in essentia huiusmodi entis apud eos, & apud veritatem, & vltimam beatitudinem, visum est mihi declarare hoc, sermone breui: & intelligenti, sicut tu: in quo reperies declarationes huius rei, plusquàm in commentis meis de Anima: & plus argumentis pro- F batum, quàm in libris Philosophorum. Solicite itaq; meipsum dedi, nobilissime socie super rem à te postulatam, scilicet ad opinionem Philosophi in coniunctione intellectus abstracti cum anima humana declarandam, & ad veritatem aperiendam. & hoc secundum radices suas: nam illud quidem fundamentum est, quod ab omnibus glorificatur Philosophis. sed multum condiuisi sunt Philo-

G sophi: quemadmodum per intentionem sermonum apparet diuisio in eo, quod de sermonibus ipsius est verum.

De intellectus materialis essentia, tum ex Antiquorum, tum ex propriis dictis declarata. Cap. 2.

Radices duæ, ad cognoscẽdũ cõnexiõẽ intell's abstracti cũ hoĩe.



Cias ꝙ certitudinis huius rei cognitio existit in duabus radicibus. Vna est speculatio in esse intellectus materialis. & hoc est fundamentum huius quæstionis. & non H sunt diuersificati Philosophi in hoc, nisi propter diuersitatem, quam habet in esse huius intellectus. Secunda radix est speculatio in re, propter quam intellectus abstractus est causa reducendi intellectum materialẽ in esse actu intellectum; & hoc est scire, si est causa secundum modum efficientis, & motoris solum, sicut reperitur in motoribus naturalibus, aut per viam formæ, & finis, sicut faciunt abstracta in animalibus sphæricis. Hic uolo enarrare tibi breuiter intentionem Philosophi in esse I intellectus materialis, & abstracti. Post hoc autem declarabo tibi quid oritur ex sententia sua ex ijs duobus. Deinceps perueniam ad cognitionem possibilitatis coniunctionis animæ cum intellectu. Dico autem quòd principium dicti Philosophi in speculatione intellectus, qui materialis dicitur, si est, aut non, fuit quod proposuit ex rebus notis per se, & dixit quòd comparatio intelligibilium ad intellectum, scilicet materialem ipsorum apprehensiuum, est vna, & K eadem, quæ est sensibilium ad sensum. Et ex hoc habet quòd intellectus apprehensiuus intelligibilium est virtus recipiens, & non agens: sicut sensus, qui est virtus recipiens à sensato. Et, cùm declaratum fuit ei quòd ĩtellectus materialis est de virtutibus recipientibus, & non agentibus, resultauit ei de necessitate vna duarum rerum: aut quòd intellectus, qui est in potentia recipiat, quæ sunt intelligibilia actu, & permutetur ex eis, sicut receptio sensus ad sensatum: aut sit L hæc receptio, & permutatio alio modo. Et postquàm vera est hæc diuisio, speculatur postea in esse intellectus, dicens conueniens esse ꝙ natura huius receptionis, & permutationis sit diuersa à natura receptionis sensus, & dicatur receptio, & permutatio de eis æquiuoce. & hoc ideo est, quia est de rebus notis per se quòd intellectus materialis habet intelligere omnes formas. De necessitate ergo est quòd illa virtus non sit disgregata, siue distensa per corpus, neque diuisibilis ad diuisionem corporis sicut sunt virtutes sensibiles, quæ sunt disgregatæ in corpore, & diuisibiles ad diuisionem corporis secundum vnum modum. Et hoc probatur quatuor mediis demonstratiuis. Primo quidem, quia, si intellectus materialis esset virtus apprehensiua in corpore secundum modum sensuum, non apprehenderet nisi vnam formarum. quia propria subiecta non recipiunt nisi proprias formas: sicut natura sensus visus non recipit sensatũ gustus.

Intellect nõ est uirtuS p eo pus distẽ M

Aristo. dicta, & qd' ex eis cõprehẽdit'.

Secundo.

A Secundo. quia, si esset virtus in corpore ad propriam formam, non apprehenderet rem sibi appropriatam. nam, si oculus, esset coloratus non posset recipere virtus visibilis colorem. &, si in lingua esset sapor, non apprehenderet alios sapores.

Tertio. si esset hæc virtus in corpore ad formam propriam, sicut dictum est, non apprehenderet seipsam. qa vides formas sensibiles materiales non seipsas apprehendere: & finis esse earum est apprehensio alterius rei à se. Quarto. si hęc vir-

B tus, & pręparatio esset in corpore ad formam propriam, contingeret ei quod accidit sensibus, quoniam apprehendunt vnum sensatum. Nam duorum alterum accidit sensui: vel quia non recipit contrarium, quando apprehendit istud sensatum: vel, si recipit, imperfectum, & permutatum recipit: sicut accidit visui in cõtrariis coloribus, & gustui in contrariis saporibus. & hoc voluit Philosophus, cum dixit, si esset mixtus, non reciperet contraria: vel imperfecta, & permutata reciperet. Et hæc est summa eius, quod comprehendi potest ex verbis Philosophi in essentia

C huius intellectus. Et quando declaratum fuit ei esse intellectus materialis, fuit etiam declaratum quòd hæc pars perfectionis, quæ est in anima, quæ vocatur intellectus materialis, non habet nisi naturam possibilitatis, & præparationis solũ: quia non est mixtus materiæ, nec de virtutibus motiuis. Et non est hæc præparatio in proprio subiecto essentia intellectus materialis, sicut opinati sunt Antiqui commentatores. Et ideo diuersa est eius possibilitas ab aliis possibilitatibus. Et ideo

Intell's mã lis nõ hẽt nisi nãm possibilitatis & præparatiõis.

D dico quòd non est aliquod entium, antequam intelligat. Sed Antiqui commentatores, sicut* Themistius, & alii, quando dicitur ab Aristotele quòd intellectus materialis non est aliquod entium, intellexerunt quòd non sit ens actu: sed est apud eos substãtia potentia, recipiẽs formas materiales, scilicet possibilitas ipsius est in seipso, & quòd est potentia propriæ speciei, quàm recipit. Et, postquam occurrit in hoc sermone incidẽter memoratio pos-

Themistij opinio. *a.l. Theophrastus.

E sibilitatis, non recusabo de ea verbum nouum dicere, vtile, & necessarium. Et, quamuis possibilitas, & potentia in pluribus cõmunicent, scias tamen quòd differt possibilitas in duobus à potentia. Vnũ est, quia possibilitas attribuitur substantiæ rei, cuius est: potentia vero attribuitur ei, quod recipit aliquid aliud extra ipsum ĩ specie. verbi gratia massa ferri habet in se possibilitatem vt ex ea fiat ensis: iterum etiam habet in se potentia ensem, sed possibilitas attribuitur substantiæ suæ solum', & dicitur quòd est possibilis in se, &

Dña inter possibilitatem, & potentiam.

F præparatæ virtutis vt ex ea fiat ensis & cætera alia, quæ ex ferro fiunt, q̃ non possunt nec ex palea, nec ex cæra fieri: potẽtia vero attribuitur formæ aptæ recipi in subiecto in specie ensis: & dicitur quòd ensis est in hac massa in potentia. possibilitas ergo est magis substantialis, & magis generalis, quàm potentia: & pręcedit in intellectu, quia est præparatio fixa, & stabilis in substantia talis rei, per quam potest habere virtutem vt efficiatur hoc, vel illud. Aliud autem est, quia potentia de necessi-

G necessitate est vt exeat in actum in aliquo indiuiduorum speciei aliquo tempore.&,si non, esset vana. verbi gratia, sicut ex necessitate est vt sit aliquis Philosophus in specie humana:sed non est de necessitate vt sit Socrates Philosophus, quãuis Philosophiam habeat in potentia. sed possibilitas non est necessarium vt exeat in actum in specie, nec in indiuiduo, nec in aliquo tempore. verbi gratia,sicut omne vinum possibile est fieri acetum:sed non est necessarium vt aliquod vinum demõstratum efficiatur, si ab extrinsecis H custodiatur accidentibus. Et, cum dixerim quòd possibilitas est magis substantialis, dico propter substantiam rei met. Et scias ꝙ multi Sapiẽtes errauerunt in hoc,credentes non esse aliquam differentiam.& nõ expectes declarationem aliquam in aliquo librorum antecedentiũ meõ.

Nunc autem redeo ad sententiam meam,& dico quòd secundum illorum Antiquorum opinionem debet intelligi quòd natura intellect⁹ materialis intelligitur, sicut natura materiæ:scilicet vt dicatur ꝙ iste intellectus comparatur rei intelligibili I comparatione materiæ,& formę: quanuis essentia materiæ sit potentia. Et,quando ponunt quòd hęc substantia intellectus materialis sit solum ens in potentia,sicut materia prima,non possunt dicere quòd generetur,& corrumpatur.quia quod in potentia est,non generatur, neq; corrũpitur, sicut declaratum est in esse materiæ primæ. Alexander autem,qui fuit de postremis inquisitoribus,sentit ꝙ natura huius partis intellectus non est aliud,nisi præparatio quædam in anima. Et hoc K ideo mouetur dicere,quia Aristoteles assimilauit intellectum materialem præparationi,quæ est vt tabula rasa ad recipiẽdum omnes formas. & ipse opinatus ẽ,ideo quòd subiectum præparationis est anima,& cũ anima. Ex hoc trahitur argumẽtum quòd hæc pręparatio adueniat cum esse animæ: quemadmodum aliæ præparationes cum subiectis adueniunt suis. Et quidem secundũ verisimile apparet ex radicibus Aristotelis quòd ipsa sit præparatio. Siquidem enim ipsa esset substantia,tunc intelligibilia, quæ sunt L etiam per se formę rerum sensibiliũ non fierent:& essent secundum hoc intelligibile,& sensus res vna omni ex parte:& ex ea parte, qua est intelligibile,non esset possibile cognoscere essentiam rerum. Finis deniq; huius rei est quòd sermo iste similis est sermoni formarum intelligibilium,quæ apparent in esse eorũ, quòd in eis nõ est aliud, nisi rei sensatæ forma. Et,nisi hoc esset,nullo modo daret ad cognoscendum seipsam.substantia enim vnius rei non facit alterius rei substantiam intellectam,inquantum est alia ab ea. Et M hæc quidem res est cum aliis, quæ sunt hic,necessaria, ad sciendum vnam de magnis reprehensionibus, quas de his in aliis narrauimus locis. Confirmatio vero Alexãdri est, quia tenet esse per se notum quòd iste intellectus est ingenerabilis, & incorruptibilis: quoniam non habet naturã nisi possibilitatis,& præparationis.& hæc res,per Deum,nõ est res clara. verum ipsa est dubitatione digna, atque inquisitione. sed est

Alexandri opinio.

A est cui contradici potest, sicut contradiximus, quod nunc prætermittamus. Sed in hoc Aristoteles non firmiter manifestauit sententiam suam, eo ꝙ superficies sui textus sustinet duo simul: primo scilicet ꝙ sit permutabilis: secundo vero ꝙ sit separabilis. Et potest intelligi pro separabile ꝙ non sit virtus in corpore, recipiens diuisionem corporis, scilicet vt diuidatur secundum diuisionem corporis, quamuis à corpore necessariam habeat dependentiam, mediante anima: & propter hoc sustinet ꝙ non in toto separabi-
B lis sit. sustinet etiam ꝙ separabilis sit: quia separabile nihil aliud est, nisi quod est separabile. Et propter hoc diximus hoc apud nos, non bene esse declaratum, preter illud, quod habemus ab Octauo Physicorum. Nam ibi dicitur quòd non diuiditur ad corporis diuisionem: nec est mixtus materiæ: relinquitur ergo quòd in toto sit separabilis. & hoc est contrarium coniunctionis: & cõtradictio huius contrarietatis non est declarata. Adhuc etiam, quia virtus quælibet, quæ non diuiditur ad corporis diuisionem, separabilis
C est. Et, quia habet radices apud se quòd formæ inueniuntur, quę non habent relationis naturam, quid cõtradicet esse præparationes hoc modo? multo fortius cum eo, quod videmus in esse huius præparationis, quod est vna numero in omnibus hominibus, plures tamen per accidẽs. quod in formis non est materialibus.

De intellectus materialis cum abstractis intellectibus connexione.

Cap. 3.



Sed prætermittamus hoc quia alterius eget inquisitionis in loco alio, & redeamus ad dictum nostrum. Et dicamus quòd nulla duarum sententiarum horum hominum, qui vocati sunt scientiarum inquisitores de secta existentes Aristotelis, de intellectu est apud eos aliquid, quod deneget istum intellectum materialem intelligere intellectus abstractos, ita vt efficiatur in- E
tellectus abstractus vnum cum eo. Declaratum est enim quòd illud, quod intelligitur de abstractis, non est aliud quàm intelligere rem, quæ per se stat, videlicet intellectum agẽtem. Et iste intellectus materialis, si est substantia æterna, vt expositores omnes testantur, non est impossibile ei intelligere rem æternam. Et, si est præparatio solum vt dicit Alexander, non inuenitur ratio, per quam denegari possit, quin efficiatur æternum, veluti Auennasar fatetur. Credo autem ꝙ hoc ideo opinatus est Auennasar, quia credi- F
dit intellectum materialem esse substantiam possibilem, nouam, & corruptibilem. Et hoc est obliuio, & error. nam omnes Philosophos cõcordari vides vltimam animæ hominis beatitudinem esse in apprehendendo abstractos intellectus. Et quidem vides ꝙ Alexander posuit hoc in vno libro suorum, ac si per se notum esset. Et Themistius in hoc dicit verbum abbreuiatum, credẽs illud esse in hoc sufficiẽs. si intellectus, Themisti dictum.

G lectus, qui est in nobis, intelligit id, quod non est intellectus per se, multo magis id, quod est intellectus per se. Et huic, si vellem, possem quodam modo contradictionis contradicere. Nam Sol est magis apparẽs aliquo apparẽti, & vt plurimùm ab habentibus visum magis quã aliud quid apparens apprehendi debet: & cum hoc vespertilionis visus ipsum minime apprehendit, comprehendens tamen quædam minus visu cõprehensibilia. Philosophus autem promisit in libro de Anima tentare hanc quæstionem: verum nunquã H inueni solutionem in aliquo suorũ librorum. Sed inueni in quodam Alexandri libro viam vnam demõstratiuam, vbi credit eam mouisse Philosophum ad inueniendã eiusmodi apprehensionem, & intellectus huiusmodi coniunctionem, & est vt supra dixi, & quemadmodum hic melius repetam. Dicit nanque, scis quòd comparatio intelligibilis ad intellectum est vna, & eadem in hoc, sicut sensati ad sensum. & hoc quasi notum est per se. Et manifestum est quòd sensus in tribus consistit. Vnum est recipiens: & hoc est I membrum sensitiuum. Aliud est receptum in eo, videlicet sensibilis virtus fixa in membro sensitiuo. Tertium est motor, qui sentitur in actu, videlicet extra animam: vt lux in visu. Similiter hæc tria in intellectu reperiri debent: intellectus recipiens, vt intellectus materialis: intellectus receptus, vt intelligibile, qđ est speculatiuum acquisitum: & intellectus motor, & agens, vt abstractus. Hac quidem declarata proportione necessaria, coniungitur debite alia huic, videlicet quòd, si sensorium potentiam habet recipiendi sensibile, quod in actu est, licitum est similiter vt intellectus, qui in potentia est, debeat in se habere potentiam recipiendi intellectum, qui est in actu, qui sensato ipsi comparatur. Et cum coniungitur huic vna propositio, cuius certitudinem omnes confirmant, videlicet quòd omne, quod in potentia est ad aliquid, indubitanter accidit in actu aliquo tempore: & hoc spec e, aut genere. & hoc est necessarium, cui nullus contradicit. & cum intellectus L materialis in se potentia habeat intellectum abstractum, necessario orietur ex his, vt in actu reducatur aliquo tempore. hæc autem receptio in actu non est aliud, nisi esse vnum cum eo. Et propter hoc dixit Alexander in eodem sermone verbum simile supradicto. Dicit enim quòd intellectus, qui est in potentia, quando perfectionem recipit, intelligit abstractum. nam, sicut virtus ambulandi, quæ est in homine tempore suæ natiuitatis, ex longitudine temporis, & consuetudine multa exit in actum, similiter intel- M lectus materialis exit, cum perficitur intelligendo res suapte natura intelligibiles, & à sensibilibus intelligibilia recipiens. Nec existimes vt propter hoc permutetur in seipso, ita vt efficiatur aliud in se, & vt recipiat per modum sensus, hoc est vt permutetur. immo specialiter ĩ hoc contrarius est ipsi sensus esse: quia sensus est passio cum permutatione. sed quod recipit intellectus ab intelligibili est solum receptio apprehensionis: quæ quidem apprehensio est idem

Alexan. demõstratio

De sensu et intellectu.

A idem, quod ipse. Et non accidit ei permutatio ex hac receptione, sicut accidit sensui, qui est in potentia. Nam entium nihil aliud est, nisi qđ receptum est, quod in sensu nō est, quia sensus est in potētia aliud, quā receptum in eo. Et vere post hoc dicendum est quòd, si esset intellectus materialis aliud, quàm extra receptionem, nasceretur ex hoc quòd cō prehendendo intellectum abstractum, fieret ex nouo ęternum. & est hoc impossibile declaratum, vt videbis. Adhęc autem iam manifestū est quidem apud nos quòd intelle-
B ctus agens non tantum est causa in intellectu materiali per viam efficiētis, & motoris, sed per viam vltimæ perfectionis, hoc ē per viam formæ, & finis. Et hoc est vnum eorum, quæ fecerunt errare Auennasatem, cum opinatus sit quòd eēt causa solum, sicut motores materiales. Et quidem argumentum Themistij ad huiusmodi copulationem supra adductum, est, quòd videlicet sensata hæc intelligibilia sunt à parte intellectus abstracti: & quia res efficit semper sibi simile: conueniens est
C igitur, & magis dignum vt intellectus materialis cum eo coniūgatur, & fiat vnum in aliquo indiuiduo. Nam, licet res sensibilis per naturā sit occulta oculis alicuius speciei animalis propter suam debilitatem, nō accidit esse occultam omnibus speciebus. Nam, si occulta esset omnibus speciebus, igitur prouidentia diuina, quæ dicitur natura sapientiæ, fecisset aliquod vanum, ponendo rē in potentia, quæ nunquam ad actū reduceretur. vt, quamuis vespertilio

Themistij ...ir, umen- ...um.

lumen Solis intueri non possit, non D in omnibus animalibus est hoc. similiter quamuis aliqua hominum societas non possit intelligere hunc intellectum, non est de necessitate vt hoc contingat toti speciei, immo necesse est vt hoc non accidat. Et hic solutum est dubium supra monstratum, quòd videlicet præparatio hæc, cum qua abstracta recipiuntur est vnum, quod accidit intellectui speculatiuo post perfectionem, ita vt huius præparationis proportio ad intellectum adeptum completū, est sicut materialis intellectus ad animam. Vides nanque post quam- E libet formam nouam particularem generabilem & corruptibilē quòd accidit recipiendi impressio ad formam aliam, & aliam: & quamuis ꝓcedat in infinitum in præparationū fine, recipit formam vnam, non materialem. Quia vero est hoc, iam habes quòd intelligibilia intellect⁹ speculatiui sunt scientiæ in potentia, cum sint scientiæ rerū, quę sunt in potentia. Et ex hoc remouetur dubium, cum dicit͛, quomodo possunt verificari vniuersalia in apprehensione, cum non inueniantur extra animam. & hoc est, quod induxit Platonem dicere quòd sint formæ singulares abstractę, quæ dant esse singularium speciei humanæ, & animalis. Responsio quidem ad hoc est, quòd vniuersalia sunt sciētiæ in potentia eorum sensibilium, quæ sunt extra animam. Et iam diximus esse notum per se quòd id, quod est in potentia in aliquo genere, necessario exit ad actum in illo genere ex aliquo illius: sed scien- F

Quopacto v'ia pñtv rificari i appreh ensione cum non inueniantur extra aı:m.

tiæ in potentia sunt intelligibilia: igitur necessario educuntur à scientijs, quæ sunt in actu, quando requirunt motorem efficere de ea potentia ad actum. Difficile est autem ei, qui non peruenit ad hunc gradum, concedere hoc. itaque dubitat. sicut longe est ei, qui est in vna ætate temporis, credere qđ accidit sibi in futuris. Et nobis quidem in hoc videtur quòd euentus ad hanc perfectionem naturaliter accidit vtplurimum ex aggregatione rerum coadiuuantium se se. igitur euentus huius perfectionis vt plurimum continget tempore senectutis, ac post multum studium in speculatione, & moribus, & post elongationem superfluarum rerum, quæ videntur necessariæ & non sunt. & videtur quòd plures debeant peruenire ad hanc perfectionem, quando vicinantur segregationi huius æui: quia hæc perfectio est opposita perfectioni corporeæ. Et cum Auennasar credidit in fine suorum dierum peruenire ad hanc perfectionem, & non peruenit, posuit impossibile hoc, & vanum, & dixit esse fabulas vetularum. sed est solum, vt nos diximus non autem, vt dixit vir iste.

Quo tẽpore intellectus humanus perfectionẽ copulationis cũ intellectibus abstractis acquirat.

H

I

De intellectus agentis natura: ac quo pacto intellectionis causa sit humano intellectui. Cap. 4.

K

ET remansit iterum declaratio vna, adiuncta iam dicto ad inquirendũ, videlicet intellectũ in actu qui moueat materialem, & reducat eum in actũ: sicut reperiuntur hæc duo in quolibet generabili, & corruptibili specie, hoc est potentiale, & actuale, qđ trahit illud in actum. & fm Arist. in libro de Anima hęc via est manifestior ad inueniendum intellectum abstractum, qui ducat intellectum materialem ad actum. Et dicẽtibus nobis ꝙ intelligere est simile ipsi sentire, non debes ꝓpter hoc credere ꝙ hic intellectus est extra animam, sicut sensus est extra animam. quia intelligibile, quod est comparatum intellectui materiali comparatione sensati ad sensum, est in anima, & sensatum est extra animam. Et propter hoc non de necessitate est ꝙ hæc intelligibilia sint separabilia, vt opinatus est Plato. & anima recipitur in definitione intelligibilium speculabilium, sensus autem non. Et remansit nobis declarare, quomodo formæ materiales mouent intellectum materialem, & reducunt eum in actum: sicut sensatum sensum. Hanc autem præparationem non habent formę, inquantum sunt in materia, sed inquantũ formæ: nam impossibile est rem materialem operari in immaterialem, nisi inquantum est forma solum. Formæ igitur materiales sensatæ mouent intellectum materialem, cum

L

Quod intelligibilia nõ sint extra animam.

M

Quo pacto formæ materiales mouent intellectum.

A cum acquirunt esse formatum, quę de necessitate non sunt in materia. Hæc aũt est forma illa, quæ inducit formas materiales efficere ĩtellectionẽ. Et scis ꝙ oẽ, qđ inducit aliquid facere rem intelľus, est intelľus necessario. & ideo dr̃ ꝙ formæ materiales sunt intelligibiles in potentia: & oportet ꝙ habeant vnum agens, qđ extrahat eas de potẽtia ad actum: sicut habet quodlibet, qđ est in potẽtia. Et sicut res, quæ apprehendit à sensu visus, apparet per illud, qđ vr̃, quod est sua causa, vt est lux, ꝑ hanc eandem rõnem est proportio intellectus abstracti cum materiali similis B proportioni primi apparentis, videlicet lucis cum sensu visus. Et, cũ intellexisti hæc, intelliges etiã illud, qđ Aristo. ait. dixit. n. ꝙ conueniens est hic esse intelľm intelligentem omnia, & vnũ intelľm, qui oĩa reducat intelligibilia: vt lux, quæ omnia apparentia in potentia reducit ad actum. Et, postquã cõparatio intellectus abstracti ad materialem est similis cõparationi lucis ad visum: igitur decet ipsum esse intelligibilẽ ab ĩtellectu materiali, magis quã illud, C qđ est intelligibile per ipsum. Sicut ignis est dignior calefacere, quæ est calefacta per ipsum. nam res apta recipere ignem particulariter, magis de necessitate est apta recipere ignẽ absolute. hoc tñ posito, ꝙ mediet aliquid. hoc autem accidit per vnum subiectum accidentale. nã sunt multa, quæ recipiunt per mediũ vnius, vel plurium rerum. Et ex hoc videtur ꝙ causa, propter quam non recipit intellectus materialis hunc intellectum, nisi per medium alterius rei quæ est intellectus, est vna, & eadẽ, cum qua multa entium non recipiunt suam vltimam perfectionem, nisi per media aliqua: vt reperitur iuuentus post infantiam, & alia innumera entia. & hæc causa à parte D naturæ manifesta est. A parte vero consuetudinis est alia causa. nam videmus quòd multa entia non recipiunt perfectionem, quæ est per naturam in aliquo genere, nisi ex consuetudine: & existentiam omnium horum recipit intelľus iste in hoc, ꝙ est materialis. Et, si forte dicere vellet quis, natura est velamen* separatum, à Deo, vt has appressensiones apprehendere non possimus: quem E admodum naturæ materiali oculorũ vespertilionis obstat videre lucẽ, quamuis lux sit sui natura apparẽs, respondeas, vt supra diximus, ꝙ in indiuiduo solum est, non autem in specie. Et scias quòd non est alia species, quæ apprehendat intelligibilia, nisi homo: animalium autẽ plures sunt species pręter vespertilionẽ. quę lucem apprehendunt. immo dicitur quòd sunt quædam animalia, quæ etiam corpus stellæ contuentur, vt animalia sunt quædam rapinantia. Similiter oportet vt inueniantur aliqua indiuidua in specie F hominis, quæ apprehendant hunc intellectum ex necessitate: & erunt illa quidem, quæ sunt ꝑfecta in sciẽtiis speculatiuis cũ aliis nobilitatib⁹ quæ oportet necessario vt cum illis coniungantur. Et, si quis dicere vellet esse forte dubium, quod in Ethica sua Auennasar mouit, videlicet ꝙ intellectus, qui est in potentia, est vna res, quæ non potest dici vt naturam habeat priuationis, & est nouum: &, cũ hoc est nouũ, renouabitur

Dubitatio *a.l. separantium.

Solutio.

Solus hõ apprehendit intelligibilia.

Dubiũ Auenasaris, quo pacto intelľs nr̃ possit recipere formã intelľs abstracti.

G tur etiam ex necessitate ex parte receptionis huius, si ei accidat hæc receptio: &, si reciperet formam intellectus abstracti, & vniretur cum eo, fieretque vnum: igitur possibile esset corruptibile effici æternum. &, quia hoc impossibile est de rebus notis per se, sententiatus est Auenna sar verba dicentium quòd vniemur cum intellectu abstracto, esse verba vetularum. Dico igitur, quemadmodum declaratũ est nobis, quòd formæ materiales mouent hunc intellectum, qui in potẽtia est, & hũc motum faciunt à parte intellectus abstracti. nam motor materialis nõ potest mouere, nisi in virtute rei, quę non est in materia: vt declaratum est. Similiter nobis declaratum est quòd receptio, quam habet iste intellectus, qui est in potentia, est speciei receptionis naturæ intellectuum abstractorum, non speciei receptionis materialis: & species receptionis est illa, quæ limitat ei hanc vnionem cum abstracto, ad hoc reducantur ad vnam substantiam essendi: & maxime quando intelligit seipsum: & tunc erit intellectus abstractus necessario. nam hæc species motus, quæ accidit intellectui materiali, accidit ei à parte rei, quæ est intellectus necessario: quoniam declaratum est intellectuum abstractorum esse proprietatem, vt seipsos apprehendant. & scis quòd proprium, inquantum est propriũ, conuertitur. Et postquam declaratum est quòd intellectus materialis apprehendit seipsum, & cætera abstracta, oportet vt habeat hoc, aut ex se, aut ab alio. &, postquam est impossibile vt habeat ex se, quia

Solo Auerrois, & declaratio, quo pacto intellectus nr̃ H intelligat intel'ˢ abstractos, & etiã seipsum,

I

nihil mouet seipsum: & est impossibile etiam vt sit nouum: necesse igitur est vt habeat hanc proprietatem à parte coniunctionis, scilicet vt cõiugatur cum ea re, quæ est ipsa eadem apprehensio, abstractio videlicet. Et, postquam ita est, oportet ꝙ hæc species receptionis, quam habet iste intellectus, sit per viam coniunctionis, & vnionis cum abstracto sine nouatione, & generatione: ita vt ipse idem recipiat seipsum. Et ordo vnionis huius, & sui esse hoc modo est, vt dixerunt Philosophi, ꝙ intellectus intelligit agens primum & omnia secunda, & seipsum: & similiter quæ non sunt actu intelligibilia, reducit' ad intelligibilia actu. Et q̃ seipsis intelligibilia sunt, ea sunt, quæ à corporibus separata sunt, nec sunt in materia: & substantiæ quidem harum rerum intelligunt, & intelliguntur. Et scias ꝙ intelligunt ex ea parte, qua intelliguntur, & quod in eis est res intellecta, est res intelligens: quod non est in aliis intelligibilibus. verbi gratia lapis, & terra nascens sunt intelligibilia: id tamen, quod ex eis intelligitur, non intelligit. nam quę sunt corpus, vel stant per corpus, non sunt in se intelligibilia, vel substantialiter: nec aliquid eorum est intellectus in actu: sed agens intellectus est, qui facit ea actu intellecta, eleuans ea à gradu essentiæ, in quo erant ad gradum nobiliorem essentiæ, plusquam eis sit concessum à parte naturæ ipsarum. Nam virtus rationalis, quæ est in homine, non est ipsa eadem in se intellectus in actu, nec per naturam suæ essentiæ: sed intellectus agẽs reducit eam

K

L

M

A eam in intellectũ in actu, & concedit quòd alia sint sibi intelligibilia in actu. Et, cum rationali virtuti acciderit vt sit intellectus in actu, ascendet tũc ille intellectus in actu ad assimilationem rerum abstractarum, & intelliget suum esse, qđ est actu intellectus: & tunc relinquetur suum intelligibile esse intelligens: & etiam intellectus, intelligibile, & intelligens erit tunc vnũ, & idem in hoc, & reducetur ĩ essentiam gradus intellectus agentis. nã erit tunc intelligens intellectus materialis, res intellecta est agens, & in B tellectus erit intellectus materialis. & hęc sunt vnum in esse, & tria ĩ dispositione. Verbi gratia scis quòd comparatio intellectus agentis ad hominem est sicut comparatio Solis ad sensum visus: & vt Sol dat visui lucem, & postea per hanc lucem, quam recipit videns à Sole, efficitur vidẽs ipsum Solem in actu, qui fuit causa faciens ipsum videre rem in actu, & quòd omnes colores, qui erant apparentes in potentia, efficiuntur apparẽtes in actu: similiter intellectus agens facit: quia tribuit homini eẽ impressum C in virtute rationali, quod habet cõparationem cum anima rationali, quam habet lux cum visu: & cum illa eadem re ĩtelligit anima rationalis id, quod fecit eam intelligere: & reducuntur per hoc ea, quæ erant potentia intelligibilia ad actu intellecta: & reducitur vt sit ipsa idem cum intellectu agente, & efficitur intellectus, quod non erat prius, & reducit se ad intelligibile, hoc est vt intelligat se, quod non erat prius: igitur reducuntur omnia hæc, quæ tria sunt, in vnum, D quando sunt in actu: & res, quæ erat attributa materiæ reducit̃ ad esse diuinum. Et hæc est actio, quã facit in nobis intellectus agens: & hinc vocatus est agens. Et quando quidem ad hunc peruenimus gradum, completa est nostra beatitudo. Et scias quòd, quando est separata à nobis aliquo tempore accidentaliter, non debet hæc separatio sibi attribui à diminutione, & permutatione in sua substantia: nec coniunctio simpliciter acquirit ei aliquam formam, quam antea non habuerit. Neque vtique E est in vanum ista apprehensio. Nam intentio diuina in hoc fuit quòd formæ, quæ sunt æternæ in genere, vt vniuersalia, debeant ascẽdere ad formã vnam numero. Nam cuilibet enti inest diuina intentio, vt perueniat ad recipiendum tantum illius nobilis finis, quãtum competit suæ naturæ: nec denegatur ab eius essentia pars sibi concessa. itaque entibus, quæ in ipsorum natura non habent, nisi vt sint in hac essentia diminuta, vt bruta animalia, erit possibile habere in seipsis virtutes, per quas in F fine ascendent ad talem perfectionem, qualis est primi entis simpliciter. Quod quidem igitur est primum ens simplex, ideo est primũ, quia primum primo habuit semet ipsum, non autem ab antecedente causa. quod vero est post ipsum, suũ esse habet virtute primi. & hoc est esse primæ materię cum prima forma: quia ipsum primum tribuit sibi meritum in prima dispositione, vt gratiam habeat recipiẽ-

G di formas, quæ possunt sibi accidere: & formis materialibus tribuit gratiam, qua possint peruenire ad formas complete abstractas, tanquam in finem.

De ordine Principiorum.
Cap. 5.

Volumus autẽ nunc concludere sermonem nostrum, & cùm hoc tibi demonstrare, & breuibus verbis referre ordinem valde pulchrum principiorum, vt ponit
H Auennasar. & est quidem radix vna eleuandi intellectum intendẽtibus scire magna. Dixit itaque Auennasar principia, per quę constituuntur corpora, & ipsorum accidentia esse Sex gradus altos, & supremos: & vnaquæque specierum continetur in aliquo illorum graduum hoc modo: vt prima causa in primo gradu, secunda in secundo, intellectus agens in tertio, anima in quarto, forma in quinto, materia demum in sexto. Quod est in primo gradu, non potest esse plura, sed omnibus modis est v-
I num solum, separatum: quæ autem sunt in alijs, sunt plura. Et horum quidem tria, neque sunt corpora, neque ad corpus, videlicet prima causa, secunda causa, & intellectus agens: tria autem alia, licet non sint corpora, sunt ad corpus, videlicet aĩa, forma, & materia. Genera autem corporum sunt sex, videlicet corpus cœleste, rationale animal, irrationale animal, vegetabile, minerale, & quatuor elementa. Summa vero ex his sex generibus composita est mundus. cuius propriam, & Primam causam credendum est esse altissimum Deum benedictum. ipse enim est cã propinqua essentiæ secundorum, & essentiæ intellectus agentis. Secunda vero sunt causæ corporum cœlestiũ, & ab his proueniunt substãtię horum corporum. essentia enim cuiuslibet corporis cœlestis dependet à quolibet secundorum. nam supremum secundorum in gradu cõstituit esse primæ sphæræ: infimũ constituit esse Lunæ, media quoque, quæ sunt inter hæc, cõstituunt esse cæterarum sphærarum, quæ
L sunt inter has. Et numerus quidem secundorum est secundũ numerum corporum cœlestium. Et, cum dico hic numerum, debes intelligere per modum causarum, & causatorum. scis nanque causam, quæ non est corpus, non recipere numerum, nisi per modum, quo est causa corporum numeratorũ: hæc autem secunda sunt, quæ dicuntur Angeli. Et intellectus quidem agens habet de sua virtute, & opere prouidentiam, quę est in animali rationali, & apprehẽdere quidem illum est vltimus gradus per- M
fectionis animæ nostræ, quia illud est finis, & nostra beatitudo. Contingit autem hoc, cum separatur, nec eget in suo esse re, quæ sit sub ea: vt est corpus materia, vel accidens: & in hac perfectione remanet semper. Et substantia quidem intellectus agentis est vna, quamuis gradus suus contineat id, quod dependet ab omnibus animalibus rationalibus receptiuis beatitudinis. & hoc est quod vocatur Spiri-

tus

A tus Sanctus. Res autem illæ principiorum, quæ sunt in gradu animæ, sunt plures. earum enim sunt animæ cœlorum: & earum, sunt animę rationabilium animalium: & earum, irrationabilium. In anima autem rationalium animaliũ continetur virtus rationalis, motiua, imaginatiua, & sensibilis. Virtus quidem enim rationalis ea est, qua homo apprehendit artes, & scientias: & qua etiam deprehenduntur conueniens, & disconueniens in operationibus, & virtutibus moralibus: & id, quod est cõ-
B ueniens facere, vel non facere iuuatiuum vel nociuum, delectabile vel triste. Et de hac quidem quædam est speculatiua, & quædam practica: practicæ vero quædam artificialis, quædam cogitatiua. Speculatiua quidem ea est, qua homo adipiscitur cognitionem rerũ, quæ non possunt fieri ab homine. Practica vero, qua cognoscitur quod potest homo facere, & quod pertinet ipsi homini facere. Artificialis est illa, qua apprehendit omnes artes Mechanicas. Cogitatiua vero, qua pręuidet homo, si est con-
C ueniens facere, vel non. Motiua vero est, per quam est motus humanus ad prosequẽdum, vel fugiendum, delectando, vel abhorrendo: & ab hac contingunt odium & beneuolentia, timor & audacia, ira & mansuetudo, crudelitas & pietas, & alię animę affectiones. Et illa quidem est imaginatiua, quæ impressiones rerum sensatarũ cõseruat, postquam à sensibus abierint, & componit vnam cum alia, & separat vnam ab alia, & in somno, & in vigilijs, compositiones, & D
separationes dico in parte veras, & in parte falsas: &, cum hoc etiam apprehendit iuuatiuum, & nociuum, & alia, quæ in virtute rationali supradicta sunt. Sensibilis autem manifeste est illa, qua sensata apprehenduntur quinq; sensuum, & delectabile & triste, non autem iuuatiuum & nociuum, nec conueniens ab inconuenienti. Sed in quibusdam animalium irrationabilium reperiuntur tres virtutes, pꝛ̄ter videlicet rationalem: in quibus quidem imaginatiua stat loco rationalis, quam habet animal ra- E
tionale, & in quibusdam reperiuntur solum motiua, & sensibilis. Animę vero corporum cœlestium diuersificãtur ab his animabus in esse ipsa re, & specie. Nam per has animas, quas habent corpora cœlestia, stant, & mouentur motu continuo, & circulari, & recipiunt multam nobilitatem, & perfectionem. & sunt nobilioris essentiæ, quàm sint animę, quę sunt animę, quę sunt apud nos. Nec sunt in potentia aliquo tempore, sed actu semper. quoniam intelligibilia ipsarum nec defuerunt, nec desunt ip- F
sis à prĩcipio earum: quia id, quod intelligunt, semper intelligunt. animę vero nostrę primo sunt in potentia, postea reducuntur ad actum: & accidit hoc ab aptitudine, quam habent ad recipiendum intelligibilia. Et corpora quidem cœlestia non habent de anima sensibilem, neque imaginatiuam: licet ipsorum anima intellectiua sit similis animę rationali aliqua parte assimilationis.

G Et intelligibilia ipſorum ſunt ſubſtantiæ abſtractæ à materia: quia quælibet anima illorum intelligit primum, & ſe, hoc eſt ſuum eſſe, quod Dahaath appellatur. de ſecundis vero intelligit Zobar, quod dedit ſibi ſuum eſſe. Nobiles autem gradus intelligibiliũ, qui ſunt apud nos, quamuis ſint nobiles in intellectu, cum ipſi ſint in materia, ab animabus cœlorum non intelliguntur. nam gradus ipſorum intelligibilium eſt multo nobilior, quàm ſit gradus intelligibilium, quæ ſunt ſub ipſis. Nec pluralitas intelligendi eſt deputata pro vltima nobilitate. Vides enim Primum ſe ſolum intelligere, quamuis ſit quodammodo omnia entia. cum igitur ſe intelligit, iam omnia intellexit per illum modum, quia quodlibet ens recipit eſſe ſuũ ab eo. itaque pluralitas intelligendi * pluralitas non eſt. Et quidẽ ipſorum ſecundorum intelligere diminutum eſt ab illo. nam quodlibet horum ĩtelligit ſe, & primum. & ſolutio huius quæſtionis dimittatur in alium locum. Animę autem, inquantum perſeuerant in eſſe ipſarũ, nec faciunt opiniones earum, ſunt virtutes, & præparationes ſolum præparatæ ad recipiendum impreſſiones rerum, quæ recipiuntur. verbi gratia vt eſt virtus viſibilis, antequam videat, & imaginatiua, ante impresſiones rerum imaginabilium, & ijs ſimilia, vſque ad hunc punctum, ipſę ſunt formæ. verum quando impreſſiones ſunt receptæ in ipſis in actu, videlicet impreſſiones ſenſatorum in virtute ſenſibili, & impresſiones

Pluralitas itelligẽdi ñ ẽ deputata ꝑ nobilitate. H

*a.l. perfectio.

imaginabilium in virtute imaginatiua, & impresſiones intelligibilium in virtute rationali ſunt ſeparatæ à formis: neque ſunt formæ, niſi per viam ſimilitudinis. & quæ ſunt longiores ab his, vt dicantur formæ, ſunt impresſiones intelligibilium, quæ accidunt virtuti rationali: ipſæ nanque ſunt posſibiles eſſe ſeparatæ à materia. ſimilitudo etiam ipſarum exiſtens in virtute rationali eſt multum longinqua à ſimilitudine coniunctionis formæ cum materia. &, quando accidit quòd intellectus in actu eſt ſimilis intellctui agenti, tunc non debet vocari intellectus forma, nec ſimilis formæ. Quidam tamẽ homines vocant omnes ſubſtãtias incorporeas formas, equiuoce dicentes de formis. Dico quòd formarum quædam ſunt ſeparatæ, & denudatæ à materia, nec egent materia: quædam ſunt, quæ ſunt inſeparatæ à materia, vt illæ quæ dictæ ſunt. & hęc diuiſio eſt per ęquiuoca. Et formæ, quæ egent materia, ſunt plurium graduum. magis autem infimus gradus formarum eſt grad⁹ formarum quatuor elementorum. ipſæ nanque ſunt quatuor formæ in quatuor materijs: & ſunt aliæ formę corporum, quæ generantur ex commixtione elementorum. Et de his etiam ſunt aliquæ, quarum vna eſt nobilior altera. aliqua nanque forma corporum mineralium eſt nobilior alia in gradu, & formæ corporum mineralium ſunt nobiliores formis elementorum, & formæ naſcentium terræ ſecundum earum nobilitatem ſunt nobiliores formis

K L M

A mis corporum mineralium, & formę animalium irrationalium sunt nobiliores formis nascentium terrę: forma autem rationalis animalis, inquantum rationalis, est nobilior omnibus formis dictis. Verumtamen prima materia, & prima forma plus diminutæ sunt omnibus alijs in ipsorum esse. nã quęlibet illarum eget in suo esse stabilitate alterius: altera vero, scilicet forma, stabilitatem non habet nisi in materia. Similiter & materia D est ens & in seipsa, & in sui natura propter formam, & perfectio suæ essentiæ est vt recipiat formam. nam, si forma non esset, neque, materia esset. post hoc autem sunt formæ quædam, quæ abstractæ sunt.

De animæ Beatitudine finis.

Sequens epistola De connexione intellectus abstracti cum homine idem est cum tractatus De animæ Beatitudine parte: quam alia ab illo versam translatione hic apposuimus; ut codicum, & interpretum diuersitas inspici possit.

LIBELLVS SEV EPISTOLA

AVERROIS DE CONNEXIONE intellectus abstracti cum homine,

Calo Calonymos, Hebræo, Neapolitano, Medico, Interprete.

H Peram dedi, frater optime, ei qđ petijsti à me, vt tibi patefaciam mẽtem Aristotelis circa connexionẽ intellectus abstracti cum homine, & ostendam verificationem sermonis in hoc, iuxta radices huius viri. ipse enim fuit princeps, quo perficiuntur omnes sapientes post eũ: licet differant in intelligendo verba eius, & in eo, quod ex eis sequitur. Notitia autem huius quęsiti fundatur super duas radices, quarum Vna est natura intellectus materialis, & est fundamentum huius quęsiti: & euenit differentia inter eos vt plurimum ex eorum differẽtia in natura huius intellectus. Secunda vero radix est modus, quo intellectus abstractus est ĩtellectui materiali causa vt sit intellectus in actu, scilicet an sit ei causa, tanquã agens, & motor tãtum, vt est dispositio in motoribus naturalibus, vel tãquàm forma, & finis, vt est dispositio in motoribus abstractis, qui mouent animas corporum cœlestium. Decreuimus tamen ante omnia breui sermone narrare tibi id, quod dixit sapiens de natura intellectus materialis, & natura intellectus abstracti. Deinde narrabimus tibi id, quod videtur in hoc quęsito ex rebus consequẽtibus ab opinione eius in his duabus naturis. ex hoc enim possibile erit peruenire ad veritatem ei⁹: si quidem hoc possibile fuerit homini. L

Radices duæ ad cognoscẽda I connexionẽ intellectꝰ abstracti cũ hoĩe

Et dicimus ꝙ sapiens primum, quod dixit, cum incœpit perscrutari de natura intellectus, quem ipse materialem appellat, est pręsupponendo quòd ex rebus per se notis est quòd proportio intellectorũ ad intellectum apprehendẽtem ea est, sicut proportio sensibilium ad sensum. & verificatũ est ei ex hoc, quòd intellectus apprehendens intellecta est potentia recipiens, non autem agens, sicut est in sensibus, scilicet quòd est potentia receptiua sensibilis. Et, cum verificatum est ei ꝙ sit ex potentijs receptiuis, scilicet quę sunt in potentia, nõ autem

Dicta Ari. de intellectu, & ea, M q̃ illis sequuntur.

ex

A ex potentijs actiuis, sequitur necessario ex hoc vnum duorum, scilicet aut ꝙ receptio ītellectus, qui est in potentia intellectorum, quę sunt in actu, & passio eius ab eis est sicut receptio sensus sensibilium, & passio eius ab eis: aut quòd receptio intellectus, & passio eius est aliter. Et, cum verificata fuit ei hęc diuisio, in qua restringitur veritas, perscrutatus est de natura intellectus, & dixit ꝙ necesse est vt sit natura eius in hac re diuersa à natura sensus: & vt sit nomen passionis, & receptionis dictum de eis ęquiuoce.

B Quoniam, cùm sit notum per se de ītellectu quòd intelligit omnes formas, necesse est vt hęc potentia nō sit potentia in corpore, ita quòd sit extensa in eo, & diuisa ad diuisionem eius: sicut est dispositio in potentijs sensuum, scilicet quòd sunt extensæ in corporibus, & diuisæ quodammodo ad diuisionem eorum. Nam, si ipse esset quid repertum in corpore, sicut est in sensibus, eueniret quidem ei vt apprehenderet vnum genus tantum formarum. subiecta enim propria recipiūt formas proprias. Vlterius, si

Intellꝰus nō ē potētia ī corpore, extēsa ad eius extensionem.

C esset potentia in corpore, tunc illa potentia non reciperet formam illius corporis sibi propriam. oculus enim si esset habens colorem, non esset possibile virtuti visiuę recipere colores. & sic est in reliquis potētijs sensuum. Iterum, si esset hęc potentia in corpore, habens formā sibi propriam, non apprehenderet seipsam. nam formę apprehendentes materiales, f. sentientes non apphendunt seipsas, neq; finem suę dispositionis. Prętere, si esset hęc potentia, & hęc prępartio in corpore determinato, tunc accideret eis

D id, qđ accidit sensibus, cum apprehendunt aliqđ sensibile. & est vnū duorum: aut enim non apprehendunt rem hora apprehēsionis suę: aut, si apprehenderint ipsam, apprehendunt quidem eam, non prout est. quemadmodum accidit coloribus, qui sunt contrarij adinuicem in visu, & saporibus, qui sunt contrarij in gustu. & hoc voluit Arist. cum dixit, si enim ī eo apparuerit, apparēs impediet alienum, quia est aliud. Hęc est summa eius, quod dixit sapiens de natura huius intellectus, & eius, quod sequitur ex ver-

E bis suis. Et, cum peruenerit ad eum hoc tm̄ de intellectu materiali, patuit ei ꝙ hęc pars perfectionis, quę in anima reperitur, appellata quidem intellectus materialis, non habet naturam, nisi naturam possibilitatis, & prępartionis tm̄, cū non fuerit mistus cū materia neq; cum natura aliqua naturarū sensibiliū omnino. Quare non est hęc prępartio, seu dispositio, appella eam vt vis, existens in subiecto proportionato naturæ intellectus, vt imaginabātur expositores Antiqui. vn

Intellectꝰ materialis nō hēt nisi naturā possibilitatis, & pparatiōis.

F de prę cęteris possibilitatibꝰ fuerat intellectus. & ideo dixit loco huius ꝙ ipse nihil est ex entibus antequā intelligat. Expositores autem Antiqui, vt * Theophrastus, & alij intellexerunt de hoc, ꝙ ipse nihil est ex entibus in actu, sed est substantia in potentia, f. ꝙ est substantia intellectiua cuius esse est in potentia, prout est in potentijs receptiuis formarum materialium, scilicet quòd possibilitas in eis est in substantia, quę est in potentia proportionata speciei, quam recipit.

Theo. opinio. * al. Themist.

G Et videtur quidem ꝙ ſecundum opinionem eorum intelligitur natura intellectus, prout intelligitur natura materiæ primæ, ſ. vt dicatur ꝙ iſte intellectus eſt ille, cuius proportio ad id, quod intelligit, eſt proportio materiæ formæ demonſtratæ talis ad formam: licet entitas hui⁹ materiæ ſit in potentia. &, cum poſuerint entitatem huius ſubſtantiæ in potentia tantum, non potuerunt q;dem dicere ꝙ ſit generabilis, & corruptibilis. id .n. quod eſt in potētia non generatur nec corrumpitur, vt declaratum eſt in Phyſicis de materia prima. H Alexander vero ex recentionibus Peripateticorum videbatur ei ꝙ natura huius partis animæ nihil aliud eſt, niſi præparatio, ſeu diſpoſitio, quæ reperitur in anima, dicens quidem, & ideo aſſimilauit eā Ariſto. præparationi repertæ tabulę recipienti ſcripturam. nam tenet ꝙ ſubiectum huius præparationis nihil aliud eſt, niſi anima. & determinauit ex hoc ꝙ hęc præparatio īnouetur ad innouationem animæ, prout eſt in alijs præparationibus. Attamen veritas, quam præbent fundamenta Ariſt. eſt ꝙ ſit præparatio tā I tum. nam, ſi reperiretur hic ſubſtantia recipiens formas entium, tūc eſſent præparationes vnum ex entib⁹ exn̄tibus per ſe. &, ſi eſſet vnū ex entib⁹ exn̄tibus per ſe, tūc eſſent abſq; formis rerum ſenſibilium, & non eſſent naturæ quidditatis earum. Demum hic ſermo aſſimilatur ſermoni de formis abſtractis. nam hæc intellecta, videtur de eis ꝙ nihil ſit in eis, niſi quidditas rei ſenſibilis. &, ſi eſſent abſq; ea, non notificarēt ſubſtantiam eius. nam aliud non notificat ſubſtantiam alterius, pręter alia inconuenientia, conſequentia illā opinionem, quæ alias narrauimus. K Niſi ꝙ Alexander determinauit ꝙ notum eſt per ſe ꝙ hæc natura eſt generabilis, & corruptibilis: quoniam non habet aliam naturam niſi poſſibilitatis, & præparatiōis. quod quidem non mihi placet, ſed oportet ſummopere de hoc perſcrutari. Ariſto. vero nihil de hoc declarauit: ſed id, quod percipitur ex verbis eius, tolerat vtrūq; ſimul. nam dicit de hoc intellectu materiali ꝙ non eſt paſſiuus, ſed immiſtus. & poteſt dici ꝙ īntelligit per immiſtum ꝙ non ſit potentia in corpore, diuiſa ad diuiſionem eius, licet fuerit ei connexio neceſſaria in corpore mediāte anima: L & poteſt dici ꝙ ſit abſtractus ſimpliciter. Diximus autem ꝙ hoc nō eſt notum per ſe. quoniam declaratū eſt de potentia prima abſtracta in lib. Phyſi. ꝙ non ſit diuiſibilis ad diuiſionem corporis, neq; miſceatᷣ materiæ: & remanſit conuerſio huius propoſitionis, & deſtructio conuerſi non declarata, & eſt ꝙ omnis potentia, non diuiſa ad diuiſionem corporis, ſit abſtracta. & qui habet ex radicibus ſuis ꝙ ſunt hic formæ abſtractæ, quæ non ſunt ex natura relatiua, quæro quid prohibet apud eum M quin ſint hic præparationes huiuſmodi? præſertim cum eo, quod videtur de hac præparatione, ꝙ ſit vna numero in hominibus. & hoc quidem per ſe eſt, tamen multa per accidens. quod non eſt ſic in formis materialibus. Et dimittamus hoc, & redeamus ad id, in quo fuim⁹. hoc enim requirit maximā ſpeculationem per ſe ipſum. Et dicimus ꝙ in aliqua harum duarum opinionum quas tenent iſti homines, ſ. philoſophi

Alex. opō

Diſcrepātia īter Alexan. & Auer.

A phi nuncupati Peripatetici esse de mente Aristo. in intellectu materiali, nihil est quod cogat, vt prohibeat intellectum, & discursum suum de intellectib⁹ abstractis, & ne fiat substantia abstracta, vt declaratum est. quoniam intellectum de abstractis est ipsummet esse. Nam iste intellectus materialis, si est substantia antiqua, vt dixerunt omnes expositores, nihil profecto ei prohibet quin intelligat priores eo. si vero est præparatio tantum, vt dicit Alexander, tunc non est hic ens innouatum, qd prohibeatur quin fiat æternum: vt dixit Alpharabius. Et opinor ꝙ Alpharabius imaginatus est hoc, quoniam opinatur ꝙ intellectus materialis sit substantia, habens potentiã innouatam corruptibilem. nam ipse dixit in de Intellectu, & ĩtellecto, recitans de hoc intellectu ꝙ sit substantia quædam, seu aliquid, cuius motis est vt cum recipit intellecta, fit vnio cum eis, seu dispositio eius est hæc dispõ. & posuit substantiam cuius esse est in potentia innouata statim, vt vides. Igitur omnes hoĩes pp hoc conuenerũt ꝙ fœlicitas vltima hominis est, cum sit intelligens intellectus abstractos. Et Alexãder posuit hoc in libro suo de Anima, tanquam quid per se notum. Et sic fecit Themist. qui secutus est id in sermone, quem reputat esse sufficiẽtẽ. nam dixit, cum intelligat intellect⁹, in nobis existens id, quod non est ĩ se intellect⁹, multo fortius dẽt ĩtelligere id, qđ est ĩ se ĩtellect⁹. Sed opponitur huic vt dicatur ꝙ lumen Solis dignius est vt videatur, & tamen vespertiliones id non apprehendunt. Et iam promisit sapiens perscrutari de hoc quæsito in lib. de Anima, & non deuenit ad nos adhuc sermo eius in eo. Tamẽ inuenimus in libello Alexandri de intellectu demonstrationem de hac re: & existimauit ꝙ ipsa est, quę mouit sapientem ad sermonem de intellectu adepto. Et declaratio eius, quod dixit in hoc, & id, quod peruenit mihi, est hoc, ac si diceret ꝙ proportio intellect⁹ apud Arist. est ipsamet proportio sensus. &, cum appareat quod tria sunt in sensu, s. recipiens, & est sensus: & receptum, & est sensatio: & motor, & est sensibile in actu, seu extra aĩam, necesse est etiam vt reperiantur in intellectu hæc tria, s. intellectus recipiens & est materialis: & intellectũ, & est speculabile: & agens, & est intellectus abstractus. Et cum vera sit hæc propositio, & copuletur ei id, quod sequitur ex ea, & est ꝙ sensus potest recipere sensibile, quod est in actu: igitur sequitur vt intellectus, qui est in potentia, possit recipere intellectum, qui est in actu, s. abstractum, qui est tanquam sensibile. ꝓportio enim eadem est. Et etiam, cũ copuletur ei propositio, quã omnes confitentur, s. ꝙ omne, quod habet potentiam ad aliquid, oportet de necessitate vt exeat in actum: & vt res, quæ est in potentia in aliquo tpe, fiat necessario res, quæ est in actu ĩ illo genere: tunc sequitur ex hoc de necessitate vt intellectus materialis fiat intellectus, qui est in actu in aliquo tpe. Et iõ dixit Alexander in libello prædicto, postq̃ declarauit id, cuius vis est vis prædictę demr̃ationis, hoc, cuius litera talis est. Intellectus autem, qui est in potentia, cum perficitur, & augetur, intelligit illũ. quoniam, vt ipse dicit, queadmodũ potentia eundi, quæ est homini hora

Margin notes: Quo pacto itel'lus mãlis itelligere possit itellus abstractos. (A) — B — C — Themist. dictum. — D — Alex. demõstratio — E — F

G ra natiuitatis, exit in actum cum ꝓcessu temporis, & perficitur res, mediante qua id erit, sic etiam intellectus, cum perficitur, intelligit res, q̃ sunt in natura sua intellecta, & facit etiam sensibilia ĩtelligibilia. Nã intellectus non est in natura sua passibilis, ĩ eo ꝙ recipit aliud, prout est sentiens, sed est in contrarium sentienti. sensus enim est in eo passio, & receptio impressionis: apprehẽsio vero illius est receptio, quæ addit. Causa autem receptionis intellect⁹ materialis rerum abstractarum est, quoniam non euenit ei in receptio
H ne earum passio, prout est in sentiẽte, qui est in potẽtia. nam intellect⁹ non est aliud ens, nisi substantia recepti in contrarium sentienti, quod est in potentia aliud, prę̨ter receptionem in se. Et dixit hoc. qm̃, si esset ĩtellectus materialis aliquid præter receptionẽ, sequeretur, cum perscrutatus fuerit de intellectu abstracto, vt ĩnouatum fiat æternũ. & hoc patet, vt vides. Et patet profecto ex hac ꝓpoitione ꝙ intellectus agens non est intellectui materiali vt agens tã tum, sed vt perfectio vltima eius per viam formę, & finis, prout est sentiẽ
I ti cum sensibili Et hoc est etiam vnum ex eis, quæ fecerunt errare Alpharabium, qui existimauit ꝙ sit ei agens tm̃, prout est in motorib⁹ naturalibus. Demr̃atio vero Themistij prædicta vera est. qm̃, cum hæc sensibilia sint intellecta ex parte intellectus abstracti: & res semper tribuit similitudinem suæ entitatis: ergo multo dignius est vt ipsum sit in intellectum. quemadmodum colores cum fiant visibiles ex parte luminis Solis, multo dignius est vt lumẽ ei⁹

Them. demr̃atio.

sit magis visibile. Et licet omne visibile, & vl'r sensibile naturaliter occultetur alicui speciei animalis ꝑꝑ debilitatem eius, non occultatur tamen alteri speciei. nam, si occultaretur omnibus speciebus, tunc prouidẽtia diuina, & est illa, quam appellant naturam, frustra operata fuisset: cum posuerit aliquid in potẽtia ad aliquid absque eo, ꝙ id exeat in actum Vespertiliones enim si non possunt aspicere lumen Solis, hoc tamen non est sic in cæteris animalib⁹. Et sic etiam, si aliqui homines non possunt respicere hunc intellectum non est necesse vt ita sint oẽs L
hoĩes. qm̃ fuit hoc eis ex aliquo euẽtu, qui eis accidit, seu ex natura, seu ex voluntate vl'i, quæ sic voluit. sed, si hoc esset ꝑꝑ dispositionem, quæ est intellectui abstracto, dantem ꝙ sit intellectum, non exiens ĩ actum, tunc esset frustra. Id autem, ex quo apparet, ꝙ hęc præparatio, qua homo recipit res abstractas, fiat in intellectu speculatiuo post suã pfectionem, adeo ꝙ hæc præparatio erit ꝓportio eius ad intellectum adeptũ perfectissime, vt proportio præparationis appellatæ intellectus materialis ad animam, est hoc, qm̃ oĩs for- M
ma innouata euenit ei pot'itas, & p̃paratio ad recipiendum aliam formam. & hoc quidem aut procedet ĩ infinitum, aut vltima præparationum recipiet formam non materialem. & hoc indicat, quoniam intellecta rerum, quæ sunt ĩ habitu, sunt scientiæ in potentia, ex eo, ꝙ sunt scientię rerum in potentia. & ideo vniuersale includit id, quod est infinitum. & iam declarauit hoc Aristoteles in sermone suo in Metaphysi.

Et

A Et ex hoc soluitur dubium, quod fit, quomodo vniuersalia sunt vera, & tamen non reperiuntur extra animam: & est id, quod coegit Platonē ad tenendum formas abstractas. Et respondetur q̄ v'lia sunt scientiæ in potentia rerum, quæ sunt extra animam* in potentia. & ex rebus per se notis est q̄ in omni genere rerū id, quod est in potentia, necesse est vt procedat ad id, quod est in actu in illo genere. &, cum fuerint scita scientiæ in potentia, & moueantur a potētia in actū, necesse est vt moueanť ad scientias, quę sunt in actu. Quāquam hoc videatur absurdum ei, q non peruenit ad hūc gradum, adeo q̄ pudet eum loqui de eis: prout videtur absurdum ei, qui fuerit in aliqua ætate suorum annorum, credere quod ei eueniet in alia ætate, ad quam adhuc non peruenit. In eo vero, quod interrogasti me de dicto sapientis, si quidem animæ fuerit actio, tunc erit posse vt abstrahatur, ipse profecto īnuit id, quod declaratum est de intellectu materiali, quod nō indigeat in operando, vt sit vnū ex entibus materialibus. qm̄ ens tale posis est ei abstractio: & non est necesse vt perfectio sit ei posis, non autem necessaria. & hoc patet ex opiniōe eius. Et videtur q̄ proueniat hęc perfectio naturaliter: & vt plurimum erit ex aggregatione hoīum, qui congregantur ad hoc, vt proueniat hæc perfectio. &, cum hæc perfectio proueniat ex his congregationib', illa quidem perfectio huic vni tm̄ difficilis est, nisi senectute, & perseuerantia in speculationibus, & nō deficiendo ei res, quæ existimantur esse necessariæ. Et videtur s̄m eos q̄ adueniat hæc perfectio multis hoībus, prope separationem eorum ab hoc seculo, qm̄ est perfectio contraria perfectioni corporali. Alpharabius aūt, vt vidisti, contradixit ī suo libello huic interrogationi. &, cum reputauit se esse perfectum in fine suæ ætatis, & non peruenit illud ad eum, adduxit inconuenientia ex rebus per se notis. & ideo dixit de eis q̄ sunt vanitates senectutis. Perfectio vero, ex qua prouenit hoc, vt diximus, est nimis difficilis. nam ex conditionibus eius est vt non sit peccatum in credulitate sua. & iō existimatur de eo q̄ sit proprium hoīb' excelsis. Et hoc totum, quod cā tui recitauimus, est narratio opinionū hoīum. & qui id intelligit, & illđ negat, non debet decidere q̄ sit opinio recitantis. Et accidunt ei, & similib' multi errores, & maximi quidem. & Deus omnipotēs auertat nos, & vos a lapsu in eis, & dirigat nos omnes ad scientiam. & operationes rectas. Et pax vobis, ac pietas Dei, & benedictiones eius. Demum perfectio, quā innuimus, erit per scientias iuuatiuas, & opiniones veras, & mores bonos, ac operationes bonas.

Vale.

Margin notes: Quō v'lia sint vera, etiā tn̄ non sint, extra aīam. — *al. n̄ hēt ī potentia — B An ītellus humanus abstrahat & qn̄. — C — D — E — F

MARCI ANTONII ZIMARAE SOLVTIONES

contradictionum in dictis Auerrois,

Super Sermone de Substantia Orbis.

De subia orb. ca.1.

Dicit Auer. in 1. cap. de substantia orbis, ꝙ vnum cõpositum habere nisi vnã formam est impossibile. Huius oppositũ patet ab ipso in 3. cœ. commento 67. vbi ponit plures formas elementorum in eodem remanere. Soluitur. ipse sentit loquendo de formis substãtialibus perfectis & totalibus ꝙ in vno composito nõ est, nisi vna tantum. nam, cum illa constituat rẽ in actu simpliciter, quælibet superueniens esset accidens. fallit autem de formis, quæ non sunt veræ substãtiæ, sed sunt quasi mediæ inter substantiam & accidentia, quales sunt formæ elementorum apud ipsum. Et ideo caueant ponentes formam corporeitatis in via eius. & multo magis caueant tenentes in via eius animam intellectiuã esse formam vere informãtem: quia ista nũquam fuit opinio eius. & si veritas sit ista, vt catholice confitemur.

solutio

De subia orb. ca 1.

Secunda contradictio est, quia potentia est differentia substantialis materiæ, dicit Commentator in eodem capite. Sed huius oppositum patet primo physi. commẽ. 70. Vide. 1. physi. commen. allegato, quia ibi diffuse diximus.

solutio

De subia orb. ca. 2.

Tertia cõtradictio est in 2. cap. dicit Cõmentator ꝙ cœlum indiget anima mouẽte ipsum in loco, & virtute mouẽte ipsũm semper. Sed huius oppositum patet in 2. cœli commen. 6. Soluitur. negatur. 2. cœli. tex. commen. 6. cœlum habere animam, qualẽ Antiqui ponebant: quia crediderũt permanẽtiam illius animati corporis esse eiusdẽ rationis cum istis, quæ sunt hic: non negat tamen cœlum animatum esse, pro quanto habet principium separatum a quo mouetur, & per quod appetit: sicut patet primo capitulo de substantia orbis in fine, vbi dicitur. & non fuit cœlum dictum habere animam. Et hoc est rationabile. nam, vt scribit Commen 8. phy. commen. 1. principiũ motus de omnibus mobilibus est, sicut anima de rebus viuis. & hoc non intelligũt Moderni, qui ponunt intelligentiam vere cœlum animare, quia non possunt eleuare imaginatiuam supra cogitatiuam.

solutio

De subi. orb. ca. 2

Quarta contradi. est ibidem. Commen. dicit ꝙ cęlum de se habet finitatem suæ actionis. Huius tamen oppositum patet ab ipso in 3. cap. huius, vbi dicitur ꝙ cęlum recipit actionis infinitatem. Similiter contradicit illi, quod immediate dixerat, & est ꝙ cœlum est simplex, & ideo non habet potentiam ad corruptionem. Soluitur. cęlum respectu motus localis de se finitatem hẽt, quia potest quiescere, si pro orbe tantum sumatur cęlum. nam infinitas motus eius totaliter est ab extrinseco motore. cœlum respectu sui esse non habet principium intrinsecum, per quod possit non esse, sicut sunt ista generabilia, quia tale principium est materia prima: bene tamen cœlum habet principium extrinsecum dans sibi permanentiam æternam, & conseruãs ipsum in suis dispositionibus necessarijs. &, si tale principium non esset, ita esset de substãtia cœli, inquit Commen. hic, sicut de eius motu, & est locus iste expressius contra Gregorium Ariminensem, qui voluit æterna & necessaria non habere causam efficientẽ. cœlum igitur bene potest recipere actionẽ infinitam, cũ æternum sit, sicut dicitur 3. cap. de substantia orbis: sed causa effectiua sui perpetui motus non est ipsum, sed est abstractum principium. sic igitur mens Auer. sibi concordat.

solutio

De subia orb. ca. 3.

Quinta contrad. est in cap. 3. Dicit Commen. ꝙ cęlum est subiectum tantum, non materia. Huius oppositum patet. 9. meta. commen. 17. Soluitur. nomen materiæ quandoque distinguitur cõtra formam, & quandoq; distinguitur contra subiectum. Et primo quidẽ modo sumpsit Auer. 9. meta. commen. 17. quando dixit nihil prohibet vt cœlum sit materia, sed prohibet vt sit forma. Et ratio huius est, quia 2. de Generatio. 53. tex. materię est moueri & pati, formæ vero agere & mouere. quia igitur cęlũ mouetur, ideo potest habere rationem materiæ, vt ex eo & intelligentia fit vnum motum ex se. quia omne tale ex duabus naturis componitur, s. natura causante motum quæ habet modum formæ, & ex natura recipiente motum, quæ est natura per modũ materiæ, sicut patet in 1. cap. huius. Et ex hoc patet error multorum Auerroistarũ, qui

qui videntes q Commen. tenet cęlum ſeclusa intelligentia non eſſe compoſitū ex materia & forma, crediderunt cęlum eſſe formam ſimplicem de intentione eius. & hoc nunquam dixit Auer bene dixit. 5. ca. de ſubſtantia orbis q mediat inter puram potentiam & actum purum. nunquam tamen abſolute dixit cęlum actum, aut formam eſſe, ſed bene, quando cœlum comparatum ad iſta inferiora dicitur quaſi forma, ſicut patet 1. cęli commen. 24. & 2. de generatione & corrup. tex. commē. 50. vbi dicitur q forma & ſpecies in terminis omnium. Si autem materia ſumatur, vt diſtinguitur contra obiectum, ſic cęlum verius dicitur ſubiectum q̄ materia. quia materia iſto modo, vt contra ſubiectum diſtinguitur. dicit carentiam formæ cum aptitudine ad illam: ſicut pulchre declarat Themiſt. 1. phyſi. in digreſſione propria, quam fecit de potentia materiæ. &, quia cęlum non habet potentiam ad eſſe, ideo verius ſubiectum dicitur quàm materia. & ſic locutus eſt Commentator hic, dum dixit cęlum ſubiectum eſſe non materiam.

[De] ſubſta[ntia or]b. ca. 4. Sexta contradict. eſt in 4. cap. Scribit Cōmen q, ſi motus cęli deſtrueretur, etiam cęlum deſtrueretur: quia cœlum non eſt, niſi propter motum ſuum. Sed oppono, quia Comment. 12. met. commen. 41. dicit q in cœlo nulla alia eſt potentia niſi ad quem, & tamen in cęlo non eſt potentia ad non eſſe, cum in eo non ſit materia, ꝑ quā res poteſt non eſſe, neq; contrarium, primo cęli tex. commen. 20. Amplius, cęlum ſecūdum Peripateticos eſt neceſſe eſſe formaliter, ſed diſpoſitio entis neceſſarij eſt vt nō ſit propter ſuam actionem, immo actio eius eſt propter ipſum: non ergo ſequitur, ſi motus cęli non eſſet, q ſubſtantia cęli non eſſet. Niſi eſſet q cęlum primaria intentione non eſt propter motum ſuum, ſed econtra. Sed dictum Commen. eſt a ſigno, non a cauſa. cęlum enim ſecundaria intētione eſt cauſa intendens generationem, & corruptionem iſtorum. & ideo, ſi motus cœli nō eſſet, non eſſet cęlum. quia cęlum eſt propter motum ſuum ſecundaria intentione, vt eſt ordinatum ad generationem, & conſeruationem, & omnem virtutem conſeruandam in ijs, quæ ſunt hic. oportet enim mundum iſtum inferiorem ſuperioribus lationibus eſſe continuum vt omnis eius virtus inde gubernetur, vt dicitur in principio libri meteororum. vnde immediate Cōmen. in eodem loco intulit q, ſi motus cœli deſtrueretur, motus entium inferiorum deſtrueretur, & ſic mundus. ex quo verificatur q dator continuationis motui eſt dator eſſe omnibus entibus alijs. Ecce igitur q propter neceſſariam dependentiam inter mundum inferiorem cum ſuperiori, iſta ſequuntur. ſed non per viam intentiōis primę ſed ſecundæ, ſicut diximus. & hoc argumenta prætendunt. Solutio

Septima contradict. eſt in 5. capit. Dicit Commen. q corpora cœleſtia ſunt diuerſarum ſpecierum. Oppoſitum huius patet 2. cœli commen. 39. & 49. Soluitur. duplex ſpecies analoga, & vniuoca, vt ſæpe diximus, corpora cœleſtia ſunt eiuſdem ſpeciei analogicæ, non ſunt eiuſdem ſpeciei vniuocę, ſed, vt ſic ſunt diuerſarū ſpecierū. De ſubſtia orb. ca. 5. ſolutio

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V

Omnes Quaterniones

Venetijs apud hæredes Lucæ Antonij Iunctę.
Anno Dñi. M D LXII.

ARISTOTELIS
DE ANIMA
LIBRI TRES,

Cum

AVERROIS COMMENTARIIS

& Antiqua tralatione suæ integritati restituta.

His accessit eorundem librorum Aristotelis noua tralatio, ad Græci exemplaris veritatem, et scholarum vsum accommodata,

MICHAELE SOPHIANO INTERPRETE.

Adiecimus etiam

MARCI ANTONII PASSERI IANVAE disputationem ex eius lectionibus excerptam, in qua cum de horum de Anima librorum ordine, tum reliquorum naturalium serie pertractatur.

VENETIIS APVD IVNCTAS.
M. D. LXII.

MICHAEL SOPHIANVS:

FRANCISCO GONZAGÆ ILL^MO AC R^MO S. R. E. CARD. S. P. D.

Emini obſcurum eſſe arbitror, Franciſce Gonzaga Card. Ampliß. ex iis, qui uel mediocriter in ſtudiis litterarum, doctrinisq́; uerſati ſunt, quàm difficilis opera ſuſcipiatur ab iis, qui ſuam ad Ariſtotelis ſcripta de græco uertenda induſtriam conferunt. Id ego cum aliâs ſæpe in uariis doctorum uirorum interpretationibus ad meam utilitatem conferendis, tum proxime in libris eius de Anima conuertendis expertus ſum. Quem ut hoc tempore laborem ſuſciperem, Iunctarum me fratrum honeſta uoluntas adduxit. qui cum ad alia multa Auerrois, quem prope ex omni parte renouatum edebant, ornamenta, hoc etiam accedere uellent, ut Ariſtotelis libri, maxime qui de Anima inſcribuntur, quàm emendatiſsimi exirent, me potiſsimum cui corrigendi negotium darent, delegerunt. Ego uero & ſi quantum ingenii induſtriæq; eas res poſtularet, non ignorabam, tamen ſuſcepi rem, quòd illis honeſta petentibus nihil denegandum eſſe ducerem, & hæc ſcilicet me ſpes aleret, ſi uetuſtam tralationem cum græco exẽplari accuratius contuliſſem, fore ut cumulatiſsime meo promiſſo ſatisfacerem. Quæ me poſtea opinio longe fefellit. Etenim tralationem illam adeò fœdam, ac ineptam eſſe repperi, ut nec Ariſtotelis uerba fideliter exprimeret, & pluribus in locis eius ſententiã peruerteret. Accedebat eo, quòd cum recentiores philoſophi ueteris interpretis inſcitiam perſpicerent, atq; huic incommodo remedium afferre cuperent, pro ſuo quisq; ingenio hos libros emendare aggreſsi ſunt, uerum cum leuiter græcis litteris eſſent imbuti, non modo quod uoluerunt aſſe

cuti non ſunt, ſed cum multo maioribus tenebris, pluribusq; difficultatibus, eos inuoluerunt: tum uero, tam uaria et inter ſe diſcrepantia exẽplaria reddiderunt, ut in germana illius auctoris interpretatione reſtituenda, non mediocriter eſſe laborandum uideretur. Sed tamen cum iſtis de cauſsis ſuſceptam iam prouinciam deponere non poßem, cœpi ut mihi aptißimum eſſe uidebatur, multa quæ perperam ingeſta erant, delere: plura immutare: nonnulla quæ deerant, addere: ut aliqua orationis ſpecies emergeret, ex qua idonea ſententia elici poſſet. Cum autem quò progrediebar longius, eò pluribus ſordibus immergi me intelligerem, ad extremum eò rem deduxi, ut me ab integro potius Ariſtotelem conuertiſſe, quàm interpretationem ueterem emendaſſe animaduerterem. in quo tamen ita me temperaui, ut non ita longe me à ratione ueteris interpretationis, & uſitatis ſcholarum uocabulis remouerim, quin illius ueſtigia in mea conuerſione relinquantur. Quod eò feci, quia non inſtitueram interpretationem nouam: nam multa fortaſſe aptius, multa limatius dici potuiſſent: ſed neceſſe habui, quoad eius facere poſſem, uerba & genera loquendi, quæ ab hoc eodem auctore, & Auerrois elocutione iam inde ab initio in ſcholas irrepſerant, quanuis horrida, parumq; latina retinere: ac ueteris huius auctoris interpretationem corrigere. qui quanuis incultus, nec admodum fidelis ſit: tamen neſcio quo modo, quòd perquàm religioſe ad uerbum omnia de græco exprimat, ab omnibus habetur in manibus, & ad hoc tempus publice legitur. Cuius religio quanuis in hoc genere ſcriptorum neceſſaria ſit, ita tamen à iudicio, omnisq; politioris doctrinæ cognitione inops eſt, ut non modo ſingula græca ſingulis latinis, ordinem item, & conſtructionem uocum eandem reddi poſſe putauerit: ſed græcas etiam loquendi formulas, perinde ac ſi idem latine ſonarent, in latinum ſermonem detrudendas eſſe cenſuerit. quaſi uero linguarum ratio ita comparata ſit, ut ſingulis cuiuſque uerbis aliud in alia lingua, quod omnino idem declaret, reſpondeat: earumque differentia in ſimplicibus modo uocabulis, ac non multo etiam magis in dicendi ac eloquendi generibus poſita ſit: quod tamen uſque eo uerum eſt, ut hæc ipſa totam uim linguarum ſibi uendicent. Quamobrem qui fidi ac eruditi interpretis fungetur munere, eum præter rerum ſubiectarum intelligentiam, atque non uulgarem utriuſque linguæ cognitionem

gnitionem (quorum utroque minime instructum ueterem interpretem fuisse constat) amplius acri iudicio praeditum esse oportet: ut ubi nomina, loquendique formae non idem ualebunt, quae illis in altera lingua similitudine ac proportione respondeant, reperire ac discernere posit: nam ad hunc modum si sua quibusque uis tribuetur, & facilius sensum auctoris consequemur, & omnino ipsi orationi plus uenustatis & splendoris accesserit. Qua facultate cum interpres iste, quicunque tandem ille fuit, (neque enim nomen est proditum) plane caruerit, omnia perabsurde uertit. nec in his duntaxat quae commemorauimus, eius imperitia perspicitur: sed etiam in exponenda ui partium orationis: cuiusmodi sunt coniunctiones, participia, praepositiones, caeteraque generis eiusdem. quae, perinde quasi unam eandemque rem ubique notarent, praeterit ac negligit. ex quo per multa uitia & errores in interpretanda ac continuanda orationis serie consequi necesse est. His tot tantisque incommodis cum aliqui ex nostris, qui post Constantinopolitanum excidium in Italiam se receperant, consultum esse cuperent: dederunt se huic generi studiorum, & praestantissimum quenque huius philosophi librum, e graeco in latinum transtulerunt. è quibus Theodorus Thessalonicensis ea complexus, ad quae ceteri propter immẽsam rerum uarietatem se aspirare posse diffidebant, ita egregie in eo munere se tractauit, ut nemini imitandi sui spem, omnibus incredibilem suae eruditionis admirationem reliquerit. In eodem numero habendus est Bessario, qui libros primae philosophiae fideliter, nec ab usu scholarum abhorrente dictionis genere conuertit. Eodem pertinet Ioannis Argyropyli industria, qui in his Acroamaticis libris uertendis praeclare operam nauauit suam: & Hercule maximam in hoc genere laudem esset consecutus, nisi dum contra odiosam ueteris interpretis religionem enixe admodum contendit, nimium sibi ipse indulgeret, nimiaque licentia pertractaret orationem Aristotelis. quod in aliis scriptoribus transferendis fortasse ferendum est: in his certe librorum generibus periculosum est & lubricum. solet.n. nonnulla de suo addere, multaque obscurius ac angustius, ut sui moris est, ab Aristotele dicta, ipse pluribus uerbis explicare nititur: ac integras interdum clausulas ab explanatoribus, praesertim Themistio, & Simplicio, quem maxime sectatur, transfert in orationem

† iii Aristo-

Ariſtotelis: quam rationem in iis maxime locis ſequitur, quorum eſt ambigua, ancépsque ſententia. Hæc ſi Argyropylo detraxeris, magnopere illius interpretatio, ut & grauiſsimi philoſophi, & hominis ſuæ linguæ ſcientiſsimi, probanda eſt. quæ tametſi ob cauſſas iam explicatas in ſcholas recepta non eſt, princeps tamen ille fuit oſtendendi luminis hominibus latinis, quo ad cognitionem librorum Ariſtotelis adire poſſent. Quamobrem cum hæc barbara, parumque fidelis interpretatio paſsim in Italiæ gymnaſiis uerſetur: omnesque in eo ſuam operam ponant, ut omnibus mendis uitiisq; ſublatis, quæ ſunt innumerabilia, ad commodiorem orationis formam redigatur, idem ego quoque oneris ſuſcipiendum eſſe duxi: non equidem quo de cuiuſquã laude aliquid delibarem: ſed potius ut illorum exemplo monitus, conferrem ipſe quoque aliquid ad hanc præſtantiſsimam, & in primis utilem philoſophiæ partem, quam uehementer à ſcholis deſiderari iudicabam. Proinde in eam curam præcipue incubui, ut fideliſsime auctoris ſenſa latine redderem, atque non modo uim uerborum explicarem, ſed niſi uel res ipſa, uel linguæ proprietas reſpueret, etiam multitudinem græcorum nominum, pari numero latinorum exprimerem. Neque uero uel intuli uſquam aliquid de meo, niſi græci uocabuli notio ita oſtenderet eſſe faciendum: uel nominum ſtructuram immutaui, niſi id poſtularet perſpicuitatis ratio, uerbáque eſſent eiuſmodi, quibus omnium interpretum conſenſu res aperta minimeque dubia ſubiiceretur. articulis uero, & participiis, ceterisque id genus orationis partibus uim ſuam, quæ multiplex eſt, reſtituere, & quoad eã latina oratio referre potuit, pro uiribus exprimere conatus ſum. ſed ante omnia ſedulo operam dedi, ut ea quæ ita dicuntur ab Ariſtotele, ut in uarias ſententias trahi poſsint, ita transferrem, ut eandem ambiguitatis ſpeciem præ ſe ferrent, neque me uni definitæque ſententiæ cuiuſquam explanatoris addicerem. quod ne facerẽ ſi quo in loco linguæ latinæ ratio me impediuit, eum ſenſum reddidi, quem magis probabilem, magisque peruulgatum eſſe perſpiciebam. quod ea mente feci, quòd cogitem aliquando hos eoſdem, ac reliquos fortaſſe huius philoſophi libros, qui publice enarrantur, cum annotationibus quibuſdam iterum in publicum emittere: atque tum demum cur plæraque uel immutauerim, uel addiderim, ac certis in locis ab aliorum interpretatione

pretatione recesserim, denique quam in quaque re secutus sim rationem, pluribus aperiam. Hunc porrò laborem meum Cardina. Ampliss. in tuo nomine apparere uolui: ratus id esse officii mei, cum propter incredibilem humanitatem tuam, qua me dum Patauii liberalium disciplinarum gratia commorareris, amplexus es: tum uel maxime quoniam si quid est, quod uel ratione institui, uel laudabiliter confici a quoquam possit, præcipue in studiis doctrinæ, eius tibi fructus iure optimo deberi existimo. nam tui quidem animi excellentia, & ad omnem laudem impetus excelso & illustri loco sita est: qui opes, quibus circumfluis: qui cetera bona, quæ uel natura, uel fortuna tibi benignissime largita est: non in persequendis uoluptatibus, quas plærique peruerse admirantur: sed cum omni uirtute comparanda, tum uero conformando animo philosophiæ studiis, consumis. idque agis diligenter, ut præclaram uirtutis excolendæ consuetudinem, quæ uiguit in patre tuo Ferdinando Gonzaga sapientissimo & fortissimo Imperatore, & in patruo Cardinali etiamnũ maxime elucet, constanter tuearis: usqueadeo ut omnium consensu tu unus existas, ad quem omnes omnium rectæ cogitationes, honesti conatus, præclara denique opera referri debeant. Multa huius rei argumenta sunt, sed nullum grauius, nullum ad laudem tuam illustrius, Pii Pontificis Maximi testimonio: qui eximiis tuis uirtutibus commotus, summa omnium uoluntate, ad suorum te numerum adscribere, & in amplissimum sanctissimumque ordinem cooptare uoluit. Quamobrem cum omnium mentes in te conuersæ sint, omniumque de aliqua laude cogitantium te spectet industria, probabilem & satis idoneam caussam me habere sum arbitratus, cur hoc meæ operæ studiique monumentum, qualecunque id tandem foret, tuo nomini inscribendum esse decreuerim. Quod quidem uel ob eam maxime caussam te non improbaturum esse confido, quòd coniunctum habeat studium & industriam Marci Antonii Passeri mei eiusdemque tui doctoris, omniumque huius ætatis philosophorum facile principis: qui in hos eosdem ac reliquos Aristotelis Libros Auerrois Arrabis Commentarios, singulari diligentia certissimoque iuditio excussit, & infinitis propemodum mendis inquinatos, suæ integritati restituit. quæ res quantum adiumenti philosophiæ cupidis hominibus sit allatura,

non est huius temporis exponere. Neque sane faciam, ut in eius uiri laudes ingrediar, quòd & plane superuacaneam operam suscepturus sim, & nullum exitum inuentura sit oratio. Nam summam hominis doctrinam, ingenium planè diuinum, acerrimum iudicium, omnes nationes gentesque iam norunt, ac prædicant: utque eum e superiori loco de abditißimis philosophorum decretis audiant disserentem, frequentes quotannis Patauium confluunt.

Quod superest Clarißs. Cardinalis, lucubrationem hanc meam, non ex ipsa re quam longe infra tuam dignitatem esse constat: sed ex mea in te obseruantia ponderes uelim.

Vale.

Patauii. VII. Kalen. Iulii.

M D LXII.

DE ORDINE LIBRORVM NATVRALIVM ARISTÓTELIS DISPVTATIO·

EX LECTIONIBVS M. A. PASSERI IANVÆ EXCERPTA.

Ibros naturales eo ordine digessit Aristoteles, quo natura ipsa in rerum naturalium generatione uti solet. Res .n. naturales, vt quę compositę sunt, ex principijs suis essentialibus ijsq; primis, pendeant necesse est. quo in genere est materia prima, & mouens primum: ex quibus formæ eliciuntur: quæ res naturales vt actu sint efficiunt, quasq; proprij fines consequuntur. Quamobrem cum ex his tribus res naturales originem ducant, iure optimo primum in generatione locum habere debent. Hoc mirũ naturæ artificium imitatus Aristoteles, ordine doctrinæ libros de Auscultatione Physica primo loco audiendos esse voluit. in quibus pręcipue de materia prima, deq; mouente primo, doctrinam complexus est. Quibus proportione respondentes, libri de Cœlo & simplicibus corporibus, secundum obtinent locum. nã cœlestia corpora agentem causam & mouentem: grauia & leuia materiam, tametsi proprie magis, prę se ferunt: quippe quę proximè immediateq; res naturales constituant. Corpora simplicia illa sunt, quæ vt elementa cognoscuntur, quandoquidem ex eorũ mixtione naturalia, quæ uere pendent à principijs, componuntur: quibus elementa illa veluti materia subiiciuntur. Sol vero in obliquo circulo conuersus, cum motu mobilis primi, vt agens illis eisdem comparatur. Itaq; omnes istos libros de principijs appellandos esse censendum est. Quapropter libri de Generatione & interitu, tertium locum tenent, ita vt horum trium librorum ordini, quæ ab Aristotele in prologo de Physica auscultatione dicta sunt, facile respondere videantur, à principijs scilicet & causis, vsq; ad elementa. His demũ sic ordinatis liber Meteorologicorum annumeratur, ordine quartus: at primus naturalium, quæ vere ex principijs esse dicuntur & appellantur mixta. Et primo quidem quæ imperfecta sunt occurrunt: is. n. ordo. naturę est, vt ab imperfectis exordiens in perfectiora ac demũ perfectissima generationem terminet. Post hunc qui de his tractat quæ ex terræ visceribus effodiũtur, quintus

tus ſequitur liber. Quibus ad hunc modum diſtributis, qui loco ſextus ſequi debeat, non eadem eſt apud omnes opinio, cum de animatis deinceps agendum ſit. Qua de re dubium eſt; num de anima prius, poſtea de animatis tractandum ſit. Deinde ſi de animatis ratio obtineat, prius ne de ſtirpibus quæ vegetatiua dũtaxat viuunt uita, an de animalibus quæ præter hanc, etiam ſenſitiuam habent. Nam qui de anima agendum prius eſſe uoluere, ac proinde ſextum obtinere locum, fuere Auicenna & Latini, his moti rationibus. Nam ſermo de anima, vniuerſalior eſt, quam de eadem, vt vegetatiua, & vt ſenſitiua dicitur: quare de ea prius agendum eſſe perſuadet ratio, ſicuti in libris de anima etiam obſeruauit ordinem hũc Ariſtoteles, qui prius animã in communi, mox vegetatiuam, ſenſitiuam, & rationalem definiuit. Altera ratio ab animatis veluti a cauſatis accepta eſt. Cauſata enim perfecta notitia cognoſci non poſſunt niſi per ſuam cauſam, eamq́; formalem, vt ex Auerroe Poſt: primo. comm. trigeſimoquinto habetur. Ergo vt animata perfecte cognita ſint, eorum cauſam & formam quæ anima eſt, prius cognitam eſſe ſupponunt. Ex aduerſo ſunt pleręquę Ariſtotelis auctoritates. Nam in libello de partibus ad motum vtilibus, inquit, Quæ circa progreſſum animalium, & circa omnem ſecundum locum mutationem hoc modo ſe habent, his determinatis, conſequens eſt ſpeculari de anima. Sequitur itaq; librum de partibus, animæ ſcientia. Idem in primo de partibus animalium dicit, Sed cum ſatis de his egerimus, noſtrámq; explicuerimus ſententiam, reſtat ut de animãte natura diſſeramus. Quare poſt libros de partibus, liber de Anima collocandus eſt. non itaq; ſextus erit. Dubium hac ratione naſcitur quis tandem hic locus ſit. Inter græcos & Auerroẽ conuenit locũ libri de Anima octauum eſſe debere. At quomodo è ſexto in octauum locum proficiſcatur ordo, controuerſia eſt. Auerroes Meteororum primo cap. primo ordinauit, ut videtur ſexto loco librum de Plantis, ſeptimo de Hiſtoria Animalium, octauo de partibus, & de Anima. Alij vero ſexto, libros de Animalibus, ſeptimo de Plantis, octauo de Anima. Ex horum diſſenſione uenit explicanda hæc difficultas de ordine librorum, de ſtirpibus, & de animalibus: prius tamen poſitis vtriuſq; ſectæ rationibus, & illius quã Auerroes ſequi voluit. Nam ſimplicium notitia, eam quæ compoſitorum eſt, ordine præcedit. Quare liber de Stirpibus, librum de animalibus præcedere debet. Præterea, ea proportione reſpõdet animatum animato, qua animæ anima, ſecundum cognoſcendi ordinem: ſed præponitur vegetatiuæ animæ notitia in libro

de Anima, cognitioni animæ sensitiuæ: quare eadem ratione & stirpes animalibus in cognitione præponi debent. Rationes deinde ex aduerso positę sunt: Animalia stirpibus notiora nobis sũt, quare & illis in cognitionis ordine priora esse debent. Nam perinde se habet in ordine cognoscendi perfectum animal ad imperfectum, vt ánimalia ad stirpes. Habent enim quæ perfectiora animalia sunt conspicuas ac manifestas partes magis, quàm imperfecta: vt ex procedendi ordine in libro de Animalium historia colligitur: ubi de homine prius, quam de cęteris agit: quam eandem rationem animalia ad stirpes tenẽt: quinimo animalium veluti exemplaria quædã stirpes sunt: nam cutis corticem, & caro lignum pręferunt. hoc Aristotelem voluisse dictum illud in fine de longitudine, & breuitate vitę cõfirmat. Sed de hoc secundũ se in his quæ de plantis determinabitur. Postponitur itaq; plantarum notitia animalium cognitioni.

Quid autem in hac interpretum dissensione dicendum sit, Deo. Opt. Max. Fauente dicamus, præposita prius distinctione ex Auerroe, Meteororum primo capit. primo. collecta. Librorum qui de animatis tractant ordinem, partim habere quid necessarium, partim quid vt melius: quod & Auicenna voluisse videtur, dicens, cum posuerit animam in sexto loco, si quis ordinem hunc imitare voluerit, non calumniabimur illum. his positis, quẽ inter animata ordinem tenemus, tribus propositionibus complexi sumus, quarum prima sit, Plantarum notitia, vniuersæ quæ de animalibus est cognitioni postponenda est. Secunda, liber de animalium historia, sextum locum tenet. mox septimum, libri de partibus ac de incessu animalium. Tertia, liber de anima. His sic ordine dispositis octauum locum iure obtinere debet. Propositio prima ex Aristotele confirmatur, ex primo & nouissimo contextu Meteororum. In primo inquit, secundum inductum modum de animalibus & plantis. In vltimo, & tandem ex his constitutũ hominem & plantam. Et aduertendum, quod si aliter reperiatur, ibi ordo non esset: nam tũc ordinem esse inter ordinabilia cognoscimus, quando in principio uel medio uel fine librorum dicta cõcludit, & dicenda proponit: vt in dictis locis, atq; in fine de longitudine & breuitate vitæ obseruauit. Hac ratione quæ ex Auerroe in oppositum dicta sunt, facile diluuntur. Nam tunc a simplicioribus ordimur, quando quæ composita magis sunt, illis notiora nõ fuerint. incepit Aristoteles à compositis ad simplicium notitiam progrediẽs, vt notauit Auerroes primo de auscultatione Physica com. 3. quia principijs quæ simplicia sunt, cõposita sunt notiora.

Secun-

Secundum quoque non vrget. quandoquidem in libris de Anima naturæ ordinem obseruare uoluit, acturus de eius partibus: ea ratione de vegetatiua prius egit: quæ, sensitiua posita, ipsa necessario ponitur. At contra non contingit. Hic uero cognitionis ordinem obseruandum esse voluit, quia sic melius esse cognouit, ut ex Auerrois distinctione posita manifestum est. Secunda etiam propositio manifesta est. Nam quæ in musica, v.g. vt quia sunt habentur, in Arithmetica propter quid sunt, demonstrantur: sic & de Geometria atq; Astrologia in pluribus apparet. Hac ratione subalternationem scientiarũ, quæ sic se habent, posteriorum primo Aristoteles esse voluit. At si duo hæc quæsita, Quia scilicet & Propter quid, diuersas inter se scientias facere possunt, cur & in eadem scientia genere diuersas partes minime facere possunt: præsertim cum sic requirat noster cognoscendi modus: qualis in animalibus conspicitur, vbi ea prius esse cognoscere oportuit, ut in libris de historia factũ est: mox ex quibus essentialiter cõponantur, quod cũ scimus, pp quid ipsa sunt cognoscimus. Neq; impedimẽto esse potest si quispiam dixerit in eadem parte scientiæ, & quia & propter quid eiusdem effectus esse: quandoquidem particulare aliquod quęsitum hoc modo sciri contingit, vt vbi de compositis omnibus, vt de animalibus, cum eorum proprietatibus, deinde de illorum causis agendum fuerit, non eandem, sed diuersas partes requirunt. confirmatur Aristotelis auctoritate, secundo de partibus animalium cap. primo. „Ex quibus & quot numero membris singula animalia constarent libris historiarum qui de his scripti à nobis sunt planius explicauimus, nũc quas ob causas ita se habent cõsideremus. Idem in libello de incessu. „Quod.n. hoc contingat modo ex naturali palam est historia. Quam autem ob causam, nunc est inuestigandum. Tertia propositio, & ratione & auctoritate confirmatur. At priusquam in hanc descendamus, notandum proponimus, quod uniuersa de animalibus disciplina, tribus cognitis absoluitur, atq; perficitur: quorum primum est essentia animalium cum sibi proprijs operationibus. Secundum animalium generatio, qua animal vnumquodque, & gignitur, & successiua perenniq; generatione conseruatur: tertium vita; & mors. Antecedit enim animalium essentia, mox sequitur generatio, postremo vita & mors. Tria plane hæc, cõfusa quadam ratione in libris de historia docuit Aristot. Etenim inter initia ad quintum vsq; librum quid sit essentia cũ proprietatibus: in quinto secundum posuit, de generatione scilicet: in octauo postremũ, quæ ad vitam attinent & mortem, perfecit. His respondentes es-

sentiales

sentiales causæ, in his qui sequuntur libris reperiuntur: Et prima quæ materialis causa est: mox sequit̃ forma. natura. n. hoc nimirũ procedit modo in generatione rerum, cum materiam prius præparet, ex qua quidem forma in actum & perfectionẽ ducitur, ac demum compositum naturale resultat. Hunc etiam ordinem in primis principijs obseruauit. Primo. n. de materia prima in primo de Physica auscultatione pertractauit. mox de forma in secundo. Quapropter post de Historia libros, sequentur libri de partibus: Et de his quæ ad incessum faciũt vt materia, septimo loco determinauit: Post hunc, de anima octauo, vt de animaliũ forma disseruit. Vnde ex materia illa & forma ista tota animalium habetur essentia, atq; animalium quæ consequuntur propria: quandoquidem quæ essentiales causæ sunt, & compositorum causæ sunt, & proprietatum quæ composita illa cõsequuntur. Quorum prima, sensus & motus sunt. his enim ipsis animatum ab inaĩato differt ex Arist. sententia primo de anima 19 & secundo 14. 16. Veruntamen animalium cum propria magis operatio sentire sit, & his primo sensibus qui extrinsecus sentiendi occasiones suscipiunt: idcirco inter libros de propietatibus liber de sensu & sensili primum locum tenet. secundum qui de intrinsecus operantibus: qualis est liber de memoria ac reminiscentia. quos omnes sensus sua sequitur passio. Hac ratione liber de somno & vigilia tertium locum tenet. Quibus expeditis sequitur liber quarto loco, qui proprietatem alteram declarat quæ motus est, atq; de illo in communi tractationem continet. De quibus omnibus proprietatibus confusa quadam notitia in quatuor primis de Historia egit Aristoteles. Quintum deinde locum tenent de generatione Animalium libri, quibus confusè admodum respondent libri de Historia quinto ad octauum vsque. In residuis eadem cognitione respondent his qui distinctè agunt libris de vita & morte, cum sibi cognatis: quorum primus de longitudine & breuitate vitæ differit. secundus de iuuentute & senectute. tertius de inspiratione & exspiratione. vltimus de vita & morte. His sic demonstratis satis manifestum est de anima tractationem, octauũ locum obtinere. Quod etiam
» Aristoteles persuadet in fine de progressu animalium dicens. His
» autem sic determinatis proximum est de anima contemplari. Isti sententiæ aduersari videtur ratio ex dictis Auerrois collecta primo de anima commento secundo, vbi de vtilitate agit inquiens; Necesse est vt scire de anima sit necessarium in cognitione animalium, non tantum vtile. Ex quibus dictis facile colligitur cognitionem de anima præcedere illam quę de animalibus habetur, si

animalia

A animalia perfecta notitia cognosci debeant. Altera ratio quæ cũ sententia nostra pugnat, hæc est: Nulla est animalis pars quæ animata non sit, vt ex paraphrasi Auerrois super primo de generatione animalium colligitur. Non enim ex pluribus partibus inanimatis corpus vnum animatum componi potest. itáq; cognitio de partibus animaliũ à cognitione de anima pendere videtur. Quare quæ de anima est notitia, prior illa est quæ de animalibus tractat. Quibus obiectis sic satisfaciendum esse puto. Primo totũ concedendo, scilicet ad perfectam animalium notitiam necessarium esse animam prius cognouisse: cum vero infertur, ergo liber de anima libros de animalium partibus præcedere debet, consequentia neganda est. Nam ad perfectam animalium notitiã cum ex materia & forma composita sint, vtranq; illam causam cognosci oportet, tum materiam tũ etiam formam: & materiam prius, si naturam generationis ordine sequemur. Quem eundem ordinẽ obseruauit in doctrina Aristoteles, ut dictum est: Animalium materia partes animalium sunt: eorundem forma anima est: quibus cognitis tota animalium substantia cognita est, cum ex his duabus partibus materia & forma essentialiter resultet. Tali itaq; ordine anima vt forma secundum perfectam notitiam animalia præcedet. Alterum quoque diluitur argumentum. Nam animalium partes & si animatæ sunt, non tamen vt tales in libris de partibus considerantur, sed vt similares dissimilaresque sunt, & quanta: non aũt ut animatæ sunt. Ad rationes quibus Auicenna & latini mouebãtur, dicẽdũ: Ad primã, quod ratio eodem modo non concludit: Diuersimode.n.comparatur anima animalibus, & partibus suis, quæ animæ sunt. Namq; anima animalibus vt pars est & forma: At suis cõparatur partibus vt totum quiddã est, & vniuersale. Hac plane ratione prius ipsam in vniuersali, mox secũdũ vnam quãque eius partem in secundo de anima definiuit Aristoteles. At considerata anima hoc ordine vt cũ animalibus cõparatur vt pars & forma, non sextum sed octauum locum vt dictũ est tenere debet. Ad reliquam rationem responsio ex dictis manifesta est. Non enim animalia vt causata cognosci perfecte possent, nisi eorum materia & forma cognitis: videlicet partibus & anima, ex quibus secundum essentiam animalia dependent. Quare anima hoc ordine octauum & non sextum locum obtinebit, ut probatum est.

INDEX SVMMARVM ac capitum librorum trium de Anima.

Summæ ac Capita Primi libri de Anima.

Summę ac Capita Secundi libri de Anima.

Summa

Summæ ac Capita Libri Tertij de Anima.

Errata in Sophiani interpretatione corrigenda.

Pag. 4	A	æqui Corrige	equi
Pag. 13	A	hæbetatione	hebetatione
Pag. 34	B	diuinus	diuinius
Pag. 40	A	eum ens	cum ens
Pag. 42	C	latinis	lationis
Pag. 44	B	dissimilarū	dissimilarium
Pag. 46	B	patibile	partibile
Pag. 54	B	amissit	amisit
In eadem	F	ac de nima	ac de anima
Pag. 55	C	diserere	disserere
Pag. 57	F	ea partem	eam partem
Pag. 60	B	adsūt oēs hęc	hæ adsūt oēs
Pag. 67	B	perfecta snnt	perfecta sint
Pag. 71	C	sub elt	subest
Pag. 76	C	aut impossibi, dleictum	aut impossibile, dictum est
Pag. 82	B	duoquidem per se unum,	duo quidem per se, unum
Pag. 85	F	in quo ante	in quo autem
Pag. 93	D	qua pupilla obtegitur	quę pupillę obtenditur,
Pag. 101	D	fætidæ	fœtidæ
Pag. 107	F	statim peræque	statim ea tacta peræque
Pag. 112	F	tali illud	tale illud
Pag. 135	D	aīalia alia,	aīalia: alia,
Pag. 136	B	diffentiam	differentiam
Pag. 160	E	hæc adsint	hæ adsint
Pag. 167	F	induisbili	indiuisibili
Pag. 172	A	vt illa iter se,	vt illa inter se.
Pag. 187	F	est scientiale	& scientiale
Pag. 188	D	in postilla, esse sensibilium	esse sensibilia
Pag. 100	B	ne ingenerabilem quidem	ne ingenerabile quidem

ARISTOTELIS
DE ANIMA
LIBER PRIMVS,
Cum Auerrois Commentarijs.

SVMMAE LIBRI.

In Prima proponitur nobilitas, ac difficultas scientiæ Animæ.
In Secunda Antiquorum narrantur opiniones de Animæ essentia.
In Tertia eædem confutantur opiniones: Adducunturq; nonnullæ circa Animæ vnitatem quęstiones.

SVMMAE PRIMAE. *Cap. I.*

Quas ob res Animæ cognitio & nobilis sit, & difficilis.

ANTIQVA TRANSLATIO.

A Bonorum & honorabilium notitiam opinantes, magis autem alteram altera, aut secundum certitudinẽ, aut ex eo quòd meliorumq; & mirabiliorum est, propter vtraq; hæc, animæ historiã rationabiliter vtiq; in primis ponemus.

MICHAELIS SOPHIANI INTERPRETATIO.

B *Cum omnem scientiam rem pulchram ac honorabilem* esse existimemus, aliam tamen magis alia, vel quòd exquisitior, vel quòd rerum præstantiorum & admirabiliorũ sit, propter vtraq; hæc, scientiam* quæ de Anima habetur, iure optimo inprimis ponendam esse duxerimus.*

* al'r præclarã, nobilẽ, ptiosam

ἱςορίαν

AVERROIS TEXTVS.

C Quoniam de rebus honorabilibus & delectabilibus est scire aliquid de rebus, quæ differunt ab inuicem, aut in subtilitate, aut quia sunt cognitæ per res digniores, & nobiliores, rectum est propter hæc duo ponere narrationem de anima positione præcedenti.

1 Intendit per subtilitatem confirmationem demonstrationis. Et intendit per hoc, quod dixit aut quia sunt cognitæ per res digniores & nobiliores, nobilitatem subiecti. Artes enim non differunt abinuicẽ, nisi altero istorum duorum modorum, scilicet aut cõfirmatione demonstrationis,

Differẽtia in nobilitate scientiarum.

aut nobilitate ſubiecti, aut vtroq;. v. g. q̄m Geometria excedit Aſtrologiam per confirmationem demonſtrationis. Aſtrologia autem excedit illam nobilitate ſubiecti. Et dixit. neceſſarium eſt propter hæc duo, &c. ideſt neceſſarium eſt, quia hæc duo inueniuntur in ſcientia de anima, vt procedat ſermo de ea ante alias ſcientias. Et manifeſtum eſt conſyderantibus: quoniam ſubiectum huius ſcientiæ eſt nobilius alijs: & ſimiliter demonſtratio eius eſt magis firma. Et incœpit ſermocinari ita. Q̄m de rebus, &c. inducendo homines ad amorē ſcientię. & ſermo eius eſt in forma ſyllogiſmi categorici. & quaſi dicit &, quia nos opinamur ꝙ cognitio eſt de rebus honorabilibus, & delectabilibus, & ꝙ ſcientiæ ſuperant ſe adinuicem, aut propter confirmationem demonſtrationis, aut propter nobilitatem ſubiecti, aut propter vtrunq;, ſicut inuenimus in ſcientia de anima, ſcilicet quia ſuperat in his duobus alias ſcientias, præter ſcientiam Diuinam: neceſſarium eſt opinari ꝙ ſcientia animæ antecedit alias ſcientias: & ideo poſuimus eam inter omnia quæſita poſitione præcedenti. D

Scīa d' aīa oēs ſcīas excedit in nobilitate ſubiecti, & certitudīe demōſtrationis, excepta diuina.

Videtur autem ad veritatē omnem cognitio ipſius multū proficere: maxime aūt ad naturā: eſt enim tanquā principiū aīalium. E

SOPH. *Videtur autem cum ad omnem veritatem cognitio eius magnopere conferre: tum præcipue ad naturam: eſt enim quaſi principiū animaliū.*

Et nos videmus etiam ꝙ cognoſcere eam adiuuat magno iuuamento in omni veritate: & maxime in natura: eſt enim *quaſi principium animalium.

*a.l. quodam.

2 Cùm demonſtrauit cauſam, propter quam debet eſſe hæc ſcientia magis honorabilis, & præcedens alias ſcientias nobilitate, incœpit etiam demonſtrare vtilitatem huius ſcientiæ, dicendo Et nos videmus etiam ꝙ cognitio, &c. Et intendit per omnem veritatē ſcientias ſpeculatiuas. & intendit per hoc, quod dixit & maxime in natura, ideſt & maxime in ſcientia Naturali. Deinde dedit cauſam, propter quam magis adiuuat Naturalem ſciētiam q̄ aliam, dicendo eſt enim * quaſi principium animaliū. i. & cauſa in hoc eſt, quia cognoſcere de animalibus eſt maxima cognitio partium naturalium: & anima eſt principium animalium. vnde neceſſarium eſt vt ſcire de anima ſit neceſſarium in cognitione animalium, non tantum vtile. Et debes ſcire ꝙ iuuamētum ſcientiæ animæ ad alias ſcientias inuenitur tribus modis. Quorum vnus eſt ſm ꝙ eſt pars illius ſcientiæ: immo nobiliſſima partium eius, ſicut habet diſpoſitionem cum ſcīa Naturali. Animalia enim ſunt nobiliſſima corporū generabilium, & corruptibilium. anima autē eſt nobilius omnibus, quæ ſunt in animalibus. F

*a.l. quodam.

Docum̄. Iuuamentū ſcię aię ad aľs ſciētias iuenit̄ trib⁹ modis.

Idem. 12. Meta. 36. & 2. Cœli. c. 61 vide ſt. 3. huius c. 5. i ſolone q̄ōnis tertiæ.

Secundus eſt, quia dat pluribus ſcientijs plura principia: vt ſcientiæ Morali, ſ. regendi ciuitates, & Diuinæ. Moralis enim ſuſcipit ab hac ſcientia vltimum finem hoīs, in eo ꝙ eſt homo, & ſcientiā ſuæ ſubſtantiæ, quę ſit. Diuinus autem ſuſcipit ab ea ſubſtantiam ſubiecti ſui. hic enim declarabitur, q̄m formæ abſtractæ ſunt *intelligētiæ, & alia multa de cognitione diſpōnum conſequentiū intelligentiam, in eo ꝙ eſt intelligētia & intell's.

*a.l. intelligentes.

A Tertius vero est commune iuuamentum:& est facere acquirere confirmationem in primis principijs. quoniam ex ea acquiritur cognitio causarum primarum propositionum, & cognitio alicuius per suam causam est magis firma, quàm sui esse tantum.

Inquirimus autem cōsiderare & cognoscere naturam ipsius & substantiam: postea quæcunq; accidunt circa ipsam: quorum aliæ propriæ passiones animæ esse videntur: aliæ autem communes et animalibus propter illam inesse.

ō P H. *Quærimus autem spectare & cognoscere naturam eius & substantiam: deinde quæ circa ipsam accidunt: quorum alia propria passiones animæ esse videntur: alia propter illam etiam animalibus inesse.*

Et quæsitum est scire naturam, & substantiam eius: postea autem omnia, quæ accidunt ei. & existimatum est quòd horum accidentium quædam sunt passiones propriæ animæ, & quædam accidunt corpori propter animam.

B

3 Cùm demonstrauit vtilitatem huius scientiæ, incœpit demonstrare intentionem suam dicendo. Et quæsitum est, &c i. & illud, quod quærendū est in hac scientia, & perscrutandum, est scire animæ naturam, i. substantiam eius. deinde scire omnia contingentia ei: sicut est de alijs consyderandis in scientia Naturali. *Cognitio enim cuiuslibet generis, & speciei nō complebitur nisi per cognitionem substantiæ illius speciei, & per cognitionem eorum, quæ contingunt ei, vt dictum est in Posterioribus analyticis. D d. & existimatum est, &c. i. accidentium autem contingentiū animæ quædam sunt, vt existimatur, passiones, quæ appropriantur animæ, s. qm̄ anima non indiget corpore in habendo has passiones, verbi gratia vt imaginatione per intellectum. quædam autem reputantur indigere corpore, & q non cōplebuntur nisi per vtrunq;, s. anima, & corpore. Et hoc intendebat, cùm dixit. & quædam contingunt corpori propter animam, & hæ sunt passiones attributæ virtuti concupiscibili, s. animæ, quæ desyderat, & fugit. Et induxit hanc diuisionem in accidentibus animæ: quoniā illud, quod est magis desyderatum de passionibus animæ, est vtrum possit esse de eis abstractum aliquid, aut non: quod impossibile est, nisi sit aliquod earum proprium animæ sine corpore. Et potest intendere per passiones proprias animæ, eas, quæ primitus existunt in anima, & secundo in corpore: vt sensus, & imaginatio. & intendit per alias, eas, quæ existunt in anima propter corpus, vt somnum, & vigilias. & sic comprehendit in hoc sermone omnia, quæ contingunt animæ, & attribuuntur ei.

C

*Cognitio cuiuslibet gn̄is, et speciei ei9 nō cōplet̄ nisi per cognitioné substātię illi9 spéi p cognitioné eoꝝ, q̄ cōtingūt ei. Idē. 1. Pos. t.c. 43.

Illud, qđ magis dsi deratū est de passionib9 aīę ē vtrū đ eis possit esse aliqd abstractū, vl̄ nō. idē infra. cō. 12.

Omnino autem & penitus difficillimorum est, accipere aliquā fidem de ipsa: cùm enim sit quæstio cōis, & multis alijs: dico aūt eam quæ est circa substantiam, & eam quæ quid est, fortassis alicui videbitur vna quædam methodus esse de omnibus, de quib9 volumus cognoscere substantiam, sicut & eorum quę sunt secundum

dum accidens propriorum, demonstrationem: Quare quærendũ D
vtiq; erit methodum istam.

SOPH. *Verum vsquequaq; difficillimum est aliquam de ea fidem cõsequi: cum enim illa quæstio communis sit etiam alijs compluribus, intelligo autem eam quæ circa substantiam versatur & ipsum Quid est, fortasse putauerit quispiam vnam esse methodum in ijs omnibus, de quibus volumus cognoscere substantiam, vt etiam propriorum eorum quæ ex accidenti sunt, demonstrationem: quare quærẽda fuerit hæc methodus.*

Et valde est difficile, & graue inuenire aliquid firmum in esse eius ex hac perscrutatione. Quoniam hęc perscrutatio, quia est cõmunis alijs multis modis, scilicet perscrutatio de substantia eius, & de ea quid sit, necesse est existimari q via in omnib⁹ rebus, quarum substãtiam volumus cognoscere sit eadem: quemadmodum via demonstrationis in passionibus contingentibus substãtiæ est E
eadem. quapropter necesse est hanc viam declarare.

4 Cùm demonstrauit q quærenda in hac scientia sunt principia duorũ generum, quorum vnum est scire substãtiam animæ, & aliud est scire ea, quæ contingũt substantiæ, incœpit primo demonstrare ea, pp quę est difficile scire substantiam eius: & est difficultas cognitionis viæ & regulæ, ex qua põt quis inuenire suã definitionẽ. Et dixit. Et valde est difficile, &c. idest & valde est difficile in cognitione definitionis animæ habere regulam, & viã, ex qua possum⁹ scire definitionẽ veram, i. viam inducentẽ nos ad suã definitionem perfecte. qm̃, si talem regulam habuerimus, tunc facile erit cognoscere definitionẽ animæ. Deinde incœpit demõstrare modum, pp quem difficile est inuenire talem viã, & dare dubitationes, quæ contingunt pp hanc difficultatẽ, & dixit. Qm̃ hæc perscrutatio, quia est cõis, &c. i. & causa huius difficultatis est: qm̃ hæc perscrutatio de aĩa, quæ est quærere cognitionẽ substantiæ eius, quæ est cõis ei, & oĩbus rebus, quarum substantia est quærenda, põt quis dicere q via, qua vr̃ peruenimus F
ad cognoscendũ definitiones rerũ, eadem est in quærendo cognitionem substantiæ eius, & aliarũ substantiarum omniũ rerũ quęrendarũ. Et dat rationẽ super hoc, dicẽdo, qm̃ quemadmodum via, qua fit demõstratio super passiones, quæ contingunt rebus, est eadem via in anima, & in alijs, ita est in via cognitionis substantię: vnde necesse est scire istam viam, quę sit. quod est valde difficile. Et, cùm narrauit difficultatẽ contingentẽ dicenti q ista via est eadem, qm̃ quærendum est ab eo scire illam viam, quę sit, incœpit demõstrare difficultatẽ cõtingentẽ dicẽti q ista via nõ ẽ eadẽ.

Si aũt non est vna quædam & cõis methodus de eo quodquid est, amplius difficilius ẽ negociari: oportebit enim accipere circa vnumquodq;, quis modus: cum autem manifestum fuerit vtrum demonstratio aliqua sit, aut diuisio, aut aliqua alia methodus, adhuc

A huc multas habet dubitationes & errores, ex quibus oportet quærere: alia enim aliorum principia, sicut numerorum & planorum.

SOPH. *Sin autem non vna sit & cōis methodus de ipso Quid est, longe difficilior fit pertractatio: oportebit enim inuenire in vnoquoq; , quis modus. vbi autem manifestum fuerit, vtrum sit demonstratio, vel diuisio, vel etiam alia quadam methodus, adhuc multæ sunt quæstiones & errores ex quibus oporteat quærere: alia enim aliorum principia sunt, veluti numerorum & planorum.*

Si autem ista via non fuerit eadem, & cōis tunc erit magis difficile illud, quod quæsitum est. necessariam enim erit inuenire aliquam viam in vnaquaq; rerum, & scire illam viam, quæ sit. Et, si fuerit declaratum vtrum sit demōstratio, aut diuisio, aut alia via, post remanebunt plures dubitationes in eis, ex quibus debemus B quærere. principia enim rerum diuersarū sunt diuersa, verbi gratia principia numerorum, & superficierum.

5 Intendit, & si hæc via, qua imus in inueniendo definitiones rerū, & cognoscendo substantias earū, non fuit eadem, & cōis omnibus rebus, quarum definitiones sunt quærendæ, sed plures vna, tunc illud, quod quæsitū est de cognitione substantiæ aīæ, magis erit difficile. necessariū est enim tunc scire primitus in vnaquaq; rerū, quarū definitio est cognoscenda per aliquam viam propriam illis rebus, quarū substantiæ sunt cognoscendæ. Et, cùm fuerit declaratū à nobis illam viā esse, & esse vnam, tunc necessarium est nobis post scire illā viam, quæ sit: vtrum demonstratio, vt dicebat Hippocrates: aut diuisio, vt Plato dixit: aut alia via, vt via cōpositionis, quā Aristo. dedit in Posterioribus. &, cùm hoc fuerit declaratum, remanebunt post multæ dubitationes, & loca erroris in reb⁹, ex quibus, opꝫ quærere cognitionē definitionū rerum. necesse est enim cum cognitione istius viæ scire pricipia ꝓpria cuilibet generi generū speculādorū. Principia enim rerū diuersarū genere sunt diuersa. vnde cognitio isti⁹ viæ nō C sufficit in scire defiōnes rerū, nisi scita fuerint principia propria illis rebus ꝓprijs. *nā defiōnes nō cōponunt nisi ex principijs proprijs, q̄ sunt in re.

De mō venādi definitionē triplex fuit opinio. Pro opiōne Aristo. vide ēt 6. Met. cō. 1. Principia rerū diuersarū generē sunt diuersa. qđ quō sit intelligēdū. vide 12. Meta. cō. 22.

Primum autem fortassis necessarium est diuidere in quo generum, & quid sit. Dico autem vtrum hoc aliquid & substātia, aut qualitas, aut quantitas, aut etiam quoddam aliud diuisorum prædicamentorum: adhuc autem vtrum eorum quæ sunt in potētia, aut magis entelechia quædam, differt enim non aliquid parum.

SOPH. *Principio fortè necessarium fuerit explicare, quo in genere sit, & quid sit: vtrum inquam hoc aliquid & substantia, an quale aut quantum, an ēt aliud quidpiam de expositis prædicamētis. adhæc, vtrū eorū quæ in potētia sunt, an potius entelechia quædā: interest enim non parū.*

*Defiōnes non cōponunt nisi ex principijs q̄ sūt in re. vide confirē. 1. Phy. & 2. Phy. vtrobiq; 28. c.

Et dignũ eſt & rectum vt primo determinemus in quo genere exiſtit,& quid eſt, ſcilicet vtrum ſit hoc & ſubſtantia, aut quale, aut quantum,aut aliud prædicamentorum, quæ ſunt determinata à nobis.Et amplius,vtrum ſit ens in potentia,aut eſt dignior vt ſit aliqua endelechia:qm̄ hæc duo non parum differunt. D

6 Cum demonſtrauit difficultatē contingentem ei,qui voluerit definire animam,incœpit demonſtrare ea,quæ primo perſcrutãda ſunt ab eo,qui voluerit ſcire definitionem ſuam perfectam veram. Et dixit. Et dignũ eſt,&c.ideſt neceſſarium eſt volenti ſcire definitionem ſuam ſcire primo in quo genere decem generum continetur,vtrũ in ſubſtantia,aut in qualitate,aut in quantitate,aut in alijs. Deinde, cùm ſciuerit genus, in quo collocatur,neceſſe eſt ei ſcire vtrum ſit in illo genere ſm̄ potētiam : aut ſit in eo ſm̄ ꝙ eſt endelechia,ſ.in actu. Differētia enim inter hæc duo eſt magna,ſ.opinari ꝙ eſt in aliquo prædicamentorum,ſi non erit determinatũ hac determinatione. *potentia enim & actus ſunt dñiæ, quæ contingunt omnibus prædicamentis:& ſunt valde oppoſitæ. E

* Potentia & act⁹ sũt dñiæ valde oppoſitæ, cõungētes oīb⁹ p̄dicamētis. Idē 12. Met.c. c.2. & cō. 26. & 8. Met.15. 7. met. c.31. & 5. Phy. cō. 9.& 5. meta. 14.

Conſiderandum autem & ſi partibilis ſit, aut impartibilis. & vtrum ſit ſimilis ſpeciei omnis anima,aut non. ſi autem non ſit ſimilis ſpeciei,vtrum ſpecie differant aut genere. Nunc quidē enim dicentes & quærētes de anima, de humana videnť ſolũ intēdere.

SOPH. *Conſiderandum etiam nūm partibilis,an impartibilis ſit. & vtrũ eiuſdem ſpeciei omnis ſit anima,an non. ſi vero non eiuſdē ſpeciei, vtrũ ſpecie differant an genere. Iam enim qui de anima diſputant, & quærunt, de humana ſola videntur conſiderare.*

Amplius autem conſyderandum eſt vtrum ſit diuiſibilis, aut non:& vtrum omnes animæ vniuocentur in ſpecie,aut non.Et,ſi non conueniunt,vtrum differant in ſpecie,aut in genere.nos autē inuenimus omnes loquentes,& perſcrutantes de anima ꝙ non videntur conſyderare niſi tantum de anima hominis. F

7 Cùm incœpit numerare qõnes perſcrutandas ab eo, qui vult conſyderare de anima,& demonſtrauit primo ꝙ ſubſtantia eius eſt quærenda,incœpit ēt dicere quid eſt quærendum poſt hoc,& dixit. Amplius conſyderandum eſt vtrum ſit diuiſibilis,i.ſm̄ ſubiectum,aut non diuiſibilis per diuiſionem eius.Plato enim dicebat ꝙ virtus intelligibilis eſt in cerebro, & concupiſcibilis in corde,& naturalis,ſ.nutritiua in hepate. Ariſto.aũt opinať eas eſſe vnam ſubiecto,& plures ſm̄ virtutes. D.d. & vtrum oēs animæ,&c.ideſt,& conſyderandum eſt poſt vtrum aīa eſt eadem in ſpecie in omnibus animatis, verbi gratia anima hominis,& equi:aut ſunt diuerſę. D.d. Et,ſi non conueniunt,&c.ideſt & conſyderãdum eſt, ſi apparuerit ꝙ ſint diuerſæ in ſpecie, vtrum illa diuerſitas ſit in ſpecie tantum,& tñ cōueniunt in genere:aut illa diuerſitas ſit in vtroque. dimittere enim hanc perſcrutationem eſt cauſa, pp quam Antiqui non conſyderauerunt niſi tantũ

Plato poſuit virtutē rōnalē i cerebro, cõcupiſcibilē in corde,& nālē in hepate: ſed Ariſt. opinať ꝙ ſunt idem ſubto, & plures ſm̄ virtutes.

Idē q̃ cō. 71 & 74. cō ſup pric cãucoꝝ d opinione Ariſt.vide ēt infra in hoc 1. cō. 89. & 90. & 92. & 93.

A tantũ de anima hoīs: existimando q̄ consyderatio de hoc sit cõsyderatio de aīa simpl'r. Et hoc esset verum, si aię essent eędē in specie: modo aũt, quia sunt diuersę, necesse est consyderare si conueniant in genere: q̄m tũc debemus solicitari primo circa definitionē illius generis, deīde post circa ea, quæ appropriantur vnicuiq; animæ: sicut fecit Aristo. & indifferenter siue illud genus fuerit prædicatum vniuoce, aut sm̄ prius, & posterius: sicut est in definitione, quam post inducet de anima.

Formidandum aũt quatenus nõ lateat vtrum vna ratio ipsius est, sicut animalis: aut sm̄ vnũquodq; altera, vt equi, canis, hominis, dei. quod animal autem vl'e, aut nihil est, aut posterius: similiter autem & si aliquod commune aliud prædicetur.

P H. *Cæterũ cauendũ est ne nos lateat, vtrũ eius vna sit ratio, vt aīalis: an in vnoquoq; diuersa: vt æqui, canis, hoīs, Dei. Aīal aũt vniuersale, aut nihil est, aut posterius. similiter ēt si aliud quippiam cõe p̄dicetur.*

B Et oportet nos præseruare ne ignoremus vtrum definitio eius sit eadē, vt definitio viui: aut sit alia in quolibet, verbi gratia definitio equi, & canis, & hoīs, & dei. Viuum aũt vl'e, aut nihil est, aut est postremum. sil'r etiã & si est hic aliud, de quo prædicat̄ vl'e.

8 Cùm narrauit q̄ necesse est dñm huius artis ponere suam consyderationem in aīa vniuersali, incœpit demonstrare q̄, cùm quæsiuerit definitionem aīæ vl'is, oportet non ignorare vtrum illa definitio sit de numero definitionũ generum, aut de numero definitionũ specierum, sicut ignorauerũt Antiqui. Et dixit. Et oportet nos præseruare, cùm quæsiuerim⁹ eandem definitionem vl'em ei, ne ignoremus vtrũ vniuersalitas illius definitionis in oībus animalibus sit sicut vniuersalitas animalis in oīb⁹ suis speciebus: aut sicut vniuersalitas definitionis hoīs, & definitionis equi in omnibus suis indiuiduis. q̄m, cùm hoc fuerit cõsyderatum, non cõtinget nobis, cùm locuti fuerimus de aīa hominis, vt existimemus nos loqui de omni anima: sicut contingit Platoni. D.d. Viuum autem vniuersale, &c.

C Demonstratur per hoc q̄ ipse non opinatur q̄ definitiones generũ, & specierum sint definitiones rerum vniuersalium existentium extra animã: sed sunt definitiones rerũ particularium extra intellectũ: sed intellectus ē, qui facit in eis vniuersalitatem. Et quasi dicit & non attribuitur esse definitionum speciebus & generibus, ita q̄ illæ res vl'es sint existentes extra intellectum. viuum enim vl'e, aut nihil est oīno, aut esse ei⁹ est posterius ab esse rerum sensibilium: si est aliquid vl'e ens per se. Et dixit hoc, quia apparet hic q̄ definitiones sunt de istis rebus sensibilibus existentibus extra intellectum: & tunc aut non sunt res vl'es existētes per se, vt Plato dicebat: aut, si sunt, esse earum non est necessarium in intelligendo substantias rerum sensibiliũ. & quasi dicit q̄ non curat in hoc loco quomodocunq; sit, cùm apparet q̄ istę definitiones nõ sunt nisi in reb⁹ particularibus existētibus extra aīam: sed q̄d apparet hic, est q̄ aut nõ sunt oīno, aut si sunt, postremum sunt, i. sunt posteriores à rebus sensibilibus. q̄m, si præcederent

Docum. Arist. non opinat̄ q̄ defiõnes generũ, & spēꝝ sunt defiõnes reꝝ vl'um existentiũ extra animã: sed intel's ē q̄ facit vl'itatē in eis. vide 12. met. c. 4. 27. & 2. hui⁹ cõ. & 3. hui⁹. c. 18. & 1. met. 6. & 26. & 27. c. & 3. meta. c. 20. & 12. meta. 14. & 28. & 7. met. 57. & 10. meta. c. 6. Vide pro hoc c. 20. 7. met.

eas, ita q̧ essent causæ earum, non possemus intelligere substantias rerum sensibilium, nisi postq̄ habuissemus fidē sui esse: sicut est dispsitio de alijs causis rerum existentibus in eis, s. forma, & materia. D

Amplius autem si nō multæ animę, sed partes, vtrum oportet prius quærere totam animam, aut partes: difficile autē & harum determinare quales aptæ natæ alteræ ad inuicem esse.

SOPH. *Præterea si non multæ sint animæ, sed partes, vtrum oporteat quærere prius totam animam an partes: Quin harum etiam quænam inter se diuersæ sint, explicare difficile est.*

Et ēt, si aīæ nō fuerint multę, sed ſm partes, vtrū est quærendū primo de aīa ſm totū, aut de partibus suis. Et quod est valde difficile ad distinguendū, est, quę earū differūt ab inuicē ſm naturam.

9 Dicit & ēt cùm declaratū fuerit q̧ aīæ non sunt plures ſm subiectū, sed ſm partes, tñ ęedē subiecto, oportet pscrutari vtrū debeamus ponere principiū cōsyderationis primo de tota aīa, deinde postea de suis partib⁹: aut primo debemus cōsiderare de partibus aīæ, anteq̄ de anima ſm totū, in eo quod est aīa. D.d. Et quod est valde difficile, &c. i. &, cū posuerimus eam esse plures ſm partes, difficile ē nobis distinguere has partes, & dare dr̄ias, quibus differūt ab inuicē. in quibusdā enim sunt manifestæ, & in qbusdā latentes: v.g. inter intell'm & imaginationē, & īter imaginationē & sensū. E

Dr̄ia inter quasdam ptes aīę ē manifesta & iter q̄sdā latens.

Et vtrum oportet quærere prius partes aut opera ipsarum, vt intelligere aut intellectum, et sensibile aut sensitiuum: sil'r aūt & in alijs. Si aūt opera prius, iterū vtiq̧ dubitabit aliqs, si obiecta horū prius quęrendū, sicut sensibile, sensitiuo: & ītelligibile, ītellectiuo.

SOPH. *Et vtrū partes oporteat quærere prius, an earū opera, ut intelligere, an intellectū, & sentire an sensitiuū: pariter ēt in alijs. Sin prius opera, rursus quærat quispiā, an earū opposita prius sint exquirenda, vt sensibile priusquàm sensitiuū, & intelligibile priusquàm intellectiuum.* F

Et vtrū pscrutandū est prius de partib⁹ aut de suis actionibus: v.g. vtrū pri⁹ de ītelligere aut de ītellectu, aut de sentire aut de sensu. et sic de sil'ib⁹. Et, si prius pscrutādū ē de actionib⁹, pōt hō dubitare vtrū ē pscrutādū de sensato añ sensū, & de ītellecto añ ītell'm.

10 Cùm incępit numerare dubitationes, quę cōtingūt in ordinatione perscrutationis de anima, & dixit prius, vtrū sit cōsiderandū de anima vl'i, aut particulari, incœpit modo quærere, cū considerauimus de partibus, vtrū sit incipiendū de eis, & post de suis actionibus, aut ecōuerso. Et dixit. Et vtrū perscrutandū est prius, &c. & eius sermo est intelligibilis p se. D.d. Et, si prius pscrutandū est de actionibus, pōt homo dubitare, &c. i. &, si declaratū fuerit q̧ oportet nos prius quęrere de actionibus, dubitabit hō in hoc vtrū debeat incipere à sensato añ sensum, & ab ītellecto ante intell'm: aut ecōtrario. Et dubitabit ī talib⁹: qa oportet nos ire de eis, q̄ sunt magis

nota

A nota apud nos, ad ea, quæ sunt latentiora apud nos. & in hoc differũt sciẽtiæ. * scientiarum enim in quibusdam ea, quæ sunt magis nota apud nos sunt præcedentia, vt in Mathematicis: & in quibusdam econtrario, vt in quibusdam, quę continentur in scientia Naturali.

*In Mathematicis ea dẽ sunt nota nobis & naturę: ecõtra in Naturalibus. Idem 1. Ph. c. 2. &. 7. Met. c6. 10. & 3. Cœ. 61. uide etiã. 2. Met. com. 16.

Videtur aũt non solum quod quid est cognoscere, vtile esse ad cognoscendum causas accidentium in substantijs: sicut in mathematicis quid rectum, & quid obliqum, & quid linea, & quid planum: ad cognoscendum quot rectis trianguli anguli sunt ęquales, sed è conuerso, accidentia conferunt magnã partem ad cognoscendum quod quid est: cum enim habeamus tradere ſm phantasiã de accidentibus, aut omnibus, aut pluribus, tunc & de substantia habebimus dicere aliquid optime: Omnis enim demonstrationis principium est quod quid est. Quare ſm quascunq; diffinitiones non cõtingit accidentia cognoscere, sed neq; de ipsis imaginari fa-
B cile, manifestum est ꝙ dialecticè dictæ sunt & vanæ omnes.

SOPH. *Videtur autem nõ solum ipsius Quid est cognitio vtilis esse ad considerandas causas eorum quæ substantijs accidunt, vt in Mathematis, quid rectum, & quid curuum, aut quid linea & planum, ad spectandum quot rectis anguli trianguli sint æquales, sed contrà etiam, accidentia magnam partem conferunt ad percipiendum ipsum Quid est. Cum enim statuere possumus ex phantasia, de accidentibus, aut omnibus, aut plurimis, tũ quoq; de substantia, aliquid asserere quàm optime poterimus: omnis enĩ demonstrationis principiũ est ipsum Quid est. Quare ex quibuscunq; definitionibus non contingit vt accidentia cognoscantur, immo ne conijcere quidem de eis est facile, perspicuũ est omnes dialecticè & inaniter esse traditas.*

11. Et videtur ꝙ hoc non solummodo est vtile, scilicet scire quid
C sit aliquid, in sciendo causas accidentium substantiarũ, verbi gratia in Mathematicis, quoniam scire quid est rectum, & curuum, & quid est linea. & quid est superficies, est vtile in cognoscẽdo angulos trianguli quot angulis rectis sunt æquales: sed etiam econuerso, scilicet ꝙ accidentia adiuuant maxime in sciendo quid est aliquid. Quoniam, cùm declarauerimus aliquid secundum viam imaginationis in omnibus accidentibus, aut in pluribus eorum, tunc dicemus etiam de substantia meliorem sermonem. nã quid est aliquid est principium omnis demonstrationis. Et quod fuerit ex definitionibus, per quod non pręparatur cognitio accidentium, neq; intelligitur aliquid ex eis facile, manifestum ꝙ nõ sunt nisi verba sine certitudine.

Cùm

11 Cùm dubitauit à quo debet incipere dominus iſtius artis, vtrum à poſterioribus ad præcedentia, aut econuerſo, incœpit notificare ꝙ vtraque via eſt communis in ſcientijs, & in vſu earum: quoniam, quamuis ſit magis famoſum ire de præcedentibus ad poſteriora, tamen aliquãdo ibitur de poſterioribus ad pręcedentia. Et dixit. Et videtur, &c. ideſt & videtur ꝙ ſola cognitio ſubſtantię rei non ſit principium cognitionis accidentiũ eius: vt contingit in Mathematicis. ſcire enim quid eſt linea, & quid eſt rectum, & quid eſt curuum, & quid eſt ſuperficies in Geometria eſt principium cognitionis angulorum trianguli, ſ. quot angulis rectis ſunt æquales: ſed etiam econuerſo, ſ. ꝙ ſcire plura poſteriora eſt principium ad ſciendum antecedentia, & ſermo eius in hoc eſt intelligibilis per ſe. Et, cùm demonſtrauit ꝙ ſcire poſteriora aliquando eſt principium ad ſciendum antecedentia, incœpit notificare ꝙ hoc non accidit omnibus accidentibus contingentibus rei, ſ. vt ſint principium cognitionis rerum antecedentiũ ſ. ſubſtantiæ, & dixit. Quoniam, cùm declarauerimus aliquid ſecundum viam, &c. ideſt & non eſt poſſibile vt tale contingat, ſ. ire à cognitione accidentium ad cognitionem ſubſtantiæ, niſi, quando accidẽtia rei fuerint cognita à nobis ſecundum viam imaginationis, i. accidentia, quæ manifeſta ſunt exiſtere in re, & quæ ſunt in loco eius, ſ. accidentia eſſentialia propinqua, aut omnia, aut plura, & quaſi dicat, & non præparatur nobis cognitio ſubſtantiæ per cognitionem accidentium, niſi cùm ſciuerimus accidentia propinqua eſſentialia, aut omnia, aut plura, tunc enim cõtinget vt inducamus meliorem definitionem ſubſtantiæ. Deinde. d. nam quid eſt aliquid eſt principium omnis demonſtrationis. & hoc reſpondet ei, à quo incœpit ſermonem, ſ. ꝙ cognitio definitionis eſt vtilis in cognitione accidentium. D. incœpit declarare ꝙ hoc contingit omni definitioni: & ꝙ omnis definitio, per quam non cognoſcuntur accidentia non dicitur definitio, niſi æquiuoce: aut quia in ea collocatur aliquid falsũ: aut quia componitur ex cauſis remotis, aut accidentalibus, & dixit. Et quod fuerit ex definitionibus, &c. i. & ſermo eius in hoc eſt manifeſtus per ſe.

D E F

4.Met.14

Oĩs definitio, p quã nõ cognoſcunt accidẽtia, non dr̃ definitio, niſi ęquuoce. vide 4.Ph. cõ. 31. & . 4. Cœ. cõ. 2. & . 2. de anima . 12. & . 26 . & 2. Cœ 40.

Dubitationem autem habent & paſsiones animę, vtrum communes ſint omnes & habentis, an ſit & aliqua animæ, propria ipſius: hoc enim accipere quidem neceſſarium eſt, non autem leue. videtur autem plurimorum nullum ſine corpore pati nec facere. vt iraſci, confidere, deſiderare, & omnino ſentire: maxime autem aſsimilatur proprio intelligere. ſi autem & hoc phãtaſia quędam, aut non ſine phantaſia, non contingit vtiq; nec hoc ſine corpore eſſe.

SOPH. *Eſt etiam de animæ paßionibus quæſtio, vtrum ſint omnes communes eius quoque quod illam habeat, an ſit aliqua etiam animæ, quæ ſit eius propria: quod ſanè ſumere neceſſarium eſt, ſed tamen non facile, videtur autem plurima neq; pati, neq; agere ſine corpore, vt iraſci, confidere,*

A *fidere, cupere, deniq; sentire. maxime autem simile proprio est intelligere. Quòd si hoc etiam phantasia quædam sit, aut non sine phantasia, ne ipsum quidem sine corpore esse posit.* al.I. maxime aût vr eē ꝓpriū intelligere

Et est dubium de passionibus animæ, vtrum omnes sint communes, & sint cum hoc ei, in quo sunt, aut quædam etiam approprientur animæ. hoc enim necessarium est scire, sed non est facile. Et nos videmus ꝙ plures earum impossibile est vt sint neq; actio neq; passio extra corpus: verbi gratia iracundia, & desyderium, & audacia, & vniuersaliter sentire. Quod autem videtur propriū ei est intelligere. Sed, si hoc etiam est imaginatio, aut non potest eē sine imaginatione, impossibile est vt sit neq; ēt hoc extra corpus.

12 Cùm numerauit ea, quæ quęrenda sunt in hac scientia, incœpit etiam dicere quoddam perutile, & ꝙ animæ est multum desyderatum: & est vtrum omnes actiones, & passiones animę non inueniantur nisi per com-
B municationem corporis, & sunt cum hoc actiones, & passiones in rebus existentibus in corpore: aut inuenitur in eis aliquid habens communicationem cum corpore, neq; indiget in actione, aut passione propria aliquo existente in corpore. manifestum est enim ꝙ plures earum habent cōicationem cum corpore: sed est dubium, sicut dicit, de intelligere. Et dixit vtrum omnes sint cōes, &c. idest vtrum omnes actiones, & passiones eius habeant cōicationem cum corpore; & sint cum hoc actiones, aut passiones in rebus existentibus in corpore. Et hoc intendebat, cùm dixit. & sint cū hoc ei, in quo sunt. i. communicantes cum corpore, & existentes in eo, ꝙ est in corpore. Et possibile est vt aliquod non cōicans corpori sit existens in rebus existentibus in corpore: & possibile est vt actio alicuius non cōicantis corpori sit non existens in aliquo eorum, quæ sunt in corpore. Et ista perscrutatio de anima est valde perutilis: & est necessaria in sciendo qualitatem abstractionis animæ. & hoc debemus ponere in directo oculorum nostrorum. Et ideo dixit, hoc enim necessarium est scire.
C Hoc autem, quod dixit, ꝙ plures passionum animę videntur habere communcationem cum corpore, & ꝙ illæ partes animæ, quæ habent illas passiones, constituuntur per corpus, vt iracūdia, & desyderium, manifestū ē per se: & maxime in passionibus attributis animæ concupiscibili, secundū ꝙ post dabimus rationem: & postea in passionibus sensus: quamuis magis lateat in eis. in primo enim instrumento sensus non apparet passio manifesta apud sentire, sicut apparet in iracundia & verecundia, & in alijs passionibus. intelligere aūt valde latet, & multam habet dubitationem. existimatum est enim ꝙ passio eius propria nullam habet communicationem cum corpore: sed, sicut dixit, si intelligere fuerit imaginari, aut habuerit communicationem cum imaginari, tunc possibile est vt sit extra corpus, idest vt sit extra aliquod existens in corpore. Et dixit hoc, quia de vnaquaq; istarum virtutum sunt, sicut diximus, duæ quæstiones.

Infra. 14.

Tertio de aīa t.c. 39

Quarum

Quarum vna est, vtrum sit possibile vt actio earum habeat communicationem cum corpore, aut non. Postea, si non habeāt communicationem cum corpore, vtrum actio earum sit per res, & in rebus communicātibus corpori, aut est de eis aliquid non communicans omnino. Et ideo dixit Quod autem videtur proprium ei est intelligere, &c.i. quod autē vr̄ esse passio, aut actio animæ sine indigentia instrumenti corporalis, est intelligere. sed, si hoc fuerit imaginatio, aut cum imaginatione, impossibile est vt illa actio sit extra aliquod habens communicationem cum corpore: quamuis intellectus nullam habeat communicationem cum eo. Et hęc est sententia eius in intellectu materiali. s. ꝙ est abstractus à corpore, & ꝙ impossibile est vt intelligat aliquid sine imaginatione. Et non intendit per hoc, hoc, quod apparet ex hoc sermone superficietenus, s. ꝙ intelligere non fit nisi cum imaginatione: tunc enim intellectus materialis erit generabilis, & corruptibilis, sicut intellexit Alex. ab eo, & sermo eius est intellectus per se: sed debet obseruare hoc, quod diximus. D

Documentum.

Occurrit tacitę obiectioni.

Si quid igitur animæ operum aut passionum proprium, continget vtiq; ipsam separari: si vero nullum est proprium, non erit vtiq; separabilis: sed sicut recto in quantum rectum, multa accidunt, vt tangere æneam sphęram secundum punctum: non tamē tanget, ab hoc separatum rectum, inseparabile enim, siquidē semper cum quodam corpore est. E

SOPH. *Ergo si operum aut paßionum animæ aliquid eius sit proprium, fieri poßit vt separetur: si uero nihil est proprium eius, non fuerit separabilis. Sed quemadmodum recto quatenus rectum, multa accidunt, vt tangere æneam sphæram puncto, non tamen tanget hoc, separatum rectum: inseparabile enim est, siquidem semper cum corpore aliquo est.*

Dicamus igitur ꝙ, si aliqua actionum, aut passionum animæ sit propria sibi, possibile est vt sit abstracta. Et, si nihil est ei proprium, impossibile est vt sit abstracta. sed ita est de hoc, sicut est de recto. quoniam, secundum ꝙ est rectum, accidūt ei plura. verbi gratia vt contingat sphæram cupri in vno puncto: sed tamen rectitudo impossibile est vt sit abstracta per se, cùm semper sit cū aliquo corpore. F

13 Cùm demonstrauit ꝙ quærendum est prius vtrum aliqua actionum, aut passionum animæ sit extra corpus: &, si fuerit, vtrum est cum eo, ꝙ est extra corpus, & extra omne existens in corpore: incœpit demonstrare hic ꝙ, si fuerit aliqua passio animæ propria, i. sine corpore, possibile est vt sit abstracta, ita ꝙ illa passio, aut actio non sit in rebus existentibus in corpopore. &, si non habuerit aliquam actionem propriam, impossibile est vt sit abstracta: cùm actio eius sit in rebus existentibus in corpore. Et dixit. Dicámus igitur, &c. idest ꝙ, si aliqua actionum, & passionum animæ nō indiget instrumento corporali, possibile est vt illa actio, aut passio sit abstracta.

A ſtracta. quoniam, ſi non eſt in rebus exiſtentibus in corpore, neceſſe eſt vt ſit abſtracta. &, ſi eſt in rebus exiſtentibus in corpore, neceſſe eſt vt ſit nõ abſtracta. Verbi gratia quòd, ſi intelligere fuerit ſine inſtrumento corporali, & non fuerit exiſtens in rebus exiſtentibus in corpore, verbi gratia vt eſt intelligere intentiones imaginabiles, neceſſe eſt vt ſit actio ſempiterna, & abſtracta. &: ſi impoſſibile eſt vt ſit ſine imaginatione, tunc actio eius erit non abſtracta à corpore: quamuis intellectus ſit abſtractus ab eo. Et eſt manifeſtum, ſicut dicit Themiſtius, q̃ propoſitiones hypotheticæ continuatiuæ, in quibus eſt conſequens poſſibile eſſe cum antecedente, neceſſe eſt ſemper vt deſtruamus antecedens, & concludamus oppoſitum conſequentis, econtrario diſpoſitioni propoſitionum, quarum conſequens ſequitur antecedens neceſſario. & ideo nullum impoſſibile cõtingit Ariſt. inquantum deſtruxit antecedens. v. g. q̃, ſi hoc viſibile eſt animal, poſſibile eſt vt ſit homo: ſed non eſt animal: ergo impoſſibile eſt vt ſit homo. Deinde d. ſed ita eſt de hoc, ſicut eſt de recto. i. ſi anima. nõ habuerit actionem propriam, tunc paſſiones, quæ attribuuntur ei, erunt ſicut plures res, quæ attribuuntur rebus exiſtentibus in materia, inquantũ cõtingit eis quòd ſint in materia, non inquantum ſunt abſtractæ à materia. v. g. contactus verus, quem habet linea cum ſphæra. hoc enim inuenitur extra animam, inquantum linea eſt in corpore, & figura ſphærica in corpore. verbi gratia inquantum linea eſt in ligno, & ſphæricum in cupro, impoſſibile eſt enim vt contangat linea ſphæram, inquantum vtraq; earũ eſt abſtracta à materia, niſi contactus ſit mathematic⁹ nõ naturalis.

Docum̃ ex Themiſtio.

De hoc vide. 5. Ph. cõ. 22. & 30. & 1. cœli 32. & 3. Met. cõ. 8. & 1. de generat. 44.

B

Videntur autem & animæ paſſiones omnes cum corpore eſſe: ira, manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia, adhuc gaudiũ, & amare, & odire, ſimul enim his patitur aliquid corpus. Indicat autem hoc, aliquando a duris quidem & manifeſtis paſſionibus concidentibus, nihil exacerbari aut timere, aliquando autem et paruis & debilibus moueri, cum accendatur corpus, & ſi ſic ſe habeat ſicut cum iraſcitur. adhuc aũt magis hoc manifeſtum: nullo enim terribili imminente, in paſſionibus fiunt his alicuius timentis, ſi autem ſic ſe habet, manifeſtum quoniam paſſiones rationes in materia ſunt.

C

SOPH. *Videntur etiam animæ paſſiones omnes eſſe cum corpore: ira, manſuetudo, metus, miſericordia, fiducia, ad hæc, gaudium, & amare, & odiſſe: nam vnà cum his patitur aliquid corpus: quod ex eo indicatur, quòd interdum cum graues, ac non obſcuri caſus accidunt, nihil irritamur, aut timemus: interdum verò vel ab exiguis & obſcuris commouemur, cum turget corpus, & perinde affectum eſt, atque cum iraſcitur: quod hinc etiam longe manifeſtius eſt: nulla enim re terribili accidente, in paſsionibus ſumus eius qui timet. quod ſi ita eſt, conſtat ẽt*

paſſiones

passiones rationes esse materiales. D

Et videtur etiam q; omnes passiones animæ sint in corpore, vt iracundia, & gratia, & timor, & pietas, & audacia, & gaudium, & tristitia, & odium, & amor. corpus enim patitur cum istis. Et signum eius est, quoniam forte fiunt passiones fortes, & apparẽtes, & non accidit ex eis homini, neq; iracundia, neq; timor: & forte passiones paruę, & debiles mouebunt ipsum, quando corpus fuerit paratum. Et magis manifestum est q; videmus q; quidam homines sunt valde timorosi, quamuis nihil timoris accidat eis. vnde manifestũ est q; passiones animæ sunt intentiones in materia.

14 Cùm narrauit q; plures passiones, & actiones animæ videntur habere communicationem cum corpore, incœpit hic notificare genus, in quo apparet hoc manifeste, & dixit. Et videtur etiam q; omnes, &c & intendit p passiones animæ dispositiones attributas virtuti concupiscibili. Deinde d. corpus enim patitur cum istis. i. apparet in eo alteratio, & trãsmutatio. E omnis enim passio, facta cum alteratione, & transmutatione: est in corpore necessario, aut virtutis in corpore. &, cùm hæc propositio fuit vera: & etiam q; omnia accidentia animæ concupiscibilis fiunt cum transmutatione: cõcludetur necessario q; hæc anima aut est corpus, aut virtus in corpore. Sed, quia propositio maior est manifesta, minor vero latet aliquãtulum, cùm sit possibile, vt accidant passiones, ex quibus corpus non patitur apud sensum, incœpit declarare hoc alio modo, & dixit. Et signum ei⁹ est, quoniam forte, &c. i. & signum, q; ista vtitur corpore, quasi instrumẽto, & q; corpus patit' ab eis. &, si non patitur apud sensum est, quoniam actio eius differt secũdum diuersitatem dispositionum corporis. accidunt enim homini multa, quæ innata sunt mouere motu forti: & non mouẽt ipsum nisi debiliter. Verbi gratia quod accidit homini aliquod timorosum, aut aliquid prouocãs iram & non mouetur ab eis nisi modicum aut econuerso qñ corpus fuerit paratum, sicut dixit: & fuerit ira paratũ sicut est iracus. iratus enim mouebitur facile valde ex re modica prouocante iram. Et magis manifestum est, sicut dicit, quia nos videmus multos homines timere sine aliquo timoroso. & omnia ista significant q; ista actio non fit absq; corpore. Deinde. d. manifestum est q; passiones, &c. i. manifestum est igitur q; formæ, prouenientes in ista anima apud passionem & motum, sunt formæ in materia. F

Oís passio facta cum altrřatiõe & trãsmutatiõe est ĩ corpore necessario Idẽ. 2. de Aĩa. 57. & 3. de Aĩa. 18.

Quare termini tales, vt irasci, motus quidam talis corporis, aut partis, aut potentię, ab hoc, gratia huius: & propter hæc iam physici est considerare de anima aut omni aut huiusmodi.

SUPH. *Quare definitiones quoq; tales. Verbi causa irasci, motus quidã est talis corporis, aut partis, aut potentiæ, ab hoc, gratia huius. Quam demum ob rem ad naturalem spectat considerare de ãia, vel oĩ, vel tali.*

Quapropter definitiones debent esse ita. quoniam ira est motus

A tus alicuius partis istius corporis, aut alicuius virtutis eius, à tali, & propter tale. Et ideo consyderatio de anima, aut de omni, aut de hac, est Naturalis.

15 Dicit. &, cùm declaratum fuerit ꝙ istæ passiones sunt formæ materiales, necesse est vt in definitionibus earum appareat materia, & motus, qua sequuntur istæ formæ: & est motus materialis, ita ꝙ corpus accipiendum est in definitione istius motus. verbi gratia quoniam ira est motus alicuius partis corporis. Et, cũ in definitionibus istarum virtutum appareat materia, manifestum est ꝙ consyderatio de anima est naturalis, aut de oĩ anima, si omnis anima est talis: aut de animabus, quæ declarãtur esse materiales. & hoc intẽdebat cũ dixit. Et iõ cõsyderatio de aĩa est Naturalis.

Differenter definire Naturalem: ac Dialecticum. Cap. 2.

B DIfferenter aũt diffiniet Physicus & Dialecticus vnũquoꝗ; ipsorum, vt iram, quid est. hic quidem. n. appetitũ recõtristationis: aut aliquid hmõi: Ille autem feruorẽ sanguinis, aut calidi circa cor. Horum autem alius quidem assignat materiam: alius vero speciem & rationem. Ratio quidem enim hæc, species rei. necesse est autẽ hanc esse in materia huiusmodi, si erit. Sicut domus, ratio quidem quędam talis: quia cooperimentum prohibens corruptiones, à uentis, imbribus, & caumatibus. hæc autem dicit lapides, & lateres, & ligna. alia vero in his speciem ꝓpter ista. quæ igitur naturalis harum? vtrum quę circa materiam, rationem autem ignorans: aut quę circa rationem solum: aut magis quæ est ex vtrisq;? Illorum autem iam quis vterq;?

ↄ P H. *Diuerso tamẽ modo definiat Naturalis & Dialecticus eorum vnũ quodq;: veluti ira quid est. alter enim appetitum mutui doloris afferẽ*
C *di, vel aliquid eiusmodi: alter feruorem sanguinis cordi suffusi, aut calidi: Horum autem, alter materiam describit: alter speciem & ratio*
l. altera m rō ē ra rei. *nem. Hæc enim est ratio rei, quã necesse est in tali materia esse, si erit. Veluti domus ratio huiusmodi esset. integumentum ad arcenda incommoda, quæ à ventis & imbribus & æstibus inferri solent: ãlia dicit,* alius.
is inter tanta- ꝓ ad ar cẽ refe- nõ ad initio- n. *lapides & lateres & ligna: ãlia formam in his, gratia horum: Quæ igitur earum naturalis est? Vtrum quæ circa materiam versatur, rationem autem ignorat: an quæ circa rationem tantum: an potius quæ ex vtrisq;? Iam vero quæ nam est vtraq; earum?* alius. Quis.

Et differt, illud, quo Naturalis definit vnũquodꝗ; istorum, ab eo, eo, quod definit Sermocinalis. Verbi gratia quid est ira. Sermocinalis enim dicit, ira est appetitus in vindictam: & sic de similibus. Naturalis autem dicit ꝙ est ebullitio sanguinis, aut caloris in corde

corde. Naturalis igitur dat materiam, Sermocinalis autem dat formam, & intentionem. Intentio enim alicuius est hoc. & necesse est vt hoc sit in materia. Verbi gratia domus: aliquis enim dat intentionem, dicendo ꝙ est cooperimentum prohibens ab imbribus, & pluuijs, & frigore, & calore: alius autem dicit ꝙ est ex lapidib⁹, & lateribus, & lignis: alius vero dat formam existentem in hoc ꝓpter ista. Secundum igitur quòd dictum istorum est Naturalis? qui intendebat materiam, & ignorabat intentionem, aut qui intēdebat solum intentionem? aut melius est dicere vt sit ille, q̄ cōgregabat vtrunq;. vtrunq; igitur illorum cui attribuetur? D

16 Cùm demonstrauit ꝙ in definitionibus istarum virtutum debet accipere materiam, & formam, incœpit dubitare ſm consuetudinem, quæ est apud naturales, & eos, qui absolute consyderant, s. Disputatores. Naturales enim differunt à Disputatoribus in modo definiendi. Disputatores. n. dant definitiones ſm formam tantum, dicendo ꝙ ira est appetitus in vindictam: Naturales vero ſm materiā dicēdo ꝙ est ebullitio caloris, & sanguinis in corde. Deinde dicit. Intentio enim alicuius est hoc. i. vt mihi videtur, intētio enim alicuius, ſm ꝙ ē ens, ē hoc. Deinde d. & necesse est vt hoc sit in materia, &c. idest necesse est vt illa intentio . ſm ꝙ est hoc existat in mā, quæ habeat talem dispōnem, s. quæ sit hoc etiam, & sit per aliquam intentionem existentem in ea: quapropter fuit digna, vt illa res existeret in ea, non in alia. Et innuit per hunc sermonem. q̄m, sicut necesse est vt intētio existat in materia, ſm ꝙ est hoc, ita necesse est vt sit modus acceptionis eius in definitione. & si nō, erit intētio alio modo ab eo, quā est. *qui enim accipit materiam in definitione, & dimittit formam, dimute accipit: qui aūt accipit formam, & dimittit materiā, existimatur quòd dimittit aliquid non necessarium. sed non est ita: q̄m forma debet accipi in definitionibus secundum dispositiones, in quibus existit, & residuus sermo est manifestus. E F

Naturalis definit p materiam vide. 2. ph. 18. 19. & 92. &. 8. Ph. 52. & 7. Met. 34 35. 39. 55. &. 37. Idē in hoc. 1. 51. 52. & 53

Documētum.

*Qui accipit materiā in definitione, & dimittit formā, diminute accipit: q āt accipit formā, & dimittit materiā, vr̄ dimittere aliquod nō necessarium. sed nō est ita. Vide. 7. Me. 34. vide supra q̄ notaui ī hoc cō.

Aut non est aliquis qui circa passiones materiæ non separabiles. sed physicus circa omnes quæcunq; huius corporis & huius materiæ opera & passiones sunt. Circa quascunq; autem non inquantum huiusmodi, alius: vt de quibusdam quidem artifex est, si contingat, vt instructor, aut medicus. non separabilium, autem In quantū aūt non talis corporis passiones, sed ex sequestratione, mathematicus: ſm aūt ꝙ oīno separatæ, primus philosophus.

An non est aliquis qui versetur in passionibus materiæ non separabilibus, vt non separabiles sunt: sed naturalis in ijs omnibus, quæ talis corporis & talis materiæ opera & passiones sunt: quæ vero non quatenus talia sunt, alius considerat. atq; de nonnullis quidem artifex, si fors ita tulerit, faber vel medicus: de ijs autem quæ non separabilia quidē sunt,

al. l. quæ vero non sunt talia.

A *sunt, sed quatenus non talis corporis passiones, & ex abstractione, mathematicus: vt vero separata sunt, primus philosophus.*

Dicamus igitur quod ille, qui intendit cōsyderare de passionibus materiæ, non abstractis ab ea, secundum quod sunt non abstractę est Naturalis. Nullus enim est nisi Naturalis, consyderans in omnibus actionibus istius corporis, & istius materiæ, & passionib9. Quod autem non est ita, consyderandum est ab alio. quorum quędam debet intendere artifex, vt Carpentarius, & Medicus. Ea autem, quæ sunt non abstracta in rei veritate, sed sunt passiones corporis, & secundum abstractionem intendit Mathematicus: ea autem, quæ sunt abstracta in rei veritate, intēdit prim9 philosoph9.

17 Cùm dubitauit de definitionibus, incœpit demonstrare hic, quæ artes vtuntur in definitionibus forma, & materia, & quæ solummodo forma.

B Et dixit quod ille, qui intendit consyderare de passionibus materiæ non abstractis ab ea, secundum quod sunt, &c. i. ille, qui intendit consyderare de formis consequentibus passiones materiæ non abstractas à materia secundum quod sunt non abstractæ, est Naturalis, qui consyderat in omnibus passionibus corporis, & in natura istius materiæ, & in passionibus eius: Deinde d. Quod autē non est ita, &c. idest quod autem accidit ex istis formis, & passionibus, nō est per naturam, sed per voluntatem, consyderandum est ab artificibus Mechanicis, vt Carpentario & Medico. Deinde. d. Ea autem, quæ sunt non abstracta, &c. i. accidentia autem non abstracta à corpore, & consequentia ipsum, non in eo quod est transmutabile, sed in eo quod est corpus tantum, & magnitudo: & sunt ea, quę intellectus intelligit secundum abstractionem à materia, licet in rei veritate non separentur, consyderāda sunt à Mathematicis. De formis aūt, quæ sunt abstractæ in rei veritate, i. secundum esse & intellectum, consyderat primus Philosophus. vide. 2. ph. 16. 18. 20. de materia sensibili. & 7. Me. 34. 35 Idē. 2. Ph. 26. & 71. 6. Me. 2.

Sed redeundum est vnde sermo. dicebamus autem quod passiones animæ non separabiles à physica materia animalium inquantum tales existunt furor & timor: & non sicut linea & planum.

C

PH. *Sed eò reuertendum est, vnde digressa est oratio. dicebamus autem, passiones animæ inseparabiles esse a naturali materia animalium ut tales sunt. vt ira, vt timor: Et non vt linea & planum.* al. l. siquidem talia sunt ira & timor.

Sed reuertendum est ad nostrum sermonem, in quo loquebamur quod passiones animæ non sunt separatæ à materia naturali: & ea, quæ sunt talia in rei veritate, sunt ira, & timor: non sicut linea, & superficies.

18 Idest, &, quia hoc est magis proprium Logico, reuertamur ad illud, de quo loquebamur: s. quod passiones animæ. s. concupiscibilis, non sunt abstractæ à corpore, neq; in definitione, neq; in esse. v. g. ira, & timor, quæ non sunt abstractæ, neq; in definitione, neq; in esse, sicut linea, & superficies. Vide .p. il lo cō. 16. 2. Ph.

SVMMA SECVNDA. D

De antiquorum opinionibus circa Animæ essentiam.

NTendentes autem de anima, necesse est simul dubitantes de quibus abundare oportet, pertranseuntes priorum opiniones comprehendere, quicunque de ipsa aliquid enuntiarunt: vt bene quidem dicta accipiamus, si vero aliquid non bene, hoc vereamur. Principium autem quæstionis, apponere quæ maxime videntur ipsi inesse secundum naturam. Animatum igitur ab inanimato in duobus maxime differre videtur, motu & sensu. Accepimus autem & à progenitoribus fere hæc duo de anima.

SOPH. Σπορεῖν & πορεῖν

Considerantes autem de anima, necesse est prius quasi in inopia simus, dum de ijs dubitamus quorum copiam habituri sumus, atque in orationis progressu opiniones etiam priscorum adhibeamus, quicunque de ea aliquid enuntiarunt, vt quæ quidem recte dicta sunt, sumamus, si quid vero non recte, id vitemus. Principium autē huius inquisitionis erit, ea prius ponere quæ maxime ei videntur inesse secūdum naturam. Animatum igitur ab inanimato duobus potissimum differre videtur, motu & sensu. Accepimus etiam à superioris ætatis philosophis hæc duo fere de Anima. E

Et necesse est nobis in quærendo de anima prædicere opiniones Antiquorum: & iuuabimur per eas, & retinebimus illud, quod dictum est vere, & secundum quod oportet: & vitabimus illud, quod dictum est, & secundum quod nō oportet. Et debemus prædicere etiam ea, quæ reputantur proprie esse naturalia: & hoc ponemus principium, dicendo quod habens animam videtur differre ab inanimato his duobus proprie, s. motu, & sensu. Et hæc duo accepimus ab Antiquis de anima. F

19 Cùm declaratum est in Posterioribus quod consyderatio ducens ad certitudinem perfectam in rebus quæsitis in vnoquoque generum non fit nisi consyderando in principijs proprijs illi generi, incœpit demonstrare quod necesse est consyderare de anima hoc modo principiorum, & dixit. Et debemus prædicere, in quærendo de anima, propositiones, & principia, quæ videntur esse propria animæ, secundum quod est anima: & illas propositiones ponamus principium consyderationis. Et notificauit quod ea, quæ habent de anima talem dispositionem, sunt duo, sensus, s. & motus. animatum enim non differt ab inanimato, nisi sensu, & motu locali. & dixit quod habens animam &c. Et intendit hic per videtur certitudinem: quoniā ipse vtitur talibus verbis loco certitudinis in locis, in quibus certitudo est famosa. & residuus sermo est manifestus.

Aĩatū differt ab inanimato sẽsu. 2. a. 16. & motu locali. 2. de a. 14. quãq; vtit philosophus vide pro certo esse.

Dicunt

A Dicunt enim quidam & maxime primo eẽ animam id quod est mouens: existimantes autem quòd non mouetur ipsum, non contingere mouere alterum, eorum quæ mouentur, animam sic arbitrati sunt esse. vnde Democritus quidem ignem quendam & calorem esse dicit ipsam: Infinitis igitur existentibus figuris & atomis: quæ sunt speciei rotundę, ignem & animam dicit. vt in aere mota, quæ vocantur decisiones, quæ videntur per portas in radijs. quarum omne semen elementa dicit Democritus totius naturę: Similiter autem & Leucippus: horum autem sphærica, animã, propter id quod maxime possunt penetrare per omne huiusmodi figuræ, & mouere reliqua cum moueantur & ipsa, arbitrantes animam esse efficiens in animalibus motum.

OPH. *Dicunt enim nonnulli & maximè & primo, animam esse id quod*
B *mouet, existimantes autem quod ipsum non mouetur, non posse mouere aliud, aliquid eorum quæ mouentur, animam esse arbitrati sunt. Quapropter Democritus ignem quendam & calidum eam esse dicit. Cum enim infinitæ sint figuræ & atomi, eas quæ rotundæ sunt, ignem et animam esse asserit, vt in aere, ea quæ vocantur ramenta, quæ cerni solẽt in radijs, qui per fenestras introeunt: quarum omnium farraginem, elementa esse ait totius naturæ: Pariter etiam Leucippus. horum autem quæ rotunda sunt esse animam, eò quòd maxime tales figuræ quóuis penetrare possunt, & mouere reliqua, cum etiam ipsæ moueantur. existimantes animam esse id quod præbet animalibus motum.*

Quidam enim eorum dicunt quod illud, quod est proprie, &
C per prius animæ, est mouere. &, quia existimabant quod omne non motum non potest mouere aliud, existimauerunt animam esse aliquod motum. Vnde Democritus dixit ipsam esse ignem, aut calidum. dixit enim ipsam esse ex corporibus, & figuris indiuisibilibus infinitis: & ea, quæ sunt sphęrica ex eis, sunt ignis, & anima verbi gratia. & similia his sunt corpora existentia in aere: quę dicuntur atomi: quæ sunt in radijs Solis ingredientibus per foramina. & dicit quod per congregationem fundamentorum in eis sunt elementa omnium naturalium. Et similiter Leucippus. Et ꝙ est sphæricum ex istis est anima: quia tales figuræ sunt possibiles transire in rem secundum totum, & mouent omnia, quę mouẽtur etiam: quoniam existimant ꝙ anima dat animalibus motum.

20 Cùm notificauit ꝙ Antiqui non consyderant de anima, nisi per motũ aut sensum, aut per vtrunq;, incœpit primo numerare sententias hominũ consyderantium de anima per motum, & dicit. Quidam enim eorũ, &c.

idest,&,cùm quidam opinabâtur ꝙ illud,quod appropriatur animæ primo,est quia mouet aliud,& opinabant ꝙ illud,ꝙ mouet aliud,debet moueri,existimauerūt ꝙ aīa est aliqđ motum semp. D.d.Democritus dixit ipsam esse ignē,aut calidum.i.ignem,aut igneū. D.d.dixit.n.ipsam esse ex corporibus,& figuris,&c.i.opinabatur.n.quia mouet aliud, & mouet, ipsam eē ex corporibus indiuisibilibus habētibus figuras infinitas: & ꝙ ex istis est solūmodo & sphæricis.&,quia sphęrica sunt ignis,aut igneū,credebat ꝙ sphęrica eorū,aut sunt ignis,aut aīa. D.d.exempla horum corporum apud Demo.& d.similia his sunt corpora existētia in aere.i.& ista corpora apud eum sunt similia atomis,qui apparent moueri in radijs solis.Et,cùm notificauit ꝙ Democ.opinabat aīam esse ex corporibus indiuisibilibus,quæ apud ipsum assimilant atomis,notificauit quę partes sunt de quibus opinat Demo.aīam fieri ex eis,& qūo opinant ea esse elemēta aliorum compositorum, & dicit ꝙ per congregationē fundamētorū,&c, i.& hæc corpora sunt,de quibus Demo.dicit ꝙ per congregationē fundamentorū in eis adaptat,vt ex eis cōponant diuersa entia,quāuis sint eiusdem naturæ.Et intendit per fundamēta diuersitatem eorū in figura,& in situ,& in ordine.diuersitas.n.partium in his tribus est cū diuersitate compositorū ex eis:sicut scripturæ diuersant pp diuersitatem lrarum in his tribus. Et,cùm narrauit ꝙ ipsi opinabâtur aīam esse ignem,aut aliquod igneū,quia opinabâtur aīam eē sphæricā,& ignē esse sphęricū,d.rōnem, pp quā opinabant aīam esse sphæricā,& dicit, Et ꝙ est sphæricum ex istis est aīa,&c.i.& Demo.& Leucip.non opinabant ꝙ sphęrica ex corporib' indiuisibilibus sunt anima,nisi quia opinabâtur ꝙ talia corpora sunt ea, quæ possibilia sunt pertransire per alia,& mouere ipsa:quamuis ipsa moueantur semper,& hæc est dispositio, quam existimabant esse propriam animæ,s.quoniam mouet corpus,& mouetur semper. D E

Vnde & viuendi terminum esse respirationem.Constringente enim eo ꝙ corpora continet,& extrudente figuras præbentes animalibus motum,ex eo quod non est ipsas quiescere nullatenus,auxilium fieri de foris,ingredientibus alijs huiusmodi in respirādo. F prohibere enim has, & quæ insunt animalibus disgregari,simul prohibentem constringens & comprimens, & viuere autem quā diu possunt hoc facere.

SOPH. *Et proinde viuēdi terminum esse respirationem. Cum enim aer ambiens comprimat corpora,& eas elidat figuras, quæ motum præbent animalibus, quandoquidem nec ipsæ vnquam quiescunt, auxilium ferri extrinsecus,alijs eius generis succedentibus, dum spiritum ducimus: has enim prohibere quominus eæ etiam quæ insunt animalibus,excernantur,id repellendo,quod comprimit, ac facit concrescere, viuereq;, donec possunt hoc facere.*

Et propter hanc causam fuit anhelitus definitio vitę. Aer enim continens

A continens, cùm congregat corpora, & constringit ex istis figuris, quæ dant animalibus motum, quia ista non quiescunt in aliqua hora, sustineri ab extrinseco, imponendo per anhelitum alias figuras sibi similes, dicunt quod istæ etiam prohibent illud, quod iam peruenit intus in animalibus ab exitu: & contra expellunt cũ eis illud, quod congregat, & constringit eas: & ideo fuit vita, dum animal potest facere hoc.

21 Quoniam omnis dicens in quiditate alicuius aliquid laborat in faciendo conuenire illud oĩbus sensibilibus, & in dando causam illius sensibilis ex illo dato ab eo in substantia illius. isti autem, qm̃ opinabantur aĩam eẽ partes sphæricas indiuisibiles, laborauerunt hoc modo in dando causam anhelitus, dicendo. Et propter hanc causam, s. quia aĩa est partes sphæricæ, quæ semper sunt in motu, fuit anhelitus definitio vitæ, aut consequens vitam. Aer enim continens, cùm cõgregabit corpora, constringentur multæ figuræ sphæricæ, quæ sunt intra corpora, & quæ dant aĩalibus motum, B quia semper sunt in motu. & tunc hęc corpora mouebuntur ad exitum: & illud erit exitus anhelitus: & tunc sustentabitur animal ad imponendũ alia corpora sphærica ab extrinseco: & hoc est imponendo anhelitum. Hoc aũt fuit pp tria. Quorũ vnũ est in acquirendo locũ illius, ꝙ exiuit. Secundum aũt est ad prohibendum plura corpora intrinseca ab exitu. Tertium est vt adiuuet ea ẽt in expellendo illud, ꝙ constringit, & ꝙ congregat ea. & dicunt. & ideo fuit vita, dum aĩal potest facere hoc.

Sermo q̃ditatiᵒ debet soluere qõnes circa rem sensibil꞉ cõtingentes. Idẽ. 4. Ph. 31. & 8. Ph. 2. & supra hoc c. 11. & 2. de aĩa. 12. & 22. 1. Cę li. 22.

Videtur autem & à pythagoricis dictum, eandem habere intelligentiam. Dixerũt enim quidam ipsorum, animam esse quę sunt in aere decisiones. alij autem has mouẽs. de his autem dictum est, propter id ꝙ continue videntur moueri, & si sit tranquillitas nimia. In idem autem feruntur & quicunq; dicunt animã esse quod se ipsum mouens. videntur autem omnes hi existimasse motum maxime proprium esse animæ, & alia quidem omnia moueri ꝓpter animam, ipsam autem à seipsa: propter nihil videre mouẽs, C quod non moueatur & ipsum.

IOAN. *Videtur etiam, quod à Pythagoreis dici solet, eandem habere sententiam. Dixerunt enim eorum nonnulli, animam esse ramenta, quæ in aere videntur: alij, id quod ea mouet. de quibus propterea dictũ est, quòd continuè videantur moueri, quamuis sit tranquillitas maxima. Eodem tendunt qui dicunt animam esse id quod se ipsum mouet. Videntur. n. hi omnes existimasse motum rẽ maxime propriã esse animæ, & alia quidem oĩa moueri propter animam, hanc autẽ à se ipsã: propterea quòd nihil videbant mouere, quin & ipsum moueatur.*

Et forte etiam est talis sermo Pythagoricorum. Quidam enim illorum dicunt ꝙ anima est atomus, existens in aere: quidam au-

tem illud, quòd mouet atomos. & dixerunt hoc: quia semper vi- D
dentur moueri, licet ventus deficiat omnino. Et similes istis sunt dicentes ꝙ anima est aliquid mouens se. Omnes enim isti videntur opinari motum conuenire animæ: & ꝙ omnia non mouentur nisi per animam: anima autē mouetur per se. nihil enim videtur mouere nisi ipsum etiam moueatur.

22 D. Et forte etiam opinio Pythagoræ in anima est similis opinioni Democriti, & Leucippi, quidam enim pythagoricorum dicebant animā esse atomos aereos: & quidam illud, ꝙ mouet atomos. & opinabant̄ hoc, quia credebant ꝙ atomi semper mouebantur, & ꝙ aīa semper mouetur. Deinde d. Et similes istis sunt dicentes, &c. & innuit Plato. Omnes igitur isti conueniunt in hoc, s. ꝙ motus est proprius animæ: sed differunt in quid est. Et quidam eorum existimabant eam esse corpora indiuisibilia, aut ignem, aut aliquod igneum, quidam vero atomos.

Silr̄ aūt & Anaxagoras aīam dicit eē mouētē, & si aliqs alius dixit ꝙ oē mouit intellect⁹: nō tñ penitus sicut Demo. ille qdē. n. dicit simplr̄ idē eē aīam & intellectū, verū. n. eē ꝙ vr̄: vnde bñ facere Homerū, ꝙ Hector iacet aliud sapiēs: non itaq; vtit̄ intellectu tanq̄ potētia q̄dā q̄ circa veritatē, sed idē dicit aīam & intellectū. E

SOPH. *Similiter etiam Anaxagoras Animam esse dicit eam quæ moueat, & si quis alius dixit Intellectum mouisse hanc Vniuersitatem: nō tamen ita plane Vt Democritus: Is enim dicit idem simpliciter esse animam & Intellectum: Verum enim esse, quod appparet: Et ideò præclarè cecinisse Homerum, quòd Hector iaceret mentis inops. Non ergo Vtitur Intellectu, Vt potentia quadam circa Veritatem, sed idem dicit animam, & intellectum.*

Et silr̄ ēt dicebat Anaxa. ꝙ aīa est mouens, & cū dicebat ꝙ intellectus mouet oē. sed tñ Anaxa. aliud intēdit ab eo, ꝙ intēdit Demo. Demo. n. absolute dixit ꝙ idē est aīa, q̄d intellectus. dicit. n. ꝙ veritas est res manifesta. Et iō bñ dixit Homerus, & verū dixit, ꝙ Hector apopletizabat̄. & carebat intellectu. Nō. n. vtebat̄ intellectu quasi aliqua virtute, sed dicebat ꝙ intellr̄s & aīa idem sunt. F

23 Dicit. Et silr̄ ēt opinat̄ Anaxa. cū d. aīam eē mouētē: & d. ꝙ intellectus mouet oē: sed Anaxa. nō intēdit in hoc, illud. ꝙ Demo. Demo. n. propalauit ꝙ aīa, & intellectus idē sunt d. n. ꝙ veritas comprehensa non est nisi in eo, ꝙ manifestum est sensui tantum. Et ideo bene dixit Homerus versificator, cū narrauit de hoīe, qui carebat sensu, ꝙ carebat intellectu. Democritus igitur non intendit ꝙ intellectus sit aliqua virtus in animalibus, alia à virtute sensus, sed dicit ꝙ intellectus & anima idem sunt.

Anaxagoras aūt minus certificat de ipsa. Multotiēs qdē. n. cām eius ꝙ bñ & recte, dicit eē intellectū; alibi aūt intellectū hunc esse

aīæ.

A aīę.In oībus.n.ipſum ineſſe aīalibus,magnis & paruis,& honorabilibus,& inhonorabilibus,nō vr̄ aūt ſm prudentiam dictus intellectus oībus ſi[illegible]iter aīalibus ineſſe,ſed neq; oībus hominibus.

OPH. *Anaxagoras autem non admodum de eis aperte loquitur: multis enim locis cauſam eius quód bene recteq́ eſt, intellectum eſſe aſſerit. Alibi vero idem eſſe animam, & intellectum: Cunctis enim eum ineſſe animalibus, & magnis, & paruis, & nobilioribus & vilioribus. Videtur tamen is quem intellectum prudentiæ vocamus, non omnibus æquè ineſſe animalibus, immò ne hominibus quidem omnibus.*

Anaxagoras aūt latētius loquebať de iſtis, cū multotiens dicebat q̃ intellectus eſt cā in inuentione.& dixit in alio locò q̃ intellectus,& aīa idē ſunt.intellectus.n.apud ipſum exiſtit in oībus aīalib⁹,magno,paruo.nobili,& ignobili.Sed nō videm⁹ hūc intell'm exiſtere ſimiliter in omnibus animalibus,neq; etiam in homine.

24 Dicit. Anaxa.aūt cū propalauit q̃ intellectus,& aīa idē ſunt,latentius ꝓpalauit,q̄ Demo.cùm multotiens dicebat q̃ intellectus eſt cā rectitudinis & ēt verificationis.& hoc apparet ex eius ſententia q̃ intellectus ſit aliud à ſenſu.& in alijs locis vr̄ opinari q̃ intellectus,& aīa idē ſunt.d.n. q̃ intellectus eſt exiſtens in oībus aīalibus,magno,& paruo,nobili,& ignobili. Et non eſt,ſicut exiſtimauit:quia non videmus intell'm exiſtere eodē modo in oībus hominibus,nedum exiſtere in omnibus animalibus. Intellect⁹ ſi exiſtit eodē modo in oībus hoib⁹ oppo. cō. 5. 3.de Anima, Vide contr. Zimi.

B

Quicunq; igiť in moueri aīatū aſpexerūt,hi qdē maxime motiuū opinati ſunt aīam eē.Quicūq; aūt ad cognoſcere & ſentire ea q̄ ſunt,iſti dicūt aīam eē principia,alij quidē faciētes plura, hæc. alij vero,vnū,hoc:ſicut Empedocles quidē ex elemētis oībus,eſſe aūt & vnūquodq; eorū aīam,dicēs ſic,terrā quidē terra cognoſcimus,aquā autem aqua.ethere autem ethera,ſed igne ignem manifeſtū eſt.concordia aūt concordiam.diſcordiā aūt diſcordia triſti.

C

SOPH. *Quicunque igitur ad motum animati reſpexerunt hi, quod maximè motiuum eſt, animam eſſe exiſtimarunt. Qui vero ad vim cognoſcendi & ſentiendi ea quæ ſunt, hi vero aſſerunt animam eſſe principia, nempe qui plura faciunt principia, hæc eadem: qui vero vnum, illud idem: Quemadmodum Empedocles quidem ex elementis omnibus, eſſe tamen & eorum unumquodq́ Animam, ſic dicens.*

» *Iam Terra Terram, iamq́ Aequore cernimus Aequor,*
» *Aetheráque Aethere, ſic rutilum ignis conſpicit ignem,*
» *Atque Cupidinem Amor, triſtis lis dénique litem.*

Et ponentes principiū aīæ motū exiſtimabāt q̃ aīa ſit dignior oībus vt moueať,Ponentes aūt regulā in hoc cognoſcere,& ſentire

re oĩa entia, dicebãt aĩam esse principia. & quidã eorũ ponebant hæc principia plura vno: & quidã eorũ ponebãt vnã animam. Vt Empedocles. iste. n. ponebat eã ex oĩbus elementis, sed tñ ponebat vnũquodq; elemẽtorũ esse aĩam. & dixit q nos non cõprehendimus terrã nisi per terrã, & aquã p aquã, & aerẽ per aerẽ, & ignem per suũ simile, s. ignem, & litẽ per litem, amicitiã per amicitiam. D

25 Cũ cõpleuit sermonẽ cõsyderãtiũ in aĩa p motũ, incœpit ẽt dicere opiniones eo4, q cõsyderãt de aĩa p cognitionẽ, & distinctionẽ, dicẽdo. Et ponẽtes prĩcipiũ aĩæ motũ, &c. i. ponẽtes aũt regulã aĩæ, & cognitionẽ suę naturę pp motũ: quapp iudicauerũt q aĩa ẽ magis oĩbus digna motu, fm q diximus. Ponẽtes aũt tñm in cõsyderõne de aĩato p cognitionẽ eius, & distinctionẽ in oĩb' entib', opinabãt q aĩa est prĩcipiũ toti', aut ex principijs totius. Qui igit ponebãt hęc prĩcipia plura vno, ponebãt aĩam plura vna: & q opinabãt principiũ vnũ eẽ, ponebãt aĩam vnã. v. g. qa Empedo. ponebat aĩam fieri ex elñtis, & ponebat ipsam sex in numero, fm numerũ elñto4 apud ipsũ. dixit. n. q nos nõ cõprehẽdim' terrã, nisi p terrã, &c. Et, cũ d. & q dã eorũ ponebãt hæc principia plura vno, intẽdebat & q dam eorũ, qa posuerũt hæc principia plura vno, opinabant aĩam eẽ plura vna: vt Empedo. sed fuit cõtẽtus dicere rẽ loco cõsequẽtis. Et, cũ d. & q dã eorum ponebant vnam animã. intendebat & quidam eorũ, qui ponebant vnũ principium, ponebãt vnã aĩam. sed fuit contẽtus hoc cõsequẽte loco rei, econuerso ei, quod fecit primo. & residuus sermo est manifestus. E

Cã isti' ponit infra. 27. & solutio hui' ponit. 3. d Aĩa. 30.

Empedocles posuit plura principia vno. idẽ. 1. Ph. 41. 35.

Eodẽ aũt modo & Plato in timæo aĩam ex elementis facit: cõgnosci. n. sile sili, res aũt ex prĩcipiis eẽ. silit aũt et ĩ his q sũt de philosophia dicta, determinatũ ẽ: ipsũ qdẽ aĩal ex ipsa vni' ex idea & prima lõgitudine & latitudine & altitudine, alia aũt silr modo.

SOPH. *Eodem etiam modo Plato in Timæo Animam facit ex Elementis: cognosci nanque simile simili: res autem ex principijs constare. similiter etiam in ijs quæ de philosophia dicuntur, expositum est: ipsum quidem animal ex Vnius Idea, & ex prima longitudine, & latitudine, & altitudine: cætera verò similiter.* F

Et silr Plato in Timæo ponebat aĩam aliquod ex elementis. qm apud ipsum nihil cognoscitur, nisi p suũ sile. & q oẽs res non fuerunt nisi ex suis principijs. Et similiter determinauit prius in philosophia, s. in suis disputationibus. & manifestum est q Timæus exit ab is, & q aĩa simplr ẽ ex forma vni', & prima lõgitudine, & prima latitudine, & primo pfundo: & q alia currunt hoc modo.

26 Dixit Et silr Pla. posuit ĩ Timæo q aĩa ẽ aliq d ex substãtia elñtorũ. opinabat. n. illud, q opinabat q ponebat aĩam ex prĩcipiis & ẽ q oẽs res nõ cognoscũt, nisi p sua silia: & nõ cognoscunt nisi p cognitionẽ suorũ principiorũ. &, qa principia cognoscũt p sua silia, cõtinet q principia cognoscantur

A ſcant̃ p principia. Et,cũ cõiũgem'huic qđ aĩa cognoſcit res p principia ea rũ,cõtinget ex hoc qđ aĩa ſit prĩcipia.hæc.n. ſunt ꝓprietates cõuertibiles. D.d. Et ſil'r determinauit,&c.i.& ſil'r determinauit ĩ ſua Philoſophia & in ſcholis eius:qm̃ in Timęo dixit hoc alio mõ. D. enim illic, ꝙ aĩal ſimpliciter abſolutum, quod eſt genus animalium particularium, & principium eorum,eſt compoſita ex dualitate prima:& ex latitudine,quę eſt cõpoſita ex dualitate prima:& ex latitudine, quæ eſt compoſita ex prima trinitate:& ex profundo, quod cõponitur ex prima quaternitate: quæ ſunt principia aliorum numerorum compoſitorum. Et opinabatur ꝙ longitudo componitur ex dualitate,quia linea fit ex duobus punctis:& latitudo ex trinitate,quia fit cum longitudine ex tribus pũctis:& ſpiſſitudo ex quaternitate,quia fit cum longitudine & latitudine ex quatuor punctis. Quoniam cùm opinabatur ꝙ numeri ſunt principia omniũ,fuit neceſſe apud ipſum, vt principia numerorum ſint principia generum eſſe ſenſibilis: & alij numeri,qui componuntur ex principijs, ſint principia etiam rerũ particularium. ita ꝙ principia animalis ſimplicis eſt prima vnitas, & prima dualitas,& prima trinitas,& quaternitas: principia aũt aliorum animaliũ ſunt alij numeri. Et ideo d.ꝙ alia currunt hoc modo.i. & principia aliorum animalium particulariũ ſunt alij numeri. Et,quia opinabantur hoc in principijs entium: & opinabantur ꝙ anima componitur ex principijs pp cognitionẽ:opinati ſunt ꝙ anima eſt iſte numerus, qui eſt principiũ numerorum. D.d.& manifeſtum eſt ꝙ Timęus exit ab eis.i. vt mihi vr̃, ꝙ illud,quod dictum eſt de principijs in Timęo, eſt aliud ab eo, quod dictum eſt in diſputationibus. Et quaſi diuerſitas hominum in anima non eſt niſi pp diuerſitatem eorum in principijs. Omnes enim conueniunt ꝙ oportet eſſe ex principijs:& dicũt ꝙ opinio Platonis in Timæo de anima eſt ꝙ aĩa eſt nã media,ſ.inter formas abſtractas indiuiſibiles,& inter formas ſenſibiles diuiſibiles ſm materiã. Themiſt.aũt dicebat ꝙ Pla. intendebat p iſtam naturã mediã,intellectũ inter oẽs partes aĩæ: cum ſuum eẽ ſit mediũ inter formas materiales, & abſtractas & vl'iter difficile poſſumus C hodie intelligere opiniones Antiquorũ:quia non ſunt notæ apud nos.

Vide pro iſto infra cõ.33.

Vide priõ Meta. 37.

B

Vide. i Meta. 38. & 39.

Difficile poſſumus hodie itelligere opiniones Antiquorũ: qa nõ ſũt notæ apđ nos. Idẽ. 2. Cœ. c. 72.

Adhuc autem & aliter, intellectum quidem, vnum, ſcientiã autem, duo, ſingulariter enim ad vnum: plani autem numerum, opinionem, ſenſum vero, eum qui firmi: hi quidem enim numeri ſpecies & principia entiũ dicebant: ſunt autem ex elemẽtis: Iudicantur autem res aliæ quidem intellectu, aliæ vero ſcientia aliæ autẽ opinione, aliæ vero ſenſu: ſpecies autem numeri hi, rerum.

SOPH. *Præterea etiam aliter, Vnum quidem ipſum, intellectum: Duo autẽ, ſcientiam. Vnico enim modo ad Vnum: Plani autem numerum, opinionem, Solidi ſenſum: Numeri enim ſpecies ipſæ, & principia dicebãtur: ſunt autẽ ex Elementis. Iudicantur verò res, aliæ Intellectu, aliæ ſcientia, aliæ opinione, aliæ ſenſu: hi vero numeri ſpecies ſunt rerum.*

Et

Et est dictum hoc etiam alio modo, & est quod intellectus est vnũ, & scientia duo. est enim singulr̃ ad vnũ. & quod existimatio est numerus superficiei: & quod sensus est numerus solidi. Numeri enim dicebantur esse formæ, & principia in reb⁹ entibus: & numeri sunt vnũ illorum elementorũ. Sed omnes res consyderantur, quædam per intellectũ, & quædã per scientiã, & quædam per existimationem, & quędam per sensum. ista aũt sunt numeri, qui sunt formę. D

27 Et opinati sunt alio modo animam esse principia numerorum. Dicũt enim quod intellectus est vnum numerale. & per intellectum intẽdit primas propositiones. & dixerunt ipsum esse vnum: quia scire propositiones est vnius scientiæ. & intendit per scientiam conclusionem. & dixerunt eã esse dualitatem: quia est processus ab vno, s. propositionibus, & ad vnum, s. cõclusionem, vnde fit dualitas. Et hoc intendebat, cum d. est enim singulariter ad vnum. Et dixerũt quod æstimatio est numerus superficiei, s. trinitatis. est enim ab vno, s. propositionibus ad duo. nam conclusio est in eo falsa, & vera. vnde fit illic aliqua dualitas. & dixerunt etiam quod sensus est quaternitatis. opinati sunt enim quod sensus comprehendit corpus, & quod forma corporis est quaternitas. D.d. Numeri enim dicebantur esse formæ, &c.1. & dixerunt hoc, quia opinabantur quod principia numerorum sunt formæ abstractæ: & principia entium sunt vnum elementorum eorum. Et, quia rerum quædam consyderantur, i. cognoscuntur intellectu, & quædam scientia, quædam existimatione, & quædam sensu: & nihil cognoscitur nisi per suum simile: necesse est vt istæ virtutes animæ comprehensiuæ sint principia numerorum, qui sunt formæ & elementa entium, s. vnitatis, & dualitatis, & trinitatis, & quaternitatis: & necesse ẽ vt intellectus ex istis sit vnitas, & scientia dualitas, & existimatio trinitas, & sensus quaternitas. E

Quoniam autem & motiuum videbatur anima esse & cognoscitiuum sic quidam complexi sunt ex vtrisq;, enuntiantes animã esse numerum mouentem seipsum: differunt autem de principijs quæ & quot sunt, maxime quidem corporea facientes, & incorporea. his autem, miscentes & ab vtrisq; principia referẽtes: differũt aũt & circa multitudinẽ: hi quidẽ enim vnũ, illi vero plura dicũt. F

SOPH. *Sed cum Anima & mouendi, & cognoscendi vi præditũ quiddam videretur, ita nonnulli ex vtrisq; connexuerunt, asseruerunt q; animam esse numerum mouentẽ se ipsum. Contẽdunt tamẽ de principijs, quæ scilicet quotq; sint, præcipue quidem, qui corporea ea statuunt, cum ijs qui incorporea: contra hos autem, qui permiscuerunt, & ex vtrisq; principia enuntiarunt. de multitudine etiam habent inter se controuersias: alij enim vnum, alij plura dicunt.*

Et, quia existimatum est de anima quod est mouens, & cognoscẽs, voluerunt aliqui congregare hæc duo, & iudicauerunt quod anima est

A est numerus seipsum moues. Et magna diuersitas est in principijs, quæ sunt, & quot: & maxime inter eos, qui faciunt ea corporalia, & inter eos, qui non corporalia. Et isti ēt differūt ab eis, qui admiscent, & ponūt, principia ex vtroq;. Et differūt ēt in numero principiorū. quidā enim dicunt vnū principium esse, quidam plura.

28 Et, quia existimatum est, i. certificatum q̃ mouere, & cognoscere sunt principia animæ, intendebant aliqui ad congregandū vtrunq; in anima, dicendo animam esse numerum se mouentē, quia non mouetur ab alio. Et, cum notificauit sectas, quę differūt in definiendo animā, & sunt tres: Quarum prima definit eam per motum, aut per consequentia motum: Secunda per cognitionem: Tertia vero per vtrunq;: & omnes conueniūt q̃ est ex principijs: incœpit notificare modos diuersitatis eorum vr̃, licet conueniant in hoc, quod est ex principijs, & d. Et magna diuersitas, &c. i. & differunt in substantia animæ: quia differunt in principijs, s. in natura eorum, & in numero. & maxima diuersitas est in natura principiorū, inter ponentes principia corporalia, & ponentes ea non corporalia, cū istæ duæ naturæ maxime differant: differunt etiam isti ab eis, qui admiscent, & ponunt principia ex vtroq;, idest corporalibus & non corporalibus. D. d. Et differunt etiam in numero principiorum, idest differunt etiam in anima: quia differunt in numero principiorum. B

Tres fuerunt sectę definientiū aīam.

Nā corporalis, & in corporea maxīe differūt. vide 10. Met. t. c. vltimū.

Consequenter autem his, & animam asignāt. motiuum enim ſm naturam primorum existimauerūt, non irrationabiliter. vnde quibusdam visum est ignem esse, etenim hic in partibus subtilissimus est, & maxime elementorum in corporeus. adhuc autem mouetur q; & mouet alia primo.

SOPH. *His consequenter animam quoq; describunt. quod enim natura motiuum est, id inter prima collocandum existimant: neque adeò iniuria. Quamobrem nonnulli eam esse ignem putarunt. Is enim & subtilissimarum est partium, & præ cæteris elementis incorporeus: Ad hæc & mouetur, & mouet cætera primò.* C

Et isti procedunt in definiendo animam processu consequenti ista. hoc enim quod reputant, qm̃ natura principiorū est mouens, non est extra veritatē. Et ideo existimauerunt quidam ipsam esse ignē. ignis enim est primorū partiū inter elemēta: & q̃ magis vr̃ nō esse corp⁹. & ipse mouet, & mouet alia corpa prima intentione.

Opinari q̃ nā principiorū est mouens p se rectū ē. Idē. 2. Ph. 3. 4. vide 2. de Gen. 53.

29 Cùm notificauit sententias Antiquorum de anima, incipit laudare eas in eo, quod dicunt de veritate, & de verificatione consequentię, & d. Et isti procedunt, &c. i. & isti, qui opinantur animam esse ex principijs, quia mouetur per se, & definierunt eam hoc modo, processerunt in hoc via recta, & consequente principia. opinari q̃ natura principiorum est mouens per se rectum est. D. d. Et ideo existimauerunt quidam, &c. i. &, quia opinati

sunt

sunt eam esse ex principijs, existimauerunt quidam esse ignẽ: quia reputabant ignem esse elementum cęterorum elemẽtorum, & simpliciorum partium: & ꝙ magis videtur non esse corpus: quia opinant̃ principia esse talia, s. simpliciora alijs, & remotiora natura corporea. & omnia ista cum eo, ꝙ visa est ab eis moueri, & mouere alia prima intentione, sicut anima. D

Democritus autẽ dulcius dixit enuntians propter quid vtrũq; horum: animam quidem enim & intellectum idem. Istud autem primorum & indiuisibilium corporum esse: motiuum autem propter subtilitatem partium & figuram: Figurarum autem mobilissimam, quæ sphærica dicit, hoc autem intellectum esse & ignem.

SOPH. *Democritus autem eò etiam politius loquutus est, quòd reddiderit causam, cur sit horum vtrumq;: Animam enim & intellectum idem esse: hoc autẽ ex primis esse, & indiuisibilibus corporibus: motiuum vero ob exiguitatem partium, & figuram: figurarum autem omnium mobilissimam sphæricam dicit: talem autem esse intellectum, & ignẽ.* E

Democritus aũt dixit in hoc sermonem magis latentem, & iudicauit causam in vtroq;, & dixit ꝙ anima, & intellectus sunt idẽ, & ꝙ hoc est ex primis corporibus indiuisibilibus. Et attribuit ipsum motui propter paruitatem partium eius, & propter figuram. & dixit ꝙ inter figuras magis obediens motui est sphærica, & ꝙ intellectus, & ignis habent talem figuram.

30 Quia intentio eius in hoc capitulo est demonstrare ꝙ Antiqui bene dixerunt in hoc, ꝙ cõueniunt in hoc, ꝙ anima est ex principijs ꝑꝑ motum, & facere comparationem inter sermones eorũ de hoc, & iam locutus fuit de sententia eius, qui dicebat animam esse ignem, incœpit modo loqui de opinantibus eam esse ex partibus indiuisibilibus, dicendo, Democritus autem d. de natura animæ ꝑꝑ motum sermonem magis latentẽ sermone dicentis ipsam esse ignem. & est magis latens, quia iudicauit aĩam in vtraq; virtute: & d. ipsam esse eandẽ, & ꝙ natura vtriusq; est eadem, s. intellectus, & animæ mouentis, & sensibilis. d. enim ꝙ anima. & intellect⁹ sunt idem, & ꝙ natura illius est, quia est pars partium indiuisibilium sphæricarum. F

D. d. Et attribuit ipsum motui, &c. i. & attribuit ipsum motui ꝓprio animæ. i. posuit ipsum causam motus animæ propter paruitatẽ suarum partium, cum sit indiuisibilis, & ꝑꝑ suam figuram. opinabatur enim ꝙ illa figura est leuioris motus omnium figurarum. & ideo opinabatur ꝙ ista figura existit in anima, & in igne. Et iste sermo latet propter duo. quorũ vnum est hoc, ꝙ opinabatur, scilicet ꝙ anima, & intellectus sunt idem: & ꝙ est pars indiuisibilis. sed partem indiuisibilem esse est dubium, ignem autem esse est manifestum.

Ignẽ eẽ est manifestũ sed vidẽ oppositũ. 4. Cœ. 32. Vide cõt. 2im.

Anaxagoras autem videtur quidem alterum dicere animã & intellectum vt diximus prius: vtitur aũt vtrisq; sicut vna natura.

veruntamẽ

A veruntamen ponit intellectum principium maxime omnium: solum quia dicit ipsum eorum quæ sunt, simplicem esse & immistum & purum: assignat autem vtrunq; eidem principio, & cognoscere & mouere, dicens intellectum mouisse omne.

P H.] *At Anaxagoras videtur quidem diuersum dicere animam & intellectum, vt prius quoq; diximus. vtitur tamen vtroq; quasi vna natura: nisi quòd principium planè omnium statuit intellectum. solum enim ex omnibus entibus simplicem, & non mixtum, & purum eum esse dicit. tribuit autem hæc vtraq; eidem principio, cognoscere scilicet & mouere, dicens intellectum mouisse rerum vniuersitatem.*

Anaxagoras aūt videtur dicere animā esse aliud ab intellectu, sicut dixit superius. sed tñ vtitur eis etiā, quasi sint eiusdē naturæ. Sed ponit intellectum digniorem omnib⁹ rebus, vt sit principiū. B dicit enim q solus intellect⁹ inter omnia entia est simplex, & mundus, & purus. Et attribuit ei vtrunq;, scilicet cognitionem, & motum, dicendo q intellectus mouet omne.

31 Cùm fecit comparationem inter opinionem dicentis ipsam esse ignē, & opinionem dicentis ipsam esse partem sphęricam partium indiuisibilium, incœpit ēt facere comparationem inter opinionē Anaxa. & Demo. Et d. Anaxa. &c. i. Anaxa. aūt videtur, fm q apparet, dicere animam esse aliud ab intellectu. sed quāuis hoc apparet ex suo sermone, tñ ipse ponit eos esse eiusdem naturæ, i. eiusdem generis: & cum hoc ponit intellectum magis dignum, vt sit principium omnium rerum, & præponit ipsum omnibus. d. enim q solus intellectus est simplex, mundus, purus, i. abstractus a materia, non admixtus cùm ea: & attribuit vtrunq; ei in omnibus partibus mundi, s. cognitionem, & motū. opinatur enim q intellectus mouet omnia, & q non mouetur. Quoniam aūt iste sermo est magis vicinus veritati, & sententiæ Aristo. s. q intellectus est ex principijs, & q est causa co- 3. de Aia. C gnitionis, & motus est manifestum, & ideo laudabit ipsum post multum, t. cō. 4. & & notificabit id, quod remansit ei dicere de intellectu. hic infra 34. tex.

Videtur autē & Thales ex quibus reminiscimur, motiuum aliquid animam opinari, si quidem dixit lapidem animā habere qm̄ ferrum mouet: Diogenes autē sicut & alteri quidam aerem, hunc opinans omnium subtilissimum esse, & principiū: & propter hoc cognoscere & mouere animam: fm q quidem principium, & ex hoc reliqua, cognoscere. secundum vero q subtilissimum est, motiuum esse? Heraclitus autem animam principium esse dicit, si quidem vaporem, ex quo alia constituit, & incorporalissimum autē, & fluens semper: quod vero mouetur motu cognosci: in motu aūt esse quæ sunt & ille arbitratus est & multi. Similiter autem his & Alcmeon opinari visus est de anima. dicit enim ipsam immortalē

propter

propter hoc ꝙ assimilatur immortalibus, hoc autē inesse ipsi tanquam motæ semper, moueri enim & diuina omnia continue semper, Lunā, Solem, Astra, & cœlum totum. Magis autem rudium quidam & aquā enunciauerunt, vt Hippo. suaderi enim visi sunt ex genitura, quoniam omnium humida est: & nanq; arguit sanguinem dicentes esse animam, q̄m genitura non est sanguis, hanc autē esse primam animam. Alij autem sanguinem, quemadmodū Critias, ipsum sentire animæ magis proprium opinantes, hoc aūt inesse propter naturam sanguinis. Omnia enim elementa præter terram iudicem acceperunt, hanc enim nulli protulerūt, nisi si aliquis dixerit animam esse ex omnibus elementis, aut omnia. D

SOPH. *Videtur etiam Thales ex ijs quæ memorantur, motiuum quidpiam animam existimasse: si quidem lapidem illum dixit habere Animā, quia ferrum mouet. Diogenes autem, vt etiam nonnulli alij, aerem, ratus eum esse omnium subtilissimum, & principium: et propterea cognoscere, & mouere animam: quatenus quidem primum est, atq; ex eo cætera, cognoscere: quatenus verò subtilissimum, motiuum esse. Heraclitus etiam principium esse dicit animam, siquidem exhalationem, ex qua cætera conficit: atq; etiam maxime incorporeum, & semper fluēs: Quod autem mouetur, eo quod mouetur, cognosci: in motu autem esse ea quæ sunt, & ille & vulgo arbitrabantur. Similiter etiam ac ij Alcmæon putasse de Anima videtur. Nam asserit eam esse immortalem, quòd sit similis Immortalibus: Id verò ipsi inesse, vtpote ei quæ semper moueatur: moueri autem Diuina quoq; omnia cōtinuè semper, Lunam, Solem, Sydera, & vniuersum Cœlum. Non defuere etiam nonnulli molestiores qui aquam assererent, vt hippo: adducti verò videntur ex genitura, quòd omnium sit humida: namq; refellit eos qui animam dicunt sanguinem, quia genitura non est sanguis: hanc autem esse primam animam. Alij autem sanguinē, vt critias, sentire animæ maximè proprium esse existimantes: hoc verò esse propter naturam sanguinis. Enimuero omnia elementa præter terram, iudicem aliquem nacta sunt: hanc verò nemo protulit, præterquàm si quis eam dixit ex omnibus constare elementis, vel esse omnia.* E F

Milesius aūt videtur, vt narratur de eo, dicere animam esse aliquid mouens, cū dicebat ꝙ lapis habet animā, quia mouet ferrū. Diogenes autē, & alij multi opinabantur animā esse aerem, quia existimabant ꝙ nihil est subtilius aere: & ꝑpter hoc anima cognoscit

A scit,& mouet.secundum enim q est principium aliarum rerũ cognoscit:secundum aũt q est subtilior oĩbus rebus mouet.Et Heraclitus etiã dicit q anima est principiũ, cum dicit ipsum esse vaporem,ex quo constituit oẽs res.& ponit ipsum valde remotũ à corporibus,& semper liquidum. & opinabatur cũ multis aliĵs q oĩa entia sunt in motu. Et forte ẽt aliquis videtur opinari ẽt in anima talem opinionẽ.dicit enim ipsam esse immortalẽ,quia assimilatur immortalibus:& q hoc est ei,quia semp mouet̃. & dixit oẽs enim Dĵ:Luna,s.Sol,& Stellę semp mouent̃ motu continuo. Et aliĵ,qui digniores sunt derideri,iudicauerunt ipsam esse aquã,vt Hypo.et vr̃ declinare ad hanc opinionem pp sperma cũ sit humidissimum rerum.qm̃ per hoc contradicitur dicenti animã esse sanguinẽ, dicendo q sperma nõ est sanguis.& sperma est prima anima. Et aliĵ dixerunt ipsum esse sanguinẽ,vt Critias,cũ existimauerit q nihil B consequit̃ animã,sicut sentire,& q sentire est ex natura sanguinis. Vnũquodq; enim elntorũ.pręter terrã,habet iudicẽ:terra aũt nullum.&quod dictũ fuit de ea est q est ex oĩbus elntis,aut oĩa elnta.

32 Vult numerare omnes opiniones Antiquorum in anima, & dare cuilibet aliquam rationem. & sermo eius est manifestus. Milesius autẽ opinabatur animam esse principium mouens per se: quia dicebat q magnes habet animam.quia mouet ferrum. Diogenes aũt opinabatur animam esse aerem.aer enim est subtilius cæteris corporibus, & principium eorũ. inquantum igitur est principium,dabitur ei cognitio:&,inquantum subtilius cæteris corporibus,dabitur ei motus & hæc duo appropriantur aiæ. Heraclitus vero opinabatur animam esse principium, & q illud principium est vapor liquidus motus.quia opinabatur q ex vapore est constitutio aliarum,& q est valde remotus à corpore: & hæc duo sunt in principio. D.d.& opinabatur cùm multis alijs,&c. idest & opinabatur cum C multis alijs,q omnia mouentur:& credebat propositionem communem omnibus,s.q simile cognoscitur per suum simile.&,quia apud ipsum omnia sunt mota,fuit necesse vt cognoscẽs sit motum. quapropter iudicauit animam esse vaporem. Et similiter qui ponit ipsam similem naturæ stellarum,&Solis,& Lunæ vr̃ opinari ipsam moueri per se.Sed dicens ipsam esse aquam debet derideri.nullus enim dixit aquam, esse elementum ceterorum,sed tñ dedit ei rationẽ aliquam,s.quia sperma, quod est principiũ generationis,est valde humidum : & existimatũ est q sperma est anima, cum ipsum formet embryonem. D.d.qm̃ per hoc contradicitur dicenti q anima est sanguis.i. & ponit q sperma est prima anima, quia ponit q sperma non est sanguis.forte igitur non iudicauit q anima est aqua, nisi quia videbat sperma esse animam,& aquam non sanguinem. D d.Vnũquodq; enim elementorum præter terram,&c. idest & vnumquodq; elementorum iudicatum est ab antiquis esse animam ex eo,præter terram.

nullus

Null⁹ opi nat' terrā ee elemtum aliorū oppositū. 1. Meta. t.c. 14. de Hesiodo, Vide contr. Zim.

nullus enim opinatur terram esse elementum aliorum: sed quod tantum est composita ex quibusdam elementis, aut est omnia elementa, idest ex omnibus elementis. D

Diffiniunt autem omnes animā tribus vt est dicere, motu, sensu, & incorporeo: horum autem vnumquodq; reducitur ad principia. vnde & in cognoscendo diffinientes ipsam, aut elementum, aut ex elementis faciunt, dicentes similiter inuicem, præter vnū. Dicunt enim simile cognosci simili; quoniam enim anima omnia cognoscit, constituunt eam ex omnibus principijs.

SOPH. *Definiunt porrò omnes animam tribus propè dixerim. motu, sensu, incorporeo: quorum vnumquodq; redigitur ad principia. Quapropter qui cognitione eam definiunt, aut elementum, aut ex elementis faciūt, eadem ferè omnes, præter vnum, dicentes; aiunt enim simile cognosci simili: nam quia anima oīa cognoscit, ex oībus principijs eā cōstituunt.* E

Et ipsi vl'r definiunt animam tribus, motu, s. & sensu, & nō corporeo. & vnumquodq; istorum reducitur ad principiū. Et propter hoc posuerunt ipsam esse elementum, aut ex elementis illi, qui definierunt eam per cognitionem. & ꝙ quidem dicunt in hoc, est simile ei, quod dicunt quidam, præter vnum. dicunt enim ꝙ simile non cognoscitur, nisi per suū simile. &, quia anima cognoscit omnia, posuerunt eam constitui ex omnibus principijs.

33 C. Cum demonstrauit ꝙ consyderantes in anima per motum debent opinari ipsam esse ex principijs, incœpit demonstrare vl'r ꝙ omnia dicta in definitione animæ reducta sunt ad principiū. & d. Et ipsi vniuersaliter definiunt, &c. i. & Antiqui vl'r procedunt in definiendo animā, & cognoscendo suam substantiam tribus vijs, motu, s. & sensu, i. cognitione: cùm hæc duo videantur propria animæ. tertium aūt, quia est non corpus. plures. n. eorum opinabantur hoc existere in anima, non minus q̄ prædicta duo. & vnaquæq; istarum viarum inducit eos ad opinandum animā esse ex principijs. & hoc intendebat, cùm d. & vnūquodq; istorū reducitur ad principium. D. incœpit demonstrare viam, per quā processit qui iudicauit animam esse ex principijs p cognitionem, & d. Et propter hoc posuerunt ipsam esse elementum, &c. i. &, quia oēs opinabantur eam esse ex principijs, dixerunt illi, qui definierunt eam per cognitionem, ꝙ est elementum, aut ex elementis. &, via, qua processerunt isti in hoc, est eadem, & similis, præter vnum illorum, s. Anaxa. D. demonstrauit hanc viā, & dixit. dicunt. n. ꝙ simile non cognoscitur nisi per suum simile. i. & hoc fuit necesse apud eos, quia opinabantur tres propositiones. Quarū vna est, ꝙ omnis res cognoscitur per suum simile. Secunda est, ꝙ omnia non cognoscunt nisi per sua principia. Tertia est, ꝙ anima cognoscit omnia. ex quibus sequitur ꝙ anima est principia omnia, aut ex principijs omnium. F

Quicunq;

A Quicunque quidem igitur vnã aliquam dicunt causam aut elementum vnum, & animam vnum ponunt, vt ignẽ aut aerẽ: plura vero dicentes principia, & animã plura dicunt. Anaxagoras autẽ solũ impassibilem dicit intellectũ, & cõe nihil nulli aliorũ habere. huiusmodi aũt cùm sit, qũo cognoscit & propter quam causam: neque ille dixit: neque ex his quæ dicta sunt conspicuum est.

15 H. *Ac ij quidem, qui vnam dicunt esse causam, & elementũ vnum, Animam etiam vnum ponunt, vt ignem, aut aerem. Qui vero plura dicunt principia, animam etiam plura dicunt. Solus autem Anaxagoras impatibilem dicit esse intellectum, & nihil cum cæteris habere cõmune. Qui cum sit eiusmodi, quomodo cognoscat, & quam ob causam, nec ille dixit, nec ex ijs quæ dicta sunt, apparet.*

Qui igitur dixit ꝙ principiũ, & elementum est vnũ, ponit animam ẽt vnũ: aut ignẽ. aut aerẽ. & qui ponit principia plura vno, ponit animã plura vno. Anaxa. aũt solus dixit ꝙ intellectus nõ recipit passionẽ: & ꝙ nihil est in eo, quod habeat communicationẽ cum alia re. Sed non dixit qũo, & propter quid per hanc dispositionem cognoscit. & hoc est, quod apparet ex suo sermone. B

34 Cùm notificauit ꝙ opiniones eorum in substantia animæ sequuntur illud, quod opinabantur in substantia principiorum, incœpit demonstrare etiam ꝙ opiniones eorum in numero animarum, sequitur etiã illud, quod opinatᷣ in numero principiorũ, & d. Qui igitur dixit vnum principium esse, ponit aĩam vnius rei, i. vnius naturæ ex illo principio, aut ignẽ, aut aerẽ. & qui dixerunt principia esse plura vno, opinanᷣ animã esse plura vno. D. incœpit declarare opinionẽ Anaxa. & ꝙ alia via ꝓcessit, & d. Anaxagoras aũt solus dixit ꝙ intellectus non recipit passionem. idest non est materialis. & ꝙ in nullo habet communicationem cum alio, i. ꝙ nulla res omnium, quas intelligit, est in eo, ita ꝙ sit cõis eis in alia forma, i. ꝙ nõ est hoc, neq; in hoc, i. neq; est corpus, neq; virtus in corpore. & hoc nullus dixit, nisi Anaxagoras. & super hoc laudabit Anaxagoram post. D. d. Sed non d. quomodo. idest sed non d. quomodo contingit ei vt intelligat omnia: vtrum secundum ꝙ est in actu, aut ſm quod est in potẽtia. neq; dixit etiam qua de causa intelligit res, quæ non sunt intellectus in actu. & hoc ẽ quod post complebit, cùm locutus erit de intellectu. C

Quicunque autem contrarietates faciunt in principijs, & animã ex contrarijs constituunt: Quicunque autem alterum cõtrariorum, vt calidum, aut frigidum, aut aliud huiusmodi aliud. & animam similiter vnum aliquid horũ ponunt: vnde & nominibus consequuntur, qui quidem calidum dicentes, quia propter hoc & viuere nominatum est: qui autem frigidum, propter respirationẽ &

refrigerationem, vocari animã. Tradita quidem igitur de anima, & propter quas causas dicunt sic, hæc sunt.

SOPH. *At uero qui contrarietates in principijs statuunt, Animam quoq; conficiunt ex contrarijs: qui vero alterum contrariorum, vt calidum, aut frigidum, aut eius generis aliud, ij itidem animam vnum eorum esse ponunt. Ideóq; nomina sequuntur, qui quidem calidum dicunt, propterea. ζῆν idest viuere vocari: qui vero frigidum ob respirationem, & refrigerationem, vocari. ψυχὴν idest animam. Quæ igitur de Anima tradita sunt, atq; quas ob causas ita asserant, hæc sunt.*

Et illi, qui in principijs ponebant contrarietatem, constituunt etiam animam ex contrarijs. Qui igitur posuerunt principium alterum contrariorum, vt calidum, & frigidum, & aliud simile, opinati sunt in anima etiam illam esse vnam hoc modo, Et videmus eos etiam consequi nomina. quidam igitur eorum dicunt animã esse calidum: quoniam hoc nomẽ vita in lingua Græca cecidit ex hac intentione. & quidam dicunt ꝙ est algidum, idest frigidum propter anhelitum: & infrigidatio, quæ prouenit ex anhelitu, dicitur in Græco isagogi, i. anhelitus. Hoc igitur accepimus ab Antiquis de anima: & ista induxerunt eos ad dicendum hoc.

35 Narrauit in hoc capitulo consequentia eius, quod opinantur in substantia animæ ad illud, quod opinantur in principijs, adeo quòd qui opinatur principia esse contraria, dicit animam esse ex contrarijs. Dicens igitur quòd principia sunt calidum, aut frigidum, aut aliud contrarium, dixit quòd anima similiter est vnum illorum cõtrariorum. Et in alia translatione inuenitur additum, & qui opinabantur quòd principia sunt alterum par contrariorum, dicunt quòd anima est in illo pari contrarium. & est illud, quod dixit, & qui posuerunt contrarietatem in principijs, &c. Deinde dicit: Et videmus eos etiam consequi nomina, &c. idest & inuenimus eos ratiocinari super hoc, scilicet quòd alterum contrariorum est principium, & quòd anima est ex eo ex deriuatione huius nominis vitæ, & animæ. Dicẽs igitur ipsam esse calidum, ratiocinatur per hoc quòd hoc nomen vita in lingua Græcorum deriuatur à calido. & similiter hoc nomen motum. Et, cùm dixit ipsam esse frigidum, ratiocinatur per hoc nomen anhelitus, quod deriuatur à frigido. Deinde dicit, hæc igitur accepimus, &c. idest in substantia animæ. & istæ sunt rationes, quæ induxerunt eos ad hoc dicendum, scilicet rationes acceptæ ex distinctione, & motu, & quòd anima non est corpus.

A SVMMA TERTIA.

Confutantur Antiquorum opiniones de Animę essentia: Adducunturq; nonnullæ circa ipsius vnitatem difficultates.

Diluuntur opiniones Animam moueri asserentes. Cap. I.

CОnsiderandum autem primum quidem de motu: fortassis enim non solum falsum est substantiā ipsius huiusmodi esse, qualem aiunt dicentes animam esse quod est seipsum mouens, aut possibile mouere, sed vnū quoddam est impossibilium, inesse ipsi motum. ꝙ quidem igitur nō necesse sit mouens, & ipsum moueri, dictum est prius.

PH. *Primum igitur de motu considerandum est: fortaßis enim non solum falsum est talem eius esse substantiam, qualem asserunt qui dicūt*
B *animam esse id quod seipsum mouet, vel potest mouere: Immo vnum de impoßibilibus est, inesse ei motum. Ergo non necesse esse id quod mouet, ipsum quoq; moueri, prius dictum est.*

Et debemus perscrutari prius de motu. videtur enim ꝙ nō hoc solum est falsum. s. ꝙ substātia eius sit talis dispositionis, sicut narrant isti, qui dicunt animā esse aliquid mouens se, aut aliquid motiuum sui, sed esse animā motum est impossibile. Et dico etiā ꝙ nō est necesse vt mouens sit motum: & hoc etiā prædictum est.

36 Cum compleuit sermones Antiquorum de anima, & rationes eorum, & ꝙ collocatur in eis de vero, incœpit in hac parte cōtradicere falso dicto ab eis, quæ est tertia pars huius tractatus. Prima enim est in prologo. Secunda in inueniendo opiniones eorum. Tertia in contradicendo eis. Et incœpit in hac parte contradicere eis, qui definiunt eam per motum, & d. Et debemus perscrutari, &c. idest, & perscrutandum est de consyderantibꝰ
C in substantia eius per motum. Visum est enim ꝙ nō tantum est falsus sermo eorum, qui definiunt eam, ꝙ est aliquid mouēs, aut motiuum sui: sed etiam ꝙ sit anima mota per se, scilicet vt constituatur per motum, vt plura entia, vt venti, & fluuij, est falsus. Et hoc intendebat, cùm d. sed esse animam motum est impossibile, idest sed sermo dicentis ꝙ essentia animę cōstituitur per motum est impossibilis. Deinde dicit. Et dico etiam ꝙ non est necesse, &c. idest quoniam autem non est necessarium vt aliquid moueat se, declaratum est prius, scilicet in naturalibus. quòd autem est mota per se, modo incœpit declarare.

Nota diuisionē huiꝰ primi lib.

Vēti, & fluuij constituunt per motū. 1. dē cō. seq́uē. 8. Ph. t. c. 40. & cō. 28.

Dupliciter enim cum mouetur omne. aut enim secundum alterum, aut fm se ipsum: Secundum aūt alterum dicimus, quæcunq; mouentur ex esse in eo quod mouetur, vt nautæ: non enim sicr mouentur naui; hæc quidem enim fm seipsam mouetur, illi autē ex

esse in eo quod mouetur: Manifestum autem in partibus est: proprius quidem enim motus pedum, ambulatio. hoc autē & hominum est: non inest autem nautis tunc. D

SOPH. *Sed cum bifariam omne moueatur, vel enim per aliud, vel per se: per aliud aūt ea moueri dicimus, quæcunq; mouentur, quia in eo quod mouetur sunt, vt nauigantes: non enim similiter mouentur, atq; nauigium: id enim per se mouetur, illi verò quòd in eo sunt quod mouetur. quod in partibus perspicuum est: proprius namq; motus pedum, est incessus: atq; hic idem hominum est: sed tunc non adest nauigantibus.*

Et omne motum mouetur duob⁹ modis, aut per aliud, aut per se, Et dicere per aliud est illud, quod mouet, quia est in aliquo moto, vt equitans in naue. motus enim eius nō est sicut motus nauis. qm̄ nauis mouetur per se, & equitans mouetur, quia est in moto. Et hoc est manifestum ex membris. motus enim proprius pedib⁹ E est ambulatio, & conuenit etiam homini: sed nō primo inuenitur in illa dispositione in equitantibus in naui.

37 1. de Gene. t. c. 45. Cùm declarauit ꝙ falsitas non tantum inuenitur in hoc, ꝙ mouet se anima, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus, sed etiam in hoc, quod dicunt ꝙ substantia animæ constituitur per motū, vt vēti, & fluuij, incœpit declarare hoc etiam esse impossibile. Et incœpit primo diuidere modos, secundum quos dicitur ꝙ aliquid est motū: & declarauit primo ꝙ motus attribuitur alicui duobus modis: aut essentialiter, quando aliquid fuerit motum per se: aut accidentaliter, quando fuerit motum per motum, alterius, cùm fuerit in re mota. Et dicit: Et omne motum mouetur duobus modis, aut per aliud, aut per se. D.d. exemplum de equitantibus in naui. Deinde dicit: & hoc manifestum est ex membris, idest motus nauis non attribuitur equitantibus essentialiter. * & hoc manifestum est ex motu membrorū, propter quæ attribuitur motus essentialiter homini, & animali, scilicet pedum. motus enim non attribuitur homini essentialiter, nisi propter hæc membra: & iste motus non inuenitur in equitantibus in naui: motus igitur essentialis non inuenitur in eis. † Et debes scire ꝙ illud, quod dicitur motum, quia est in moto, est duobus modis. Modo, qui est possibilis vt moueatur per se: vt equitantes in naui, qui mouentur per motū nauis. Et modo, qui est impossibilis: vt albedo, quæ mouetur per motum corporis albi. F

*Mot⁹ eēntial'r attribuit hoī p pedes. Sed vide oppositū 6. Ph. 59. & 7. 4 vbi dr ꝑ per cor. †Vide cōsimile. 4. Ph, t. c. 32. & 5. Phy. cō. 1. & 6. phy. 86. & 8. phy. 27. Vide cōt. Zim.

Dupliciter aūt vtiq; dicto moueri, nunc intendimus de anima si per seipsam mouetur & participat motu. Quatuor autem mot⁹ cùm sint, loci mutationis, alterationis, augmenti, & decrementi, aut ſm vnum horum mouebitur, aut secundū plures, aut omnes. Si vero mouetur non ſm accidens, natura inerit motus ipsi: si autem hoc, & locus: omnes enim dicti motus in loco sunt.

Cum

A *Cum inquam moueri bifariam dicatur, nunc consideramus de Anima, an per seipsam moueatur, motúsq; particeps sit. Cum autem quatuor motus sint, latio, alteratio, auctio, & diminutio, aut vno eorũ mouebitur, aut pluribus, aut omnibus: Quòd si mouetur non per accidens, natura ei inerit motus: Sin hoc, etiam locus: omnes enim dicti motus, in loco sunt.* 10 PH.

Et, quia motũ dicitur duobus modis, debemus modo perscrutari de anima vtrũ moueatur per se, aut per aliud. Et, quia motus sunt quatuor, loci, & alterationis, & augmẽti, & diminutionis, necesse est aut ut moueatᷓ aliquo istorum motuum, aut vt moueatur plusq̃ vno, aut vt moueatur omnibus motibus. Si igitur mouetur non accidentaliter, & motus est ei naturaliter. &, si ita sit, habet locum etiam. oẽs enim motus, quod diximus, sunt in loco.

38 Cùm diuisit motum in duo essentialiter, & accidentaliter, incœpit perB scrutari vtrum sit possibile vt anima moueatur per se, & dicit. Et quia motum dicitur, &c. idest &, cum declaratum est quòd motus dicitur duobus modis, perscrutandum est vtrum anima moueatur per se, aut nõ moueatᷓ nisi accidentaliter. Deinde proposuit huic tres propositiones, quarum Vna est ꝙ motus sunt tres in genere. sed ipse dixit quatuor large, quasi numerando additionem, & diminutionem pro duobus. Secunda autem est ꝙ, si anima mouetur, aut vno istorum motuum, aut pluribus, aut omnib' mouetur. Tertia vero est ꝙ, si mouetur vno istorũ motuum, necesse est vt sit corpus. Quòd autem, si anima mouetur, tunc vno istorum motuũ mouetur, sic componitur. Si anima mouetur essentialiter, necessario mouetur vno essentialium motuum, aut plurib', aut omnibus: & omnis motus aut est loci, aut alterationis, aut augmẽti: ergo anima, si mouetur, mouetur, aut localiter, aut cremento, aut alteratione. &, cùm coniunxerimus huic quòd omne motum aliquo istorum motuum est corpus, vt declaratum est in Sexto Physic. concludetur quòd, si anima mouetur, est cor- 6. phy. te.
C pus, & in loco: cùm omne corpus sit in loco. Hoc igitur possumus intelli- cõ. 32.
gere de hoc, quod dicit, si igitur mouetur non accidentaliter, & motus est ei naturaliter. Si igitur ita sit, habet locum. omnes enim motus prædicti sunt in loco. si igitur mouetur naturaliter: & omnis motus naturaliter est vnus illorum trium: & quilibet illorum est in corpore: & omne corpus est in loco: necesse est vt anima sit in loco. &, cũ fuerit in loco, erit mota motu locali necessario. omne enim, quod mouetur altero illorum duorum motuum, mouetur localiter: sed non conuertitur. Sed in verbis est ambiguitas. quoniam d. omnes enim motus prædicti sunt in loco: & non. d. omnia enim mota illis motibus prædictis sunt in loco: sed omnes motus prædicti. sed hoc etiam secundum suum modum non vere dicitur de illis motibus tribus, scilicet vt sint in loco, si hoc, quod dixit prædicti, respõdet illis tribus. motus enim alterationis non est in loco. Et ideo possumus

Oĩs mot' ẽ in loco.

Obiectio. Nunquid oĩs motus sit ĩ loco.

Pría solu

intelligere ex hoc, quod d. si igitur mouetur non accidentaliter, & motus est ei naturaliter, idest per se, nō propter aliud extrinsecum, necesse est vt moueatur motu locali. & sic intendit per motus prædictos omnes modos motus localis. iste enim motus existit in re naturaliter, & est necessario in loco. & secundum hoc erit sermo eius & mot' est ei naturaliter, quasi alia conditio addita ei, quod est ei essentialiter. alteratio enim potest dici aliquo modo quòd est in alterato essentialiter. Et potest dici ꝙ est in eo accidentaliter aliquo modo. albedo enim non mouetur in nigredinem, nisi quia est in aliquo diuisibili, scilicet in corpore, non quia est diuisibilis in se. & sic erit hic alius modus modorū accidentaliter à modo descripto: vt verificat hanc expositionem hoc, quod post dicet. D

Scda solo.

Si autem est substantia animæ, mouere se ipsam, non secundum accidens moueri ipsi inerit, sicut albo & tricubito: mouētur enim & hæc, sed secūdum accidens: cui enim hęc insunt, mouetur illud corpus. vnde non est locus ipsorum: animæ autem erit, siquidem natura motu participat. E

SOPH. *Quòd si Animæ substantia est mouere se ipsam, profectò moueri nō per accidens ei inerit, queādmodum albo, vel tricubito: mouētur enim hæc quoq;, sed ex accidenti: nā id cui insunt, mouetur, videlicet corpus: Ideoq; nō est locus ipsorū: at Animæ erit, si natura motus ē particeps.*

Et, si substantia animæ est vt moueat se, tunc mouere nō erit accidentaliter, vt motus albi, & tricubiti. ista enim mouentur, sed accidentaliter. quod autem mouetur est corpus, in quo hæc duo existunt. Et ideo non habent locum. anima autem habet locum: cum habeat naturaliter communicationem cum motu.

39 Cùm declarauit ꝙ, si mouetur essentialiter, oportet vt moueatur vno trium motuum, incœpit declarare ꝙ non potest moueri motu alterationis, neq; augmenti. impossibile est enim vt inueniatur in eis aliquod mouens: quoniam hoc non inuenitur nisi in motu locali tantum: quamuis illud, quod mouetur in qualitate mouetur aliquo modorum rerum, quæ dicuntur moueri accidentaliter. Et dicit: Et, si substantia animæ, &c. i. & si substantia animæ est aliquod mouens se, vt Antiqui describunt, tūc impossibile est vt moueatur in qualitate, vt album in nigrum: neq; in quantitate, vt tricubitum in tetracubitum. quoniam, si aliquod istorum dicat moueri, non dicetur nisi accidentaliter: quoniam illud, quod mouetur in istis, non est nisi corpus Et hoc est quasi causa, propter quam non inuenitur in his duobus motibus mouens ex se. sed quoniam motus non attribuitur albedini, & nigredini, nisi propter corpus, in quo existunt hę duæ qualitates, manifestum est. Sed difficile est imaginari quomodo attribuitur additio, & diminutio in quantitate rei augmentabili, & diminuibili accidentaliter. augmentatum enim essentialiter mouetur in loco. F

Vide. 8. phy. 60. et quæ ibi.

Dubium.

Sed

A Sed fm q̄ est motus in partibus, nō in toto. mot⁹ igitur attribuitur toti accidentaliter. motus igitur attribuitur alterabili, & augmentabili modo accidentali: sed alterabili propter corpus deferens, augmētabili autem & diminuibili propter partes corporales augmentabiles, & diminuibiles. Et secundum has duas intentiones intelligendus est suus sermo, in quo dicit, quod autem mouetur est corpus, in quibus sunt hæc duo, idest est corpus, in quibus sunt hęc duo. in qualitate vero est corpus subiectum: in augmētato autem sunt partes corporis, in quibus inuenitur iste motus. & sic possunt dissolui omnes dubitationes contingentes huic sermoni.

Solutio. Vide. 1. de Gen. 37. & 8. phy 33.

Amplius autem & si natura mouetur & violentia mouetur, & si violentia, & natura: eodem autem modo se habet & de quiete: in quod enim mouetur natura, & in hoc quiescit natura: in quod autem violentia, quiescit in hoc violentia. quales autē violenti motus animæ erunt & quietes, neq; fingere volentibus facile est reddere. B Amplius autem siquidem sursum mouebitur ignis erit, si vero deorsum, terra: Horum enim corporum motus hi: eadem autē ratio & de medijs.

3 PH. *Item si natura mouetur, & vi etiam moueri possit: & si vi, etiam natura. Eodem etiam modo res habet de quiete: ad quod enim natura mouetur, in eo quoq; natura quiescit: similiter etiam ad quod vi mouetur, in eo quoq; vi quiescit. Qui autem violenti motus Animæ erunt, et quietes, ne si fingere quidem velis, facile describas. Item si sursum mouebitur, erit ignis: si deorsum, terra: hi enim motus, horū corporū sunt. Eadem ratio est de intermedijs.*

Et, si mouetur naturaliter, mouetur etiam violente: &, si violente, naturaliter. Et similiter de quiete. ad quod enim mouetur naturaliter, in eo quiescit naturaliter. & similiter in illo, ad quod moue- C tur violente, in eo quiescit violēte. Qui igitur sunt motus, & quietes isti, qui violente accidunt animæ? Et si mouetur superius naturaliter, est ignis: &, si inferius, est terra. isti enim duo motus non sunt nisi horum duorum corporum. Et sermo de corporibus medijs est iste idem sermo.

40 Idest Et, si mouetur naturaliter, i. per se in loco, necesse est vt moueatur violente in loco. & hoc necesse est in eo, quod mouetur in loco motu recto. D. posuit conuersum, & d. &, si mouetur violente, mouetur etiam naturaliter. & hoc etiam necesse est, s. q̄ illud, quod mouetur violente, debet moueri naturaliter: motus* enim violentus non intelligitur nisi respectu naturalis. D. d. Et similiter de quiete. idest & fm hunc modum debet eē in quiete s. q̄ omne motum naturaliter habet quietem naturaliter: & oē habens quietem naturaliter habet quietē violente: & oē habens quietem violente, habet quietē naturaliter. Si igitur anima mouet̄ naturaliter, hēt

[...]u motu [...]ecto qd̄ mouetur nāl̄r, mouet̄ violen[...]er Idē. 2. Cœ. 84.

*Mot⁹ violent⁹ n̄ intelligit̄, nisi i respcu nālis. vide 1. Cœ. 14. & q̄ ibi. & 2. cœ. 83.

quietem naturaliter:&,si habet quietem naturaliter, habet quietem violente. Et,cum narrauit ꝙ illud,quod mouetur naturaliter, potest habere violentam quietem,narrauit in quo loco habet quietem violente,& d.& similiter in illo ad quod mouetur naturaliter, in eo quiescit violente.i. in loco enim,in quo mouetur naturaliter,quiescit violente. verbi gr̃a ignis, qui mouetur naturaliter in loco inferiori,in eo quiescit violente:terra autem econuerso.& hoc determinatum est in Quinto Physi. Et, cum probauit ꝙ si anima mouetur naturaliter,& per se. necesse est vt moueatᷣ violente,aut quiescat violente, his propositionibus verificatis, d. Qui igitur motus sunt? idest nullus enim potest dicere in hoc aliquid. hoc enim nullo modo imaginatur in anima, nedum sit necesse. Et potentia istius sermonis est potentia duorum syllogismorum hypotheticorum. Quorum primus est quòd,si anima mouetur naturaliter,mouetur violente, sed nõ mouetur violente:ergo non mouetur naturaliter.Secundus autem,est ꝙ, si anima mouetur naturaliter,quiescit naturaliter, & si quiescit naturaliter,quiescit violente:sed non quiescit violente: ergo non quiescit naturaliter:& si non quiescit naturaliter, non mouetur naturaliter. & iste componitur ex duobus syllogismis hypotheticis continuatiuis, in quorum vtroq; destruitur consequens, & concluditur oppositum præcedentis.

5.physi. 54.60.

D.d.alium syllogismum,qui sequitur ex istis propositionibus, per quẽ declarat ꝙ anima non mouetur naturaliter, & d. Et, si mouetur superius naturaliter:est ignis:& si inferius,est terra.idest si mouetur naturaliter in loco mouetur aut superius,aut inferius: cùm omnis motus in loco est altero istorum modorum.& hoc verum est in motu recto. Si igitur mouetur superius,est ignis: si inferius,est terra: si medio modo est alterum duorum corporum mediorum,aut aqua,aut aer. Et hoc intendebat cũ dicit. Et sermo de corporibus,&c.idest quasi diminuit impossibile consequẽs: quia manifestum est.& est quòd, si est ignis,aut aliquod elemẽtorum est in corpore violente.&,si est aliquod elementorum,non debet moueri in corpore nisi vno motu naturaliter,aut superius, aut inferius, non motibꝰ oppositis,sed nos videmus eã moueri motibus oppositis in loco: ergo nõ est vnum elementorum quatuor.

Quoniam autẽ videtur mouere corpus, rationabile est his mouere motibus,quibus & ipsa mouetur:si autem hoc, & conuertentibus dicere verum,ꝙ secundum ꝙ corpus mouetur, hoc & ipsa: Corpus autem mouetur secundum loci mutationẽ, quare & anima mutabitur secundum corpus,aut tota, aut secundũ partes trãslata:Si autem hoc,contingit & exeuntẽ iterum ingredi:ad hoc autem sequitur,resurgere mortua animalium.

SOPH. *Item quia videtur mouere corpus,consentaneum est,vt ijs illud moueat motibus,quibus & ipsa mouetur.Quod si ità est,etiam facta conuersione dicere verum est, quo corpus mouetur,eo & ipsam moueri, at*

vero

A *verò corpus latione mouetur, quare & anima mouebitur quomodo corpus, aut tota, aut partibus demigrando. Sin autem id fieri potest, fieri etiam poterit vt egressa rursus introeat: Cui consequens fuerit ut mortua animalia resurgant.*

Et etiã, si videmus eã mouere corpus, necesse est vt moueat ipsum illis motibus, quibus illa mouetur. Et, si ita sit, cum iste sermo cõuertetur, erit verus, s. ꝙ motus, quo corpus mouetur, mouetur etiam ipsa illo motu, & corpus mouetur motu locali: vnde necesse est vt anima transmutetur fm transmutationẽ corporis, & transferatur ĩ loco, aut fm totũ, aut fm partes. Et, si hoc fuerit, possibile est vt cũ exiuerit ab aliquo loco reuertať, & existat in eo vñ possibile est vt illud, ꝙ moriť ex animalibus, reuertatur, & viuat.

41 Dicit Et etiam, si videmus eam, &c. i. & est etiam altera raciocinatio. quoniam, si ponimus quòd ipsa mouet corpus secundum quòd mouetur B necesse est vt moueat ipsum modo motus, quo mouetur, s. ꝙ, si transferatur, necesse est vt transferat ipsum: &, si alteretur, necesse est vt alteret ipsum. Et, cùm posuit hoc, d. & econtrario etiam, s modus motus, quo corpus mouetur ab anima, necesse est vt moueatur illo eodem motu. Hoc posito, si posuerimus ꝙ corpus mouetur ab anima motu locali, tunc necesse erit vt anima moueatur in corpore, aut secundum totum, aut secundum partes. erit igitur in corpore quasi corpus in loco. &, quia innata est mouere corpus in locis diuersis, possibile est etiam vt ipsa moueatur in locis diuersis, Et cùm ita sit, possibile est, sicut dixit, cùm exierit à corpore, vt reuertatur, & intret ipsum. vnde consequitur, sicut dixit, vt animal mortuum reuertatur, & viuat. Sed ista contradictio est secundum sermonẽ dicentis, non secundum rem in se. Nos enim non ponimus quòd omne mouens mouetur illo modo motus, neq; in motu locali: nisi mouens sit corpus: vt declaratum est in Physicis. Et, cùm quidam existimauerunt quòd hæc contradictio est secundum rem in se, dederunt dubitationes su- Dubium.
C per Aristo. in hac propositione, dicenti ꝙ omne corpus non mouet nisi moueatur, & dicunt, nos videmus hic multa, quæ mouent, & non mouentur illo modo motus, vt lapis retitus: quoniam, cùm calefit, mouet paleam motu locali, tamen ipse non mouetur. Sed iste non est locus istius quæstionis. & eius dissolutio iam dicta est in. viij. physico. vbi indigebat ponere hanc propositionem. Si quæstio esset propria huic loco, contradictio esset secundum rem in se: quia multa videmus alterare, tamen non alterãtur. Sumus igitur inter duo. Aut debentes ponere ꝙ contradictio est secũdum rem in se, & tunc non erit verum, nisi in motu locali, ꝙ non sonant verba Aristo. Aut ponere ꝙ contradictio est secundum sermonem dicentis, non secundum rem in se. Et ista quidem contradictio non verificatur, nisi concedendo primam propositionem, à qua incœpit loqui, scilicet ꝙ, si anima mouet corpus, secundum quod mouetur, necesse est vt moueat ipsum

Solutio 8. Phy. 35. & 32.

ipſum modo motus, quo mouetur: & hoc concedunt Antiqui: aut ſequitur illud, quod concedunt. hoc quidem conceſſo, conſequitur conuerſum eius neceſſario, & eſt quòd omnis motus, quo corpus mouetur, neceſſe eſt vt anima moueatur illo motu. & hoc manifeſtum eſt. ſecundum hoc igitur intelligenda eſt iſta contradictio in hoc loco. D

Secundum accidens, autem motu ſi ab altero moueatur: depelletur enim vtiꝗ violentia animal. non oportet autem cui à ſe ipſo moueri ineſt in ſubſtantia, hoc ab alio moueri: niſi ſecundum accidens: ſicut neꝗ quod ſm ſe bonum aut propter ſe ipſum, hoc quidem propter aliud eſſe, hoc autem alterius cauſa.

SOPH. *Motu porrò, qui per accidens fit, etiam ab alio moueri poßit, fieri enim poteſt, vt vi animal impellatur: non oportet autem cuius in ſubſtantia ineſt, vt à ſe ipſo moueatur, id ab alio moueri, niſi fortè per accidens: quemadmodum neque quod per ſe bonum, aut propter ſe, id per aliud eſſe, aut alterius cauſa.* E

Motu autem accidentaliter non mouetur, niſi per aliud, ſ. cum animal expellitur violente. Sed non eſt neceſſe vt illud, in cuius ſubſtantia eſt moueri per ſe, moueatur per aliud, niſi accidentaliter. quemadmodum non eſt rectum, vt illud, quod eſt bonum per ſe, ſit bonum per aliud: neꝗ illud, quod eſt delectabile per ſe, ſit delectabile per aliud.

42 Cùm deſtruxit ꝙ anima mouetur per ſe, incœpit declarare ꝙ non eſt impoſſibile vt moueatur accidentaliter: immo forte eſt neceſſarium. Et dicit. Motu autem accidentaliter, &c. ideſt motu autem accidentali pōt moueri: cum talis motus non eſt niſi per motum rei, in qua eſt, & hoc accidit ei, cùm corpus, in quo eſt, mouetur violente ab aliquo extrinſeco. Et, cùm dedit pro poſſibili iſtum modum motus, declarauit ꝙ non debet neceſſe eſſe, vt illud, quod mouetur per ſuam ſubſtantiam, moueatur per aliud. Quemadmodū enim illud, ꝙ eſt bonū per ſe, non eſt bonum per aliud, ſic illud, ꝙ eſt motum per ſe, non eſt motum per aliud. F

Animam autem maxime dicet aliquis vtiꝗ à ſenſibilibus moueri ſi quidem mouetur. At vero & ſi mouet ipſa ſe ipſam, & ipſa mouebitur vtiꝗ. Quare quoniam omnis motus exdiſtantia eſt eius quod mouetur ſm ꝙ mouet: & anima vtiꝗ diſtabit à ſubſtātia ipſius ſecundum ſe ipſam, niſi ſecundum accidens ſe moueat; ſed eſt motus ipſius ſubſtantiæ per ſe.

SOPH. *Animam autem maxime dixerit quiſpiam à ſenſibilibus moueri, ſi mouetur. Iam uero ſi mouet ipſa ſe ipſam, ipſa quoq; moueatur. Quare ſi omnis motus receſſus eſt eius quod mouetur, quatenus mouetur, anima etiam recedere poßit ex ſubſtantia, ſi non ex accidenti ſe ipſa moueat,*

A *ueat, sed motus sit substantiæ ipsius per se.*

Et melior sermo omnium sermonum dictorum in hoc, ꝙ anima mouetur, est ꝙ mouet sensibilia. Sed, si mouet se, mouetur et. Vnde necesse est, quia motus est processus moti in modo sui motus, vt anima etiam procedat à sua substantia, si non mouet se accidentaliter. sed motus est suæ substantiæ per se.

43 Cùm declarauit quod contingit dicentibus quod anima non mouet, nisi secundum quod mouetur, vt moueatur modis motuum, quibus mouet: anima autem videtur mouere pluribus modis, vt motu locali, & motibus sensibilium: & iam dedit eis impossibilitatem, si mouetur motu locali, qui est modus quo mouet: declarauit hic quòd sermo magis sufficiēs quòd anima mouetur illo modo, quo mouet, est vt moueat motu, quem facit in sensibilibus, & dicit. Et melior sermo, &c. idest & magis sufficiens sermo est dicere quod anima mouetur in genere motus, quem habet in B sensibilibus. & intēdebat hoc, cùm dicit, quòd mouet sensibilia, idest quod mouetur modo motus, secundum quem mouet sensibilia. Sensus* enim licet moueantur à sensibilibus, tamen existimantur mouere, & moueri ab eis insimul. Deinde incœpit dicere aliud impossibile contingens omnibus: & est quod si actio substantialis animæ, qua sustentatur, quasi forma sit † motus: motus autem est transmutatio rei in sua substantia: necesse est vt anima transmutetur in sua substantia: & non sit in sua vltima perfectione, idest in actu. Esse* enim motus est esse transmutabile, & est compositum ex esse in potentia, & ex esse in actu. & ideo existimauerunt plures Antiquorum ipsum non esse. & dicit. Sed, si mouet se, mouetur etiam, &c. idest, sed si anima mouet se, vt ponunt Antiqui, ipsa etiam mouetur in se, & in sua substantia. Et, quia omnis motus est trāsmutatio moti in modo suæ substantiæ, secundum quod est motum, necesse est vt anima etiam transmutetur à sui substantia Deinde dicit si non mouet se ac- C cidentaliter, idest mihi videtur, si motus non est aliquod posterius ab anima quasi accidens illi, scilicet vt anima accipiatur in definitione motus, non motus in definitione animæ, vt faciunt Antiqui. Et intendebat per hanc expositionem, si non mouet se, ita quod motus sit accidens, & consequens substantiam eius. & forte intelligit intentionem prædictam de accidenti, idest quod opponitur essentiæ.

Sensus licet moueantur a sensibilibus, tñ existimant' mouer & moueri ab eis insimul.

† Motus ē trāsmutatio rei in sua sba. oppositū. 1. ph. 63. & 5. ph. 7. vide cōtra Zimi.

** Eē mot⁹ est cōpositū ex eē ī potētia, & ex esse in actu. & iō existimauerūt plures Antiquorū ipsum nō eē. Idē 3. ph. 14.*

Quidam autem & mouere animam dicunt corpus in quo est, sicut ipsa mouetur, vt Democritus: similiter dicens Philippo comœdiarum Didascalo: ait enim Dædalum fecisse mobilem ligneā Venerem, infundens argentum fusile. Similiter autem & Democritus dicit: motas enim inquit indiuisibiles sphæras, propter id ꝙ aptæ natæ sunt nusquā manere, cōtrahereq; & mouere corpus omne. Nos autem interrogabimus si & quiescere facit hoc idem? Quomodo autem faciat difficile, aut impossibile dicere. Omnino

no autem non sic videtur anima mouere animal, sed per volunta D tem quandam & intellectum.

SOPH. *Sunt etiam qui dicant animam mouere corpus in quo est, vt ipsa mouetur, vt Democritus, similiter dicens ac Philippus Comicus. inquit enim Dædalum fecisse ligneam illam Venerem, quæ moueretur infuso argento fusili. Similiter etiam Democritus asserit: Inquit enim dum mouentur orbes indiuisibiles, eò quòd suapte natura nunquam poßint quiescere, secum rapere, & mouere vniuersum corpus. Nos autem interrogabimus, num illud idem etiam quiescere faciat? At quo tandem pacto id faciet, difficile est immo vero dictu impoßibile. Omnino non ità videtur anima mouere aïal, sed electione quadã, & intellectione.*

Et dicunt aliqui q anima mouet etiam corpus, in quo est, modo, quo mouetur. vt Demo. dixit enim sermonem similem sermo E ni Philippi. Iste enim dicit q Dedalus posuit imaginem Hermaphroditi motam, ponendo in ea argentum viuum. Et similiter dicit Democritus dicens, q sphæræ indiuisibiles semper mouentur, quia innatæ sunt non quiescere in aliqua hora: & sic attrahent secum totum corpus, & mouent ipsum. Nos igitur quærimus ab eo, vtrum hoc idem faciat quietem etiã. & difficile est, immo impossibile dicere quomodo facit hoc. Et vniuersaliter nõ videmus animam mouere animal hoc modo, sed voluntarie.

44 Cùm declarauit quod contingit dicentibus quod mouetur anima ex se, vt transferatur ex se, quemadmodum corpus transfertur, & dedit eis multa impossibilia, incœpit hoc etiam dicere quod plures homines sunt, qui hoc dicunt, & dicit. Et dicunt aliqui quod anima mouet corpus, &c. F idest, & quidam opinantur quod anima mouet corpus motu locali, illa etiam mota. vt Democritus opinatur enim quod partes indiuisibiles semper mouet corpus motu suo, sicut dixit Philippus quod Dedalus fecit mouere imaginem Hermaphroditi, imponendo in eam argentum viuum. iste enim opinatur quod ita est de anima cum corpore in motu, sicut de argento viuo cum imagine. Deinde dicit. Nos igitur quærimus ab eo, &c. idest, &, si causa apud ipsum, propter quam anima mouet corpus, est ista, quærendum est ab eo, quomodo anima facit quietem, si facit motum, secundum quòd semper mouetur. Deinde declarauit quod non solum est difficile, immo impossibile dare causam, quomodo facit quietem. secundum quod mouetur, & dixit. & difficile est dicere, &c. Deinde dicit. Et vniuersaliter non videmus animam, &c. idest quod, si motus corporis ab anima esset, sicut motus imaginis ab argento viuo, tunc motus corporis non esset voluntarius, sed necessarius, & hoc manifestum est.

Eodem

A Eodem autem modo & Timæus physiologizat animam mouere corpus. in eo enim ꝙ est moueri ipsam, & corpus mouet, propter id quod complexa est ad ipsum. constitutam enim ex elementis, & dispartitam ſm harmonicos numeros, quatenus connaturalem sensum harmoniæ habeat, & vt omne feratur secundum cõsonantes motus, aspectum rectum in circulum reflexit, & diuidẽs ex vno in duos circulos dupliciter coordinatos, iterum vnum diuisit in septem circulos: tanquã essent cœli motus, animæ motus.

PH. *Eodem etiam modo Timæus dicit animam mouere corpus: quòd. n. ipsa moueatur corpus etiam mouere, propterea quòd connexa sit cum ipso: constantem enim ex elementis, & distinctam harmonicis numeris, vt insitum sensum harmoniæ habeat, vtque vniuersum feratur consonis lationibus, rectitudinem in orbem torsit, & cum diuisisset vnum* B *in duos circulos duobus punctis connexos, rursus vnum diuisit in septem circulos, vt pote cum Cœli lationes, sint Animæ motus.*

al. l. vt sensum & insitam harmoniã habeat.

Et similiter est de hoc, quod dixit Timæus in sermone naturali. s. ꝙ anima mouet corpus. dixit enim ꝙ non mouet corpus, nisi ipsa mota, quia admiscetur cum eo. Constitutio enim animæ est ex elementis. & est diuisibilis ſm diuisionem numerorum compositorum, vt habeat sensum conuenientẽ harmoniæ, & moueatur totũ motibus conuenientibus. dixit & ideo incuruauit rectitudinem, & posuit eam circulum, & diuisit ex vno duos circulos separatos in duobus locis. deinde diuisit vnum circulum etiã in septẽ circulos: ita quod posuit motus cœli, sicut motus animæ.

Figuræ



Figuræ, Platonis opinionem declarantes, ex eius præcipuis sectatoribus.

Numeri animam constituentes, ac eorum proportiones.

Proportio Dupla. Sexqaltera. Sextertia. Dupla super-bipartiens. Sexqoctaua. Tripla.

1 2 3 4 8 9 27

Diapason. Diapente. Diatessaron. Cōposita ex Diapason & Diatessaron. Ton'. Cōposita ex Diapason & Diapente.

Figura, duplicem dictorum numerorum ostendens coordinationem, in quibus identitas, ac diuersitas reperitur.



Figura, numerorum ostendens reflexionem, quasi circularem, a paribus ad imparia, & econtrario.



¶ Figura, cœlorum ostendens diuisiones, animas, motus, rerum intelligibilium, animæq; nostræ potentiarum ordines, ac proportiones.

45. Cùm declarauit quòd Democritus opinabatur animam mouere corpus localiter, ipsa translata, & dedit impossibile consequẽs eius opinionẽ, incœpit etiam declarare quòd illud, quod dictum est in Timæo, est simile opinioni Democriti, & d. Et similiter etiam, &c. i. & similiter dictũ est in Timæo. s. quòd anima mouet corpus localiter: immo etiã anima trãsfertur, quia admiscetur cum eo: &, cùm ipsa transfertur, transfertur corpus. Et, cùm declarauit similitudinem inter hanc opinionem, & opinionem Demo. incœpit etiam dicere illud, ꝙ est proprium huic opinioni, & contradicit ei proprie, & d. Constitutio enim animæ, &c. i. & hoc dictum fuit in Timęo quòd constitutio animæ est ex elementis istius mundi: sed est intelligens, quia componitur ex elementis musica compositione, & sphærica: & comprehendit harmoniam, quia componitur compositione harmonica:

harmonica: quoniam & apud ipsum talis est natura corporum cœlestiū D corpora enim cœlestia sunt composita apud ipsum tali compositione: & figura eorum talis est. Et, cùm d. quòd constitutio animæ est ex elementis, intendit ex elementis, quibus componitur mundus apud ipsum, Et d. & est diuisibilis. i. & ē composita compositione harmonica, quia per talē proportionem compositionis potest sentire harmoniam. Et hoc intendebat, cùm .d. vt habeat sensum. D. d. & moueatur totum motibus conuenientibus. i. quia habet numerum harmonicum. D. d. & ideo incuruauit rectitudinem. i. intendit quòd Timæus, qui opinabatur quòd anima non agit, nisi inquantum est sphęrica, & comprehendit harmoniam, & mouetur motibus armonicis, idest conuenientibus, inquantum componitur ex elementis compositione harmonica, dixit narrando de creatore ꝙ cōposuit animam ex elementis, composuit ipsam prius magnitudine recta compositione harmonica. deinde incuruauit lineam, & fecit ipsam circulum, vt intelligat, & fecit illum circulum habere latitudinem. deinde diuisit illum circulum in duo: quorum vnum diuisit in septem. s. orbes stellarum erraticarum, & orbem stellarum, ita ꝙ posuit motus cœli eosdem cū motibus animæ. i. ꝙ actiones cœli sunt eædem cum actionibus animæ. E

Nota qualiter aia ē harmonia vt corpora cęlestia s̄m Platonem.

Primum quidem igitur non bene, dicere animam magnitudinem esse: eam enim quæ omnis, talem esse vult, qualis est aliquando vocatus intellectus: Non enim velut sensitiua est: neq; vt desideratiua: Harum enim motus non circulatio.

SOPH. *Primum igitur non rectè habet, dicere Animam esse magnitudinem. Animam enim Vniuersi nimirum talem esse vult, qualis est qui vocatur Intellectus: non enim qualis sensitiua est, neque qualis concupiscitiua: harum enim motus non est conuersio.*

Dicamus igitur prius ꝙ non est rectum dicere quod anima est magnitudo. Manifestum est. n. ꝙ qui intēdebat ꝙ aīa totius. v. g. id, ꝙ dicitur intelligentia, est sic, non intendebat sensibilem aīam, neq; desyderatiuam: qm̄ motus istarum non est circularis. F

46 Dicit quòd non est rectum opinari quòd anima sit corpus, cū intellectum fuerit per animam intellectus: vt declaratum est quòd hoc intendebatur in Timæo per hoc nomen anima. & ideo fecerunt corpus sphæricum. actio enim intellectus similis est circulationi. Et non intelligebatur illic per animam, aut sensibilis, aut desyderatiua. motus enim istarum, & actio earum non assimilatur circulationi: sicut actio intellectus apud eos assimilatur circulo, quia reuertitur, supra se, & intelligit se. & ideo assimilat ipsum Arist. sphæræ.

Prima rō cōtra Platonem.

Aīa sensitiua, & desyderatiuā nō assimilant̄ sphærę, sicut intellectus.

Intellectus autem vnus & continuus est, sicut intelligentia: Intelligentia autem sicut intelligibilia: Hæc autem eo quod consequenter, vnum: sicut numerus, sed non sicut magnitudo: propter quod quidem neq; intellectus sic continuus, sed aut impartibilis, aut

A aut non ſicut magnitudo aliqua continuus. Qualiter enim intelliget magnitudo cũ ſit qualibet partium ipſius: parte autem aut ſecundum magnitudinem, aut ſecundum pũctum: ſi oportet & hoc dicere partem, ſiquidem igitur ſecundum punctum, hæc autem infinita, manifeſtum eſt quoniam nequaquam pertranſibit: Si vero ſecundum magnitudinem, multotiens & infinities intelliget idem: videtur autem & ſemel contingens. Si autem ſufficiens qualibet partium tangere: quid oportet circulo moueri, aut & omnino magnitudinem habere?

PH. *Intellectus autem vnus eſt & continuus, vt etiam intellectio: Intellectio autem eſt ea quæ intelliguntur: quæ quia deinceps ſunt, vnũ ſunt vt numerus, & non vt magnitudo. Quam ob rem nec Intellectus hoc pacto continuus eſt, ſed aut carens partibus, aut non vt magnitudo ali-*

B *qua continuus. nam quo tandem pacto ſi magnitudo ſit, qualibet ſuarũ intelliget partium? atque adeò partium, quæ vel in magnitudine, vel in puncto conſiſtant: ſi modo oporteat id quoque partẽ vocare. ſi igitur puncto, ea autem ſunt infinita, conſtat eum nunquam pertranſiturum: ſin magnitudine, ſæpius aut infinities idem intelliget, cum tamen videatur vel ſemel fieri poſſe. quòd ſi ſat ſit tangere qualibet partium, quid oportet in orbẽ moueri, aut omnino magnitudinem habere?*

al. l. nam quo tandẽ pacto ſi magnitudo ſit itelliget; vtrũ vniuerſe, an qualibet ſuarũ partium.

Intellectus autem eſt vnus, & cõtinuus, & ſimiliter intellectũ. & intelligere eſt res intellectæ. & iſtæ ſunt vnæ ſecundum conſequentiam, ſicut menſura ſine magnitudine. Et ideo intellectus ẽt non eſt continuus hoc modo, ſed aut eſt indiuiſibilis, aut cõtinuus, non ſicut magnitudo. Nullo enim modo poſſumus dicere quomo-

C do intellectus intelligit per aliquam partem partium eius, quæcunque pars ſit idem. Et intelligere per aliquam partem eius aut erit per magnitudinem, aut per pũctum. & ſi punctus eſt infinitus, manifeſtum eſt igitur quòd non pertranſit ipſum in aliqua hora. Et, ſi intelligit per magnitudinem, intelligit multotiens, & infinities, ſed nos videmus intelligere ſemel poſſibile eſſe. Si igitur ſufficit tangere per vnam partem, quæcunque pars ſit, in quo indiget moueri circulariter, & vniuerſaliter, quo ex eo fiat magnitudo.

47 Intellectus autem eſt vnus, &c. i. & intellectus dicitur eſſe vnus, & continuus illo modo, quo dr̃ in ſuo intellecto eſſe vnus, & continuus. D. d. intelligere eſt res intellectæ, &c. i. quia intelligere eſt ipſæ res intellectæ, quæ non dicuntur eſſe vnæ, niſi ſicut dicuntur res conſequentes eſſe vnæ, ſ. numerus. & hoc intendebat, cũ. d. ſicut menſura ſine magnitudine. i. ſine cõtinuatione, & ideo impoſſibile eſt vt dicatur quòd intellectus ſit vnus, &

Scđa rõ cõtra Platonem.

continuus,nisi eo modo,fm quem dr hoc in rebus consequentibus, s. in quantitate discreta.Intellectus igitur non est corpus: quia non est continuusin rei veritate. D.d.sed aut est indiuisibilis,aut continuus, nō sicut magnitudo.d.&,cùm dispositio in intellectu sequitur dispōnem in intellecto,necesse est dicere intellectum,aut esse indiuisibilem,vt vnus pūctus aut continuum:sed non sicut continuatio magnitudinis,sed continuatio compositi.i.quantitatis discretæ. D.d.Nullo enim modo possumus dicere,&c.i.& cùm diximus in eo quòd est magnitudo continua, tunc non intelliget nisi secūdum tactum,vt dictum est in Timæo. nullo enim modo possumus dicere qūo intelligit intellectus per aliquam partem eius, quæcunq; pars sit idem rerum intellectarum. D.d. Et intelligere p aliquam partem eius.i.& intelligere per tactum,cùm fuerit magnitudo, necesse est aut vt tangat per partes eius partes intellecti,aut per totum: totū autem vtrunq; d.si intellexerit per contactum partium cùm partibus rei, necesse est vt,sit aut per aliquam partem eius,quæ sit magnitudo, aut per partem aliquam,quæ sit punctus. Et,cū declarauit hoc,dedit impossibile consequens vtrunq;,&.d. si punctus est infinitus,&c.i. si intellexerit per punctum,manifestum est quòd non potest intelligere totum corpus sem per: puncta enim quæ sunt in corpore,sunt infinita. Si igitur necesse est in intelligendo corpus,vt tangat punctus ex eo omnia puncta, quæ sunt in corpore: ꝙ est impossibile,quia puncta sunt infinita: manifestum est quòd impossibile est vt intelligat corpus omnino fm hunc modum. Et,cùm declarauit impossibile consequēs,si intelligit fm quòd tangit corpus per puncta,incœpit etiam dicere impossibile consequens, si tangat ipsum per partem aliquam,quæ sit corpus,non punctus,& d. Et, si intelligit per magnitudinem,&c.i.&,si intellectus intelligit rem, tangendo per aliquam partem eius,quæ sit corpus,omnes partes corporis intellecti, circungyrando se,quousq; tangat per illam partem corporis omnes partes corporis intellecti,necesse est ex hoc,vt intellectus intelligat idem infinities, quando tangit corpus.quoniam pars non differt à parte in suo tactu : & impossibile est vt intelligat totum corpus.sed nos videmus ꝙ intellectus intelligit totum corpus simul,& vnico intelligere,& non indiget intelligere iterato.Si igitur aliquis dixerit quòd sufficit intelligere corpus, intelligere vnam partem eius,quando tangit ipsum per suam partem;dicemus ei quomodo igitur indiget corpus vt moueatur circulariter, quousq; tangat per suam partem,aut per suas partes omnes partes eius? & vniuersaliter quo indiget quòd intellectus sit corpus,si nō intelligit p tactū.

Tertia rō cōtra Platonē, quæ sumit declarationē a prima.

Si autem necessarium est intelligere tangentē toto circulo,quis est partibus tactus? Amplius,qūo intelliget partibile impartibili, aut impartibile partibili:Necessarium autem intellectum esse circulum hunc:Intellectus quidem enim motus,intelligentia:circuli autem,circulatio.si igitur intelligentia,circulatio, & intellectus vtiq; erit circulus,cuius huiusmodi circulatio intelligentia, semp autem

A autem aliquid intelliget,siquidem perpetua circulatio. Practicarum quidem enim intelligentiarum,termini sunt: omnes enim alterius causa sunt.Speculatiuæ autem rõnibus terminantur similiter.Ratio autem omnis,deffinitio est aut demonstratio: Demonstrationes vero & à principio sunt,& habent quodammodo finẽ, syllogismum,aut conclusionem: si autem non concludantur, sed non reflectuntur iterum in principium, accipientes autem sempꝛ medium & extremitatem,rectè procedunt:sed circulatio iterum in principium reflectitur.Diffinitiones autem omnes finitæ sunt. Amplius autem,si eadem circulatio multotiẽs est,oportebit multotiens intelligere idem.Adhuc autem intelligentia assimilatᷣ cuidã quieti & statui magis q̃ꝫ motui:eodem modo & syllogismus.

OPH. *Sin necessarium est intelligere toto circulo tangentem, quanã erit tactio quæ partibus fit: Item quomodo intelliget partibile impartibi-*
B *li,aut impartibile partibili? Necessarium porrò est, intellectum esse circulum hunc.nam motio intellectus,intellectio est:circuli verò circũuectio.Ergo si intellectio est circunuectio,& circulus etiam erit intellectus,cuius talis circunuectio intellectio est.Iamuero semper aliquid intelliget:& quidem oportet,si quidem perennis est circunuectio. Actiuarum enim intellectionum termini sunt:omnes enim alterius gratia sunt.Contemplatiuæ etiam à rationibus terminãtur: Ratio autem omnis vel diffinitio est,vel demonstratio.Demonstrationes verò & à principio sunt,& habent quoddammodo finem syllogismum,aut conclusionem:quòd si non terminãtur:at saltem non retro commeant ad principium, sed medium semper & extremum adhibentes,recta progrediũtur: at circũuectio retrò ad principium commeat.Diffinitiones etiam*
C *omnes terminatæ sunt.Item si sæpius eadem fiat circũuectio,sæpius idẽ intelligere oportebit.Item intellectio similis est quieti potius cuidam & statui.Eodem etiam modo syllogismus.*

Et,si necesse est intelligere vt tangat per totum circulum, quid igitur est tangere per partes? Et etiam qũo intelliget per indiuisibile diuisibile,aut per diuisibile indiuisibile? Et necesse est vt intellectus sit iste circularis ipsæ.intelligere.n.est motus intellectus, & circulatio est motus circuli.Et,si intelligere est circulatio,erit etiã ista circulatio intelligere.Quid igitur intelligit semper? hoc enim necessarium est,si circulatio sit semper æterna. Intelligere.n.mechanicum est finitum:qm̃ quodlibet illius est ꝑꝑ alterum. Et intelligere speculatiuum,& est definire per sermones,similiter. Et

omnis sermo aut ē definitio, aut demōstratio. Et demonstrationes D
accipiuntur ex principio, sicut vltimo: & est syllogismus, & conclusio. Et, quamuis in eis non accidat conclusio, tñ non reuertunt ad sua principia, sed semper crescunt in medio, aut extremo, & ꝓcedunt recte. circulatio autem reuertitur ad suum principium. Et etiam omnes definitiones sunt finitæ. Et etiam, totus motus idem est multotiēs. Et etiam intelligere dignius est vt attribuatur quieti, quàm motui. & similiter syllogismus.

48

Vid supra cō. 36. Quarta rō cōtra Pla.

Dicit. Et, si est necesse intelligere, &c. i. &, si necesse est intelligere vt intellectus tangat per totum circulum rem intellectam, & tunc intelliget. & ista est secunda pars trium diuisionum. quo igitur indigetur vt tangat ꝑ partes? ociosum enim est tangere per partes. Deinde. d. Et etiam quomodo intelliget per indiuisibile, &c. i. quomodocunq; posuerimus quòd tangat, siue per partem indiuisibilem, siue per diuisibilem, siue illud diuisibile fuerit totum, aut pars, aut vtrunq;, s. quòd tangat partem per partē, & totum per totum, impossibile est nobis dicere quomodo intelligit per E tactum. Quoniam, si dixerimus quòd habet partes indiuisibiles, quomodo tangit per partes indiuisibiles partes diuisibiles rerum. &, si dixerimus quòd habet diuisibiles, quomodo tangit per eas: tangens enim debet esse superpositum. & omnia ista contingunt eis: quia ponūt quòd intellectus in eo quòd est intellectus, habet partes, & quòd non intelligit, nisi tangendo. Deinde dicit. Et necesse est vt iste ītellectus sit circularis ipse. i. & necesse est vt intellectus sit proprium aliquod corpori circulari. manifestū est igitur quòd contingit ex hoc quòd intellectus est corpus circulare.

Tangēs debet esse suppositū. Idē 5. Ph. 26.

Et syllogismus sic componitur. Actio intellectus est circulatio: & circulatio est corpus circulare: ergo actio intellectus est corpus circulare. & illud, cui attribuitur actio intellectus est intellectus: ergo intellectus est corpus circulare. Et, cùm declarauit quòd contingit necessario vt intellectus sit corpus circulare: & eius actio sit circulatio: notificauit quòd est necesse, si intelligere eius sit circulatio, & circulatio etiam fuit in eo semper, secundum quòd est corpus cœleste, vt eius intelligere sit semper, & in infinitum. Et. d. Et, si intelligere est circulatio, &c. i. &, si intelligere est circulatio, tunc etiam circulatio existens in intellectu erit intelligere, & circulatio erit semper. vnde manifestum est quòd intelligere erit semper, & F in infinitum. Deinde, incœpit dare impossibile, quod sequitur ex hoc, &. d. Quid igitur intelligit semper? &c. &, cùm secundum hanc opinionē necesse est vt semper intelligat, quid possunt dicere ꝙ semper intelligit. hoc enim necesse est propter hoc, quod ponunt, ꝙ circulatio est semper. & nihil possunt dicere in hoc: qm̄ intelligere per operationem est finitū. omne enim intellectum apud operationem nō intelligitur nisi per aliud: & omnia propter vltimum finem, qui intenditur in illa operatione mechanica. Et, cùm declarauit ꝙ intelligere est finitum in intellectu mechanico, incœpit declarare quòd ita est in speculatiuo, & d. Et intelligere speculatiuum,

Quod motus circularis sit in cœlo paret. 1. cœli a t. c. 9. vsque ad. 18 ꝙ vero ęternus. 8. ph. 73. 75 Quinta rō cōtra Pla.

Oē ītellm̄ apud opō nē nō intelligit᷑ nisi ꝑ aliud: & oīa ꝑꝑ vltimū fi-

A tulatiuum,& est finire per sermones,similiter.i.similiter est in rebus speculatiuis. D.d.Et omnis sermo,aut est definitio,aut demonstratio .i.& omnis actio intellectus,aut est definitio,aut demonstratio. Et, cùm declarauit hoc,incœpit declarare quòd vtraq; istarum actionum est finita, & d. Et demonstrationes accipiuntur ex principio.i. & demonstrationes habent principium,ex quo accipiuntur,& sunt propositiones: & habent finem,& est syllogismus,qui fit ex propositionibus,& conclusione. D.d. & quãuis in eis non accidat conclusio,&c.i.& qui concludit aliquam conclusionem,non faciet reuertere illam cõclusionem,sicut facit in syllogismo circulari:sed addit ei aliam propositionem,per quam impossibile est vt demonstratio reuertatur circulariter,s.vt principium fiat finis, & finis principium:sed additur illic terminus medius alius, & extremum maius aliud,& alia conclusio:& erit motus intellectus tunc sm rectitudinem, non secundum circulationem. Circulatio aũt,quam opinantur esse actionem intellectus,non intelligitur ab hoc intellectu.i.qui procedit sm rectitudinem,sed reuertitur.

nẽ, q̃ intẽdit in opõne mechanica. Idẽ 2.Met.t.t. 3. Oĩs actio intell's,aut ẽ dẽfõ,aut demõstratio,cõsi'e. 3. de aĩa. 23.22.36.

B Et,cùm declarauit hoc in demonstratione, incœpit declarare hoc in definitione,& d.Etiam oẽs definitiones sunt finitę, i.& definitiones rerum,cũ perficiuntur per intellectum,sunt finitæ: sicut res,quæ exigunt vt credantur.& intelligere non reuertitur in eis circulariter:sicut fides non reuertitur in demonstrationibus circulariter. D.d. Et etiam totus motus idem est multotiens.i.&,& si motus intellectus, & circulatio eius fuerit in eodem intellecto,tunc comprehendet ipsum infinities. Et in alia translatione est manifestius sic. Et,cùm motus intellectus fuerit circularis,non specialis, tunc comprehendens comprehendet idem multotiens.& ideo possibile est vt sermo sit sic. Et, si motus intellectus fuerit circulatio,tunc intelliget omnia multotiens. D.d. Et intelligere dignius est vt attribuatur quieti,quam motui.& intendit ex hoc, qđ apparet:quoniam actio nostra per ipsum apud quietem est magis perfecta,quam apud motum, & ideo melius est attribuere actionem intellectus quieti,quam motui,sicut fecerunt isti.

Sexta rõ cõtra Pla.

C At vero neq; beatũ,quod non facile,sed violentum:si autem est motus ipsius non substãtia,extra naturam vtiq; mouebit.laboriosum autem & commisceri animã corpori,nec posse absolui,& adhuc fugiendum:siquidem melius est intellectui non cum corpore esse:quemadmodum & consuetum est dici,& multis videtur.

SOPH. *Quin ne beatum quidem est,quod non facile,sed violentũ est. Quòd si est motus eius non substantia,vtiquẽ præter naturam mouebitur. Laboriosum etiam est coniunctum esse cum corpore, nec posse ab eo solui:& insuper etiam fugiendum:si quidem melius est intellectui non esse cum corpore:quemadmodum dici solet,& inter plerósq; conuenit.*

Et etiam quod non est facile,non est delectabile, sed quasi violẽtum.Si igitur motus nõ est substantia aĩæ,tunc non mouetur,nisi

ab aliquo extrinseco à sua natura. Et est etiam valde difficile vt intellectus sit admixtus cum corpore admixtione, qua non possit recedere ab eo: si melius est intellectui vt nō sit cōiunctus cū corpore, sicut est consuetudo dicendi, & secundum q^d plures opinant. D

49 Septima rō contra Platoné. Et etiam manifestum est ꝙ intelligere apud motum magis est difficile, quā apud quietem. motus igitur est ab aīa, quasi violentus: ergo nō est in substantia eius, neq; aīa constituit per ipsum, sed est extra naturā eius. Et, cū notificauit hoc, incępit dare impossibile contingens eis in hoc, ꝙ dicunt intellectū esse corpus, & d. Et est ēt valde difficile, &c. i. & valde est improbabile, & difficile ad intelligendum, ſm ꝙ hoīes consueuerunt dicere, ꝙ si intellectus sit corpus, aut admixtum cum corpore, tali admixtione ꝙ non potest euadere ab eo omnino: cū omnes, aut plures opinent quod melius est vt intellectus non sit coniunctus cū corpore, nedum sit corpus. natura enim intellectus vr̄ esse valde opposita naturæ corporis.

Octaua rō cōtra Pla.

Nā intellect⁹ vr̄ eē valde opposita naturæ corporis.

Immanifesta autem & circulariter ferri cœlū causa: neq; enim animæ substantia cā est circulariter ferri: sed ſm accidens sic mouetur: neq; corpus cā: sed anima magis illi. At vero quia neq; melius dr̄ oportebit pp hoc deum facere circulr ferri aīam, quia dignius sit ipsam moueri q̄ manere: moueri autem sic, q̄ aliter. E

SOPH. *Incerta est etiam causa, cur cœlum circunferatur: neq; enim aīæ substantia causa est quāobrē circunferatur, sed per accidens ita mouetur: neq; corpus est causa: sed illi potius anima. Neque vero quod melius dicatur: atqui oportebat Deum propterea facere animam circumferri, quòd melius sit ei moueri, quam stare: & ita moueri, quam aliter.*

Et ex eis, quæ latent, etiam est causa, pp quam cœlū mouetur circulariter. Substantia enim animæ non est cā motus eius circulariter, sed mouetur isto motu accidentaliter. Neq; corpus etiam est cā in hoc: immo anima est dignior in hoc. Et etiam neq; dixit quare hoc fuit melius: licet apparet ꝙ Deus non posuit animam moueri circulariter, nisi quia moueri est ei melius, q̄ quiescere. & quod mouetur hoc modo est melius quā ꝙ moueatur alio modo. F

50 D. Et latet ſm hanc opinionem dare causam, pp quam cœlum mouet. ſm enim positionem eorum substantia animæ non dat istum motum, cū substantia animæ apud eos non sit nisi corpus elementorum: & iste motus, s. circularis est ei acciddentaliter, s. quia creator incuruauit ipsum à rectitudine in circulationem. D. d. Neq; corpus etiam, &c. i. &, cum anima nō est causa istius motus essentialiter, quæ est dignior vt sit causa: & corpus, in eo quod est corpus, remotius est vt sit causa. D. d. Et etiam neque dixit, &c. i. & etiam Plato non dedit in hoc sermonem, quare animam moueri circulariter est melius, quàm non moueri, aut quàm non moueri circulariter: neque potest dare. Necesse enim vt Deus non posuerit animam

Nona rō cōtra Pla.

A mam moueri,nisi quia moueri est melius ei,quòd quiescere. & posuit eã moueri circulariter:quia talis motus est melior recto. & intendit quòd omnia ista demonstrent hanc opinionem esse improbabilem.

Quoniam autem hmõi intentio est alteris rõnibus magis propria,hanc quidem dimittamus nunc. Illud autem inconueniens accidit & huic rationi,& pluribus quæ de anima sunt: copulãt. n. & ponunt in corpus animã nihil determinantes, pp quã causam, & quomodo habente corpore.

P H. *Sed quoniam hæc consideratio alijs est disputationibus accommodatior,eam in præsentia prætermittamus. Illud autem absurdum accidit & huic sermoni,& plurimis eorum qui de Anima haberi solent: Cõpingunt enim et immittunt in corpus Animam,nihil præterea distinguentes,quam ob causam,& quomodo se habente corpore.*

Si igitur ista consyderatio est magis propria alio sermoni, di-
B mittenda est statim à nobis. Et dicamus q est alia improbabilitas contingens huic sermoni, & pluribus sermonibus de anima. Et est,quia ipsi coniungunt animam corpori,& ponũt eam in eo: & non dant cùm hoc,qua de causa sit coniuncta cum eo, & quæ est dispositio illius corporis.

51 Et quia hæc perscrutatio est magis propria aliæ scientiæ, s. quare est melius cœlum moueri,quàm quiescere: & quare circulariter magis quã recte. ista enim quæstio proprie est primæ Philosophiȩ. quapropter oportet nos dimittere hoc cito, & dicere quæ est improbabilitas contingens huic sermoni,&c. i. Et ista improbabilitas,quæ contingit huic sermoni: & pluribus sermonibus de anima, est q omnes dicentes q est ens, siue corpus,siue non corpus,coniungunt eam corpori,& non dant causam, propter quam ligata est cum corpore, neq; dicunt q est dispositio corporis, quod est adaptatum,vt ligetur cum ea.

Qõ,quare melius sit cœlũ moueri, q̃ q̃escere ẽ ꝓpria priæ philosophiæ.& q̃re circulariter magis, q̃ recte. Sed vide oppo. 1. Cœ. t.c. 12. quia vr̃ q sit nãlis cũ ibi terminet. Vide cõtra. Zim.

C Et tamen vr̃ hoc vtiq; necessarium esse: pp enim cõitatem, hoc quidem agit,illud autẽ patitur:& hoc quidem mouet, illud autẽ mouetur: Horum autem nihil inest ad inuicem quibuscunq;.

P H. *Quod tamen necessarium esse videatur. nam propter communionẽ hoc agit,illud patitur: atque hoc mouet,illud mouetur. Horum autem nihil adest inter se quibuslibet.*

Et licet hoc,vt reputo,necessarium sit, qm̃ propter cõicationẽ hoc agit,& hoc patitur,& hoc mouet,& hoc mouetur: & nihil ex hoc fit in quibuscunq; adinuicem. Dicere enim hoc in eis est simile,ac si hoc diceret, q ars Carpẽtaria existat Musica. Ars. n. ita vtitur instrumentis,sicut anima corpore.

Hęc reperies in textu sequẽti

52 Id eſt & hoc, ꝙ ignorauerũt de anima, neceſſarium eſt vt cauſa eius ſit D data: quoniam in omnibus rebus eſt cõicatio inter agens, & patiẽs, & mouens & motum: & non patitur quidlibet à quolibet. Hoc igitur, ꝙ dicũt, ꝙ anima eſt in corpore ſine aliqua cõicatione data inter corpus, & aĩam, quæ anima eſt digna mouere, & corpus animalis moueri inter omnia corpora, ſimile eſt ſermoni dicentis quod anima exiſtit in quocunq; corpore, ſic, ꝙ eſt ſimile ſermoni dicentis ꝙ ars Carpentaria exiſtit ſubiectum Muſicæ. Si igitur ars Carpentaria habet propria ſubiecta, & propria inſtrumenta, quibus vtatur, neceſſe eſt vt ita ſit de anima cum corpore. corpus enim eſt inſtrumentum animæ. & ideo corpora animalium conuenientia ſunt animabus eorum.

Decima rõ contra Plat. cõis ſibi, & Antiquis.

Hi aũt ſolũ conãtur dicere qualequid ſit aĩa: de ſuſceptiuo aũt corpore nihil adhuc determinant, tanq̃ cõtingẽs ſit ſm pythagoricas fabulas, quamlibet aĩam quodlibet corpus ingredi. Simile itaq; dicunt aliquid: ſicut ſi aliquis dicat tectonicã in fiſtulis ingredi. Oportet. n. artẽ quidẽ vti organis: animam autẽ corpore. E Videtur, n. vnumquodq; propriã habere ſpeciem & formam.

SOPH. *Hi verò ſolùm aggrediuntur dicere, qualequid ſit Anima: de recepturo autem corpore nullam addunt diſtinctionem: quaſi poßibile ſit ſecundum Pythagoricas fabulas, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi. Simile ergo quidpiam dicunt, vt ſi quis dicat artem fabrilem in tibias ingredi. Oportet enim artem quidem vti inſtrumentis, animam vero corpore.*

Et iſti non quærunt loqui niſi tantũ quid eſt aĩa, & nihil determinant de corpore recipiente, ſicut Apologus, quo vtitur Pytagoras, ſ. vt quælibet aĩa intret quodlibet corpus. videmus. n. quod F quilibet habet formam, & creaturam propriam.

53 Dicit. Et iſti, qui locuti ſunt de anima, non ſunt perſcrutati, neque volunt perſcrutari, niſi quid ſit tantum, & nihil dicunt de natura corporis ei proprij. &, quia hoc dimiſerunt, videtur eſſe poſſibile apud eos vt quælibet anima exiſtat in quolibet corpore, & transferatur de corpore in corpus: ſicut dixit pythagoras in Apologo, quem poſuit ad corrigendum animas ciuium. & iſta opinio eſt falſa. videmus enim quòd quilibet habet formam propriam, & corpus proprium, ideſt animam propriam, & corpus animalis proprium. Et hoc, quod dicit, eſt manifeſtum in ſpeciebus valde. membra enim leonis non differunt à membris cerui, niſi propter diuerſitatẽ animę cerui ab anima leonis. &, ſi eſſet poſſibile vt anima leonis exiſteret in corpore cerui, tunc natura ocioſe ageret. & hoc etiam manifeſtum eſt in indiuiduis eiuſdem ſpeciei. & ideo diuerſi ſunt mores. & ex hoc deſtruximus opinionem Pithagoricam.

Membra cerui non differũt a membris leonis, niſi quia aĩa differt ab aĩa. conſimile. 2. de Aĩa. cõm. 60.

Confutatur

A *Confutatur opinio, Animam harmoniam esse asserens.* Cap. 2.

ALia autem opinio quædam tradita est de anima, credibilis quidem multis: & neq; vna minor his quæ dicta sunt: rationes autem tanquam directiuas præbens, & in communi factis rationibus. Harmoniã enim quandam ipsam dicunt. Etenim harmoniam temperamentum, & compositionem contrariorum esse: & corpus componi ex contrarijs.

OPH. *Traditur etiam alia quædam de Anima opinio, probabilis illa quidem multis, & nulla earum inferior quæ circunferuntur: quæ tamen veluti ii qui magistratu abiissent, etiam in communibus disputationibus rationes retulit. Harmoniam enim quandam eam nonnulli dicunt: etenim harmoniam temperationem, & compositionem esse contrariorum, & corpus constare ex contrarijs.*

B Et est alia opinio, de qua multi contenti sunt, & non est minor opinionibus prædictis. Dicunt enim q; est aliqua compositio harmonica. harmonia enim est admixtio, & compositio contrariorũ & corpus est compositum ex contrarijs.

54 Cùm compleuit contradictionem eius, quod dictum est in Timæo, reuersus est ad contradicendum sermoni dicentis animam esse formam ex congregatione, & harmonia propria elemẽtorum. &, quia ista opinio est valde sufficiens, dixit & est hic alia opinio de anima. D.d. Dicunt enim q; est aliqua compositio harmonica, &c. idest dicunt enim q; anima est aliquod harmonicum, & aliqua compositio ex compositionibus elementorum in re composita admixta ex eis. & dixerunt hoc, quia opinabant̃ q; harmonia est compositio, & admixtio contrariorum, & q; corpus est cõpositum ex contrarijs. ergo in corpore est harmonia: ergo est anima.

C Et quidem harmonia, quędam ratio compositorum est, aut cõpositio: animam autem neutrum possibile est esse horũ. Amplius aũt mouere non est harmoniæ: animæ autem attribuunt oẽs hoc.

OPH. *Atqui Harmonia ratio quædam est commixtorum, vel etiam cõpositio: Anima autem neutrum horum esse potest. Præterea mouere nõ est harmoniæ: quod tamen oẽs ferè dixerim animæ potissimũ tribuunt.*

Licet harmonia sit proportio inter res admixtas, aut cõpositio: anima aũt non est alterũ istorum duorũ. Et etiã harmonia nõ est innata mouere: & in hoc proprie cõueniunt oẽs animam habere.

55 Cùm dixit hanc opinionem, incœpit contradicere ei, & dixit q; harmonia, quam dicunt esse animam, aut est proportio inter res admixtas ex elementis: & hoc erit, si compositio corporis ex elementis est s̃m modum cõplexionis: aut anima est ipsa compositio, si compositio ex elementis est vicinatio,

cinatio, non admixtio. v.g. compositio domus ex lapidibus, & lateribus. D

Pria rō cō tra dicentes aīam harmoniā esse. D.d. anima autem non est alterum istorum duorum. & intendit, vt diximus, & dicemus post. D.d. Et etiā harmonia non est innata mouere, &c. id est & apparet cito ꝙ harmonia non est anima: quia oēs conueniunt in hoc, ꝙ, aīa mouet, & non possunt dare modū, fm quē harmonia moueat.

Congruit autem magis de sanitate dicere harmoniam, & omnino de corporeis virtutibus, ꝗ̃ de anima: Manifestum autē si aliquis tentauerit reddere passiones & opera animæ harmonia quadam: difficile enim adaptare.

SO PH. *Magis autem quadrat dicere, harmoniam de sanitate, & omnino de corporeis virtutibus, quàm de Anima. Quod apertissimum erit, si quis tentauerit attribuere affectus & munera animæ alicui harmoniæ: difficile enim est accommodare.*

Et dignius est, & melius dicere ꝙ harmonia currit cursu sanitatis, & vniuersaliter currit cursu alicuius, s. bonitatum moralium corporalium, non cursu animæ. & hoc manifestum est valde, cū homo laborauerit in pficiendo passiones animæ, & actiones eius p aliquā harmoniā. conuenientia enim in hoc est valde difficilis. E

56 Et melius est existimare ꝙ harmonia est de corporibus currens cursu sanitatis, id est cursu formarum, quæ sunt in animato, in eo quod est animatum, non cursu animæ, neq; formarum, quę sunt in anima: & siue harmonia sit compositio, aut proportio agens mixtionem, & complexionē. D.d. & hoc manifestum est valde, &c. i. & differētia inter formas corporales attributas elemētis, & formas attributas animę, manifesta est ex hoc, ꝙ possumus attribuere in formis corporalibus diuersitatē cōtingentem in actionibus, & passionibus corporum compositioni factæ in eis ex elementis: ita ꝙ possumus dicere ꝙ actio carnis in manu est alia ab actione ossis propter mollitiem, & humiditatem carnis, & duritiem, & siccitatem ossis, & non possumus dicere per quam complexionem, & per quam cōpositionem differunt actiones sensus ab actionib⁹ intellectus, & actiones virtutis sensibilis ab actionibus virtutib⁹ motiuæ. Et hoc, quod dixit, est vna dubitationum contingentium dicenti esse animam proportionē elementorum, aut aliquod consequens proportionem. F

Secūda rō cōtra opinionē dicētiū animam harmoniā eē.

Amplius autem qm̄ dicimus harmoniam in duo respicientes, maxime quidem propria magnitudinum in habentibus motum & positionem, compositionem ipsorum: cùm sic cōgruant, vt nullum congeneum permittatur. hinc autem & eorum quæ miscentur rationem, neutro quidem igitur modo rationabile est: compositio autem partium corporis, multum inuestigabilis est: multæ enim compositiones partium, & multipliciter sunt. cuius igit̄

& qūo

A &c quomodo congruit accipere intellectum compositionem esse: aut & sensitiuum, aut appetitiuum.

P H. *Praeterea si dicamus harmoniã ad duo spectantes, propriissimè quidem in magnitudinibus iis quae habent motum & positionem, compositionem earum: cum adeò haerent, ut nihil prorsus eiusdem generis admittant: atq; hinc etiam permixtorum rationem, profectò neutro quidem modo rationi consentaneum fuerit. partiũ tamen compositio nullo negotio refelli potest: multae enim cõpositiones sunt partium, eaeq; uariè. Cuius igitur, aut quo tandem pacto existimare oportet intellectum esse compositionem, aut etiam sensitiuum, aut appetitiuum?*

Et etiam nos non comprehendimus harmoniam, nisi intenden do alterum duorum: secundum autem verũ apud magnitudines, cùm habent motum, & situm. tunc igitur intenta est compositio B earum, cum fuerint superpositae tali superpositione, in qua nõ potest intrare inter eas aliquid sui generis: quod autẽ extrahitur ex hoc, est proportio, quae est rerum istarum: nõ est igitur rectum dicere neq; de altera istarum duarum intentionum. Compositio autem partiũ corporis facile potest determinari. cõpositiones enim partium corporis multae sunt. Intellectus igitur cuiuslibet partis debet compositio existimari, & quomodo & sensus compositio cuiuslibet partis, & desyderium compositio cuius partis?

57 Dicit Et etiam nos non comprehendimus harmoniam, & sentimus ipsam nisi per duo. & est vnum, quod dicitur harmonia in rei veritate, qñ fuerint magnitudines habentes motum, & situm, & fuerint compositę ad inuicem, & fuerint superpositae, ita q; inter illas nulla magnitudo sui generis possit intrare. quod aũt assimilatur huic, & trahitur ab eo, est proportio, quae fit in rebus admixtis, antequam admisceantur. Et, cùm notificauit q; harmonia dicitur his duobus modis, incoepit declarare q; nõ est rationabile dicere q; anima est altera istarum duarum intẽtionum, & dixit non est igitur rectum dicere, &c. i. non est rationabile dicere vt differẽtiae partium animae sint datae ex altera istarum duarum intẽtionum. v.g. dicere q; intellectus est talis harmonia, & sensus talis, & desyderium tale: sicut est rationabile in partibus corporis. D. incoepit declarare hoc, s. q; hoc rationabiliter dicitur in partibus corporis, sed nõ in partibus animę, & dixit. Compositio autẽ partium corporis, &c. i. & hoc fuit sic, quia perficere formam cuiuslibet membrorum corporis, & dare essentiam eius p compositionem est facile, quia manifestum est sensui q;, compositiones eorum diuersae sunt, & multifariae. scire autem quę compositio approprietur intellectui, & quae sensui, & quę desyderio, hoc impossibile est vt detur ratione. Et haec est quasi alia dubitatio, contingens dicentibus animam esse harmoniam, aut proportionẽ. prima enim dubitatio est, quia illi nõ possunt

Tertia rõ cõtra eandẽ opíonẽ

C

possunt perficere actiones,& passiones animæ per compositionẽ. ista autem, quia non possunt perficere diuersitatem substantiæ eius propter diuersitatem compositionis,& indifferenter in hoc, quod cõtingit eis, siue formæ entium compositorum fuerint ex vera harmonia, aut ex harmonia abstracta à vera. D

Similiter autem inconueniens & rationem mistionis esse animam : non enim eandem habet rationem commistio elementorũ ſm quam caro,& ſm quam os. accidet igitur multas animas habere,& ſm omne corpus. siquidem omnia ex elemẽtis commistis sunt: commistionis autem ratio harmonia & anima.

SOPH. *Pari quoq; modo absurdum est animam esse permixtionis rationẽ: non enim eandem obtinet rationem elementorum permixtio, qua caro, & qua os permixtũ est: itaq; fiet vt multas habeat animas, easq; per vniuersum corpus: si quidem omnia ex elementis permixtis sunt: ratio vero permixtionis harmonia est & anima.* E

Et est etiam alia dubitatio, vt anima assimiletur mixtioni. mixtio enim elementorum, quæ fit caro,& os non est eiusdem proportionis. Ex quo contingit vt in corpore sint multæ animæ, & in toto corpore: cum omnia membra fuerint ex mixtione elementorũ, & proportio mixtionis fuerit harmonia,& anima.

59 Ista est Tertia dubitatio, contingens dicentibus animã esse harmoniã, & mixtionem elementorũ. continget enim eis ponere ꝙ quodlibet membrum habet animam particularem, & vniuersum corpus animam vlem. Quæ igitur est dria inter proportionem, quæ facit animam, & quæ facit membrum. Quoniam, si anima, ſm ꝙ anima est proportio mixtionis, & compositionis, aut illud, quod fit ex proportione mixtionis, & compositionis,& formæ membrorum sunt aut harmonia, aut proportio, aut aliquid factum ex proportione: manifestũ est ꝙ contingit ex hoc vt in quolibet membro sit anima,& in toto corpore sit anima. Aut dicent, quæ est differentia inter harmoniam,& proportionẽ, quæ facit animam, & quæ facit membrum: cùm omnia membra fiant ex mixtione. & anima ex mistione. Et ista dubitatio similis est primæ, in qua interrogauit quæ mixtio approprietur vnicuiq; virtutum animæ. F

Inuestigabit autẽ hoc vtiq; aliquis ab Empedocle: vnũquodq; enim horum, ratione quadam dicit esse. vtrũ igitur hæc ratio anima est, aut magis alterũ aliquod cùm sit, in partibus insit. Amplius aũt vtrum concordia cuiuslibet mistionis causa, aut eius quę ſm rationem: & hoc vtrum ratio est, aut aliquid præter rationem.

SOPH. *Hoc etiam aliquis ab Empedocle peteret: nam vnumquodq; eorum ratione quadã constare dicit: Vtrum igitur anima est ratio, an potius,*

cum

A *cum aliquid aliud sit, membris accedit? Ad hæc vtrùm amor cuiusli bet permixtionis est causa; an eius quæ in ratione consistit? Atque hæc eadem vtrûm ratio, an aliquid aliud est præter rationem?*

Et debet homo quærere ab Empedocle. Empedo. enim dicit quod quodlibet membrorum est in aliqua proportione. Vtrum igitur proportio sit animæ, aut anima est aliud, sed fit in mẽbris. Et quærendum est etiam vtrum amicitia est causa mixtionis cuiuslibet, aut non est nisi causa permixtionis in aliqua proportione. Et amicitia etiam vtrum est ista proportio, aut aliud.

59 Dicit & quærendum est ab Empedocle hanc dubitationem. dicit enim quod forma cuiuslibet membri non est nisi per aliquam proportionem factã apud compositionem elementorũ in eo. &, cùm opinio eius sit talis, quærendum est ab eo, vtrum proportio, quæ est substãtia membri, sit anima, aut aliud, sed fit in membris ab extrinseco. Et intendit. si igitur dixerit quod

B sit propórtio membrorum, contingit ei quod quodlibet membrũ habet animam. &, si dixerit aliud, continget ei dare dñiam. D.d. Et quærendũ est etiam vtrum amicitia, quam opinatur esse causam mixtionis, sit cuiuscunq; mixtionis. & intendit. & si dixerit quod est causa cuiuslibet mixtionis, contingit vt ex omni mixtione sit membrum, & anima. &, si dixerit quod est causa alicuius mixtionis, oportet ipsum dare causam cuius sit mixtionis: & maxime si mixtio faciens membra sit alia à mixtione faciente animã. D.d. Et amicitia etiam vtrum est ista proportio, aut aliud. & intendit, vt mihi videtur, &, si dixerit quod sit proportio, tunc proportio non existit ante mixtionem, sed agens debet esse ante patientẽ. &, si dixerit aliud, quid igitur erit? Et quasi intendit notificare quod illæ tres dubitationes, contingentes dicentibus animam esse complexionem, aut compositionem cantingent Empedo. & contingent ei proprie istæ dubitationes, quas dixit, propter hoc, quod ponit amicitiam, & litem.

C

Hæc quidem igitur habent huiusmodi dubitationes. si vero alterum est à mistione anima, quid igitur aliquando simul carnis esse, interimitur & aliis partibus animalis? Adhuc autem siquidem non vnaquæq; partiũ habet animam, & si non est anima ratio cõpositionis, quid est pp quod corrumpitur, anima deficiente?

PH. *Ac de iis quidem eiusmodi dubitationes oriuntur. Quòd si anima diuersum est à permixtione, cur vnà cum carni esse, reliquis etiam animalis partibus tollitur? Ad hæc si non vnaquæque partium habet animam, si non est anima ratio permixtionis, quid est quod abscedente anima corrumpitur?*

Istæ igitur sunt dubitationes. Et si anima sit aliud à mixtione, qua de causa tollitur, si tollitur propter mixtionem, quæ inueniebatur

batur in carne,& in alĳs mẽbris in animalibus? Et etiam, si quodlibet membrum corporis non habet animam, & anima non est proportio mixtionis, quid est igitur hoc, quod corrũpitur, quando separatur ab anima? D

60 Istæ igitur sunt dubitationes, contingentes dicentibus animam esse cõplexionem: licet dicens hoc possit in hoc dare aliquam rationem. quoniã, si anima est aliud à mixtione, & à complexione, quare corrumpitur cum corruptione cõplexionis? si enim est aliud à forma carnis, & à forma mẽbrorum, & tamen inuenitur in membris, quare corrumpitur cum corruptione membrorum? Et etiam, si anima nõ est complexio, & mixtio, quare corrumpuntur membra, quando separãtur ab anima? nisi in membris sit aliud corruptibile, quando anima separatur. quid est ergo illud?

Quod quidem igitur non harmoniam possibile est esse animã, neq; circulariter moueri, manifestum est ex dictis: Secundum aũt accidens moueri sicut diximus est, & mouere se ipsam: vt moueri quidẽ in quo est, hoc autem moueri ab anima. aliter autem nõ est possibile moueri secundum locum ipsam. E

SOPH. *Nec igitur harmoniam posse esse animam, neq; in orbem ferri, perspicuum ex dictis est: moueri tamen, & mouere seipsam per accidens, vt diximus, potest: uerbi causa moueri quidem id in quo est, atq; id demum moueri ab anima. Alio autem modo haud quaquàm fieri potest, vt loco moueatur.*

Quoniam autem anima impossibile est vt sit harmonia, aut vt moueatur circulariter, manifestum est ex prædictis. q̃m vero mouetur accidentaliter, sicut diximus, & mouet se, hoc non est, nisi quia anima mouetur per illud, in quo est. & hoc etiam mouetur ab anima. ꝯm aũt alium modũ impoſſe est vt moueatur in loco. F

61 Cùm destruxit q̃ anima est aliquod mouẽs se essentialiter, aut harmonia, aut complexio, incœpit facere rememorationem, & declarare q̃ non contingit ei mouere se, nisi accidentaliter, & dixit Quoniam aũt aĩa, &c. & intendit per hoc, quod dixit, aut vt moueat, aut vt moueatur in circuitu, idest aut moueat se essentialiter, vt existimatum est de corporibus cœlestibus, quæ mouentur circulariter. Et, cùm declarauit quòd impossibile est vt moueatur ex se essentialiter, incœpit declarare quòd hoc possibile est accidentaliter, & dicit, quoniam vero mouetur accidentaliter, &c. idest quoniam vero mouetur accidentaliter, & mouet se accidentaliter, necessarium est quòd anima videtur moueri p illud, in quo existit, scilicet corpus, quando corpus illud mouetur ab ea. sed alio modo impossibile est vt anima moueatur in loco.

Ala moue tur, & mo uet, sed p accñs. Idẽ i cõ. 41.

Exami-

A *Examinantur dubitationes nonnullæ Animam moueri persuadentes.* Cap. 5.

RAtionabilius autem dubitabit vtique aliquis de ipsa tanquã quæ mouetur, in hmõi considerans: dicimus enim animã tristari, gaudere, confidere, timere: amplius autem, irasci, & sentire, & intelligere: hæc autem omnia motus esse videntur. vnde opinabitur aliquis ipsam moueri.

PH. *Sed aptius de ipsa quærat quispiam, vt de ea quæ moueatur, ad hæc animaduertens. Dicimus enim animam angi, lætari, confidere, timere: ad hæc, irasci, sentire, ratiocinari: quæ omnia esse motus videntur. Quã obrem eam aliquis moueri putauerit.*

Sed est questio cogens ad dicẽdum, quod anima mouetur essentialiter: & est quod nos dicimus quod anima contristatur, & gaudet, & audescit, & timet, & irascitur, & sentit, & distinguit, & omnia ista vi B dentur esse motus. vnde homo existimat quod anima mouetur.

62 Cùm declarauit quod impossibile est vt anima moueatur, nisi accidentaliter, dedit dubitationem super hoc, & dixit. Sed est quæstio cogens ad dicendum quod anima mouetur essentialiter: & est quod nos dicimus quod anima cõtristatur, & gaudet, &c & omnia ista reputãtur esse motus. & propter has duas propositiones existimatur quod anima mouetur. v. g. anima contristatur: & cùm tristitia est motus: ergo anima mouetur.

Hoc autem non est necesse: si enim & maxime gaudere, aut dolere, aut intelligere, motus sunt: & vnumquodque moueri aliquid, moueri aũt est ab anima, vt irasci, aut timere, in eo quod cor quodam modo mouetur: Intelligere autem forsitan huiusmodi est, aut alterum aliquod. Horum autem accidunt, alia quidem secundum loci mutationem quorundam motorum: alia autem, secundum alteratione͂: C qualia autem & quomodo, alterius rationis est.

PH. *Quod tamen non est necessarium: Nam tametsi vel maximè angi, vel lætari, vel ratiocinare, motus sunt: atque horum vnumquodque est moueri: tamẽ moueri ab anima est, vt irasci, ut timere, eò quòd cor ita mouetur: Ratiocinari autem, aut eiusmodi fortaßis est, aut aliud quidpiã. Horum autem partim eueniunt, dum latione aliqua mouẽtur: partim dum alteratione: Quæ nam porrò illa sint, & quomodo, id aliò pertinet.*

Et hoc non est necessarium. quoniam, si cõtristari, & timere, & distinguere sunt motus: & quodlibet eorum moueat aliquid: tunc hoc mouere nõ est nisi mouere ab anima. v. g. irasci enim est motus ad cor, s. quod cor inflatur. & distinguere est motus. s. quod tale membrũ currit tali cursu: & rectum est vt aliquid currat tali cursu. Et quędam istorum

istorum accidunt ꝯm translationem rerũ, & quædam ꝯm altera- D
tionem. quæ aũt sunt ista, & quõ fiunt, proprium est alij sermoni.

63 Dicit &, licet concedamus ista esse motus, tamen nõ est necessarium vt sint motus animæ. qm̃, si timere, & distinguere sint motus: & quilibet motus istorum appropriatur alicui membro corporis: tunc isti motus nõ debent attribui, nisi in illis membris: & illa motio non est in membro, nisi ab anima. v.g. qm̃ irasci videtur esse propriũ cordi, s. ꝙ cor mouetur hoc motu, i. tumescit: & similiter timere videtur esse proprium cordi, cùm cõstringatur. Et, cùm manifestum est ꝙ isti duo motus debẽt attribui cordi, incœpit quærere cui membro attribuatur intelligere, si sit motus, & dixit. & distinguere est motus, s. ꝙ tale membrum currit tali cursu. ita cecidit in scriptura & intendit ꝙ, si distinguere sit motus, opinandum est ꝙ aliud membrum est ei proprium, sicut cor iræ. & dixit hoc, quia iam declaratum est ꝙ omne motum est corpus. D.d. & rectũ est vt aliquid currat tali cursu. ita cecidit in scriptura, & intẽdit ꝙ rectũ est ꝙ aliquod membrum currat tali cursu, aut in omnibus passionibus animæ, si omnes sunt motus: aut in quibusdam, si est in eis aliquid, in quo non est motus. & eorum, & in quibus sunt motus, quædam mouentur ꝯm locum, & quædam secundum alterationem. D.d. quæ autẽ sunt ista, & quomodo, &c. i. quæ autem membra sunt ea, quæ mouentur vnoquoq; istorum motuum in vnaquaq; partiũ animæ, & quomodo mouentur, proprium est alij loco. E

9. Phy. 32. Et dixit hoc, quia in hoc loco tantum est necessarium quòd isti motus sint essentialiter in rebus corporeis, & diuisibilibus, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus.

Dicere autem irasci animam simile est, et si aliquis dicat eam texere vel ædificare: melius est enim fortassis nõ dicere animam misereri, aut addiscere, aut intelligere, sed hominem anima: hoc autẽ non tanquam motu in illa existente: sed aliquando quidem vsq; ad illam, aliquando autem ab illa: vt sensus quidem ab his, reminiscentia vero ab illa, ad eos qui sunt in sensitiuis mot⁹, aut quietes. F

SOPH. *Dicere autem irasci animam: vel timere, simile est atq; si quis dicat animam texere vel ædificare: melius enim fortaßis est non dicere animam misereri, aut discere, aut ratiocinari: sed hominem anima. Quod non ita intelligendum est, quasi motus in illa sit: sed interdũ quidem vsq; ad illam: interdum vero ab illa. uerbi causa, sensus quidẽ ex his: recordatio vero ab illa, ad eos motus siue mansiones, quæ sunt in sensuum instrumentis.*

Dicere autem ꝙ anima irascitur est simile ei, quod texit, aut ędificat. melius enim videtur non dicere ꝙ anima habet pietatẽ, aut docet, aut distinguit, sed dicere ꝙ homo facit hoc propter animã. & hoc non est, quia motus venit ad ipsam, & fit in ea: sed quãdoq;

peruenit

A peruenit ad ipsam, & quandoq; est ex ea. v. g. quod sentire est ab istis rebus: rememoratio autem est ab anima.

64 Quia facit hominem errare hoc, quod est in consuetudine dicendi, quod anima irascitur, & timet, vnde existimatur quod isti motus sint existentes in anima absq; corpore, & quod anima mouetur essentialiter istis, incœpit declarare quod hoc non dicitur nisi secundum similitudinem, & quod isti motus ita sunt, sicut motus, qui sunt in membris apparentibus, sicut ędificare, & texere: & quod in nullo differt, nisi quia membra illa sunt interiora, & hæc exteriora. Et dixit, dicere autem quod anima irascitur, &c. i. quemadmodum motus textoris, & ædificatoris non attribuitur animæ, nisi accidentaliter, ita est motus iræ, & timoris. D. d. melius enim videtur non dicere, &c. i. & ideo melius est vt locutio sit in omnibus istis actionibus, quod homo facit hoc per animam, non quod anima distinguat, aut ædificet, aut addiscat, aut habeat pietatem: sed homo addiscit per animam, aut distinguit per eam. D. d. & hoc B non est, quia motus est in anima, &c. i. & isti motus non existunt in aīa: sed principium motionis in quibusdam eorum est extrinsecus, & finis eorum est in anima. Et, cùm declarauit quod principium quorundam istorū motuum est extrinsecus, & finis eorum in anima, dedit exemplum. sed in translatione à qua dicimus, diminuta est. & intendit quod motus, cuius principium est extrinsecus, & finis in anima est motus, sensus & motus, cuius principium est in anima, & finis extra, est motus rememorationis. & iste motus rememorationis forte peruenit ad sensum, & forte non. virtus enim rememoratiua, quando mouerit imaginatiuam, tunc forte imaginatiua mouebit sensibilem, & forte non. Et hoc manifestum est in alia trāslatione sic. & dicere quod anima irascitur est quasi dicere quod texit, aut ędificat sed melius est non dicere quod anima gaudet, aut addiscit, sed homo per animam. & non quia motus peruenit ad ipsam, & fit in ea: sed quandoq; peruenit ad ipsam, vt sensus, qui reddit illud, quod reddit ad ipsum à sensibilibus: & quandoq; fit motus principium ab ea, vt in memoratione. & tunc aut re- C manebit in ea, & non pertransibit ad aliud: aut veniet ad sensus, & transmutabit eos. Et intendit per hoc, quod dixit, nō est quia motus venit ad ipsam. & fit in ea. i. nō, quia anima est subiectum istius motus, dicitur habere ipsum. Et intendit per hoc, quod dixit, & tunc aut remanebit in ea, &c. idest quod iste motus, cuius principiū est ab anima, s. rememoratio, forte remanebit in corpore, quod est instrumentum istius virtutis: & forte pertrāsibit ad aliud, quousq; perueniat ad sensus, idest ad instrumenta sensuum.

Mot⁹ cui⁹ pricipiū ē extrinsec⁹ & finis in aīa, ē motus sensus oppositū s co. 3. huius primi. Vide cōt. Zim.

Intellectus autem videtur infieri substantia quædam existens, & non corrumpi. maxime enim corrumpetur vtiq; ab ea quæ est in senio debilitate: nunc autem fortassis quemadmodum in sensitiuis accidit: si enim accipiat senior oculum huiusmodi, videbit vtiq; sicut & iuuenis. Quare senium non est in sustinendo aliquid animam, sed in quo, sicut in ebrietatibus & infirmitatibus.

SOPH. *Intellectus autem videtur accedere, ac substantia quædam esse, nec interire. nam ab ea potissimum hæbetatione quæ in senio fieri solet, labefactaretur. nunc verò vt in sensorijs euenit: nam senex nactus oculum talem, videbit utiq; sicut et iuuenis. Quare senectus nō est eò quòd anima aliquid sit passa, sed id in quo: quemadmodum in ebrietatibus fit & in morbis.* D

Intellectus autem videtur esse substantia aliqua, quæ fit in re, & non corrumpitur. Quoniam, si corrumperetur, magis dignum esset vt corrumperetur in fatigatione, quæ est apud senectutem. sed videmus q illud, quod accidit in sensib⁹ ex hoc, accidit in corpore. senex enim si reciperet oculum iuuenis, videret vt iuuenis. senectus igitur nō est dispositio, in qua anima patitur aliquid, sed dispositio in qua anima est sicut est apud ebrium, & ægrotum.

65 Cùm concessit q anima mouetur accidentaliter, i. propter subiectum, per quod cōstituitur, & propter hoc est generabilis, & corruptibilis, incœpit declarare q intellectus materialis inter partes animæ videtur esse non mobilis, neq; accidentaliter etiam. est.n. non generabilis, & non corruptibilis, nisi fm illud, in quo agunt ex corpore, aut fm illud, à quo patitur: quia habet instrumentum corporale, quod corrumpitur per suam corruptionem: sicut est dispositio in alijs virtutibus animæ. Et dixit. Intellect⁹ autem videtur esse substantia, &c. & intendit hic per intellectum, intellectum materialem, qui comprehendit intētiones omnium entium. D.d. Quoniam, si corrumperetur, &c. idest quoniam, si corrumperetur, haberet instrumentum corporale: esset enim virtus corporis. Et, si haberet instrumentum corporale, accideret ei apud senectutem illud, quod accidit senibus: & tunc debiliter intelligeret intentiones rerum intelligibilium. sed non est sic: & tunc necesse est vt non habeat instrumētum corporale. &, cùm iste intellectus non corrumpitur in se, tunc illud, quod corrumpit in se, est passio, aut actio eius per corruptionem eius, à quo patitur: cùm illud, à quo patitur, sit intra corpus, vt declarabitur post. Deinde dicit sed videmus q illud, quod accidit in sensibus ex hoc. idest sed, quia videmus hoc, quod accidit in sensibus ex fatigatione apud senectutem, potest attribui virtuti sensitiuæ tali modo, scilicet non quia virtus transmutata est, & inueterata, sed quia illis, per quæ intelligit, accidit fatigatio. verbi gratia artifex, cuius actio fatigatur propter fatigationem instrumenti, non propter seipsum. &, cùm iste sermo sit sufficiens in sensibus, quanto magis in intellectu. Deinde dixit. senectus igitur non est dispositio, &c. idest & sicut senectus, & inueteratio contingens homini fm hanc rationem, nō est dispositio, in qua anima patitur ad viam corruptionis: sed dispositio, quę accidit ei apud senectutem est similis dispositioni, quæ videtur accidere ei apud ebrietatem, & ægritudinem. existimatur enim q anima apud hęc duo non patitur ad corruptionem, & maxime apud ebrietatem. Et iste sermo E F

Intells mā l is cōphēdit ītētiones oīum entiū. Idē 3. de Aīa t. cō. 4.5. & 36.

3. de Aīa t. c. 20. & hic ī textu sequenti.

A sermo postremus est sufficiens, non demonstratiuus.* sed cõsuetudo Aristotelis est inducere sermones sufficientes, aut post demõstratiuos, aut in locis, in quibus non potest inducere sermones demonstratiuos.

*Cõsuetudo Arist. ẽ inducer ser mones sufficientes, aut post demõratiuos, aut in locis, ĩ quibus ñ põt inducer sermones demõratiuos. Vide idẽ. 1. Cœ. c. 3. & q ibi.

Intelligere autem & considerare marcescunt alio quodam interius corrupto: ipsum autem impassibile est. Intelligere autem aut amare & odire, non sunt illius passiones, sed huius, habẽtis illud ſm ꝗ illud habet: quare & hoc corrupto, neq; memoratur, neq; amat: non enim illius erant, sed cõis, ꝗ quidem destructum est: Intellectus aũt fortassis diuinũ aliquid & impassibile. Quòd quidẽ igitur non possibile moueri animam, manifestum est ex his: si aũt penitus non mouetur, manifestum quoniam neq; à se ipsa.

O P H. *Itaq; & intelligere & contemplari languescit, dum aliud quidpiã intus corrumpitur: at ipsum impatibile est. Ratiocinari autẽ, & amare vel odisse, non sunt illius passiones, sed eius quod habet illud, quatenus illud habet. Itaq; hoc corrupto, nec meminit, nec amat: non enim illius erãt, sed communis illius, quod interijt: Intellectus autem fortasse Diuinus quiddam est, & impatibile. Ex his igitur animam moueri nõ posse perspicuum est. Quòd si omninò non mouetur, constat eam neq; à se ipsa moueri posse.*

B

Et intelligere, & consyderare diuersantur, quãdo aliquid aliud corrumpitur intus: ipsum autem in se nihil patitur. Distinctio autem, & amor, & odium non sunt esse illius, sed istius ſm ꝗ habet. Ideo etiam, cùm hoc corrumpetur, non rememorabimur, neq; diligemus alios. nũ igitur est illius, sed eius, quod est cõe, quod amittebatur. Intellectus aũt dignius est vt sit aliquod diuinũ, & impassibile. Quòd igitur impossibile est vt anima moueatur manifestũ est. &, si oĩno non mouetur manifestũ est ꝗ non moueť, neq; ex se.

C

66 Cùm posuit ꝗ intellectus, qui intelligit intelligibilia, neq; est generabilis, neq; corruptibilis, sed intelligere, quod est actio istius intellectus, videtur generabile, & corruptibile, incœpit dare modum, ex quo contingit hoc: & est, ꝗ illud, quod intelligit, est intra corpus, & est generabile, & corruptibile, & dixit. Et intelligere, & consyderare diuersantur, &c. idest & accidit ꝗ intelligere quandoq; sit in potentia, quandoq; in actu: non, quia intellectum est generabile, & corruptibile: sed quia intra corpus corrumpitur aliquid aliud, vel ei⁹, in quo est intelligere. Deinde dicit, ipsum autem in se nihil patitur. scilicet intellectus imaginans. & post declarabit ꝗ hæc est res imaginans, vel imaginata: aut intelligens, vel intellecta: & est illud, quod vocat in Tertio tractatu intellectum passibilem. Et, cùm dedit modum dissolutionis quæstionis, in qua quæriť quomodo intellect⁹

intelligens non est generabilis, aut corruptibilis, & intelligere, quod est D
sua actio, sit generabilis, & corruptibilis, incœpit etiam declarare de virtu tibus, licet, cùm sint attributæ intellectui, videantur generari & corrumpi, quod illæ virtutes non sunt intellectus æterni. Et facit hoc, ne accedat quæstio in hoc, quod dixit in intellectu materiali in Tertio tractatu, scilicet quomodo intellectus sit ingenerabilis, & incorruptibilis: & nos posuimus quòd post mortem neq; diligimus, neque odimus, neq; distinguimus.

3. de Aīa tex.c.20. Deinde dicit. Distinctio autem, & amor, & odium, &c. idest distinctio autem, quæ attribuitur virtuti cogitatiuæ, & amor, & odium, quæ attribuuntur rationi, scilicet quæ accipiunt actionem rationis. videtur enim in hac parte animæ quod sit aliquod rationabile, quod est obediēs intellectui in hominibus bonis. ista igitur non sunt actiones istius intellectus: sed sunt actiones virtutum habentium hanc rationē, secundum quod habent illam actionē.

Et addidit hanc conditionem, scilicet secundum quod habent: quia impossibile est vt istæ virtutes sint, nisi cum intelligere: sed, si attributæ fuerint ei, non erit attributio secundum quod sunt. Deinde dicit. Ideo etiam, cùm hoc corrumpetur non rememorabimur, neq; diligemus. idest &, quia hæ actiones sunt in nobis à virtutibus generabilibus & corruptibilibus, alijs à virtute, quæ est intellectus materialis, s. qui comprehendit intentiones vniuersales, non potest aliquis dubitare, & dicere quod, si intellectus sit ingenerabilis, & incorruptibilis, quare non rememoramur post mortem, neque diligimus, neq; odimus. hæ enim actiones sunt virtutum aliarum ab illa virtute. D.d. Intellectus autem dignius est vt sit aliquod diuinum, & nō passibile, idest nōn transmutabile propter mixtionē cum materia. D.d. Quòd igitur impossibile est, &c. idest manifestum est igitur ex hoc sermone, quod impossibile est vt anima moueatur. in quibusdam autem partibus, scilicet in intellectu, neq; essentialiter, neq; accidentaliter: in quibusdam vero accidentaliter, non essentialiter: & cùm declaratum fuerit quod nō mouetur omnino ex se: quia necessarium est in omni moto ex se, quod ē proprium animalibus, vt moueatur ex se essentialiter, & non cōuertitur. E F

Aīa ī quibusdā partib9 ñ mouet̃, neq; essentialr̃, neq; accidentalr̃, vt ī itellectu: in qbusdā vō mouetur accidētalr̃ tm̃.

Multum autem his quæ dicta sunt irrationabilius, dicere animam esse numerum mouentem se ipsum: insunt enim his impossibilia, primò quidem ex ipso moueri accidentia, propria autem, ex eo quod dicunt ipsam esse numerum. Quomodo enim oportet intelligere vnitatem motam, & à quo, & quō, impartibilem & indifferentem existentem? si nanq; est mota & mobilis, differre oportet.

SOPH. *Sed multò magis, quàm quæ dicta sunt à ratione distat, dicere animam numerum se ipsum mouentem: adsunt enim his impoßibilia. primum, quæ ex ipso moueri accidunt: deinde peculiaria quædam, ex eo .s. quòd dicant eam esse numerum. Quomodo enim oportet intelligere vnitatem quæ moueatur, & à quo, & quomodo: cum impar-*

tibilis

A *tibilis sit, & nullam habeat differentiam? Nam si est motiua & mobilis, differre eam oportet.*

Et magis remotus à ratione est sermo, qui dicit animam esse numerum mouentem se. contingunt enim hoc dicenti multa impossibilia. & primo ea, quæ contingunt dicenti animam moueri: & postea quæ contingunt ex dicere eam esse numerũ. Nescimus enim quomodo intelligimus vnitatem motam, & à quo mouetur, & quomodo mouetur: igitur oportet vt diuersetur.

67 Cùm compleuit contradictionem ad vtentes motu tantum in definitione animæ, incœpit contradicere eis, qui cum motu vtuntur numero & dixit. Et magis remotus, &c. i. & iste sermo in anima est minoris sufficientiæ omnium sermonum, s. sermo dicentis animam esse numerum se mouentem. contingunt enim ei multa impossibilia. & primo illa, quæ contingunt dicenti animam esse aliquod mouens se: & postea ea, quæ contingunt, quia ponunt eam esse numerũ mouentem se. D. d. Nescimus, &c. idest nescimus enim quõ intelligitur vnitas semp mota. omne enim motum habet situm: & vnitas non habet situm. Et similiter impossibile est ẽt intelligere quõ mouetur, quousq; diuidatur in aliquod motum, & in aliquod mouens, sm q diuiditur illud, quod mouet se. vnitas enim in se nõ diuiditur. Et s. sr etiam impossibile est intelligere quõ mouet. qm̃ illud, quod non diuiditur, non mouetur. vt declaratum est. D. d. igitur oportet vt diuersetur idest si est aliquis modus, sm quem mouetur, & alius, sm quem mouet, oportet vt isti modi diuersentur: & sic erit diuisibilis sm intentionem. vnitas autem non diuiditur aliquo modo.

Prima rõ contra ponentes animã eẽ numerum.

6. Phy. t. c. 86. 87. & 88.

B

Amplius autem, quoniam dicunt lineam motam facere planũ, punctum autem lineam: & vnitatum motus, lineæ erũt: punctus enim est vnitas positionem habens: numerus autem animæ iã alicubi est, & positionem habet. Amplius autem à numero si auferat quis numerum aut vnitatem, relinquit alius numerus: plantę aũt & aĩaliũ multa, diuisa viuunt & vident eandẽ aĩam hẽre specie.

C

OPH. *Item quia dicunt motam lineam planum facere: punctum verò lineam: & vnitatum etiam motus erunt lineæ. punctum enim vnitas est positionem habens. numerus verò animæ alicubi tandem est, & positionem habet. Item si à numero quispiam numerum vel vnitatẽ auferat, relinquitur alius numerus: at uerò plantæ & pleraq; animaliũ si secentur, viuunt, & eandem specie habere animam videntur.*

Et etiam, cùm dicunt q, cùm linea mouetur, faciet superficiem, & punctus lineam. punctus enim est vnitas habẽs situm, sicut numerat animam in situ, & habet situm. Et etiam, si de numero diminuitur numerus, aut vnitas, remanebit alter numerus. & plan-

tæ,& plura animalia remanebunt viua,cùm abscinduntur: & tamen reputatur q; anima eorum est illa eadem anima in specie.

68 Cùm dedit modos,ex quibus accidit vt iste sermo contradicat sibi, dedit ēt alia impossibilia,& dixit.Et etiam,cùm dicunt,&c i. & cùm consuetudo est Mathematicorum dicere q;, cùm linea mouetur, fit superficies: &,cùm punctus, fit linea:vnitates aūt,si mouentur, necessarium est vt habeant situm:& oīs vnitas habens situm est punctus:necesse est vt vnitates, quas ponunt esse numerum aīæ,sint puncta.&,si sint puncta,& mota,necesse est vt faciant lineas,nō actiones animæ. D. dedit aliud impossibile, & dixit.Et ēt,si de numero diminuitur,&c.i. & ēt modi numerorum diuersant' s̄m magis & minus.si enim ex quaternitate auferatur vnitas, fiet ternarius:&,si addat', fiet quinarius.& nos videmus oē animatum ex plantis,& plura ex animalibus,licet diminuatur ab eis vna pars, tñ remanet illud,quod remanet æquale in specie primo. vnde actio animæ videtur in capitulo qualis,non quanti. &,si actio animæ esset in quantitate, contingeret vt anima,quæ remanet in plantis,esset diuersa in specie à priori.

Secūda rō

Tertia rō.

Actio aīæ vr̄ eē i q̄li, n i quāto.

Videbitur autem vtiq; nihil differre dicere vnitates, aut corpora parua. et nanq; ex Democriti sphæris si fiant puncta, maneat autem solum quantitas,erit aliquid in ipso, hoc quidem mouens, illud autem quod mouetur: sicut in continuo: non enim propter hoc quod est magnitudine differe,aut paruitate, accidit quod dictum est,sed quia quātum:vnde necesse est aliquid esse motiuum vnitatum.Si autem in animali mouens anima,& in numero.Quare non mouens & quod mouetur est anima,sed mouens solum.

SOPH. *Nihil autem referre videatur,siue vnitates, siue parua corpuscula dicantur:Etenim ex Democriti sphærulis si fiant puncta,modò sola maneat quantitas,erit in ipsa* quidpiam quod moueat, & quidpiā quod moueatur, quemadmodum in magnitudine: neq; enim quod magnitudine differant aut paruitate,quod dictum est euenit,sed quia quantum sunt:Itaq; necessarium est adesse aliquid quod sit moturum vnitates. quòd si in animali id quod mouet anima est, etiam in numero. Quare non quod mouet,& quod mouetur,aīa est: sed id dūtaxat quod mouet.*

*a.Lipsis

Et potest homo dicere q; nulla est differentia inter vnitates, & corpora parua.Fiunt enim ex sphæris Democriti paruis puncta, & remanet sola quantitas, quasi esset in eo aliquod motiuum, & aliquod mouens.non enim,quia diuersantur s̄m magnitudinem, & paruitatem,continget hoc,quod diximus, sed quia quantum. Et ideo necesse est vt sit aliquid, quod moueat vnitates. Si igitur anima est mouens, etiam est numerus. vnde necesse est vt anima non sit mouens,& motum,sed mouens solum.

Idest

A Ideſt, Et poteſt homo dicere ꝙ nulla eſt dr̃ia inter ponentem vnitates 69
ſe mouentes, & ponentem has vnitates corpora parua. ponendo enim eas Quarta 18
mouentes ſe, ponit eas corpora. &, ſi non, quō intelligũtur vnitates ſe mo
uentes. D.d. Fiunt enim ex ſphæris Democriti paruis pũcta. & intendit,
vt mihi videtur, & ſil'r qui ponit ꝙ poſſibile eſt vt punctus moueatur, cō-
cedit ꝙ contingit ei ꝙ punctus ſit corpus. & ideo bene poſſumus dicere ꝙ
ſphæræ Democriti, quæ mouentur ex ſe, adeo ſunt paruæ, ꝙ dicuntur pũ
cta. punctus enim ſm hanc poſitionem non eſt niſi corpus. Et, cum nar
rauit hoc, dedit cauſam, propter quam poſſibile eſt in talibus punctis ima
ginari ꝙ in eis ſit aliquod quaſi mouēs, & aliquod quaſi motum, & dixit.
& remanet ſola quantitas, &c. ideſt vt mihi videtur, quoniam, cùm fue-
rint motæ, remanebit in eis ſola quantitas, ſi auferat ab eis alias quantita-
tes. & cùm natura quãtitatis remanet in eis, poſſibile eſt intellligere in eis
aliquod motum, & aliquod mouens: ſicut in corporibus. hoc enim nō ac-
cidit corpori, niſi ſm ꝙ eſt corpus, non ſm ꝙ eſt magnum, aut paruum, ſ.
B ꝙ ſit motum ex ſe, & ꝙ mouens in eo ſit aliud à moto. Et hoc intende-
bat, cùm dixit ſicut eſt in continuo, &c. ideſt ꝙ res nō dicitur eſſe mota ex
ſe, & vt mouens ſit aliud in ea à moto, quod eſt corpus magnum, aut par-
uum: ſed quia eſt corpus continuum tantum. & ideo omnis ponens vni-
tatem motam ex ſe, aut pũctum, neceſſe eſt ei ponere corpora parua. & ſic
in nullo differt ponens animam eſſe vnitates, aut puncta ſe mouẽtia, à De-
mocrito ponente eam eſſe ſphęras paruas. D.d. Et ideo neceſſe eſt, &c. i.
& cùm vnitates ſint mouentes ſe: & mouēs in re eſt aliud à moto: neceſſe
eſt vt illud quod mouet vnitates, ſit aliud ab vnitatibus. ſi igitur eſt mo-
uens in omni moto, anima etiam eſt mouens in vnitatibus, non vnitates
motæ, quæ ſunt numerus: vnde neceſſe eſt, vt aĩa ſit mouens tantum, non
mouens, & motum inſimul. D.d. Si igitur anima eſt mouens, &c. i. ſi igi
tur aĩa eſt mouens materiã, eſt etiam mouens numerum. vnde neceſſe eſt
vt anima non ſit mouens, & motum ex numero, ſed mouens ſolum.

Cú nã q̃ti tatis rem'a net in aliquo, poſſe ẽ ĩ eo ima ginari mo uẽs, motũ Quid de eſ'ntis ĩ va cuo ſm Cōmẽtato rẽ cō. 71. 4. phy. et ex eo oppoſitũ ſeq tur dicti ſuperioris. Vide cōt. Zim.

C Contingit autem hanc vnitatem quodammodo eſſe: oportet enim quandam ineſſe ipſi differentiam ad alias. puncti autem ſo-litarij, quæ vtiq; differentia erit, niſi poſitio? Siquidem igitur ſunt alteræ in corpore vnitates & puncta, in eodem erunt vnitates, ob tinebit enim locum puncti: & tamen quid prohibet in eodẽ eſſe, ſi duo ſunt, & infinitas? quorũ enim locus indiuiſibilis eſt, & ipſa.

O P H. *Iam uerò quî fieri poteſt vt ea ſit vnitas? oportet enim aliquã eius eſſe differentiam ab alijs: at puncti monadici quænam fuerit differentia, niſi poſitio? Si igitur vnitates ſiue puncta quæ ſunt in corpore diuerſa ſunt, in eodem erunt vnitates: occupabit enim locum puncti. Atqui ſi duo in eodem ſunt, quid obſtabit cur non etiam infinita ſint? Quorum enim locus eſt indiuiſibilis, & ipſa itidem.*

Et qũo est possibile vt sit vnitas? necesse est enim vt habeat differentiã, qua differat ab vnitatibus alijs. & quæ diuersitas potest cadere in puncto, & vnitate, nisi sit in situ? Si igit vnitates, & puncta in eodem loco fuerint, quia occupant locum puncti: licet nihil prohibeat vt in eodem loco sint duo puncta, & pũcta infinita: res autem, quarum locus est indiuisibilis, sunt etiam sic. D

70 Et qũo est possibile apud eos vt anima sit aliquod compositum ex vnitatibus? necesse est enim dare drĩam, qua vnitates, quæ sunt in anima, differunt ab vnitatibus numerabilibus. &, si non, tunc numerus esset aĩatus.
Et cùm narrauit ꝙ necesse est eis dare differentiam inter duo genera vnitatum, dixit. & quę diuersitas potest cadere, &c. idest & nihil est, in quo differant hæ duæ vnitates, inquantum vtraq; est indiuisibilis: nisi aliquis dicat ꝙ vnitas, quæ est in anima, habeat situm numeri, aut non habeat sitũ, & sic vnitates, quæ sunt in anima, erunt puncta. dictum est enim ꝙ punctus est vnitas habens situm. Et, cùm declarauit ꝙ necesse est eis dicere ꝙ vnitates, quæ sunt in anima, sunt puncta, incœpit declarare ꝙ cõtingit eis dicere ꝙ sunt eadem cum punctis existentibus in corporibus, & dixit. Si igitur vnitates, & pũcta fuerint in eodem loco, necesse est vt vnitates, quę sunt in anima, & puncta, quæ sunt in corpore, sint idem. sed dimisit consequens: quia manifeste consequitur à præcedenti. D. incœpit declarare antecedens, & dixit. quia occupant locum puncti. i. necesse est vt sint in eodem loco: quia necesse est vt locus vnitatũ, quæ sunt in aĩa, sit locus vnius puncti punctorũ, quæ sunt in corpore. &, cùm locus vnitatum, quæ sunt in aĩa, est locus vnius puncti punctorũ corporis, necesse est vt sint in eodẽ loco. D. incœpit declarare ꝙ necesse est vt, locus eorũ sit locus vnius puncti, & dixit. licet nihil prohibeat. idest nihil prohibet vt duo puncta, ĩmo infinita sint in eodem loco. immo hoc necessariũ est. omnia enim, quorũ locus est indiuisibilis, cùm supponuntur ad inuicem, nullũ fit diuisibile. E

Supra tex. & cõ. 68.

Oĩa, quorũ loc⁹ ẽ indiuisibil', cũ supponũt' nullũ fit diuisibile.

Si autẽ quæ in corpore puncta, numerus animæ, aut si qui eorũ quæ in corpore punctorũ, numerus anima, quare non omnia habent animã corpora? puncta enim in omnibus videntur esse, & infinita. Amplius autẽ quomodo possibile est separari puncta & absolui à corporibus, nisi diuidantur lineæ in puncta? F

SOPH. *Quòd si puncta ea quæ sunt in corpore sunt numerus is qui aĩæ est: uel si nnmerus constans ex punctis ijs quæ in corpore sunt, anima est, cur non omnia habent animam corpora? in omnibus enim puncta esse uidentur, eaq; infinita. Præterea qũi fieri potest, ut puncta separentur ac soluantur à corporibus, si quidem non diuiduntur lineæ in puncta?*

Et, si numerus animæ sit puncta, quæ sunt in corpore, aut aĩa est in numero, qui est ex punctis, quæ sunt in corpore, quare oĩa

corpora

A corpora non habẽt animam? opinantur enim ꝙ in omnibus corporibus sunt puncta, & infinita. Et etiam quõ est possibile vt puncta separentur à corporibus? cũ lineæ non diuidantur in puncta?

71 Dicit & cùm necesse est ex sermone prædicto quòd vnitates, quæ sunt anima, sint puncta, quæ sunt in corpore: aut anima est aliquod existens in numero, qui fit ex punctis, quæ sunt in corpore, cũ necesse est in duobus punctis ꝙ superponatur, quousq; fiant idem: quare omnia corpora non sunt animata, cũ in omni corpore sint puncta infinita? immo necesse est vt quælibet pars eius sit animata: quod est impossibile. D.d. eis aliud impossibile: & est ꝙ anima non sit abstracta à corpore, ita ꝙ impossibile est vt animal moriatur, nisi per corruptionem sui corporis, & dixit. Et etiam quomodo est possibile vt puncta separentur à corporibus? &c.i. & contingit eis fm hanc opinionem vt anima non separetur à corpore, neq; vt moriatur. qm̃, si anima sit puncta: & puncta impossibile est vt separentur à corporibus: cùm declaratum est quòd lineæ non componuntur ex punctis, neq; superficies ex lineis, neq; corpus ex superficiebus: sed puncta nõ separantur à linea, quia sunt eius vltima, neq; linea à superficie, neq; superficies à corpore: tunc animam impossibile est separari à corpore. sed tamen possibile esset in punctis abstractio, si lineæ essent compositæ ex eis. quod est impossibile: vt declaratum est in Physicis.

Sexta rõ contra Antiquos.

Septima rô contra Antiquos.

B

Animam ex subtilissimo corpore non componi. Cap. 5.

ACcidit autem sicut diximus, sic quidem idẽ dicere corpus quoddam subtilium partium ipsam ponentibus, sic autẽ, sicut Democritus moueri dicit ab anima, proprium inconueniens. Siquidem enim est anima in omni eo quod sentit corpore, necesse est in eodem duo esse corpora, si corpus aliquod anima. C Numerum autem dicentibus, in vno puncto, puncta multa, & oẽ corpus animam habere: nisi quidam numerus differens fiat, & alius ab his qui in corpore punctorum.

OPH. *Accidit autem quemadmodum diximus ut partim idem dicant quod ii qui corpus quoddam subtilium partium ipsam statuunt: partim ut Democritus ab anima dicit moueri, peculiare absurdum. Nam si Anima est in quaq; parte eius quod sentit, necesse est in eodem duo esse corpora, si anima corpus aliquod est. Iis autem qui numerum dicunt, in uno puncto, multa esse puncta, aut omne corpus animam habere. si non aliquis differens numerus accedit, atq; diuersus à punctis iis quæ in corpore sunt.*

Et contingit, sicut diximus aliquo modo vt sermo eorum sit similis sermoni ponentis eam esse corpus subtilium partium: secundum autem alium modũ, vt dicit Democritus in motu, propria eis

eis eſt impoſſibilitas. Quoniam, ſi anima eſt in toto corpore ſenſibili, neceſſe eſt vt duo corpora ſint in eodem loco. ſi autem eſt aliquod corpus, neceſſe eſt dicentibus numerum. vt in eodem puncto ſint multa puncta, vt oẽ corpus habeat animam: niſi contingat in re animalis, quæ differt à pũctis exiſtentibus in corporib⁹. D

72 Et contingit aliquo modo dicentibus hunc ſermonem impoſſibilitas contingens dicentibus aĩam eſſe corpus ſubtilium partium: & aliquo modo eſt propria eis ẽt impoſſibilitas Democrito, accidens in hoc, quod poſuit, ꝙ cã motus eſt, ꝙ ſphæræ, quæ ſunt aĩa, mouentur ex ſe. non enim eſt dña inter ponentẽ ꝙ cã motus aĩæ eſt corpus, quod eſt vnitates motæ ex ſe, aut quòd ſphæræ motæ ex ſe, D. incœpit notificare in qua poſſibilitate conueniunt iſti cum dicentibus aĩam eſſe corpus ſubtile, & dixit. Qm̃ ſi aĩa eſt in toto corpore ſenſibili, &c. i. & impoſſibilitas cõis eſt, quia neceſſe eſt dicentibus aĩam eſſe corpus vt duo corpora ſint in eodẽ loco. quoniam fuit neceſſarium vt aĩa ſit in toto corpore, quia corpus ſenſibile in oĩbus partibus ſuis. vnde neceſſe eſt vt in oĩ parte eius ſit aliqua pars aĩæ: E & vniuerſa aĩa ſit in vniuerſo corpore. & ſic ſupponantur corpora, & penetrentur ad inuicem, ſ. corpus, quod eſt aĩa, & corpus, in quo eſt. & ſic neceſſario erunt duo corpora in eodem loco. Et eſt neceſſe dicentibus animam eſſe numerum vt in loco eiuſdem puncti ex corpore ſint multa puncta, diſtincta per intellectum. Et hoc eſt ſimile ſermoni dicentis poſſibile eẽ multa corpora in eodem loco. qm̃ cum hoc, quod ponunt ea in eodem loco, ſi non poſuerint ea eſſe diſtincta, vt declaratum eſt, continget eis vt puncta, quæ ſunt aĩa, ſint puncta ipſius corporis. & ſic oẽ corpus erit aĩatum, ſi non conceſſerint ꝙ in corpore ſint alia puncta, diuerſa à punctis, quæ ſunt in anima. ſi hoc conceſſerint, continget eis vt multa puncta ſint in loco vnius puncti. & hoc eſt ſimile ſermoni dicentis ꝙ multa ſunt corpora in eodẽ loco. & hoc eſt impoſſibile, contingens dicenti aĩam eſſe corpus ſubtilium partium.

F Accidit'q; animal moueri a numero, ſicut & Democritum diximus ipſum mouere. Quid ẽ enim differre dicere ſphæras paruas, aut vnitates magnas, aut omnino vnitates ferri: vtrobiq; enim eſt neceſſe moueri animal, in eo quòd mouentur ipſæ.

SOPH. *Accidit etiam, ut animal moueatur à numero, ut etiam Democritum diximus illud mouere. Quid enim intereſt, ſiue paruæ ſphæræ dicãtur, ſiue unitates magnæ, aut deniq; unitates quæ ferantur? Nam utroq; modo, neceſſe eſt moueant animal, eò quòd ipſæ moueantur.*

Et cõtingit eis vt animal non moueatur niſi à numero, ſicut diximus de opinione Democriti. Nulla enim differentia eſt inter dicentes partes paruas, & dicentes quod vnitates ſecundum ꝙ ſunt motæ. neceſſe eſt enim ſecundum vtrunq; modum vt animal nõ moueatur niſi illis motis.

Vult

A Vult hic declarare impossibilitatem propriam eis, & Democrito, & dixit. Et contingit eis, &c. i. & contingit eis in hoc, quod dicunt, q animal non mouetur nisi ab vnitatibus motis ex se, illud, quod contingit Democrito, cũ dixit q aïal non mouetur, nisi ex sphæris motis ex se. D. d. modum, sm quem est similitudo inter vtramq; opinionem, & dixit. Nulla enim differentia, &c. i. nulla est differentia inter dicentem q illud, quod mouet corpus, est paruum, aut vnitates paruæ, cum fuerit positum q vtrunq; non mouet corpus, nisi sm q mouetur: contingit. n. q hæc duo, s. vnitates, & partes non mouent, nisi sm q mouentur ex se. & intendit, q, cũ ita sit, impossibilia cõtiugẽtia Democrito, cõtingũt ẽt huic opinioni.

73

Complectentibus igitur in vnum numerum & motum, hæc quidem accidunt & multa alia huiusmodi: Non enim solum diffinitionem animæ huiusmodi impossibile esse, sed & accidens. Manifestum autem si quis argumentauerit ex ratione hac animę reddere passiones & opera, vt cogitationes, sensus, lætitias, tristitias, B & quæcunq; alia huiusmodi: sicut enim diximus prius, neq; diuinare facile est ex ipsis.

PH. *Ac iis quidem qui simul connexuerunt numerum & motum, & hæc, & pleraq; id genus alia contingunt. neque enim solum fieri potest ut aliqua Animæ definitio eiusmodi sit, uerum ne quidem accidens. Quod perspicuum fuerit, si quis ex ratione hac affectus & munera Animæ aggrediatur describere, ut cogitationes, sensus, uoluptates, dolores, cæteráq; generis eiusdem: Ut enim superius diximus, ne diuinare quidem ex ipsis facile est.*

Congregantes igitur numerum, & motum in eodem habent etiam hæc impossibilia, & alia multa similia eis. impossibile est, enim vt sit definitio animæ talis, neq; accidens accidentium ei. Et C hoc manifestũ est, si aliquis voluerit pficere ex hoc actiones, & passiones aïæ, vt cogitationẽ, & sensum, & voluptatẽ, & tristitiã. hoc n. sicut diximus superius, neq; est facile, neq; erit p figmentum.

74 Dicit q definientibus animam per numerum, & motum insimul accidunt hæc impossibilia prædicta, & alia plurima. Et hoc manifestum est. nullus enim eorum potest dare causas actionum, & passionum in anima propter numerum: neq; si finxerint, dicendo q talis numerus facit sensum, & talis cogitationem, & talis voluptatem. Quoniam, si causæ rerum diuersarum sunt diuersæ: & causæ istarum sunt vnitates, & numeri: necesse est vt vnitates, & numeri causæ istorum diuersentur. Et sermo eius in hoc capitulo est palam.

Cãæ rerũ diuersarũ sunt diuersæ. lem su pra. t-c. 5.

Tribus autem modis traditis secundum quos diffiniunt aïam, Alij

Aliŋ quidem motiuum maximè enunciauerunt, in mouendo se ip- D sam. Aliŋ autem corpus subtilissimum, aut in corporalissimum aliorum. Hæc autem quas dubitationes & subcõtrarietates habẽt, prætereŋmus fere. Relinquitur autem considerare, qualiter dicitur ex elementis ipsam esse. dicunt enim quatenus sentiat ea quæ sunt, & vnum quodq; cognoscat.

SOPH. *Cum autem tres modi tradantur quibus definiunt Animam, partim illorum maxime motiuum asseruerunt, eò quòd se ipsa moueat: partim corpus tenuißimarum partium, aut quod maxime inter cætera incorporeum est. quæ quas dubitationes repugnantiasq; habeant, fere persecuti sumus: Restat considerandum, quomodo dicitur ex elementis eam cõstare. dicũt.n. ut sentiat ea quæ sunt, & unũquodq; cognoscat.*

Et, quia diximus tres modos definitionum animæ. quidam.n. E iudicauerunt ipsam esse motam ex se: & quidam iudicauerunt ipsam esse corpus valde subtile, & valde remotum ab aliŋs corporibus. & nos iam visi sumus induxisse dubitationes, contingentes his duobus sermonibus. Remanet igitur quærere eam esse ex elementis: cùm dicatur hoc, quia sentimus entia, & cognoscimus vnumquodq; illorum.

75 Dicit q; Antiqui definiunt aĩam tribus modis. Quorũ quidã est, quia mouetur ex se: & quidã, quia est corpus valde subtile, aut maxime remotum à natura corporea. quidã vero definiunt eam, quia est ex principijs, & elemẽtis: quia est, vt dicitur, distinguens, & cognoscens. Et, quia iam cõtradiximus opinioni eorum, qui definiunt eam per motum, & eorũ, qui definiunt eam per corpus subtile, contradicẽdum est modo opinioni eorum, qui dicunt eam esse ex elementis. Et debes scire quòd, contradictio eius dicentibus eam esse corpus, collocatur sub contradictione dicentis eã esse mouens, quia mouetur. Omnibus enim illis contingit dicere eam eẽ F corpus, & indifferenter siue posuerint illud, quod mouetur ex se, sphæras paruas, vt Democritus: aut vnitates, vt dicentes eam esse numerum se mouentem: aut corpus cœleste, vt in Timæo. & similiter collocantur in contradictione addentes eam esse complexionem aut harmoniam, & vł'r corpus compositum. Remanet igitur contradicere opinioni fingentium eã esse ex elementis propter cognitionem, & sensum.

Necessarium autem est accidere multa & impossibilia rationi. ponunt enim cognoscere simile simili, tanq; ac si animã res ponentes: non sunt autem hæc sola, multa vero & alia: magis autem fortassis infinita numero quæ sunt ex his.

SOPH. *Cui quidem sententiæ multa eaq; impoßibilia accidant necesse est. Ponunt enim cognoscere simile simili, quasi animam res ipsas ponentes.*

Atqui

A *Atqui certè non hæc sola sunt, sed pleraq; etiam alia: immo innumera fortasse, quæ ex eis constant.*

Sed huic sermoni contingunt plura imposſibilia. Ponunt enim ꝙ ſimile non cognoſcitur niſi per ſuum ſimile: & quaſi ponunt animam eſſe iſta. Sed iſta non ſunt tantum hæc, ſed plura alia. immo videtur ꝙ ea, quæ ex iſtis ſunt, ſunt infinita.

76 Ideſt & iſte ſermo verificatͬ ad eos dicendo ꝙ principia ſunt oīa, quæ fiunt ex ipſis principijs: & principia non ſunt ea, quæ fiunt ex principijs oībus modis: ſed ea, quę ſunt ex principiis, magis fiunt quã principia: immo rectè vr̃ vt ea, quæ fiunt ex principijs, ſint infinita. Et, cũ ea, quæ fiũt ex principiis oībus modis, alia vero aliquo modo fiunt ex principiis, non iuuantur in dicendo ꝙ aīa eſt ex principiis: qm̃ fm ꝙ eſt aliud, non eſt illic conſimilitudo. &, cũ illic non fuerit conſimilitudo, non erit cognitio: cũ cognoſcens non cognoſcat, niſi per illam conſimilitudinem, quam habet cum re cognita. Et, cũ declarauit ꝙ facta ex principiis non ſunt eadẽ principia in formis, & eſſentiis, incœpit declarare impoſſibilia, contingentia huic, quod dixit, ꝙ nihil cognoſcitur niſi per ſuum ſimile. Prima rõ cõtra Antiquos definientes aiam ex principijs ꝑ cognitionem.

B

Ex quibus quidem igitur vnum quodq; horũ, ſit cognoſcere animam & ſentire: ſed compoſitum non cognoſcet, neq; ſentiet, vt quid eſt Deus, aut homo, aut caro, aut os, ſimiliter autem quodlibet aliud compoſitorum: non enim quolibet modo ſe habentia elementa horum vnumquodq;, ſed ratione quadam & compoſitione, quemadmodũ dicit Empedocles os: terraq; humus coaptata in amplis diffuſionibus, duas ex octo partibus ſortita eſt: aquæ luminis, quattuor autem vulcano: oſſa autem alba facta ſunt: Nihil igitur profectus elementa in anima eſſe, niſi rationes inerũt & compoſitio: cognoſcet enim vnũquodq; ſimile, os autem aut hominem, nihil: niſi & hæc inerunt. hoc autem quòd imposſibile ſit nihil oportet dicere. quis enim dubitabit, ſi inerit in aīa lapis aut hõ: ſilr̃ autem bonum & non bonum, eodem modo & de aliis.

PH. *Ea igitur ex quibus eſt horum unumquodq;, eſto, cognoſcat anima & ſentiat, at compoſitum quo cognoſcet, aut ſentiet? ut quid DEVS, aut homo, aut caro, aut os? ſimiliter etiam quiduis aliud compoſitorũ? neque enim eorum unumquodq; eſt elementa quouis modo ſe habentia, ſed ratione quadam & compoſitione, quẽadmodũ Empedocles dicit os?*

» *Aſt partes liquidi ſplendoris Dædala tellus*
» *Ex octogeminas, patulis fornacibus hauſit:*
» *Bis geminasque ignis: ſunt oſſa hinc alba creata.*

Nihil igitur prodeſt elementa eſſe in Anima, niſi & rationes inſint,

&compoſi-

& compositio: nam unumquodque cognoscet sui simile:os autem uel hominem nihil,nisi & hæc insint: quod fieri non posse, nihil attinet dicere. Quis enim ambigat, an insit in Anima lapis aut homo? itémque bonum & non bonum? sic etiam in alijs. D

Ponatur igitur q anima cognoscat,& sentiat ea, ex quibus fit quidlibet:& tunc non cognoscit vniuersum, neq; sentit.v.g. quid est Deus,& qd est hõ,& qd est caro,& qd est os,& silr alia cõposita. Esse.n.vniuscuiusq; istorum non est vt elemẽta sint in quacũq; dispõne,sed ĩ aliqua cõpõne& proportione: sicut narrauit Empe- „ docles in generatione osfis. Dicit.n.q terra magna,quæ est in va- „ fis osfis,quæ habet de pallore octauam partẽ, & de igne quatuor „ partes:& sic facta sunt ossa alba. Nihil enim prodest q elementa sint in anima,nisi in eis fit proportio,& compositio.tunc enim cognoscet quodlibet per similitudinem, & non cognoscet os, neq; hominem,nisi hæc duo fuerint in ea. Et iste sermo non indiget cõ tradictione.nullus enim existimat q ĩ anima fit lapis, aut homo. & similiter viuum,& non viuum. E

77 Sc̃da rõ. Dicit. Ponatur igitur q aĩa,&c.i.ponat̃ fm opinionem eorũ q aĩa cognoscit,& sentit elementa ex quibus componit̃ quidlibet, quod est ex elementis.contingit igitur eis vt non cognoscat vniuersum rei cõpositæ: & q non cognoscat eius formã.forma.n.eius est supra elementa in composito.continget igitur vt non cognoscat Deum,neq; hoĩem, neq; carnem, neq; os.essentia enim nõ est elementũ,neq; ex elemẽtis.& hoc necesse est in oĩbus cõpositis. D.d. Esse.n.vniuscuiusq;,&c.i.& essentiæ,& formæ,rerum necesse est vt sint supra additæ elementis:quia quodlibet ens cõpositum ex elementis cõponitur in aliqua proportione terminata à cõpositione propria,per quã illud ens est,quod est.& hoc cõcedit Empedocles. dat enim in generatione ossis proportionem & dicit q ossa sunt alba, qa existit in eis ex terra,quæ appropriatur nigredini,& pallori octaua pars,& de igne,qui appropriatur albedini,quatuor partes. D.d. Nihil.n. ꝑdest q elementa sint in aĩa,&c.i.nihil.n.prodest in hoc, q aĩa cognoscit formas,& essentias rerum,vt sit ex elementis:nisi cũ hoc q est ex elementis sint in ea proportiones,& compositiones, quæ appropriantur essentiis rerum.tunc enim possibile est vt cognoscat quodlibet. D.d.& non cognoscet eos,neq; hominem,nisi hæc duo fuerint in ea.i.necesse est, cùm non cognoscat rem,nisi per similitudinem, vt non cognoscat os, neq; hominem,nisi in ea sit compositio ossis,& hominis. D.d. Et iste sermo non indiget,&c.i.& iste sermo est valde impossibilis.nullus enim dubitat vtrũ in anima sit lapis,aut non.& vniuersaliter nullus existimat q in anima sit viuum.& non viuum,ita q cognoscit viuum per viuam partem, quæ est in ea,& non viuum per non viuum. F

Essentię, & formæ rerũ supadditę sũt elẽtis. idẽ 7.Me. cõ. 60. &. 1. Me. c. 12. &.1. de generatione 84.

Amplius

A Amplius autem cum multipliciter dicatur id quod est: significat enim aliud quidem hoc aliquid, aliud quantitatem, aut qualitatem, aut & quoddam aliud diuisorum prædicamentorum: vtrũ ex omnibus erit anima, aut non. sed non videntur communia omnium elementa esse? Si igitur quæcunque substãtiarum sunt, ex his solum, quomodo igitur cognoscet & aliorum vnunquodque? aut dicent vniuscuiusque generis elementa esse & principia propria: ex quibus animam constare? erit ergo qualitas & quantitas, & substantia: sed impossibile est ex quantitatis elementis substantiam esse, & non quantitatem. Dicentibus itaque ex omnibus, hæc & huiusmodi alia accidunt.

I P H. *Præterea uerò cum ens multifariam dicatur (significat enim partim hoc aliquid, partim quantum, aut quale, aut aliud quidpiam explicatorum prædicamentorum) utrum ex omnibus erit anima, an non?* B *atqui non videntur communia omnium esse elementa: num igitur ex his constat solis, quæ substantiarum sunt? quo nam ergo pacto cæterorum unumquodque cognoscit? An dicent cuiusque generis esse elementa, & principia propria, atque ex eis Animam constare? erit ergo & quantum, & quale, & substantia: atqui fieri non potest, ut ex quantitatis elementis substantia sit, & non quantitas. His igitur qui dicunt ex omnibus, hæc, & huiusmodi alia accidunt.*

Et etiam, si ens dicitur pluribus modis (demonstrat enim hoc & quantum, & quale, & aliud prædicamentorum) vtrum anima sit ex omnibus eis? Sed non existimatur quod omnia habent elementa, & principia. Et vtrum non sint nisi ex elementis substantiæ tãtum? Sed, si fuerit ita, quõo cognoscit vnumquodque illorum? Aut dicant quod quodlibet generum habet elementa, & principia propria, ex quibus constituitur. C Anima igitur erit quale, & quantum, & substantia. Sed impossibile est vt ex elementis quanti sit substantia, & non quantum. Qui igitur dicunt quod est ex omnibus, contingunt eis hæc, & alia similia.

78 Cùm declarauit impossibile contingens eis pp cognitionem formarũ rerum, cùm formæ non sint elemẽtum, neq; ex elementis, incœpit declarare quod contingunt eis alia impossibilia, licet concedant quod cognoscit cõposita pp sua principia, i. quia est ex principiis eorum. Et d. Et etiam si ens, &c. i. & etiam quõo possunt dicere quod aĩa cognoscit res pp sua prĩcipia? Ens. n. qñq; demonstrat hoc, qñq; alia nouem prædicamenta: & sic quærendum est vtrum aĩa cognoscat quodlibet istorum generum, quia est ex principiis oĩum eorum, si oĩa habent principia: aut ex principiis quotundam,

rundam, si non oīa habent principia. D.d. Sed non existimatur. i. sed, si D posuerint eam esse ex principiis quorundam, quærendum est ab eis vtrū aīa sit ex principiis substantiæ tantum: cū hoc prædicamentum inter oīa existimetur habere tantum principia, dicetur eis quō cognoscit aīa vnūquodq; illorum prædicamentorum? D.d. Aut dicant ꝙ quodlibet generum, &c.i. aut cogentur ad primam diuisionē: & est ꝙ quodlibet decem prædicamentorum habet propria principia: & ꝙ aīa non cognoscit ea, nisi quia sunt ex suis principiis. Contingit eis ex hac positione aliud impossibile: & est ꝙ aīæ quædam pars est substantia, & quædam pars quale, & quædam quantum: cū impossibile est vt substantia sit elementum aliorū prædicamentorum. principia.n. non substantiæ, sunt non substantiæ. D.d. Qui igitur dicunt ꝙ est ex oībus, &c.i. dicentibus igit᷑ aīam esse ex oībus principiis rerū contingunt hæc impossibilia p̄dicta, & alia similia.

Impossibile ē vt sba sit elm̄tū alio℞ p̄dicamēto℞. Vide opp. 12. Me. cō. 22. Vide cōtr. Zim.

Inconueniens autem est dicere quidem impassibile esse simile à simili, sentire autem simile simile, & cognoscere simile simili: sentire autem pati aliquid & moueri ponunt: similiter autem & cognoscere & intelligere. Multas autem difficultates & dubitationes habente ipso dicere sicut Empedocles, ꝙ corporeis elementis singula cognoscuntur, & ad simile, testatur quod nunc dictū est. quæcunq; enim insunt in animalium corporibus simpliciter terræ, vt ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur: quare neque similia, & tamen conueniret. E

SOPH. *Absurdum est etiam dicere simile quidem non pati à simili: simile uerò sentire simile, & cognoscere simile simili: et tamen illud sentire, pati quoddam & moueri statuunt: itemq; intelligere, & cognoscere. Cum autem multæ dubitationes ac difficultates oriantur, si quis ut Empedocles dicat corporeis elementis singula cognosci, & ad simile, fidem facit quod nunc dictum est: quæcunq; enim insunt in animalium corporibus, quæ simpliciter terræ sunt, ut ossa, ut nerui, ut pili, nihil uidentur sentire: quamobrem nec similia: & tamē oporteret.* F

Et improbabile est etiam dicere quod simile non patitur à suo simili: & ꝙ simile sentit suum simile, & ꝙ simile cognoscit suum simile: opinando ꝙ sentire est pati, & moueri, & similiter distinguere, & intelligere. Et testatur ꝙ sermo, quē dixit Empedocles, ꝙ vnaquæq; rerum non cognoscit corporalia elementa, nisi s̄m similitudinem, est multarum dubitationum. & hoc, qđ dicemus in hoc loco, & est quod corpora animalium, quibus existit simplex terra, vt ossa, vt videtur, nihil sentiunt. non sentiunt igit᷑ neq; similia: licet hoc sit necessarium.

79 Quarta rō Cùm dedit impossibilia contingentia huic opinioni, incœpit contradicere

A dicere propositioni, sup qua fundatur hæc opinio, s. propositioni dicenti ꝙ simile non comprehenditur, nisi per suũ simile, &c. d. Et improbabile est ẽt dicere, &c. i. & improbabile est hoc, quod Antiqui opinant, ꝙ sile non patitur à suo sili, & ꝙ passiuũ non est nisi contrariũ à suo contrario. & opinant cum hoc ꝙ cognoscere, & sentire fiunt per sile, tñ cognoscere, & distinguere sunt pati, & moueri. Et intendit per hoc ꝙ illud, quod consequitur hanc opinioné, est contrarium primæ. Hoc. n. quod ponunt ꝙ sentire, & intelligere fiunt per sile, & ꝙ sunt pati, coget eos ad dicendũ ꝙ simile patitur à suo simili: quod non cõcedunt, quia iã posuerũt sile pati à suo simili: & in se ẽt impossibile est. D. d. Et testatur ꝙ sermo, quem d. Empedocles, &c. i. & testat ꝙ sermo, qué Empedocles d. s. ꝙ vnusquisque non cognoscit generalia corporalia elementa, nisi sm similitudinem. i. quòd nos non cognoscimus terram, nisi per illud, quod est in nobis de terra, & aquã per aquam, & aerem per aeré, & ignem per igné, est falsus. Et hæc est mul B titudo dubitationum contingentium illi in hoc loco. Illud. n. quod in corporibus animalium magis vicinatur terræ simplici, nihil sentit. & tamen ossa non sentiunt terram: licet in eis dominetur terra. simile ergo nõ sentit simile. Et hoc intendit cũ d. non sentiunt igitur neq; similia. D. d. licet hoc sit necessariũ. i. ꝙ simile debet sentire suum simile. tũc enim necessarium esset vt ossa sentirent terram, sed videntur carere omni sensu.

Idẽ. 1. de gñatione. 50.

Amplius autem, vnumquodq; principiorum ignorantia plurium quàm intelligentia existet. cognoscet quidem enim vnum, quodlibet: multa autem ignorabit, omnia enim alia. accidit autẽ & Empedocli insipientissimum esse Deum. solus enim elementorum vnum non cognoscet, discordiã: Mortalia autem, omnia: ex omnibus enim vnumquodq; est.

SOPH. *Præterea unicuiq; principiorum plus ignorationis, quàm cognitionis inerit. Vnũquodq; enim vnum cognoscet, pleraq; uerò ignorabit: si quidem cætera omnia. Accidit etiam Empedocli DEVM esse insipientissimum: solus enim hoc unum elementorum non cognoscet, nempe discordiam: mortalia uerò, res omnes: ex omnibus. n. constat unũquodq;.* C

Et etiam vnumquodq; principiorũ magis ignorat, quã sciat. vnumquoq; enim eorum vnum tantum agnoscit, & plura ignorat. Et contingit Empedocli attribuere Deum maximæ ignorantiæ. ipse. n. solus nescit de elementis hoc vnicum. s. lité: animal vero mortale scit ea omnia. omne. n. animal fit ex omnibus illis.

80 Et etiam contingit eis impossibilia vniuersalia, s. vt quodlibet etiam principiorum magis ignoret, quàm sciat. vnumquodq; enim principiorum eorum non scit apud eos, nisi ex quibus componitur: & sunt ea, quibus assimilatur. D. d. Et contingit Empedocli attribuere, &c. i. & contingit Empedocli aliud impossibile proprium, s. ꝙ Deus apud ipsum sit in fi ne

Quinta rõ
Sexta rõ.

ne ignorantiæ:ita ꝙ animal mortale est scientius ipso.contingit enim secundum suum sermonem,vt non sciat de elementis,quę sunt apud ipsum sex,nisi quinq; tantum,s.quatuor elementa,& amicitiam , & ꝙ nesciat litem.animal autem mortale scit sex,quia apud ipsum componitur ex omnibus Et opinatur ꝙ Deus componitur ex quinq; tantū.i.non ex lite.cōtingit igitur ei vt nesciat litem:quapropter animal mortale erit scientius eo.Et Dij.quos Empedocles opinatur esse compositos ex quatuor elemētis,sunt orbes.opinatur enim orbes esse Deos , & compositos ex quatuor elemētis,& amicitia.Et ideo reputabat Deum esse immortalem . lis enim est causa corruptionis licet iam narrauerit quòd ipse iam opinatur mundum,ꝙ iam corrumpebatur,& iam generabatur . sed forte non opinabatur hoc,nisi in eis,quæ sunt sub sphæra,quamuis ipse videtur hoc opinari in omnibus partibus mundi. D

Omnino autem propter quam causam,non omnia habent animam quæ sunt:quoniam omne , aut elementum,aut ex elemento aut vno,aut pluribus,aut omnibus:necesse est enim vnū aliquod cognoscere,aut quædam,aut omnia. E

SOPH. *Deniq; cur nō omnia quæ sunt habent animam,cum quodq; aut elementum sit,aut ex elemento uno,aut pluribus, aut omnibus? Necesse est enim unumquidpiam cognoscere,aut nonnulla,aut omnia.*

Et vniuersaliter,quare non omnia habent animam : cùm omnia aut sint elementum,aut ex elemento vno,aut ex pluribus, aut ex omnibus:oportet.n.scire aut vnū,aut quædam,aut omnia.

81 Septima ratio. Et vniuersaliter necesse est eis dare causam,quare non oīa habent animam cōprehendentem.contingit.n.eis vt omnia sint comprehēsiua.quoniam,si principia,& elementa sunt cognoscentia : & omne ens aut est ex elemento,aut elementum,necesse est vt omnia sciant. Oportet enim vt omne sciat,aut vnum eorum,si fuerit elementum,aut ex vno elemento. F quoniam tunc nō sciet,nisi illud,quod cōponitur ex illo elemento:aut vt sciat plura,si componitur ex pluribus:aut,si cōponit̃ ex oībus , oīa. & hoc intendebat,cùm d.oportet enim scire aut vnū,aut quædam,aut omnia .

Dubitabit autem aliquis,& quid est vnum faciens ipsa : materiæ enim comparantur elementa. Maxime enim proprium est illud continens quodcunq; est:anima autem aliquid melius esse & antiquius impossibile est:impossibilius autem adhuc intellectu: Rationabilissimum enim hunc esse nobilissimum & diuinum secundum naturam.Elementa autem dicunt esse prima entium.

SOPH. *Quæret præterea quispiam , quid nam sit quod ea unum efficiat? materiæ enim similia sunt elementa: Potissimum enim est id quod cōtinet , quidquid id tandem sit . at anima aliquid esse potius aut dominans,impossibile est:longe etiam impossibilius intellectu . Maxime.r.*

rationi

A *rationi consentaneum est eum longißime antecedere, & natura esse potiorem, & tamen elementa dicunt prima entium esse.*

Et debet homo dubitare illud, quod dedit istis esse. elementa enim assimilantur materiæ. Illud enim, qđ agit, dicitur valde nobile. impossibile est igitur vt aliquid sit nobilius, & principalius quàm anima. & magis impossibile est vt aliquid præcedat intellectū. necesse est. n. vt iste sit pcedēs naturalr ipsum, quod per eū acquirit nobilitatem suam. elementa autē sunt principia entiū.

82 Et debet homo quærere p quid sunt elementa, s. forma. elementa. n. videntur assimilari materiæ. sed manifestū est q aliud nobilius eis ligat, & congregat ea in composito: & est illud, quod est in eis quasi forma, & finis. D. incœpit declarare quòd hoc necesse est esse aīam & maxime intellectum, & d. Illud. n. quod agit, dr valde nobile &c. i. & illud, quod vr eē nobilius elementis, necesse est vt sit aīa. oē. n. quod dr esse nobilius aliquo, minus est dignum nobilitate quā aīa. aīa igitur præcedit oīa elementa causa B litate, & nobilitate: elementa aūt tpe. D. d. & magis est impossibile vt aliquid præcedat intellectum. i. si anima esset ex elementis, tūc præcederent eam elemēta nobilitate, & causalitate: quod est impossibile. & magis impossibile est opinari q aliquod elementorum præcedat intellectum secundum nobilitatem, & sm causam finalem. D. dedit rōnem super hoc, & d. necesse est. n. vt iste sit, &c. i. necesse est enim vt intellectus prçcedat in esse omnia attributa sibi, & quæ ab eo acquirunt nobilitatem, vt elementa.

D. d. elementa autem sunt principia entium. i. & valde differunt. anima enim & intellectus sunt principia entium secundum finem & formam: elementa autem secundum materiam.

Octaua rō

Illud, q agit, est valde nobile.

Idē. 3. de Aīa. t. cō. 19.

Aīa præcedit elnta nobilitate, & cālitate; elnta aūt tpe.

Aīa, & intellectus sunt principia entiū sm finē, & formā: elnta autē sm materiā.

Omnes autem & qui ex eo qđ sentit & cognoscit anima quæ sunt, ex elementis dicunt ipsam, & qui maxime motiuum, non de omni dicunt anima: neq enim sensitiua omnia, motiua, videntur enim esse quædā animaliū, manentia sm locū: & tamen videtur C hoc solo motu mouere anima animal. Similiter autē & quicunq intellectiuū & sensitiuū faciunt ex elementis. videntur. n. plantæ viuere non participantes loci mutatione, neq sensu: & animaliū multa intelligentiam non habere.

OPH. *Omnes autē, tum ij qui eò quòd cognoscat & sentiat ea quæ sunt, ex elementis eam constare dicunt: tum qui maxime motiuum eam esse censent, non de omni loquuntur Anima: Neq enim in omnibus ijs quæ sentiunt, motus est: Apparet enim esse nonnulla animalia, quæ in eodem loco semper manent. Atqui hoc solo motu anima mouere animal uidetur: Similiter etiam quicunq intellectum, & sensitiuum ex elemētis faciunt: nam & plantæ uidentur uiuere, cum tamen nec latinus, nec*

sensus participes sint: necnon aialium complura rōnem non habere. D

Et omnes facientes animam ex elementis per cognitionem, & sensum, & per motum non loquuntur de oīaīa. Non.n.videmus oīa sensibilia moueri, cū quædā aīalia videantur permanentia in eodē loco: licet videatur ꝙ illo solo motu mouet aīa aīalia. Et silr etiam est dispositio ponentium intellectum, & virtutem sensus ex elementis. plantæ enim videntur viuere: sed nullam habent portionem de motu locali. & plura animalia etiam non intelligunt.

83 Nona rō. Dicit & omnes ponentes substantiam aīæ ex elementis, quia cognoscit & quia mouet ex se, non loquuntur de substantia aīæ, nisi particulariter, nō vlr: sicut debet facere ille, qui vult naturaliter loqui de ea. D. incœpit declarare hoc, & d. Non.n. videmus omnia sensibilia moueri.i. & definitio eorum, qui definierūt eam per motum, est diminuta. multa.n. sensibilia, & aīata nō mouentur in loco, vt spongia maris: quamuis iste motus apud eos proprius est aīæ. &, si ita esset, oē aīatum moueretur in loco. Error igitur accidit eis, qui existimant ꝙ iste motus est proprius animæ sensibili. Et, cùm narrauit diminutionem contingentem definientibus animam per motum, incœpit declarare diminutionem accidentem ponentibus eam ex elementis per cognitionem, & dicit. Et similiter etiam est dispositio ponentium intellectum, &c. id est, & similiter est deponētibus intellectum, & substantiam animæ ex elementis, quia cognoscit. plantæ.n. videntur habere vitam, & non sensum, neque motum in loco. & videmus ꝙ multa animalia sensibilia non intelligunt. Et, si ita esset, necesse esset, vt omne viuum esset sensibile: & omne sensibile esset intelligens, sicut opinabantur plures Antiqui. sed non est ita. omnes enim definientes substātiam animæ per cognitionem, aut motum, non incedunt via ducenti ad cognitionem substantiæ animæ. E

Vide de spongia maris. 2. d aia co. 16.

Si autem aliquis & hæc segregauerit, posueritq; intellectū partem aliquam animæ. Similiter autem & sensitiuū, neq; vtiq; sic dicet de omni anima, neq; de tota vel vna: Hæc autem sustinuit & quę est in orpheicis vocatis carminibus ratio. Dicit enim animā ex toto ingredi, respirantium, quæ fertur à ventis: non possibile itaq; plantis hoc accidere, neq; animalium quibusdam, siquidem non omnia respirant. F

SOPH. *Quod si quis hæc quoq; concesserit, posueritq; intellectum partem aliquam animæ, itemq; sensitiuum, ne sic quidem dicent uniuersè de omni Anima: immò ne de una quidē tota. Hoc etiam ipsum accidit ei sententiæ, quæ circumfertur in Orphicis carminibus. Dicit enim animam ex uniuerso ingredi, cum spiritum trahimus, delatam à uentis. quæ res nec plantis, nec animalium quibusdam contingere potest, si quidem non omnia spirant: Quod tamen fugit eos qui ita existimant.*

Et,

A Et,si homo concesserit ista,& posuerit q intellectus est aliqua pars animæ,& similiter etiam virtus sensus,tamen neq cum hoc locuti sunt vniuersaliter de omni anima,neq de vna anima vniuersaliter. Et similiter accidit in sermone, qui dicitur inueniri in versibus attributis Archoim.dicit enim q anima intrat intus à toto apud anhelitum:quia venti deferunt eam.Hoc igitur non accidit plantis,neq; in quibusdam animalibus: cùm non omne animal sit habens anhelitum.

84 Dicit.Et,si hō concesserit eis q omne aīal est intelligens, & posuerit q virtus intellectus,& sensus sit iidē,tñ cum hoc etiam nō erunt locuti de oī anima.Qui enim locutus est de ea per cognitionem, nō loquitur de aīa non cognoscenti:qui autem per motum,non loquitur de anima nō mota.& cum hoc sermo amborum non est in eadem aīa.natura enim animę motæ alia est à natura cognoscentis.Isti igitur non loquuntur de anima vl'r,& etiā cum hoc quidam eorum loquuntur de vno modo aīæ, & quidam de alio modo. D.d. Et sil'r accidit,&c.idest & hoc idem accidit Archoim,s'm q loquit' de aīa particulari,& existimat loqui de aīa vl'i, fingēs q natura aīæ est illud,quod intrat corpus à toto continenti apud anhelitum.Iste enim non loquitur de omni anima,quia plantæ habent animā, tñ non habent anhelitum,& similiter plura animalia. anhelans enim est animal ambulans sanguinem habens,vt dictum est in Animalibus.

Decima rō.

B

Anhelans ē aial ambulās, sanguinē habens.

Hoc autem latuit sic opinantes.si vero ex elementis animam facere oportet, nihil oportet ex omnibus.sufficiens enim est altera pars contrarietatis,se ipsam diiudicare & oppositam. Recto.n.& ipsum & obliquum cognoscimus.Iudex.n.vtrorūq canon est. Obliquum autem neq; sui ipsius,neq recti.

SOPH.

Cæterū si ex elementis animam facere oportet,non est opus ex omnibus: sufficit.n. altera pars contrarietatis,ad se ipsam diiudicandā,
C *& oppositam:recto enim tum hoc ipsum,tum obliquum cognoscimus: norma enim utriusq; iudex est: obliquum uerò,nec sui,nec recti.*

Et ignorauerunt existimantes hoc.s.ponentes aīam ex elementis,s.q non de necessitate debent ponere eam ex omnibus eis. Sufficit.n.vnum contrariorū in iudicando super ipsum, & super suū oppositum.per rectum.n.scimus rectū,& curuum.regula.n. iudicat vtrumq per suam rectitudinem.per curuum aūt non scimus, neq; ipsum in se,neq rectum.

85 Et,cùm ignorauerunt qm̄ non indigebant ponere aīam ex oībus contrarietatibus existentibus in elementis.Sufficiebat enim eis ponere eā ex altero duorum cōtrariorū,s.ex alio,quod est quasi habitus qdam, & forma.tale enim contrarium sufficit in iudicando super se,& super suum op

 positum.

positum.scimus enim lineam rectam per regulam rectam, in eo ꝙ est recta, similiter curuam. sed per curuam non scimus neq; ipsam, neq; rectã. Et causa in hoc est, quia non debemus iudicare per contrarium, quod est primum, super contrarium, quod est secundum. D

Et in toto autem quidam misceri ipsam dicunt. vnde fortassis & Thales opinatus est omnia esse plena dijs. hoc aũt habet quasdã dubitationes. propter quã.n. causam in aere aut in igne anima cũ sit, non facit animal, in mixtis autem: & hoc in his melior esse putata. Quæret.n. vtiq; aliquis, quam ob causam quę in aere anima, ea quæ in animalibus melior & immortalior.

SOPH. *Sunt etiam qui in uniuerso mixtam esse eam dicant: quocirca fortè etiam Thales cuncta esse plena Deorum putauit. De quo quæstiones oriuntur nonnullæ. Cur enim in Aere aut in Igne si inest anima, non facit Animal, sed in mixtis? idq; cum præstantior in eis esse uideatur? Quærat præterea quispiam, cur Anima quæ est in aere, ea quæ est in animalibus præstantior est & immortalior?* E

Et dixerunt quidam ꝙ aĩa est in toto. & forte ex hoc loco existimauit Milesius ꝙ omnia sunt plena Deo. Sed in hoc loco est dubitatio. Quærendum est.n. cũ anima existat in aere, & igne, quare non facit animalia, & facit hoc in mixto: licet sit existimatũ ꝙ anima, quæ est in istis, sit nobilior. Etiam debet homo respondere, quare anima, quæ est in aere, est melior anima, quæ est in animalibus, & magis immortalis.

86 Intendit vt mihi vr̃ ꝙ quidam dixerunt ꝙ aĩa existit in toto. i. in elementis, & in compositis. & ex hoc existimauit Milesius ꝙ oĩa sunt plena Deo. D.d. Quærendũ est.n. &c. i. & prima dubitationum contingentiũ huic opinioni est, quare aĩa, inquantum est in aere, & ẽt in igne, non facit aĩalia in eis. i. quare hæc corpora simplicia non sunt sensibilia, & comprehensibilia. qm̃, cũ aĩa eãdem proportionem habeat ad elementum, & ad compositum, necesse est vt, si alterum eorum fuerit animatũ, vt alterum etiam sit animatum. D.d. licet sit existimatum ꝙ aĩa, quæ est, &c. i. licet existimatum sit ꝙ aĩa, quæ est in elementis, magis digna est vt faciat elementa esse animata. existimabitur igitur esse nobilior anima, quæ est in mixto ex elementis. D. dedit quæstionem secundam, & d. Etiam debet homo respondere, quare aĩa, quæ est in aere, &c. i. & contingit homini opinanti hanc opinionem respondere quærenti qua de cã aĩa, quæ est in elementis, est nobilior anima, quæ est in animalibus. anima enim quæ est in elementis, est non mortalis apud eos: & quæ est in aĩalibus, ẽ mortalis. F

Rõ cõtra Thaletem

Accidit autẽ vtrobiq; inconueniens & irrationabile. & nanq; animal dicere ignem aut aerem, magis irrationabilium est; & nõ dicere animalia cum anima insit, inconueniens est.

Accidit

A *Accidit autem utrinq; absurdum quiddam, et alienum à ratione:*
OPH. *etenim dicere ignem uel aerem esse animal, à ratione discrepat: nec dicere animalia, cum anima insit, absurdum est.*

Et contingit vtriqꝫ sermoni improbabile, & irrationabile. dicere. n. ꝙ ignis, & aer sunt aīalia, est simile sermoni stulto. & etiã non dicere ea esse animalia, & dicere ea habere aīas est improbabile.

87 Cùm declarauerit ꝙ contingit dicentibus ꝙ in elementis est anima vt elementa sint animata, dicit. Et contingit vtriq; sermoni, &c. idest hoc, ꝙ ponunt, quòd elementa sunt animata: aut hoc, quod ponunt, ꝙ elementa habent animam, & nõ sunt animata. dicere enim ꝙ ignis, & aer sunt animata, simile est sermoni stultorum. & dicere etiam ꝙ habent animam, & non sunt animata, est valde improbabile: quia nulla differentia erit inter animam esse in animato, aut non esse.

Opinari autem videntur animam esse in his: quoniam totum partibus simile speciei. quare necessarium ipsis dicere & animam
B similis speciei partibus esse, si propter intercipi aliquid continentis in animalibus, animata animalia fiunt. si autem aer quidem discerptus similis speciei, anima autem dissimilis partis, hoc quidẽ aliquid ipsius existet, videlicet, aliud aũt nõ existet. necesse est igitur ipsam similis partis esse: aut non inesse in qualibet parte omnis. Manifestum igitur ex dictis, ꝙ neqꝫ cognoscere inest animæ pp̄ id quod est ex elemẽtis, neqꝫ moueri ipsam bene neqꝫ vere dr̃.

Existimasse autem uidentur Animam his inesse, quoniam totum,
OPH. *atq; partes eiusdem sunt speciei, quare fateri compelluntur animam ac partes eiusdem esse speciei, si eò quòd in animalibus intercipiatur aliquid ambientis animata animalia fiãt. quòd si Aer quidem descerptus eiusdem est speciei, anima autem dissimilarum partium, pars qua*
C *dam eius inerit. s. quædam non inerit. Necesse ergo est ipsam aut similarium esse partium, aut non inesse in qualibet totius parte. Perspicuũ igitur ex dictis est, cognoscere, non ideò inesse Animæ, quòd constet ex elementis: nec eam moueri, rectè ac uerè dici.*

Et vidẽtur existimare ꝙ aīa existat in istis, quia forma vniuersi eorũ est, sicut forma partiũ. Oportet igitur eos dicere ꝙ forma animæ etiam est sicut forma partium eius: cùm animal non sit habens animam, nisi cũ in eo concluditur aliquid de aere continenti. Si igitur aer, cùm separatur, est similis formæ, & anima, cũm separatur, non est consimilium partium: manifestum est ꝙ aliquid eius erit ens, & aliquid non ens. Necesse est igitur ut sit consimilium partium, aut non existet in qualibet parte totius. Quoniam

autem neq; cognoſcere exiſtit in anima, quia eſt ex elemẽtis: neq; moueri dicitur recte, manifeſtum eſt. D

88 Cùm numerauit impoſſibilia contingentia huic opinioni, dedit cāſam, ex qua exiſtimarunt elementa eſſe animata, & deſtruxit eam, & d. Et videntur exiſtimare, &c. i. & videntur opinari ꝙ aīa eſt in elementis: quia vnum iudicium habet totum, & pars in recipiendo aīam. D. d. Oportet igitur eos dicere, &c. i. ſed, cum poſuerint quòd idem iudicium habet totũ & pars elementorum in recipiendo aīam, oportet eos ponere ꝙ natura animæ vl'is, & forma eius eſt ſicut forma partium, ſ. ꝙ iudicium vl'is in ſua natura, & particularis idem eſt. Et declarauit hoc, cũ dedit cauſam, propter quam opinati ſunt ꝙ pars elemẽtorum eſt animata, & ꝙ propter hoc debet eſſe totum animatum, & d. cũ animal non ſit habens animam, &c. i. & opinati ſunt, quòd pars elementorum eſt animata, quia viderunt qđ animal non fit animatum, niſi qñ in corpus intrauerit apud anhelitũ aliquid aeris continentis: & ideo opinantur quòd iſta pars aeris, quæ eſt in corpore animalium, eſt animata. Et, quia natura partis eſt talis neceſſe eſt vt natura totius ſit talis. Et ordo verborum debet eſſe talis. & vñr exiſtimare quòd anima exiſtat in iſtis. i. in elementis. ſ. quòd forma totius, & partis eſt idem: ſed pars eſt animata: opinantur. n. quòd animal non fit animatum niſi per aerem, qui concluditur in eo: ideo oportet eos dicere qđ forma animæ vl'is eſt ſicut forma particularis. i. ꝙ natura animæ vniuerſalis, quæ eſt in elementis, & particularis, quę eſt in animalibus, eſt eadem. E

Ratio Taletis.

Iudicium vl'is in ſua nã, & pticularis idẽ ẽ. vide. 4. Ph. c. 37. & . 48. & 2. h⁹. cõ. 9 & . 1. Cœli 17.

Et, cũ narrauit hoc, incœpit declarare modum, ſm quem contingit eis, & d. Si igitur aer, cùm ſeparatur, &c. i. ſi igitur aer, cũ diuiditur, eſt conſimilis formæ, ſ. ꝙ natura partis, & totius eſt eadem: & anima, quæ eſt in elementis, cũ diuiditur per diuiſionem elementorum, non eſt conſimilium partium: qm̃ illud, quod exiſtit ex ea in parte, ſ. in aīalibus, eſt mortale, & quod exiſtit ex ea in toto, eſt nõ mortale: manifeſtum eſt quòd pars, quæ exiſtit ex ea in toto, alia eſt ab ea, quæ exiſtit in parte. ergo neceſſe eſt, aut vt in anima, quæ eſt in toto, ſit ſimilis animæ, quæ eſt in parte, ſi poſuerimus quòd totũ, & pars habent idem iudicium in recipiendo aīam aut, vt ponamus ꝙ iudicium totius, & partis in recipiendo aīam non eſt idem: & illud, quod ſequitur ponere eorum. ſ. quòd anima, quæ eſt in toto, eſt nobilior ea, quæ eſt in parte. Et hoc poſito, deſtruitur argumentum eorum per hoc, ꝙ anima exiſtit in toto, quia exiſtit in parte. qm̃, cũ natura animæ fuerit diuerſa, diuerſabitur etiam natura recipientis. vnde neceſſe eſt, ſicut d. vt non quælibet pars eius recipiat animam mortalem, ſed partes ꝓpriæ. iudicium igitur totius, & partis non eſt idem. Et debes ſcire quòd hoc contingit neceſſario dicentibus elementa eſſe non animata: & quod eſt ex eis in animalibus eſt animatum, ſcilicet cõtingit eis dare cauſam, propter quam fuit ita, ſicut contingit hoc dicentibus elemẽta animata, ſed per animam nobiliorem anima exiſtenti in animalibus. Sed cauſa data à dicentibus elementa eſſe non animata non poteſt eſſe data à dicẽtibus ea eſſe F

Impugnatio rõnis Thaletis.

Documentum.

A esse animata, s. mixtio, & complexio. & ideo visum est nobis quod ponentib[9] primas perfectiones animæ esse factas à mixtione, & complexione, non à causa extrinseca, contingit quod elementa sint animata per animam æqualem animæ existenti in animalibus. & Alexan. videtur hoc opinari in primis perfectionibus animæ, & contra Arist. & cõtra ipsam veritatem. & in nullo differunt in hoc primæ perfectiones, & vltimæ. & ideo videmus quod ista opinio similis est opinioni dicentium casum esse, & negantium causam agentem. D. d. fm rememorationem summam eorum, quæ prædixit, & d. Quoniam autem neq; cognoscere, &c. idest manifestum est igit ex hoc, quod diximus, quod non est necesse vt sit ex elemẽtis pp hoc, quod cognoscit, & sentit: neq; ẽt hoc, quod dicitur, quod mouet se, est verum. Reqre cõsilẽ cõtra Alex. 3. de Aia cõ. 5.

Nonnullæ proponuntur difficultates de ipsius Animæ vnitate, ac partibilitate. *Cap. 7.*

B QVoniam autem cognoscere inest animæ, & sentire, & opinari: adhuc concupiscere, & deliberare, & omnino appetitus: fit autem & fm locum motus ab anima in animalibus: adhuc autem augmentum & status & decrementum: vtrũ toti animæ vnumquodq; horũ insit, & omni intelligimus & sentimus, & aliorum vnumquodq; facimus & patimur, aut partib[9] alteris altera? & viuere igitur vtrum in aliquo horum sit vno, aut in pluribus, aut in omnibus? aut aliqua alia causa?

IOPH. *Quoniam autem animæ est cognoscere, & sentire, & opinari: ad hæc cupere, et deliberare, & omnino appetitus: fitq; præterea motus loci animalibus ab anima, itemq; auctio, & status, & diminutio: utrũ toti animæ horum unumquodq; inest, & tota ipsa intelligimus & sentimus, & aliorum unumquodq; agimus & patimur, an partibus alijs*
C *alia? Iam uero uiuere utrum in aliquo horum est, an in pluribus, an in omnibus? an etiam alia quædam causa est?*

Et, quia anima habet cognoscere, & sentire, & existimare: & ẽt appetere, & velle, & vlr modos desyderij: & etiam anima habet per animam motum in loco: & etiam augmẽtum, & complementum, & diminutionem, vtrum vnumquodq; istorũ est totius animæ, & per ipsam totam intelligit, & sentit, & mouet, & facit alios motus, & actiones, & passiones: aut non agit, & patitur, nisi p virtutes diuersas, & membra diuersa, & actiones, & passiones diuersas. Et vtrum vita est in vna istarum, aut in pluribus vna, aut in omnibus, aut habeat aliam causam.

89 Cùm contradixit sermonibus Antiquorum de anima, incœpit hic declarare quod primo consyderandum est de anima, & de numero actionum eius

eius diuersarum in genere: deinde vtrum omnes proueniant ab vna virtute, s. ab anima, aut agit vnamquanq; actionem eius diuersarum in genere per virtutes diuersas, aut fm definitionem & subiectum, aut fm definitionem tantũ. Et d. Et, quia anima, &c i. &, quia anima habet quinq; actiones, aut passiones diuersas in genere. Quarum vna est scire, & existimare: Secũda sentire: Tertia desyderare, & velle: Quarta moueri in loco: Quinta augeri, & minui, & nutriri: vtrum quælibet istarum actionum diuersarum in genere sit totius animæ, ita ꝙ per eandem naturá intelligit, & sentit, & mouetur in loco, & desyderat, & nutritur, & vniuersaliter agit, & patitur vnoquoq; illorũ motuum: aut non agit, aut patitur vnoquoq; eorum, nisi per virtutes diuersas, & membra diuersa, & membra communia eis* conuenientia. Hæc igitur est opinio Aristo. non enim opinatur ꝙ facit diuersas actiones per virtutes diuersas, & vnica membra tantum: neq; per vnicas virtutes, & membra diuersa tantum: nec etiam per virtutes diuersas, & membra diuersa tantum: sed opinatur ꝙ faciat per virtutes diuersas, & membra vnica, s. principalia, & membra diuersa. & hoc intendebat, cum d. per virtutes diuersas, & mẽbra diuersa i. cum hoc, quod agit cum membris conuenientibus. qm̃, si sic non intelligeretur, erit idem cũ sermone Platonis. D. d. Et vtrum vita est in vna istarum, &c. i. & perscrutandum est cum hoc, vtrũ illud, quod dicitur vita, est in vna aliqua istarum virtutum quinq;, aut in pluribus vna, aut in omnibus. D E

*a. l. consimilia.
Opio Aristo. de pl̃ralitate aiarũ. vide ẽt īfra. c. 92.

Vide s̃ cõ. 7. de opione Platonis, & in cõ. seq.

Dicunt itaq; quidam partibilem ipsam: & alio quidem intelligere, alio autem concupiscere. Quid igitur continet animã si partibilis est apta nata? non enim vtiq; corpus: videt enim contrariũ magis, aĩa corpus continere: egrediente enim spirat & marcescit.

SOPH. *Equidem sunt qui eam asserant esse partibilem, atq; alia parte intelligere, alia cupere. ergo quid tandem est quod animam contineat, si partibilis est? profectò nõ corpus: uidetur enim cõtra potius anima corpus continere: egressa enim ea, euanescit putrescitq;.* F

Et quidam dicũt ꝙ anima est diuisibilis, & ꝙ ipsa intelligit per hoc, & desyderat per aliud. Quid igitur continuat animam, si naturaliter est diuisibilis? Hoc enim non est corpus. existimandum est enim contrarium, scilicet ꝙ anima continet corpus. & hoc demonstratur, quia, cùm exierit ab eo, putrefiet.

90 Innuit Platonem, qui opinatur ꝙ anima essentialiter diuiditur in corpore fm diuisiones membrorum, quibus agit suas actiones diuersas, & ꝙ non communicantur in aliquo membro, ita ꝙ pars intelligens est in cerebro tantum, & desyderans in corde tantũ, & nutriens in hepate. Et dixit & quidam dicunt, &c. i. & quidam dicunt ꝙ anima diuiditur essentialiter per diuisionem membrorum corporis, ita ꝙ intelligit per membrũ, & virtutem alia à membro, & à virtute, quibus desyderat. Deinde dicit: Quid igitur continuat animam, &c. idest sed, si posuerimus ꝙ anima diuiditur

A uidetur essentialiter per diuisionem membrorũ, in quibus existit: & manifestum est per se ꝙ anima, quæ est in singulis indiuiduis nobis est vnica: quid igitur copulat partes animæ, ita ꝙ potest dici esse vna? Non enim potest aliquis dicere ꝙ hoc sit corpus, quod copulet partes animę: quoniã magis rectum est dicere ꝙ corpus est vnum, quia anima est vna, non ecõ uerso. & hoc intendebat, cùm dixit. existimandum est enim esse contrarium, &c. idest opinio enim, quam habemus naturaliter in hoc, contraria est huic opinioni, scilicet ꝙ anima magis digna est vt sit causa copulationis corporis, & suæ vnitatis in numero, q̃ vt sit corpus causa copulationis animæ. omne enim quod est, est vnum: & continuum non est per suam materiam, sed per suam formam. Sed, quia ista argumentatio est quasi latens in hoc loco, dedit significationem manifestã, & dixit. & hoc demonstratur, quia, cùm exierit à corpore putrefiet, idest diuidetur.

Oẽ, q͂d est vnũ, & cõtinuũ, ñ ẽ p suã materiã, sed p suã formã. Cõsule 4. Ph. 38. & 2. hui⁹ c. 7. & 8. & 60. & 3. Ph. c. 60 & alibi frequenter.

Si igitur alterum aliquid vnam ipsam facit, illud maxime erit
B anima. oportebit autem iterum illud quærere, vtrum vnum aut multipartium sit: siquidem enim est vnũ, propter quid non mox & animam vnum? si vero diuisibile, iterum ratio quęret, quid est continens: & sic vtiq; procedet in infinitum.

PH. *Si ergo aliud quidpiam unam eam faciat, illud maxime fuerit aĩa: sed rursus oportebit illud etiam quærere, utrum unum, an multarum sit partium: nam si unum, cur non protinus animã quoq; unum esse censendum est? sin patibile, rursus ratio quæret quid sit quod illud contineat: atq; ita dmum procedet in infinitum.*

Si igitur est aliud quid, quod facit eam esse vnam, illud proculdubio est aĩa. Sed quærendũ est de illo, vtrũ sit vnum, aut pluriũ partiũ. Si igitur fuerit vnum, & diuisibile, tũc quærendũ est quid
C est illud, quod copulat ipsum. & principia illius erunt infinita.

91 Si igitur corpus non facit eam esse vnam, & continuam, & dixerit aliquis ꝙ est aliud, quod facit eam esse vnam, dicemus ꝙ illud est anima, & reuertetur perscrutatio, s. vtrum illud in se est vnum, aut plura. si vnum, hoc est, quod volumus. si plura, reuertetur quęstio quid copulat illud, per quod copulatur anima: & sic in infinitum: & non erit illic principium primæ continuationis. Et hoc intendebat, cùm dixit & principia illius erũt infinita, idest principia continuationis, & vnitatis existentis in homine erunt infinita. quapropter nulla vnitas erit.

Dubitabit autẽ aliquis & de partibus ipsius, quã positionem habet vnaquæq; in corpore. si enim tota anima omne corpus cõtinet, conuenit & partiũ vnamquamq; continere aliquid corporis: hoc autẽ assimilatur impossibili: qualem enim partẽ aut quomodo intellectus continebit graue est fingere.

Quin

SOPH. *Quin etiam de eius partibus quærat quiſpiam, quam quæq; habeat in corpore potentiam. ſi enim tota anima totum corpus continet, conuenit etiam ut pars quæq; partem aliquam corporis contineat. quod ſimile eſt impoßibili. Quam nanq; partem uel quomodo intellectus continebit, uel fingere difficile eſt.* D

Et debet homo dubitare de partibus eius, & quærere quę virtus dat cuilibet parti corporis eſſe. Quoniam, ſi tota anima copulat totum corpus, oportet vt vnaquæq; partium copulet vnāquamq; partē corporis. Et iſte ſermo eſt ſimilis impoſſibili. difficile eſt enim & etiā in fingendo dicere quā partem copulat intellectus, & quō.

92 Cùm declarauit q contingit dicentibus animam eſſe diuiſibilem omnibus modis, vt ſit vna, ſecundum q eſt anima, & diuiſibilis, ſm q habet actiones diuerſas, dedit dubitationem ſuper hoc, & d. Et debet homo dubitare de partibus eius, cùm fuerit opinatus eam habere partes ſecundum hunc modum, ſcilicet vt ſit diuiſibilis vno modo, & vnica alio modo. & quærere quæ virtus dat cuilibet iſtarum partium corporis cōtinuationē. Neceſſe eſt enim ſi tota anima copulat totum corpus, ſecundum q eſt in eo ſecundum totum, vt vnaquæq; partium eius ſit in vnaquaq; parte corporis, ita q copulet ipſum, ſecundum q eſt in eo. D.d. Et iſte ſermo eſt ſimilis impoſſibili, &c. ideſt, & ponere q quælibet pars eius copulet vnāquāq; partē corporis, & exiſtit in ea, ferè videtur impoſſibile: intellectum enim videtur impoſſibile attribui alicui membro corporis. Et debes ſcire q iſta dubitatio non ſequitur hoc, niſi quia non determinatur vtrum ſit vnica ſecundum ſubiectum, & plura ſecundum virtutes: ita q diuiſio animæ in ſuas partes ſit ſicut pomi in odorem, colorem', & ſaporem. aut eſt vna propter vnam naturam communem, & plura, quia iſta natura habet diuerſas virtutes: ita q diuiſio animę in ſuas partes ſit, ſicut diuiſio generis in ſpecies. Quoniam ſecundum hunc modum contingit dubitatio prædicta: ſed, cùm poſuerimus eam vnicam ſecundum ſubiectum tantū, non contingit hoc. ſubiectum enim partium eius erit vnum tantum: & quædam earum erunt ſubiectum quarundam. E F

Docum. qua docet quō aīa vna ſit, & plures.

Videntur autem & plantæ deciſæ viuere: & animalium quędā inciſorū, tanquā eandem habentia animam ſpecie, & ſi non numero: vnaquæq; quidem enim partium ſenſum habet & mouetur ſecundum locū in quoddam tempus.

SOPH. *Videntur etiam plantæ, ſi ſecentur, uiuere, & animalium nonnulla inſectorum, utpotè quæ eandem ſpecie animam habeant, tametſi nō numero: Vtraq; enim partiū ſenſum habet, & aliquandiu loco mouetur.*

Et nos videmus plantas viuere etiam, cùm diuiduntur: & ſimiliter quædam animalia annuloſa, quaſi anima ſit in eis vna ſecundum

A dum formam, & si non est vna ſm numerum. videmus enim q; vtraq; pars sentit, & mouetur in loco aliquandiu.

93 Cùm dedit impossibile contingens sermoni, q; tota anima est in toto corpore, & partes in partibus, & iam dederat impossibile, contingens etiã sermoni q; anima diuiditur per diuisionem membrorum, absq; eo q; sit in ea virtus vniuersalis copulans corpus, incœpit hic cõtradicere his duabus opinionibus, & d. Et nos videmus plantas, &c. idest & signum super hoc, q; partes animæ non existunt in partibus corporis, est quia nos videmus plantas, & plura animalia, vt annulosa, cùm diuiduntur, agit motum vtraq; pars, & sensum in animalibus, & augmentum, & nutrimentum in plantis, sicut totũ. &, si pars sensus esset in alia parte corporis ab ea, in qua existit motus, tunc cùm animal annulosum diuideretur, non moueret, & sentiret: sed pars eius, quæ mouetur, esset alia ab ea, quæ sentit. Et similiter, si pars nutritiua esset in plantis in parte alia ab augmentatiua, tunc B impossibile esset vt, cùm plures plantæ diuiduntur, viuerent: &, cùm plantarentur, vt viuerent. D.d. quasi anima sit in eis vna secundum formã, & si non est vna secundum numerum. quoniam, si esset vna secundũ numerum, contingeret vt corrumperetur apud diuisionem corporis: sicut accidit hoc in pluribus animalibus, & in quibusdam plantis. &, si partes animæ essent in partibus corporis, contingeret vt, cùm corpus diuideret in illas partes, vt quælibet earum ageret suum proprium, ita q; pars motiua esset alia à sensibili, & nutritiua ab augmentabili. Et, cùm ita sit, sicut d. necesse est vt anima sit in toto animali vna in subiecto, & plures secundum virtutes: ita quòd quædam partium sit subiectum quarundam, scilicet q; nutritiua sit subiectum sensibilis tangibilis, & tangibilis sit subiectum aliorum sensuum. & similiter quædam quorundam: vt post declarabitur, Et, cùm anima sit talis in omni animali, aut est vna in numero, scilicet in animalibus organicis, quorum pars non viuit post diuisionem: aut oportet vt sit in eis quasi vna in specie, scilicet in eis, quorum pars viuit post diuisionem: & sunt illa, quorum membra sunt consimilia. C

[Marginal notes: Vide ẽt. 2. de Aĩa. 19. & 20. — Aĩa ẽ vna ſm ſubm & plẽs ſm virtutes. Idẽ supra cõ. 7. & q̃ ibi.]

Si autẽ non permanent, nullum inconueniens est: instrumenta enim non habẽt quibus saluent naturã: sed nihilominus in vtraq; partiũ omnes inexistunt partes animæ, & similis speciei sunt ad inuicẽ & toti: ad inuicem quidem, sicut quę non separabiles sunt: toti autem animæ, tanquã indiuisibili existente.

Quod si non perseuerant, nullum absurdum est: non enim habent organa, quibus conseruent naturam: Sed nihilominus in utraq; partium omnes insunt partes aĩæ, ac eiusdem speciei inter se sunt, & cum tota: inter se quidẽ, utpotè nõ separabiles: cũ tota uero aĩa, ut quæ diuisibilis ẽ.

Et non est inopinabile vt remaneant: non enim habent instrã, quibus conseruant suam naturam, sed tñ hoc non dat vt in vnaquaq;

quacꝙ partium ſint omnes res animæ. Et ſunt conſimiles in ſpeciē adinuicem. totius autem animæ eſt, quia eſt diuiſibilis. D

94 Et non eſt impoſſibile vt partes iſtorum animalium, & plantarum remaneant in agendo actiones totius. Cauſa enim in hoc eſt, quia iſte modus animalis non habet diuerſa inſtrumenta, quæ approprientur actionibus diuerſis animæ cum membro communi officiali, in quo exiſtunt in potentia omnes actiones animæ, ſicut eſt cor cum alijs membris, vt declaratum eſt in libro de Animalibus: ſed quodlibet membrum membrorum iſtius animalis adaptatur omnibus actionibus animæ. & ſimiliter quælibet pars partium vnius membri. Et cauſa in hoc ſic debet intelligi. quoniam definitio partis membri officialis, non eſt definitio totius, neceſſe eſt, cùm anima impoſſibile eſt vt exiſtat in aliquo animali proprio illi animæ niſi habeat principium, vt pars eius adaptetur ad hoc, quod habet totum ad recipiendum animam. verbi gratia quòd, ſi cor habet naturam recipiendi animam, quia habet talem figuram, manifeſtum eſt ꝙ pars eius non recipit illam animam, quia non habet illam figuram. Vnde neceſſe eſt vt contrarium iudicium habeant animalia, quorum membra ſunt conſimilia, ſcilicet vt illud, quod recipit totum, recipiat pars: cùm habeat eandem definitionem. Deinde dicit: ſed tamen hoc non dat, &c. id eſt, ſed, quia iſte modus animalis non habet corpus officiale, neque habet membra officialia, non eſt remotum vt anima, quæ eſt in qualibet parte eius, ſit conſimilis adinuicem in ſpecie, & ſimilis etiam animæ, quæ eſt in toto. immo, quia mēbra eius non ſunt officialia, neceſſe eſt vt ſit ſic. E

Deinde dicit: totius autem animæ eſt, quia eſt diuiſibilis. id eſt eſſe autem animam, quæ eſt in rebus, conſimilem in ſpecie, eſt, quia eſt diuiſa in actu, & vnaquæq; earum agit actionem alterius. conſimilitudo autem interanimam, quæ eſt in partibus, & animam, quæ eſt in toto in ſpecie, eſt ſcilicet tota anima per potentiam, & diuiſibilitatem, non ſecundum actū: quoniam, cùm diuidetur, tunc nō remanebit totum. ſed ipſe dimiſit hoc, quia propalauit alteram duarum diuiſionum. quoniam hæc particula, aut, demonſtrat diuiſionem. & quaſi dicat conſimilitudo autem, quæ eſt in ſpecie inter partes, eſt quia eſt diuiſa in actu: totius vero, quia eſt diuiſibilis. F

Aīa annuloſorū, & plātarum vna ī actu plures ī potentia. Idē 2. de Aīa 19. 20. & 7. Met. 56

Videtur autē & quæ in plantis anima, principium quoddam eſſe: hac enim ſolum communicant & animalia & plantæ, & ipſa quidem ſeparatur à ſenſibili principio: ſenſum autem nullum ſine hac habet.

SOPH. *Videtur etiam principium, quod ineſt in plantis, anima eſſe quadā. hæc enim ſola plantarum & animalium communis eſt: Atqꝫ ea quidem ſeparatur à ſenſitiuo principio: at uero ſine ea, nihil eſt quod ſenſum habeat.*

Et

A Et videtur etiam ꝙ principiũ existens in plantis sit aliqua anima. in hoc enim solo communicãt plantæ, & animalia. Et hoc differt à principio sensibili: & nihil habet sensum sine isto.

95 Cùm dedit rationem in sermone prædicto super hoc, quòd anima nõ diuiditur essentialiter per diuisionem subiecti, ex hoc, quod apparet in plantis: & iste sermo non est acceptus à ratione, nisi ei, qui concedit quòd plantæ habent animam: incœpit declarare hoc quomodo, & dicit, Et videtur etiam quòd principium, &c. idest & videtur etiam quòd principiũ, quo plantæ nutriuntur, & augentur, sit anima. in hoc enim principio existimantur habere communicationem cum animalibus secũdum vitam. & ideo non dicitur mortuum, nisi animal, quod caret principio,* idest vita, non principio sensus & motus. Et, cùm narrauit quòd animalia cõmunicant in hoc principio cum plantis secundum vitam, incœpit narrare quòd plantæ non communicant eis in hoc, & quòd communicatio sen B sus, & motus cum nutrimento est necessaria, & dicit: Et hoc differt à principio sensibili, &c. idest & principium, quod est nutrimenti, & augmẽti, & generationis separatur à principio sensibili in plantis: sed principium sensibile non separabitur ab illo: cùm omne animal nutritur, & augetur. Sed debes scire quòd necessitas essendi nutribile, aut augmentabile, non est sicut necessitas essendi calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum, aut graue, aut leue: & quòd suum esse augmentabile, & nutribile est ei, secundum quòd est viuum: & esse graue, aut leue est ei secundum quòd est corpus naturale. Quoniam, si non fuerit sic determinatum, non est necesse propter communicationem cum principio sensibili, vt principium secundum sit anima.

Non dicit mortuũ, nisi aĩal, qđ caret vita, ñ prĩcipio sensus, & motus. Idẽ in 2. h9. c. 16. & cõ. 5. & 37.

* a l. plãtę.

Docum. Esse nutribile & augmentabile ẽ fm ꝙ est viuũ. eẽ vero graue, aut leue ẽ fm ꝙ est corpus naturale.

ARISTOTELIS DE ANIMA

LIBER SECVNDVS,

Cum Auerrois Commentarijs.

SVMMAE LIBRI.

In Prima inueſtigat, ac tradit Animæ definitionem.
In Secunda Animæ potentias, earum ordiné, ac quo pacto definiri debeant declarat.
In Tertia de potentia Animæ vegetatiua ſermonem facit.
In Quarta de potentia Animæ ſenſitiua.
In Quinta probat non dari ſextum ſenſum: curq; non vnum, ſed plures habeamus.
In Sexta quærit an eodem, quo ſentimus ſenſu, etiam ſentire nos percipiamus: Senſumq;, quem Communem appellamus, explanat.
In Septima ponit differentiam inter intelligere, ſapere, ac ipſum ſentire, inueſtigatq; ipſius Imaginationis eſſentiam.

SVMMAE PRIMAE Cap I.

Traditur Animæ definitio declarans tantummodo quòd eſt.

Væquidem igitur à prioribus tradita ſunt de anima, dicta ſint. Iterum autem tanquā ex principio redeamus, tentantes determinare quid eſt anima, & quæ vtiq; erit communiſſima ratio ipſius. D

SOPH. *QVæ igitur à ſuperioribus de anima tradita ſunt dicta ſint. Rurſus autem tanquam ab initio reuertamur, conantes explicare quid ſit anima, & quænam fuerit cõmuniſſima ratio eius.*

HOc igitur eſt, quod accepimus ab Antiquis de anima. modo autem incipiamus aliter in determinando animā quid eſt ſecundū definitionē, quæ magis comprehendit ipſam. E

1 CVm contradixit opinionibus Antiquorum, incœpit modo quærere de ſubſtantia eius, & d. Hoc igitur eſt, quod accepimus, &c. ideſt hoc igitur eſt, quod diximus in contradicendo opinionibus, quas accepimus de anima. D. narrauit ꝙ oportet incipere in cognoſcendo ſubſtantiam eius, & cõſyderare in hoc, quouſq; ſciatur definitio, quæ eſt magis vniuerſalis, ideſt magis comprehendens omnes partes animæ, & d. modo autem incipiamus, &c. ideſt modo autem incipiam⁹ loqui de anima alio modo: quia non inuenimus ab Antiquis aliquid vtile de ea. & primo debemus inuenire definitionem, quæ eſt magis vniuerſalis omnibus partibus eius. * cognitio enim vniuerſalis ſemper debet præcedere cognitionem propriam. & ſermo eius intellectus per ſe. F

*Cognitio vl'is ſp debet ꝑcede re cognitioné propriá idé infra cõ. 34. & 1. Phy. t. cõ. 57. & 2. de Gen. t. cõ. 51. & 3. Ph. c. 2.

& in 1 procem 1. Phy. 1 hic. 13. 1. Phy. 4

Dicimus

A Dicimus itaq; vnum quoddam genus eorũ quæ sunt substan-
tiam: huius autem, aliud quidem est sicut materia, quę secundum
se quidem non est hoc aliquid: aliud autem, formam & speciem,
secũdum quam iam dicitur hoc aliquid: & tertiũ quod est ex his.
Est autem materia quidem potẽtia, species aũt entelechia: & hoc
dupliciter, hoc quidem sicut scientia: illud autẽ, sicut considerare.

PH. *Dicimus ergo unum quoddam genus eorum quæ sunt, substantiam: huiusq;, aliud ut materiã, quod ex se quidem non est hoc aliquid: aliud formam & speciem, ex qua demum dicitur hoc aliquid: & tertium, quod ex eis constat. est autem materia, quidem potentia: species uero entelechia: & hoc bifariam aliud ut scientia, aliud ut contemplari.*

Dicamus igitur q; substantia est vnũ generum entium. Et sub-
stantiarum quædam est substantia s̃m materiam, & ista non est p
B se hoc. Et quædam est forma, per quam dicitur in re, q; est hoc. Est
aũt tertia: & est illud, quod est ex ambob⁹. Et materia est illa, quæ
est in potentia, forma autẽ est perfectio. Et forma est duobus mo-
dis: vnus est sicut scire, & alius est sicut speculari.

2 Cùm voluit scire definitionem vniuersalem omnib⁹ partibus animæ,
& fuit quasi manifestum q; collocatur in genere substantiæ, incœpit diui
dere quot modis dicitur substantia, & in quo modo est anima, & dixit q;
substantia est vnum generum entium, i. entium, quæ sunt s̃m anteceden-
tiam in esse, quorum anima est vnum, q; anima non est accidens. Ponere Ponerẽ ani
enim animam accidens est impose, s̃m q; dat nobis prima cognitio natu- mã accñs
ralis. opinamur enim q; substantia est nobilior accidente: & q; anima est ẽ impośe,
nobilior omnibus accidentibus existẽtibus hic. Et, cùm narrauit q; sub- s̃m q; dat
stantia vl̃r debet poni genus talium istorũ entium, incœpit diuidere eius nob̃ pria
genera, & dixit Et substantiarum quædam est substantia, &c. idest & om- cognitio
nãlis.
C nia, de quibus dicitur substantia, sunt tribus modis. Quorum vnus est, vt
sit materia prima, quæ per se non est formata, neq; aliquid per se in actu:
vt dictum est in Primo Physicorum. Secundus autem est forma, per quã 1. Phy. 69.
indiuiduum fit hoc. Tertius est illud, quod fit ex istis ambobus. Quòd au Indiuiduũ-
tem forma est, & cùm hoc est substantia, manifestum. est enim quia com um fit hoc
prehenditur sensu: est autem substantia, quia est pars substantiæ. & simi- p formã.
liter pars huius substantiæ cum aufertur, aufertur substantia. Et similiter Idẽ ifra. 7
prima materia est substantia: quia est vna partium, quæ cùm auferũtur, 8. 9. & 60
aufertur substantia, s. indiuiduum. Deinde incœpit describere substan- sed vid̃ op
tiam, quæ est s̃m materiam, & quæ est secundum formã, & d. Et materia positũ. 12.
est illa, quæ est in potentia, &c. idest & materia est substantia, quæ est in Meta. 14.
& 1. Cœli.
92. vbi di-
de. 8. Me potentia: forma autem est substantia, per quam perficitur hæc substan- cit q; per
a. 8. tia, quæ est in potentia forma. Et ista forma inuenitur duobus modis. materiã.
Quorum vnus est, secundum quòd est in actu, tamen non prouenit ab ea Vide cõt-
Zim.

actio, quæ innata est prouenire ab ea: sicut à sciente, qui non vtitur sua scientia. Secundus est, secundum quòd prouenit ab ea illa actio: sicut est de sciente, quando scit. Et prima forma dicitur prima perfectio: secunda autem dicitur postrema. D

Substantiæ autem maxime videntur esse corpora, & horũ physica: hæc enim aliorum principia. Physicorum autem alia quidẽ habent vitam, alia autem non habent: vitam autem dicimus id quod per seipsum alimentum & augmentum & decrementum. Quare omne corpus physicum participans vita, substantia erit: Substantia autem sit, sicut composita.

SOPH. *Porrò autem corpora potißimum esse substantiæ uidentur, & ex his, ea quæ naturalia sunt: hæc enim cæterorum sunt principia. Naturalium autem, alia habent uitam, alia non habent: uitã uero dicimus nutritionem quæ per se ipsum fit, & auctionem, & diminutionem: Itaq; omne corpus naturale uitæ particeps substantia fuerit, & ita substantia, ut composita.* E

Et corpora sunt ea, quæ proprie dicuntur substantiæ: & maxime corpora naturalia. ista enim sunt principia aliorum corporũ. Et corporum naturalium, quædam habẽt vitam, & quædam nõ. Et dicere vitã, est nutriri, & augeri, & diminui essentialiter. Vnde necesse est, vt omne corpus naturale, habens communicationem in vita, sit substantia, ſm ꝙ est compositum.

3 Cùm demonstrauit nobis numerum substantiarum, incœpit declarare nobis quæ earum sit magis digna vt habeat hoc nomen, & dixit Et corpora sunt ea, quæ proprie dicuntur, &c. idest & corpora composita habẽt hoc nomen substantia magis proprie, secundum ꝙ est magis famosum: & maxime corpora naturalia. ista enim sunt principia corporum artificialium. D. d. Vnde necesse est, vt omne corpus naturale habens communicationem in vita. idest corpus naturale necesse est vt sit substantia: immo magis dignum est habere hoc nomen substantia. Deinde exposuit hoc nomen vita, & dixit Et dicere vitam est nutriri, &c. idest & intelligo per vitam principium, quod est commune omni animato, scilicet nutriri & augeri, & minui essentialiter. & est illud, quod appropriat plantis. quoniam hoc nomen vita dicebatur in lingua Græca de omni eo, quod nutritur, & augetur. animal enim dicitur de omni eo, quod nutrit & sentit. In Arabico autem videtur significare idem: sed tamen non dicitur mortuum, nisi animal, quod caret principio nutrimenti, & sensus insimul, nõ principio sensus, & motus tantum. Et dicit essentialiter: quia inuenitur extra viuum aliquod, quod assimilatur augmento & diminutioni, *vt lapis, & nõ est viuum. Et cùm declarauit ꝙ necesse est vt omne corpus habens vitam sit substantia, declarauit cuiusmodi substantia est, & d. sit substantia, F

Mortuũ ñ dicit, nisi aĩal, qđ careт principio nutrimẽti, & sẽsus insił. S; vide oppositũ. 1. de Aĩa. c. vlt. vbi d. ꝙ mortuum est, qđ caret solo principio, qđ ẽ vita. Vide cõt. Zim.

Hic vr̃ animal hr̃e principiũ augẽdi essentialr. *Sed vide oppositũ 1. de Aia t.c.39. * Vide 1 Cœ. c. 22 & 1. de Generа. 38. Vide cõ. Zim.

A ſtantia, ſecúndum quòd eſt compoſitum, ideſt & neceſſe eſt vt corpus viuum ſit ſubſtantia compoſita: & eſt hoc indiuiduum.

Quoniam autem eſt corpus huiuſmodi, vitam enim habens, neq; vtiq; erit corpus anima: nō eſt enim eorum quæ in ſubiecto, corpus, magis autem ſicut ſubiectum & materia. neceſſe eſt ergo animam ſubſtantiam eſſe, ſicut ſpeciem corporis phyſici potentia vitam habentis.

D P H. *Quoniam autem corpus eſt tale, nempe uitam habens, equidem non fuerit corpus anima: non enim eorum quæ ſunt de ſubiecto corpus eſt, ſed potius ut ſubiectum & materia. neceſſe eſt ergo animam eſſe ſubſtantiam, ut ſpeciem corporis naturalis uitam habentis.*

Et, quia corpus viuum eſt corpus, & eſt tale, impoſſe eſt vt anima ſit corpus. corpus enim non eſt eorū, quę ſunt in ſubiecto: īmo B eſt ſicut ſubiectū, & materia. Vnde neceſſe eſt vt aīa ſit ſubſtantia, ſm q̄ eſt forma corporis naturalis, habentis vitam in potentia.

4 Cùm declarauit q̄ corpus viuum eſt ſubſtantia, ſm quòd eſt compoſitum ex ſubſtantia, quæ eſt ſm materiam, & ex ſubſtantia, quæ eſt ſm formam, incœpit quærere de anima vtrum ſit ſubſtantia compoſita, ſcilicet corpus, aut ſecundum formam. dicere enim animam eſſe materiam impoſſibile eſt, & hoc manifeſtum eſt per ſe. Et d. Et, quia corpus viuum, &c. ideſt & anima non eſt ſubſtantia ſm compoſitionem. compoſitum enim corpus habens vitam non eſt corpus viuum, ſm q̄ eſt corpus ſimpliciter, ſed ſecundum q̄ eſt tale corpus. eſt igitur viuum per aliquod exiſtens in ſubiecto, non per aliquod exiſtens non in ſubiecto. corpus autem eſt ſubſtantia, ſecundum q̄ eſt ſubiectum. Et, cùm dedit propoſitiones, ex quibus conſequitur vt anima non ſit ſubſtantia, ſm q̄ eſt corpus, ſed ſecundum q̄ eſt forma, d. Vnde neceſſe eſt vt anima ſit ſubſtantia, ſecūdum q̄ C eſt forma corporis naturalis, habentis vitam in potentia, &c. Quoniam autem non eſt ſubſtantia ſecundum corpus declarabitur in ſecunda figura per illas duas propoſitiones prædictas, ſcilicet q̄ anima eſt in ſubiecto, & corpus eſt non in ſubiecto. Quoniam vero eſt ſubſtantia ſm formam, manifeſtum eſt ex hoc, q̄ eſt ſubſtantia in ſubiecto. hoc enim proprium eſt formæ, ſcilicet vt ſit ſubſtātia in ſubiecto. Et differt ab accidente. quoniam accidens non eſt pars ſubſtantiæ compoſitæ: forma autem eſt pars huius ſubſtantiæ cōpoſitæ. Et etiam ęquiuoce dicitur forma eſſe in ſubiecto. & accidens eſſe in ſubiecto. *Subiectū enim accidentis eſt corpus cōpoſitum ex materia & forma, & eſt aliud exiſtens in actu, & non indiget in ſuo eſſe accidenti. Subiectum autem formæ non habet eſſe in actu, ſecundum q̄ eſt ſubiectum, niſi per formam, & indiget forma vt ſit in actu: & †maxime primum ſubiectum, quod non denudatur à forma omnino. & propter ſimilitudinem inter iſta errauerunt plures loquentium, & dixerunt

Æquoce dr ſoīa, & acchs eē ī ſubiecto.

*Subm accñtis ē ens ī actu: ſubiectū formę ſubal ē ens ī potentia. Idē 1. Phy. 63. & 5. Phy. 7. & 8. 1. ca. d' ſuba orb. ſed vide iſtātiā de q̄ntati-bꝰ interminatis, 1. ca. d' ſuba orbis. Vide cōt. 2iū.

†Primum ſubm nō denudat' a ſoīa oīno. dē. 1. Phy. 76. & 2. Phy. 12. & . Cę. 29. ed quare rimū. vide. 3. Cœ. 7. & 1. Phy. 81.

xeruntformam eſſe accidens. Et ex hoc declarabitur perfecte ꝙ anima non eſt ſubſtantia ſecundum materiam. materia enim eſt ſubſtantia, ſecundum ꝙ eſt ſubiectum. anima autem ſecundum ꝙ eſt in ſubiecto. Et dicit habentis vitam in potentia. ideſt neceſſe eſt vt anima ſit ſubſtantia, ſm ꝙ eſt forma corporis naturalis, habentis vitam, ſm ꝙ dicitur habere illam formam in potentia, vt agat actiones vitæ per illam formam. D

Subſtantia autem actus, huiuſmodi igitur corporis actus: Hic aũt dicitur dupliciter, alius quidem ſicut ſcientia, alius ſicut conſiderare. manifeſtum eſt igitur ꝙ ſicut ſciẽtia: in exiſtere enim animam, & ſomnus & vigilia eſt: proportionale autẽ vigilantia quidem ipſi conſiderare, ſomnus autem ipſi habere & non operari.

SOPH. *Hæc uero ſubſtantia eſt actus, ergo talis corporis eſt actus: hic autẽ bifariã dicitur, partim ut ſcientia, partim ut contemplari. conſtat ergo eam eſſe ut ſcientiam: ex eo enim quòd eſt anima, & ſomnus et uigilia eſt: proportione autem reſpondet uigilia quidem ipſi contemplari: ſomnus autem ipſi habere & non operari.* E

Et iſta ſubſtantia eſt perfectio. eſt igĩ perfectio talis corporis. &, quia perfectio dicĩ duobus modis: quorũ vnus eſt ſicut ſcire, & alius ſicut aſpicere: manifeſtũ eſt ꝙ iſta perfectio eſt ſicut ſcire. Qm̃ apud ipſum eſt eſſe animæ. & vigilia eſt ſimilis ſtudio, ſomnus aũt eſt ſimilis diſpoſitioni rei, cùm poteſt agere, & non agit.

5 Cùm declarauit ꝙ anima eſt ſubſtãtia ſm formam, & formæ ſunt perfectiones habentium formas, & ſunt duobus modis, incœpit demonſtrare ꝙ perfectio eſt in definitione animæ, quaſi genus, & d. Et iſta ſubſtantia eſt perfectio, &c. ideſt &, quia ſubſtantia, quæ eſt ſecundum formam, eſt perfectio corporis habentis formam: & iam declaratum eſt ꝙ anima eſt forma: neceſſe eſt vt anima ſit perfectio talis corporis, ideſt perfectio corporis naturalis habentis vitam in potentia, ſm ꝙ perficitur per ipſam. F
Et, cùm declarauit ꝙ anima eſt perfectio, declarauit ſm quot modos dicitur perfectio, & d. &, quia perfectio eſt duobus modis, &c. ideſt &, quia perfectio eſt duobus modis: quorũ vnus eſt ſicut ſcientia exiſtens in ſciente, quando non vtitur ſua ſcientia: & alius eſt ſicut ſciẽtia exiſtens in ſciente, quando vtitur ea. Deinde incœpit demonſtrare ſecundum quem modum iſtorum duorum dicitur ꝙ anima eſt perfectio, & d. manifeſtum eſt ꝙ iſta perfectio eſt ſicut ſciẽtia. i. &, quia iam declaratum eſt ꝙ anima eſt perfectio corporis naturalis, & perfectio dicitur duobus modis, manifeſtũ eſt quòd perfectio, qua eſt animatum, & differt à corpore nõ animato eſt exiſtens in eo, ſicut ſcientia in ſciente. Deinde dedit rationem ſuper hoc, & dixit Quoniam apud ipſum eſt eſſe animæ, ideſt qm̃ apud eſſe iſtius perfectionis in animato inuenitur aĩa, non apud eſſe alterius ꝑfectionis.

Et,

A Et,cùm demõstrauit ꝙ perfectio accepta in definitione animæ, quæ est substantia animæ,est illa,quæ est quasi scientia existens in sciente, quãdo non vtitur ea,dedit exemplum super hoc,& dicit,& vigilia est similis,&c. idest &,cùm animal fuerit dormiens,tunc anima erit in eo secũdum primam perfectionem . & hoc est simile esse scientiæ in sciente in tempore, in quo non studet:& non est simile esse ignorantiæ in non sciente. Manifestum est enim ꝙ animal apud somnum habet animam sensibilem ,sed non vtitur sensu:sicut sciens habet scientiam, sed non vtitur ea . Dispositio autem animæ apud vigiliam in animalibus est similis scientię in sciente,quando vtitur ea.Et hoc est in anima sensibili. Anima autem nutritiua nunquam inuenitur in animalibus, nisi secundum postremam perfectionem. Nisi aliquis ponat ꝙ sit quidam modus animalium , qui non nutritur in aliquo tempore , scilicet in tempore, in quo manet in lapidibus, vt ranæ magnæ, quæ nihil thesaurizant, & manent tota hyeme in lapidibus:& similiter plures serpẽtes. Et secundum hoc erit hoc commune B animæ sensibili,& nutritiuæ eadem intentione . &,si non , tunc perfectio accepta in eis erit secundum æquiuocationem. Et quocunq; modo sit, quando intellecta fuerit diuersitas inter vtrunq; , tunc non nocebit hoc accipere indefinite in hac definitione, cùm sit impossibile aliter. Et d. somnus autem est similis dispositioni rei,&c.idest dispositio animę apud somnum in animalibus est similis dispositioni rei in tempore,in quo potest agere,sed non agit . & hæc est descriptio primæ perfectionis : & ex ea intelligitur descriptio postremæ perfectionis:& est dispositio rei,per quã ens agit,aut patitur in tempore,in quo agit,aut patitur.

Docum. Aïa nutritiua nunq̃ inuenit in aïalib⁹, nisi f̃m postremã pfectionẽ. Idẽ. S.Ph. 20. & hic ĩfra.14. & 3. de Aïa 44.59. Vide pro hoc ĩfra c. 30. & c. 5. tertij h⁹.

Prior autem generatione in eodem scientia est : vnde anima est primus actus corporis physici potentia vitam habentis: tale autẽ quodcunq; organicum:organa autem & plantarũ partes , sed penitus simplices:vt foliũ fructiferi cooperimentũ: fructiferum aũt fructus:radices vero ori sìſes sunt:vtraq; enim trahunt alimentũ.

G

10 P 11. *Prior autem generatione in eodem scientia est : quapropter anima est actus primus corporis naturalis potentia uitam habentis: cuiusmodi est quodcunque fuerit organicum . sunt porrò plantarum quoq; partes organa,sed planè simplicia:ut folium integumẽtum est pulpæ,quæ semen complectitur:pulpa autem seminis: radices uero ori proportione respondent,utraq; enim attrahunt alimentum.*

Et scientia in eodẽ antecedit in esse. Et ideo anima est perfectio prima corporis naturalis,habentis vitam in potentia.& est f̃m ꝙ est organicũ. Et partes plantarum sunt etiã organa,sed valde simplicia . verbi gratia ꝙ folia sunt coopertoria , & vestes fructibus. radices aũt similes sunt ori:qm̃ isti duo modi contrahunt cibum.

6 Cùm declarauit ꝙ genus animæ est perfectio, quæ est quasi sciētia existens in sciente, quando non vtitur ipsa, incœpit narrare ꝙ ista perfectio præcedit in esse secundam perfectionem, & ꝙ propter hoc debet adiungi in definitione ꝙ anima est prima perfectio corporis naturalis habentis vitam in potentia. Et d. Et scientia in eodē, &c. i. & perfectio, quæ est quasi scientia, præcedit in esse in indiuiduo secundam perfectionem, quæ est quasi studium. Et, cùm narrauit hoc, incœpit narrare ꝙ propter hoc debemus hanc intentionem dicere in definitione, vt per primam distinguatur à perfectione postrema, & d. Et ideo anima est perfectio prima, &c. i. & ideo dicendum est in definitione animæ, &c. D. d. & est sm ꝙ est organicum. ita cecidit in scriptura locus *albus. & est corpus sm ꝙ est organicum. i. corpus habens vitam in potentia est primmum organicū corpus. Et, cùm narrauit ꝙ omne corpus viuum est organicum, & hoc fuit manifestum in animalibus, sed latuit in plantis, incœpit demonstrare ꝙ organa existunt etiam in plantis, & dixit Et partes plantarū sunt etiam organa, &c. i. & sermo eius in hoc est manifestus. Et hoc, quod dixit de plantis, manifestum est. folia enim ita sunt de plantis, sicut corium in animalibus, & radices sunt, sicut os: quoniam vtrunq; comprehendit cibum. & hoc intendebat, cùm dixit, quoniam isti duo modi contrahunt cibum, scilicet radices, & os, & alia ventriculā, quæ transeunt ad ipsa. D

*a. l. alius.

Docum. E

Idē infra. 38.

Si autem aliquod cōe in omni anima oportet dicere, erit vtiq; actus primus corpis organici physici. vnde non oportet quærere si vnum est anima & corpus: sicut neq; ceram & figurā, neq; omnino vniuscuiusq; materiā, & id cuius est materia: hoc enim vnū & esse cum multipliciter dicantur, quod proprie est, actus est.

SOPH. *Ergo si quid commune de omni anima sit dicēdum, ea fuerit actus primus corporis naturalis organici. idcirco non oportet quærere an unū sit anima & corpus, quemadmodum neq; ceram & figuram, nec deniq; uniuscuiusq; materiam, & id cuius est materia: unū enim & esse cum multifariam dicatur, quod proprie est, actus est.* F

Si igitur aliquod vniuersale dicendum est in omni anima, dicemus ꝙ est prima pfectio corporis naturalis, organici. Et ideo nō est perscrutandum vtrum anima, & corpus sint idem: sicut nō est perscrutandum hoc in cera, & figura, neq; in ferro, & figura, neq; vniuersaliter in materia cuiuslibet, & in illo, quod habet illā materiam. vnū enim & ens cùm dicuntur pluribus modis, perfectio est illud, de quo dicitur hoc prima intentione.

7 Dixit Si igitur aliquod vniuersale, &c. idest si igitur possibile est definire animam definitione vniuersali, nulla definitio est magis vniuersalis q̄ ista, nec magis conueniens substātiæ animę: & est ꝙ anima est prima pfectio corporis naturalis organici. Et induxit hunc sermonē in forma dubitationis,

Docum.

A dubitationi,cùm dicit,Si igitur dicendum est,&c.excusando à dubitatione accidente in partibus istius definitionis. perfectio enim in anima rationali,& in alijs virtutibus animæ ferè dicitur pura æquiuocatione: vt declarabitur post.Et ideo potest aliquis dubitare, & dicere ꝙ,anima non habet definitionem vniuersalem.& ideo dicit, Si igitur,&c. quasi dicit,si igitur fuerit concessum nobis quòd possibile est inuenire sermonē vniuersalem comprehendentem omnes partes animæ, erit ille sermo istæ.

Deinde dicit, Et ideo non est perscrutandum,&c. idest &, cùm declaratum est quòd anima est prima perfectio corporis naturalis, & quòd animatum non habet hoc esse,nisi ex eo quòd habet animam, non est dubitandum quomodo anima,& corpus,cùm sint duo, fiant idem: sicut non est dubitandum hoc in cera,& in ferro cum figura existente in eis,& vniuersaliter in materia,cuiuslibet, & in re, quæ existit in illa materia. Hæc enim nomina,scilicet *vnum,& ens licet dicantur pluribus modis,tamen prima perfectio in omnib⁹ istis,scilicet forma, magis digna est vt habeat B hoc nomen,scilicet vnum,& ens, quàm illud, quod est congregatum ex materia,& forma.congregatum enim non dicitur vnum, nisi per vnitatem existentem in forma. materia enim non est hoc, nisi per formam. Et,si materia & forma essent in composito existentes in actu, tunc compositum non diceretur vnum,nisi sicut dicitur in rebus, quæ sunt vnum secundum contactum,& ligamentum. †Modo autem,quia materia non differt à forma in composito,nisi potentia:& compositum non est ens in actu,nisi per formam: tunc compositum non dicitur vnum, nisi quia sua forma est vna. Et quasi innuit per hoc quæstionem contingentem dicētibus quòd anima est corpus. & est quomodo illud, quod aggregatur ex anima,& corpore,fiat vnum.

Vniuersaliter quidem igitur dictū est quid sit anima: est enim substantia quę ẜm rationem:hoc aūt est quod quid erat esse huiusmodi corporis.sicut si aliquod organorum physicum esset corp⁹, C vt dolabra:erat quidem enim dolabræ esse, substātia ipsius & anima hæc.diuisa autem hac,non vtiꝗ amplius dolabra erit, sed aut æquiuocè:nunc autem est dolabra:non enim huiuscemodi corporis quod quid erat esse & ratio, anima: sed physici huiuscemodi corporis,habentis in seipso principium motus & status.

10 PH. *Vniuerse igitur dictum est quid sit anima:nempe substātia ea quæ in ratione consistit:quod quidem est Quid erat esse tali corpori:ueluti si quod instrumentū esset naturale corpus,uerbi causa securis: esset enim securi esse substantia eius & anima hoc:ea enim separata,nō amplius esset securis,nisi æquiuoce:nunc uero est securis: non enim eiusmodi corporis Quid erat esse & ratio ē anima,sed naturalis, talis scilicet quod in se motus statusꝗ principium habeat.*

Perfectio ī aīa rōnali & in alijs virtutibus aīę dr̄ fere pura ęquiuocatiōe. Idē ifra c. 30.& 3. de Aīa c.5.cōtra Alex. Nō est dubitādum quō. ex aīa, & corpore fiat vnū. S; vide oppositū 1.đ Aia t.c.92.cōtra Plato. vbi hoc fuit dubitatum.Vide cōt.zim.

* Ens vnū p pri⁹ dr̄ de forā, q̄ đ cōgregato.Oppositū vr̄ dicere š.c.3.s; 2.Ph.c.4.& 7.Met.cō 8.&.8. Meta.c.7. idem hr̄ sicut hic. Vide cōtr. zim.

†Mā n̄ dr̄t a forā ī cōposito, nisi potētia. Vide idē. 10. Me.23

Iam igit̃ diximus quid eſt anima vl̃r, & eſt ſubſtantia ſm hanc intentionem, ſ. ſm illud, quod hoc corpus eſt. Quod eſt, quẽmadmodum ſi aliquod inſtrumentũ eſſet corpus naturale, vt ſecuris; tunc acumen ſecuris eſſet ſubſtantia, & eſt anima ſm hanc intentionem. & ſimiliter iſtud, cùm abſtractum eſt, nõ erit ſecuris poſt niſi æquiuoce. materia autem erit poſt ſecuris. anima enim nõ eſt quidem talis corporis, & intentio eius, ſed corporis talis naturalis habentis principium motus. D

8 Cùm prædixit ꝙ anima eſt ſubſtantia, deinde declarauit quod eſt forma, & perfectio, incœpit hic inducere modum, per quem poteſt accidere certitudo, ꝙ formæ naturales ſint ſubſtantiæ. & hoc eſt neceſſariũ in hoc loco. Et d. Iam igitur diximus, &c. ideſt declaratum eſt igitur ex hoc, qđ dixit, quid eſt anima vniuerſaliter. & ſecundum ꝙ dixit in hac definitione, anima eſt ſubſtantia ſecundum intentionem, per quam dicimꝰ in re, per quam hoc corpus naturale eſt ſubſtantia, non alio modo. Deinde dixit exemplum de corporibus artificialibus, & fecit differentiam in hoc inter corpora naturalia, & artificialia. Eſſentiæ enim rerum artificialiũ ſunt *actus. & ideo exiſtimauerunt quidam ꝙ ita eſt de eſſentijs corporũ naturalium. Et d. quemadmodum, ſi aliquod inſtrumentum, &c. ideſt & formæ, & eſſentiæ corporum naturalium ſunt ſubſtantiæ. quoniam, quẽadmodum ſi aliquod inſtrumentum eſſet corpus naturale, vt ſecuris, i. ſi imaginati fuerimus ipſum eſſe ens naturale, tunc acumen ſecuris eſſet ſubſtantia eius. Deinde dedit rationem ſuper hoc, & d. & ſimiliter iſtud cùm abſtractum eſt, &c. i. & neceſſe eſt in ſecuri, ſi eſſet ens naturale, vt eiꝰ acumen eſſet ſubſtantia. Securis enim non dicitur niſi illud, quod cõgregatum eſt ex materia, ſ. ferro, & forma, quæ eſt acumen. & ſi acumen auferatur, & eſſet ſecuris corpus naturale, tunc ſecuris non eſſet: quia materia, & forma non eſſet, niſi diceretur ſecuris æquiuoce. & illud, pro cuius ablatione aufertur hæc ſubſtantia, eſt ſubſtantia: eſt enim pars eius. pars autem ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. Deinde dicit: materia autem erit poſt ſecuris. i. materia autem, quia ſecuris eſt corpus artificiale, licet acumen ſit ablatum ab eo, tamẽ poſt dicetur ſecuris per ſuam figuram. figura enim, quæ propria eſt ei, eadem eſt in ea cùm acuitate, & fine. Et hoc, quod d. manifeſtabitur ex hoc, quod dico. Manifeſtum eſt enim per ſe ꝙ hoc nomen ſecuris, ſiue fuerit naturale, ſiue artificiale, dicitur de illo congregato ex illo, quod eſt quaſi forma in eo, & ex eo, quod eſt quaſi materia. Et etiam manifeſtum eſt per ſe ꝙ ſecuris dicitur de aliquo indiuiduorum ſubſtantiæ. Et ſic neceſſe eſt vt hoc nomen, quod dicitur de eo, ſm ꝙ eſt indiuiduum ſubſtantiæ, ſit dictum de eo ſm materiã, & formam inſimul. Vnde neceſſe eſt vt vtrunq; ſit ſubſtantia. partes enim ſubſtantiæ ſunt ſubſtantia. Et ſic neceſſe eſt, cùm fuerit forma ablata, vt hoc nomen auferatur ab ea, ſcilicet nomen, quod demonſtrat ipſum, ſm ꝙ eſt indiuiduum. Aut dicamus ꝙ hoc nomen non dicitur de eo niſi ſecundũ materiam tantum, E F

2. Phy. 7.
*a.l. accñs

Illđ, ad ablationẽ cuius aufert ſuba, eſt ſuba. Idẽ ẽ cõ. 2. qđ quõ ſit intelligẽdũ. vid. 8. Meta. c. 5.
Digreſſio primũ ſuppoſitum.
Secundũ.

v. g.

A v.g. fm ꝙ est corpus ferreum. & tunc forma erit in eo fm accidens. & tunc necesse erit, si forma fuerit ablata, vt hoc nomen, quod dicitur de ea, fm ꝙ dicitur indiuiduum substantiæ, remaneat. Sed quia formæ rerum naturalium, cum fuerint ablatæ, auferentur materiæ, & nulla ens remanet nisi æquiuoce, necesse est, cùm posuerimus securim esse corpus naturale, & ablata fuerit acuitas, quæ est in ea quasi forma, vt auferatur materia, & non remaneat ens. Cùm igitur forma fuerit ablata fm hanc intentionem statim auferetur hoc nomen securis, quod demonstrat ipsum fm ꝙ est indiuiduum substantiæ. quoniam per ablationem formæ aufertur materia &, cùm materia & forma auferuntur, nihil remanet de eis, quæ demõstrãtur per hoc nomen, fm ꝙ demonstrat aliquod indiuiduorum substantiç, nisi sit aliquod indiuiduum: & tunc non dicitur securis nisi æquiuoce. Formæ igitur naturales substantiæ sunt. quia, cùm ablatæ fuerint, auferũt nomen, quod demonstrat ens, secundum ꝙ est indiuiduum substantiæ. Cũ formæ rerũ nãliũ auferunt̃, auferunt̃ materiæ iporũ. Sed vide opp. 1. Phy. 82. vbi dr̃ ꝙ mã est in gñabilis, & ĩcorruptibilis. vide cõtra. Zim.

B Et similiter definitio, quæ est fm illud nomen, quia auferuntur genus, & differentia, quorum vnum demonstrat materiam, & aliud formam. v.g. ꝙ, cũ sensus aufertur à carne, non remanet caro, nisi æquiuoce: sicut caro mortui. Forma autem artificialis non est substantia. quia, cùm auferẽ, non aufertur materia: sed remanet nomine, & definitione. quoniam, cũ figura securis aufertur, remanet ferrum idem, sicut ante, nomine, & definitione. Et necesse est, & recte vt remaneat nomen eius, s. securis, quod demõstrat hoc instrumentum, fm quod est indiuiduum substantiæ: licet acuitas auferatur. Et hoc fuit, quia nomẽ dicitur in rebus naturalibus primo de forma, & secundo de congregato. in rebus autem artificialibus ecõtrario, s. quia primo de materia, & secundo de congregato. In rebus igitur artificialibus demonstrat indiuiduum substantiç secundum suam primam significationem, quia significat materiam: & in rebus indiuiduis substantiæ naturalibus demonstrat ipsum secundũ suam* primam significationẽ quoniam significat formam. Genus demonstrat mãm, & dña form vid. 7. meta. 43. & 1. Met. 17. & 2. cœ. 49. Nomẽ in reb⁹ nãlib⁹ primo de forma, scđo đ cõgregato. Vide cãm 8. Met. c6. 7. In reb⁹ aũt artificialib⁹ primo dr̃ nomẽ de mã scđario de congregato. Sed vide opposi. 5. Met. c. 14. & 7. Met. c. 18. vbi dicit ꝙ nomẽ accidentale primo significat formã, & scđo subiectũ. Vide contradi. Zim.

* al. ppriã

C Hoc enim indiuiduum non est hoc, nisi per suam formam, non per suam materiam. †Materia enim nullum habet eẽ in actu in rebus naturalibus, secundum ꝙ est materia. & esse non est in actu, nisi formæ. & hoc valde manifestatur in formis rerum simpliciũ. qm̃ cũ forma fuerit ablata, nihil remanet. Et in rebus artificialibus nihil est hoc, nisi per suam materiam, non per suam formam. & sic declarabitur tibi differentia inter naturalia, & artificialia. Et intelliges hoc, quod dixit Aristo. & auferetur dubitatio, quæ inducit credere ꝙ formæ sint accidentia. D. d, anima enim non est, &c. i. & est de anima econuerso acuitati. nomen enim aufertur ab animato per ablationem animæ, & remanet in securi, licet acumen auferatur. anima enim non est talis corporis, in quo est acuitas, scilicet corporis artificialis organici, sed naturalis. & hoc intendebar, cùm dixit talis. & hoc, quod dicit principium motus, & quietis, est dispositio corporis naturalis.

† Mã nullũ habet ẽ in actu rebus nãlibus, fm ꝙ est mã. vide 2. physico. 12. 1. Ph. 76. 3. Cœ. 29. 7. Met. 8 & 1. cap. de sba orbis. & 1. physi. 69.

Considerare autem & in partibus oportet quòd dictum est. si enim esset oculus animal, anima vtiq; ipsius: visus esset: hic enim substantia

ſubſtantia eſt oculi quæ eſt ſecũdum rationem, oculus autem ma D
teria viſus eſt: quo deficiente non eſt adhuc oculus, niſi æquiuoce, ſicut lapideus aut depictus. Oportet igitur accipere quod eſt in parte, in toto viuente corpore: Proportionaliter nanque ſe habet ſicut pars ad partem, totus ſenſus ad totum corpus ſenſitiuum: ſecũdum quòd huiuſmodi.

SOPH. *Hoc uero quod diximus in partibus etiam cõſideraſſe non ab re fuerit: nam ſi oculus eſſet animal, profecto anima ei eſſet uiſus: is enim eſt oculi ſubſtantia quæ in ratione conſiſtit: oculus autẽ materia eſt uiſus, quo deficiente non eſt amplius oculus, niſi æquiuoce, quemadmodum lapideus & pictus. Ergo quod parti alicui conuenit in totum uiuens corpus eſt transferendum: proportione námque reſpõdet, ut pars ad partem, ſic totus ſenſus ad totum corpus ſenſitiuum, quatenus eiuſmodi eſt.*

Et conſyderandum quod dictum eſt in membris etiam. Oculus enim ſi eſſet animal, tũc viſus eſſet anima eius. iſte enim eſt ſubſtantia oculi, quæ eſt ſecundum ſuam intentionem. & corpus oculi eſt materia viſus: qui: cùm deficit, non dicetur oculus, niſi æquiuoce, ſicut dicitur de oculo lapideo. Et accipiẽdum eſt illud, quod dicitur de parte in toto corpore. comparatio enim partis ad partẽ eſt ſicut totius ſenſus ad totum ſenſibile. E

9 Cùm declarauit quod ita eſt anima in corpore, ſicut forma in materia: forma. n. in corporibus naturalibus magis habet nomen ſubſtantiæ quã materia: & quod indiuiduum non ſit indiuiduum, niſi per formam: quia nõ eſt indiuiduum, niſi ſecundum quod eſt ens in actu, & eſt ens in actu per ſuam formam, non per ſuam materiam. Et, quia declarauit hoc ratione, vult modo declarare hoc exemplo, &. d. Et conſyderandum eſt quod dictum eſt in mẽbris. i. & hoc, quod dictum eſt in anima, quoniam eſt ſubſtantia, quia, cũ aufertur, aufertur nomen ab animato, verificatur in membris habentibus proprie virtutes particulares animæ ſenſibilis. D. d. exẽplum de hoc in oculo, &. d. Oculus enim ſi eſſet animal, &c. i. quoniam proportio viſus ad oculum eſt ſicut proportio animæ ad corpus. ſi igitur fuerimus imaginati quod oculus eſſet animal, neceſſe eſſet vt viſus eſſet anima eius. viſus. n. tunc eſſet ſubſtantia animæ, ſecundum illud quod eſt, & oculus eſſet materia illius animæ. D. d. qui cùm deficit, &c. i. &, quia manifeſtum eſt de viſu, quod, cũ deficit, non remanet oculus poſt, niſi æquiuoce: ſicut oculus factus de lapide, aut formatus in pariete: quia non habet de intentione oculi, niſi tantũ figuram: & quod viſus eſt ſubſtãtia oculi: manifeſtum eſt quod anima debet habere talem diſpoſitionem cum corpore, ſ. quod, cũ aufertur, aufertur nomen ab animato, & non remanet animatum, niſi æquiuoce. v. g. quia, cùm animalitas fuerit ablata ab aliquo ĩdiuiduo, nõ remanet animal niſi æquiuoce: quapropter anima eſt ſubſtantia. Et, quia Ariſto. poſuit primo quod ita eſt F

Indiuiduum nõ eſt indiuiduum, niſi per formam. Idẽ ſupra cõ. 7. 1. de Aia. 9.

A est de parte,sicut de toto,& ꝙ possibile est vt habeamus certitudinem de toto,consyderando hoc in partibus,incœpit declarare modum,vt iudiciũ totius,& partis sit idem in hoc loco,& d. comparatio enim partis ad partem,&c.i.& necesse est vt ita sit de toto sicut de parte in hac intẽtione. qm̃ comparatio alicuius membri apud suam formam particularem sensibilẽ in essendo substantiam illius membri, est comparatio totius sensus ad totum corpus sensibile. Et hoc,quod d.manifestum est. comparatio enim visus,qui est pars sensus ad oculum,est sicut comparatio totius sensus ad totum corpus.&,quia comparatio est eadem:& visus est substantia : igitur anima erit substantia. Vide cõsis.1.Cõ 19.4. Ph. 37.1 de anima.81. 2.Cœ. 59.

Est autem non abiiciens animã potentia ens vt viuat,sed quod habens. semen autem & fructus potentia huiusmodi corpus est. sicut quidem igitur incisio & visio,sic & vigilantia actus.vt autẽ visus & potentia organi,anima : corpus autem quod potẽtia ens: sed sicut oculus pupilla & visus,& ibi anima & corpus,animal.

B

PH. *Cæterum quod amißit animam non est id quod potentia est ad uiuẽdum,sed quod habet:semen uero & fructus id sane est quod potentia est tale corpus:ergo ut sectio & uisio,sic uigilia est actus : ut uero uisus & potentia organi,sic anima est:corpus autem est id quod potentia est: uerum ut pupilla & uisus est oculus ,ita etiam illic, anima & corpus est animal.*

Et illud,quod habet potentiam vt viuat,non est illud,à quo ablata est anima,sed illud,quod habet animam.semen autem,& fructus sunt in potentia corpus tale.Et,sicut abscindere, & aspicere sunt perfectiones,ita vigiliæ.&,sicut visus est potentia instrumẽti,sic est anima:corpus aũt est illud,quod est in potẽtia.&,sicut oculus est membrum,& visus,ita animal est anima,& corpus.

C

10 Quia accepit in definitione animæ potentiam,quæ dicitur quasi æquiuoce,incœpit declarare quam intentionem intendit, & complet declarationem illius,& primæ,& secundæ intentionis hoc modo declarationis, à quo modo incœpit,s.exemplariter. Et d. Et illud, quod habet potẽtiam vt viuat,&c.i.&,cùm dicimus in corpore,s. ꝙ est quod habet potentiam vt viuat,non intendimus per hoc,sicut diximus in eo,quod non habet habitum,& formã,quibus potest agere:& pati:quemadmodum dicimus ꝙ semen,& fructus habent potentiam vt viuant : & ꝙ sanguis menstruosus habet potentiam vt sentiat,aut moueatur:sed diximus hoc in habenti animam in actu,qua agit,aut patitur,sed in illo tempore neq; agit,neq; patitur,sicut animal dormiens. Et,cum demonstrauit hoc de potentia , quæ est prima ꝑfectio,dedit dr̃iam inter istã,& potentiã,quæ non est aĩa in suo esse,& incœpit ẽt declarare exẽplariter dr̃iam inter primã perfectionem in rebus habentibus formas,& secundã,& d. Et, sicut abscindere,&c.i.& sicut

cut abscindere in securi.& aspicere in oculo sunt postremæ perfectiones D istarum rerum, ita vigilia est postrema pfecto animalis sensibilis. Et d. hoc: quia manifestum est q̈ proportio abscisionis ad instrumentum, q̄n abscindit, & aspectus ad oculum, q̄n aspicit, est sicut proportio actionis sen suum ad animal in vigilia. vigilia enim est vsus sensuum. &, sicut ista dispositio est postrema perfectio oculi, sic vigilia est postrema perfectio animalis. D.d. & sicut visus est potentia instrumenti, sic est anima. i. & sicut visus, quando anima nō vtitur ipso, dicitur esse potentia, qua oculus videt, ita dicimus quòd anima est potentia, qua animal viuit, quādo anima non agit per illas actiones animæ. D.d. corpus autem est illud, quod est in potentia. i. corpus autem animalis est illud, quod recipit illam potētiam, aut quod dicitur illam virtutē habere. & dicitur potentia: quia q̄nq; agit, & q̄nq; nō: & dicitur potentia in tempore, in quo nō agit. D.d. & sicut oculus est membrū, & visus, ita animal est anima, & corpus, i. & sicut hoc nomē oculus dicitur de illo membro, quod est corpus compositum, & de virtute visibili, quæ est in eo: ita animal dicitur de anima, & corpore. & sermo eius in hoc capitulo est manifestus. E

Quodquidem igitur non sit anima separabilis à corpore, aut partes quædam ipsius, si partibilis apta nata est, non immanifestū est: quarundam enim actus, partium est ipsarum: at vero secundū quasdam nihil prohibet, propter id q̈ nullius corporis sunt act⁹. Amplius autem immanifestum, si sit corporis actus anima, sicut nauta nauis. Figuraliter quidem igitur sic determinetur & describatur de anima.

SOPH. *Animam igitur non esse separabilem à corpore aut partes quasdā eius si partibilis est, non est obscurum: quarundam enim actus partium est ipsarum: nihil tamen obstat quominus aliquæ sint, propterea quòd nullius sunt corporis actus. incertum autē adhuc est, an aīa ita sit actus corporis: ueluti nauta nauigii. Ac de anima quidem adūbratione quadā sic explicatum descriptumq; sit.* F

Quoniam autem anima non est abstracta à corpore, aut pars eius, si innata est diuidi, non latet. est enim quarundam partium perfectio. Sed tamen nihil prohibet vt hoc sit in quibusdam partibus: quia non sunt perfectiones alicuius rei ex corpore. Et cum hoc non declaratur vtrum anima corpori sit, sicut gubernator naui. Secundum igitur hunc modum determinādum est hoc de anima secundum exemplum, & descriptionem.

11 Cùm accepit in definitione animæ vlī q̈ est perfectio corporis naturalis, incœpit declarare quantum apparet ex hac definitione de abstractione. aut non abstractione, &. d. Q̄m autem anima, &c. i. qm̄ manifestū est ex hoc, quod dictum est in definitione animæ, q̈ impossibile est q̈ anima sit

A sit abstracta à corpore, aut secundum omnes partes, aut per aliquam partem eius, si innata est diuidi, non latet. Apparet enim quòd quædam virtutes sunt perfectiones partium corporis, secundum quod formæ naturales perficiuntur per materiam: & tale impossibile est vt sit abstractum ab eo, per quod perficitur. D.d. Sed tamen nihil prohibet, &c. i. sed hoc manifestũ non est in omnibus partibus eius: cùm sit possibile vt aliquis dicat quòd quædam pars eius non est perfectio alicuius membri corporis: aut dicat quod, licet sit perfectio, tamen quædam perfectiones possunt abstrahi, vt perfectio nauis per gubernatorem. Propter igitur hæc duo, non videtur manifestum ex hac definitione quod omnes partes animæ nõ possunt abstrahi.

Et Alexan. dicit quod ex hac definitione apparet quod omnes partes animæ sunt non abstractæ. & nos loquemur de hoc, quando loquemur de virtute rationabili. D.d. Secundum igitur hunc modum, &c. i. tanta igitur cognitio est data à talibus definitionibus, quæ inductæ sunt exemplariter, 3. de Aia cõ. 5.
B & secundum sermones vniuersales sicut nos fecimus hic. i. quod non notificant rem perfecta notificatione, quousq; appareant ex ea omnia conuenientia illi rei. & ideo, cùm perscrutati fuerimus de vnaquaq; partium animæ, secundum definitionem propriam cuilibet, apparebit tunc intentio, & aliæ intentiones quærendarum in anima. Vide p il lo. 4. ph. c. 31. 4. Cœ. 2. & 1. de Aia. c. 71. & hic c. sequenti, & tex. & c. 15

Traditur Animæ definitio propria, s. per ipsius rei causam. Cap. 2.

QVoniam autem ex incertis quidem, certioribus autem, fit quod certum & secundum rationem notius, tentandum est iterum sic aggredi de ipsa: Non enim solum Quia, oportet diffinitiuam rationem ostendere, sicut plures terminorum dicunt: sed & causam inesse & demonstrari. Nunc autem sicut cõclusiones rationes terminorum sunt. vt quid est tetragonismus? æquale altera parte longiori, orthogonium esse equilaterale: talis autem terminus ratio conclusionis: dicens autem quoniam tetra-
C gonismus est mediæ inuentio, rei causam dicit.

PH. *Quoniam autem ex obscuris quidem sed manifestioribus, nascitur id quod manifestum & ratione notius est, hoc eodem pacto rursus de ea disserere conandum est: neq; enim solum ipsum Quòd definitiuam rationẽ aperire oportet, ut plurimæ definitiones explicant, uerum etiam causam inesse & apparere: alioqui, quasi conclusiones orationes definitionum sunt. ut quid ẽ quadratio? æquale ei quod altera parte est longius, rectangulum fieri equilaterum: quæ sane definitio, ratio est conclusionis: at uero quæ quadrationem dicit esse mediæ inuentionem, ea rei causam dicit.* *alr rõnes terminorũ

Et, quia res manifesta, quæ est magis propinqua in sermone ad intelligendum, est ex rebus latentibus, sed magis apparenter, quærendum

rendum est etiam vt tali cursu curramus in anima. Oportet enim vt sermo definiens non tantum demonstret quid est res, sed etiam causa erit inuenta, & manifesta in ea. Modo autem intentiones definitionum sunt quasi conclusiones. v.g. quadratura: & est inuenire superficiem rectorum angulorum æqualium laterum æqualē longo. & ista definitio est intentio conclusionis. Dicens autem q quadratura est inuenire medium in re, narrauit causam. D

Tetragonismi demonstratio.



E

12

Quia cognitio acquisita ex hac definitione non sufficit in cognitione substantiæ cuiuslibet partis animæ: quoniā hæc definitio est vniuersalis omnibus partibus animæ, & dicta de eis multipliciter: & tales definitiones non sufficiunt in cognitione rei perfecte, cum fuerit vl'es vniuocæ, nedum cū sint vl'es multiplices: quærendum est. n post ad sciendum vnamquāq; partium, quæ collocatur sub illa definitione cognitione propria, cum definitio non * dicatur de eis vniuoce: incœpit igitur hic demonstrare viā ad cognitionem definitionum, quæ appropriantur cuilibet partium in rebus ignoratis, & causam, pp quam nō sufficiunt definitiones in talibus rebus, & d. Et, quia res manifesta, quæ est magis propinqua, &c. i. &, quia naturalis in cognitione causarum propinquarum rebus est ire de latentibus apud naturam apparentibus apud nos, & est ire de posterioribus in eē ad priora: vt dictum est in posterioribus, oportet nos ire in cognitione definitionum propriarum vnicuiq; partium animæ per istam viam. & nulla via est in cognitione talium definitionum. s. quæ componūtur ex propinquis causis proprijs rei, cùm fuerint ignoratæ, nisi à posterioribus apud nos. D. d. oportet enim ut sermo definiens non tantum demonstret, &c. i. & causa, propter quam non sufficiunt in cognitione rei tales definitiones vl'es, est, quia oportet vt sermo definiens perfecte non demonstret genus rei tantum, sicut faciunt plures definitiones: sed sermo definiens debet demonstrare causam rei propriam propinquam existentem in ea in actu. s. formam, non genus. Et, cū notificauit hoc, narrauit cuiusmodi definitio est definitio, quam quærit in vnaquaq; partium animæ, & in cuiusmodi est definitio prædicta, & d. Modo aūt intentiones definitionum sunt quasi conclusiones. i. ista definitio, quā mō quærimus, est similis F

Definitiones vl'es vniuocę nō sufficiūt ī cognitiōe rei pfecte, nedū cū sint vl'es multiplices.

*Idē. 1. de de Aīa. 8. & hic supra. 7. & ī fra. 30. & 3. de Aīa cō. 5.

In nāl im⁹ d[e po]sterio[ribus] ad pri[ora]

Idē. 1. 2. & 5. 7. Me. 10. &. c. 61. hic īf. c. 33.

A milis definitionibus, quæ sunt quasi principium demõstrationis: definitio autem vniuersalis prædicta est similis definitionibus, quæ sunt quasi demonstrationis conclusio. Et, cum declarauit hoc, dedit exemplum de definitionibus, quæ sunt quasi conclusio, si fuerint ignoratæ esse in definito: aut fuerit causa quæsita in eis, & ex definitionibus, quæ non sunt quasi conclusio demonstrationis, sed sunt, si fuerint manifestæ per se, principia demonstrationis, & si fuerint ignoratæ, tunc impossibile est, vt declarentur esse in definito, nisi per argumentum. Et, quia d. v. g. quadratura, &c. i. exemplum definitionum vsium, quæ sunt quasi conclusio demõstrationis, est respondere quærenti quid est quadratum, quod est superficies rectorum angulorum, & æqualium laterum æquale longo. D. d. exẽplum definitionis, quæ est quasi principium demonstrationis, &. d. Dicẽs autem ꝙ quadratura, &c. i. qui autem definit quadratum, quod est superficies rectorum angulorum æqualium laterum, factum super lineam mediam in proportione inter latera oblongi, quod æquatur ei, definit quadratum definitione, quæ est quasi principium demonstrationis, cum definiat ipsum per causam propinquam. Et cùm d. Modo autem intentiones definitionum sunt quasi conclusiones, non intendebat ꝙ ista definitio inducta in anima est conclusio demonstrationis, sed intendebat ꝙ est ex genere istarum definitionum, fm ꝙ tales definitiones sunt vl'es. & ideo. d. sunt quasi conclusiones. istæ enim definitiones, aut sunt conclusiones, aut sunt similes definitionibus, quæ sunt conclusiones. Neq; intendebat ẽt ꝙ definitio, quærenda hic in vnaquaq; partium animæ, est ex definitionibus, quæ sunt quasi principium demonstrationis: ita ꝙ sint manifestæ per se, quia sunt ignoratæ apud nos: & via ad cognoscendum eas est ex posterioribus, sicut dicit: sed intendebat ꝙ est ex genere illarum definitionum. tales enim definitiones aut sunt principium demonstrationis, aut sunt similes definitionibus, quæ sunt quasi principium demonstrationis. Et iõ sermo eius ita debet legi. sed etiam cã erit inuenta, & manifesta in ea. i. sermo definiens animam perfecte debet esse, vt causa propinqua sit manifesta in ea. & ista definitio est ex definitionibus, quæ assimilantur definitionibus, quæ sunt principia demonstrationis, inquantum est propria definitio. Definitio autem, quam dedimus modo in anima, est ex definitionibus, q̃ assimilanť definitionibus, q̃ sunt conclõnes demõstrationis, fm ꝙ ẽ generalis oĩbus partibus animæ, & nõ est inducta in ea causa propinqua.

Si fuerint aliq̃ dfinitiões, quæ sint ignoratę in eẽ in definito, tales n declaranť, nisi p argumẽtũ. vide. 3. ph. cõ. 12.

B (margin letter at "dratum definitione")

C (margin letter at "mo definiens animam")

Dicamus igitur principium accipientes intentionis, determinari animatum ab inanimato, in viuendo. multipliciter autem ipso viuere dicto, & si vnum aliquod horum insit solum, viuere ipsum dicimus: vt intellectus, sensus, motus & status fm locum: Adhuc autẽ, motus fm alimentũ, & decrementũ, & augumentum.

PH. *Dicamus igitur initio considerationis accepto animatum distinctũ esse ab inanimato ipso uiuere: cum autem pluribus modis uiuere dicatur,*

tur, si uel unum duntaxat horum insit, uiuere ipsum dicimus: ut intellectus, & sensus, & motus & status loci: motusq; item alimenti, & diminutio & auctio. D

Incipiamus igitur quęrere, & dicere quod animatum distinguitur à non animato viuendo. Et, quia viuere dicitur multis modis, si inuentus fuerit in re aliquis eorum vnus tantum, dicemus quod viuit. v.g. intelligere, & sentire, & moueri, & quiescere in loco, & nutriri, & diminui, & augeri.

13 Cùm notificauit definitionem animæ vl'r, & notificauerit quantum dant tales definitiones in cognitione rei, & quod diminute faciunt cognoscere, non perfecte, cum sint vl'es, & quasi conclusio demonstrationis: & quia definitio quærenda in vnaquaq; partium animæ est similis definitionibus propriis, quæ sunt quasi principia demonstrationis: & quod, tales definitiones cùm fuerint nō manifestæ esse in definito, sicut contingit in partibus animæ, oportet tunc ire ad cognitionem earum ex rebus posterioribus, quæ sunt magis notæ apud nos. s. compositis, dixit. Incipiamus igitur quærere, &c. i. dicamus igitur quod, quia notam est apud nos quod animatū nō differt à non inanimato, nisi per vitam: viuum autem dicitur multipliciter. i. per multas actiones, quę sunt in eo: manifestum est quod omne, de quo dicitur vna illarum intentionum, aut vna illarum actionum, aut plures vna est animatum. & hoc intendebat, cùm dixit. si inuentus fuerit in re aliquis eorum, &c. Deinde numerauit actiones attributas vitæ, & dixit. v.g. intelligere, & sentire, & moueri, & quiescere in loco, & nutriri, & diminui & augeri. i. & istæ actiones attributæ vitæ sunt quatuor genera: quarum vnum est intelligere, secūdum sentire, tertium moueri, & quiescere in loco, quartum nutriri, & augeri, & diminui. E

Vide idē supra. c. 11. & quæ ibi

Vide ꝑ il lo. 1. ph. c. 5. & illius cām req- re. 10. Me. cō. 9.

Intelligerē viuere est. idē. 12. meta. 36. & 39. Et. 2. Cœ. 61.

Vnde & vegetabilia omnia videntur viuere: videntur enim in se ipsis habentia potentiam & principium huiusmodi, per quod augmentum & decrementum suscipiunt secundum contrarios locos: non enim sursum quidem augentur, deorsum autem non: sed similiter in vtroq; & penitus quæcunq; aluntur & viuunt in fine, quousq; possunt accipere alimentum, F

SOPH. *Quamobrem & quæ terra gignit omnia uidentur uiuere apparet enim ea in se ipsis eiusmodi habere potentiam & principium, quo auctionem & diminutionem contrariis capiant locis: neq; enim sursum uersus augentur: deorsum, non item: sed peræquè in utramq; partem et undiq; semperq; nutriuntur ac pergunt uiuere, dum possunt capere alimentum.*

Et ideo omnia uegetabilia reputantur viuere. existit. n. ī eis potentia, & virtus, & principium, per quod recipiunt augmentū, & di-

A &diminutionem in duobus locis contrariis. non enim augēt, & diminuuntur superius, & inferius. siḿr & omne, quod nutritur, necessario viuit, & non viuit, nisi dum potest nutrimentū accipere.

14 Quia vita magis latet in motu nutrimenti, & augmenti, & diminutionis, quam in aliis actionibus, quas numerauit, incœpit declarare quòd ista actio attribuitur animæ: quia impossibile est attribui virtutibus elementorum, ex quibus componuntur corpora, quæ agunt actiones nutrimenti, & augmenti. Et dixit, Et ideo omnia vegetabilia, &c. i. &, quia motus nutrimenti, & augmenti, & diminutionis numeratus est apud nos in actionibus animati, opinamur quòd omnia vegetabilia sint viua, in quibus videmus existere principium, quo agit motum diminutionis, & augmenti in duobus locis contrariis. s. superius, & inferius. corpus enim simplex, aut compositum ad vnam partem mouetur. qm̄, si simplex fuerit, B mouebitur aut superius, aut inferius: si compositum, mouebitur secundū elementum dominans. &, quia corpus augmentabile videtur moueri ad vtranque partem ab eodem principio. s. ramos, & radices, necesse est vt hoc principium sit neutrum, neque graue, neque leue: & tale dicitur anima. † Et, quia augmentum est perfectio actionis nutrimenti, fuit necessarium vt principium, quod agit nutrimentum, esset ex genere eius, quod agit augmentum. principium igitur nutrimenti est anima necessario. & * ideo omne animal dicitur viuere, dum nutritur.

Mixtum mouet̃ s̃ elm̄tū dominās. idē 1. Cę. t. c. 78. & 12. & 19. & 2. de Ge. cō. 49 1. de Aia. 40.

Oē aīal ŕ viuere, ū nutrit̃. dē supra ō. 5. & q̄. bi.

Separari autem hoc ab alijs possibile est, alia autem ab hoc impossibile in rebus mortalibus. manifestum est autem in his quæ vegetantnr: neq; n. vna est in ipsis potentia alia animæ.

† Augumētū est pfectio actionis nutrimenti. Idē 1. de Gene. 38. 42. 1. Cœ. 21. 5. Ph. 18.

OPH. *Atq; id quidem ab aliis separari potest: cætera uero ab hoc non possunt in mortalibus. quod perspicuū est in iis quæ ex terra oriūtur: nulla enim alia inest eis animæ potentia.*

C Et hoc possibile est vt separetur ab alijs rebus: alia autem impossibile est vt separentur ab hoc: in rebus mortalibus. Et hoc apparet in vegetabilibus. non est enim in eis nec vna virtus alia ab ista ex virtutibus animæ.

15 Cùm numerauit genera virtutum animæ, incœpit demonstrare ordines istarum virtutum adinuicem & d. Et hoc possibile est vt separetur ab alijs rebus. i. & hoc principium, existens in animato, possibile est vt separetūr ab alijs principiis animæ, quæ numerauimus à sensu, s. & motu, & intellectu. D. d. alia autem impossibile est vt separētur ab hoc in rebus mortalibus. i. & impossibile est, vt hoc principium separetur, s. nutritiuum ab alijs principijs animæ. i. sensu, & motu, & intellectu ex rebus, quæ innatæ sunt moueri. † Et dixit hoc, quia corpora cœlestia manifeste videntur intelligere, & moueri, sed nō nutriri, neq; sentiri. & ideo dixit in rebus mortalibus, cum declaratum est hæc non esse mortalia. D. d. Et hoc apparet in vegetabilibus, &c. i. & apparet φ hoc principium, quod est nutrimentum

Corpora cęlestia videnẗ intelligere, & moueri, sed nō nutriri, neq; sentire. vide 1. 2. Cę. 61. & 37. & 3. de Anima. 61. & 1. cę. 21. & 2. Met. 36.

Quō autū cęlū appe

tum, & augmentum separatur ab alijs virtutibus animæ in hoc, quod videtur sensui in vegetabilibus. in istis enim nulla virtus videtur ex virtutibus animæ, nisi ista. & innuit contradictionem contra fingentes ꝙ plantæ habent somnum, & vigiliam. D

[Margin: tat, & itel ligat, vide ēt in fine primi ca. de substātia orbis.]

Viuere quidem igitur propter hoc principium est in omnibus viuētibus. Animal autem propter sensum primum. & nanq; quæ non mouentur, neq; mutantia locum, habentia autem sensum, animalia dicimus, & non viuere solum.

SOPH. *Ac uiuere quidem ob hoc principium adest omnibus uiuentibus. Animal autem est ob sensum primò. etenim quæ non mouentur, neq; mutant locum, sensum tamen habent, ζῶα, idest animalia dicimus, & non ζῆν, idest uiuere, solum.*

Viuere igitur dicitur de omni viuo per hoc principium. Animal autem per sensum. omnia enim, quæ non mouentur, neq; mutant locum, sed tantum habent sensum, vocantur animalia, & nō sumus contenti in dicendo ea viua tantum. E

16 Vult facere dr̄iam inter hanc virtutem, & virtutem sensus per nomina posita apud eos, & dixit. Viuere igitur, &c. i. dicere igitur aliquid viuere non dicitur in hac lingua. s. græca, nisi de omni, quod viuit per hoc principium, quod est nutrimentum, & augmentum, non per aliud. D. d. Aīal autem, &c. i. hoc nomen animal non dr̄, nisi de eo, quod habet principiũ sensus, inquantum habet hoc principium tm̄: licet non habeat principiũ motus in loco. & signum eius est spongia maris, & multa ex habentibus testam, quæ habent sensum, tamen non mouentur, & dicuntur animalia, non tantum viua.

[Margin: Viuerē nō dr̄i lĩgua Græca, nisi dē oī eo quod viuit p principiũ hoc, quod ē nutrimētum & augmētũ. Sed vide oppositũ supra t. cō. 13. Vide contra. Zim.]

Sensuum autem tactus primo inest omnibus. sicut autem vegetatiuum potest separari à tactu & ab omni sensu, sic & tactus ab aliȷ̈s sensibus. vegetatiuum autem dicimus partem huiusmodi animæ qua & vegetabilia participant. animalia autem omnia videntur tangendi sensum habentia. F

SOPH. *Ex sensibus autem primò inest omnibus tactus: atq; ut nutrimentũ potest separari à tactu & omni sensu, sic tactus à cæteris sensibus. nutritiuum uero eā partem animæ dicimus, cuius etiam plantæ participes sunt. animalia autem omnia uidentur tangendi sensum habere.*

Et primus sensus, existens in eis omnibus. est tactus. Et quemadmodum nutrimentum potest separari à tactu, & ab omni sensu, ita tactus potest separari ab aliis sensibus. Et intelligo per nutrimentum partem animæ, in qua habent cōicationem plantæ etiā. Et omnia animalia videntur habere sensum tactus.

Et

A Et prima virtus ſenſus, quæ eſt prior naturalr̃ in eẽ aliis virtutibus ſen
17 ſus, eſt ſenſus tactus. qm̃ ſicut virtus nutritiua põt ſeparari in plãtis à tactu & ab omni virtute ſenſus, ita tactus poteſt ſeparari ab alijs ſenſibus. i. cũ fuerit inuentus, non eſt neceſſe vt inueniantur alij ſenſus: &, cùm alij ſenſus fuerint inuenti, neceſſe eſt vt inueniatur tactus. eſt igitur prior naturaliter aliis ſenſibus, ſicut nutrimentum eſt prius naturaliter ſenſu tactus. Deinde dixit Et omnia animalia videntur habere ſenſum tactus. i. & iſte ſenſus eſt neceſſarius omnibus animalibus inter omnes modos ſenſus. oẽ enim animal habet ſenſum tactus, non autem ſenſum viſus, aut alium, ſed animal perfectum. & ſermo eius eſt manifeſtus.

Tactus eſt prior natr̃ aliis ſenſibus. Vide qua prioritate. 2. d̃ Ge. c. 7. & 2. h⁹ com. 77.

Propter quam autem cauſam vtrũq; horum accidit, poſterius dicemus. nunc autem intantum dictum ſit ſolum, quòd anima horum eſt quæ dicta ſunt principium, & his determinata eſt: vegetatiuo, ſenſitiuo, intellectiuo, & motu.

Oẽ aĩal hẽt ſen. ũ tactus vid̃ infra etiá 117. & 3. d Aĩa t. 67. & 68.

9 PH. *Cauſam autem cur utrumq; horum eueniat poſt dicemus: nunc hoc*
B *tãtum dictum ſit, Animam eſſe principium eorum quæ diximus, & his definitam eſſe: nutritiuo, ſenſitiuo, dianoetico, motu.*

Cauſa autem, propter quam vtrunq; iſtorum duorum contingit, dicenda eſt poſt. in hoc tantum loco tantum eſt declaratum. ſ. q; anima eſt principium iſtorum, quæ dicimus, ſ. nutritiui, ſenſitiui, & diſtinguentis, & mouentis.

18 Ideſt, cauſa autem, propter quam virtus nutritiua videtur ſeparari ab alijs virtutibus, & antecedere eas naturaliter, & ſimiliter tactus cum alijs virtutibus ſenſus, dicenda eſt poſt, ſcilicet cauſa finalis. & hoc fecit in fine iſtius libri. Deinde dixit, in hoc autem loco, &c. ideſt in hoc autem loco tantum eſt declaratum, quòd anima diuiditur in hæc quatuor genera, & quòd ſubſtantia eius eſt in iſtis principijs. alia autem quærenda perſcrutatus eſt poſt.

Tex. c. vltimi & penultimi tertij hui⁹

C Vtrum autem vnumquodq; horum eſt anima, aut pars animę: & ſi pars, vtrum quidem ſic, vt ſit ſeparabilis ratione ſolum, aut & loco, de quibuſdam quidem horum nõ eſt difficile videre, quædam autem dubitationem habent.

10 PH. *Vtrum autem unumquodq; horum ſit anima, an pars animæ: & ſi pars, utrum ita ut ſit ſeparabilis ratione ſolum, an etiam loco, de nõnullis non eſt uidere difficile: de aliquibus eſt quæſtio.*

Vtrum igitur vnaquęq; iſtarum ſit anima, aut pars animæ: &, ſi eſt pars animæ, vtrum eſt pars, ſecundum q; eſt abſtracta in ſola intentione, aut in loco etiam: qm̃ autem quædam ſunt ſic, nõ eſt difficile ad ſciendum, in quibuſdam autem eſt dubitatio.

19 Cùm declarauit quòd virtutes animæ ſunt plures vna, & poſuit hoc poſitione quaſi manifeſta per ſe, dixit. Vtrum igitur vnaqueq; iſtarũ, &c.

 ideſt

idest vtrum igitur vnumquodq; istorum principiorum existentium in animali sit anima, aut nõ. &, si est anima, vtrum est anima per se, aut pars animæ: &, si pars animæ, vtrum est pars, & alia in essentia, & in loco in corpore inanimato perscrutandum est. Et intendit per hoc, quod dixit, vtrum est anima, aut pars animę, vtrum est possibile vt vnum istorum sit in animali absque anima: aut impossibile est vt sit in aĩali absq; aĩa, cuius est pars. Et, cùm narrauit hoc, incœpit demonstrare diuersitatem dispositionum eorum in vnoquoq; modo animalium, & d. quoniam autẽ quædam sunt sic, non est difficile, &c. i. quoniam autem istæ virtutes in quibusdam animalibus sunt eædem in subiecto, & alia definitione, non est difficile, in quibusdam autem habet dubitationem difficilem. & similiter vtrũ vnũquodq; istorum principiorum sit in anima, aut nõ, in quibusdam est manifestum, & in quibusdã latet. D

Sicut enim in plantis quædam diuisa videntur viuentia, & separata ab inuicem, tanquam existente in his anima actu quidem vna in vnaquaq; planta, potentia autem pluribus, sic videmus & circa alias differentias animę accidere, vt in entomis decisis: & enim sensum vtraq; partium habet, & motum secundum locum: si autem sensum, & phãtasiam & appetitum. vbi quidem enim sensus est, & tristitia & lętitia est. ubi autem hæc sunt, ex necessitate desiderium est. E

SOPH. *Vt enim in plantis sunt quæ cum secantur, et pars alia ab alia separatur, uideantur uiuere, ut pote cum anima quæ in eis est una in unaquaq; planta sit, potentia uero plures: sic etiam in aliis animæ differentiis uidemus fieri, ut in iis insectis quæ incidũtur: etenim sensum utraq; partium habet & motum loci. quòd si sensum, & phantasiam etiam & appetitum: ubi enim sensus est, & dolor & uoluptas consequitur: ubi autem hæc sunt, necessario etiam cupiditas.*

Quoniam, sicut plantarum quiddam si abscinduntur, viuit, & separatur ab inuicem, quasi anima, quæ est in eo, est eadem in figura in omnibus vegetabilibus, in potentia autem plura: ita accidit aliquo modo animæ in animalibus annulosis, quando abscinduntur. Quoniam utraq; pars habet sensum, & motum in loco, & omne habens sensum habet desyderium, & imaginationem. vbi. n. inuenitur sensus, illic inuenitur voluptas. &, cùm ista inueniuntur, inuenitur necessario appetitus. F

20 Cùm narrauit quòd non est difficile in pluribus animalibus declarare quòd istæ virtutes sunt eædem in subiecto, & plures in intentione, incępit demonstrare hoc, & dixit, quoniam, sicut plantarum quiddam si abscindatur, &c. idest, & quemadmodum videmus quòd quædam plantarum, licet diuidantur, viuunt partes, postquam separantur ab inuicem, vi

ta pro-

A ta propria plantis: ita quòd anima, quæ est in illo vegetabili, quasi sit in forma vna in actu in illo vegetabili, & plures in potentia, idest, quòd potest diuidi in animas, quæ sunt eædem in forma cum anima existente in eo: ita est in aliquo modo animaliũ, scilicet annuloso, scilicet quòd postquam abscinduntur, faciunt partes de actionibus vitæ, illud, quod faciebat illud animal. Et, cùm narrauit quòd, postquam diuiditur iste modus habẽt partes omnes actiones, quas totum habebat, incœpit declarare quomodo hoc apparet in omnibus. Potest enim aliquis dicere ꝙ pars non habet ex actionibus totius in hoc animali, quod * dixistis, nisi sensum, & motum tantum, non alias partes animæ, quæ est imaginatio, & concupiscentia. Et dixit. Quoniam vtraque pars habet, &c. idest, & diximus ꝙ oẽs virtutes aĩę in hoc animali videntur eædem esse in subiecto, quia sentimus quòd vtraque pars, postquam diuiditur, habet sensum, & motum in loco: & omne habens sensum, & motum necesse est vt habeat desyderiũ, & imaginationem. quoniam, vbi existit sensus, illic necesse est vt existat voluptas & tristitia apud comprehensionem rei sensibilis: &, cùm illic voluptas, & tristitia fuerint, illic erit necessario motus ad illud voluptuosum, & motus à contristante, & illud, ad quod est motus, non est in actu delectabile, aut contristans: vnde necesse est vt sit imaginatum, & desyderatum. * In omni igitur parte istius animalis existit anima sensibilis, & desyderatiua, & imaginatiua, & mouens in loco. quoniam, quando motus in loco fuerit propter voluptatem, & tristitiam, necessario erunt duæ virtutes illic. Sed tamen debes scire quod in quibusdam animalibus virtus imaginatiua semper est coniuncta cum sensu: non quando sensatum est absens, & animal est diminutum. in eis autem, quæ sunt perfecta, inuenitur in absentia sensatorum.

idẽ 7. me. cõ. 56. & 1 d Aĩa. 94

* a. l. dixit de istis

Oẽ hñs sẽsũ, & motum, oportet vt hẽat imaginatiõnẽ; & dſyderium. vide pro hoc. 3. de aĩa. 50.

Illud, ad quod est motus, nõ est actu delectabile, aut contristans. vide ꝓ hoc. 3. de aĩa. t. c. 54.

* In oĩ pte aĩal' sensibil' repit' aĩa sensibilis, desyderatiua, & imaginatiua. vid op posi. j. 156. vbi hr ꝙ aliqua carẽt imaginatiua. Vide contr. zim.

De intellectu autem & perspectiua potentia nihil adhuc manifestum est: sed videtur genus alterum animæ esse, & hoc solum contingere separari sicut perpetuum à corruptibili.

C SOPH. *De intellectu uero & contemplatiua potentia nondum quidquam est manifestum, sed uidetur animæ genus diuersum esse, idq; solum *posse separari, quemadmodum æternum à corruptibili.*

* a. l. põt.

Intellectus autem, vt virtus speculatiua, nihil adhuc declaratũ est de eis. sed tamen videtur esse aliud genus animæ: & iste solus potest abstrahi, sicut sempiternum abstrahitur à corruptibili.

21 Cùm dixit quòd quærendum est in vnoquoq; istorum principiorum vtrum sit anima, aut non, incœpit declarare virtutem, quæ non videtur esse anima, sed manifestius est de ea vt sit non anima. Et dixit. Intellectus autem, & virtus speculatiua, &c. idest intellectus autem in actu, & virtus, quæ perficitur per intellectum in actu, adhuc non est declaratum vtrum sit anima, aut non, sicut est declaratum de aliis prĩcipiis: cùm ista vir

Oẽ,ĩ quo manifesta tur, aut manifesta bit' quod ꝑficit, ſm ꝙ formæ ꝑficiunt ꝑ mãs, neceſſario eſt anima. Magis vĩ cẽ verũ vt intell's ſit aliud genus aiæ. & ſi dicatur aia, erit ſm æquiuocationẽ. Idẽ. 3. h9 cõ. 5.

tus non videatur vti in ſua actione inſtrumento corporali, ſicut aliæ virtutes animæ vtuntur. Et ideo non fuit manifeſtum ex prædicto ſermone vtrum ſit perfectio, aut non.* omne enim, in quo manifeſtatur, aut manifeſtabitur quod perficitur, ſecundum quòd formę perficiuntur per materias, neceſſario eſt anima. Et, cùm declarauit quod hoc latet in intellectu, incœpit demonſtrare quæ pars duarum contradictoriarum in hac intentione quærenda eſt magis manifeſta in opinione hominum, & ſecundum quòd apparet, donec hoc declaretur ratione demonſtratiua poſt, & dicit, ſed tamen videtur eſſe aliud genus animę, &c. ideſt, ſed tamẽ melius eſt dicere, & magis videtur eſſe verum poſt perſcrutationem, vt iſtud ſit aliud genus animæ. &, ſi dicatur anima, erit ſecundum æquiuocationem. &, ſi diſpoſitio intellectus ſit talis, neceſſe eſt vt ille ſolus inter omnes virtutes animæ ſit poſſibilis vt abſtrahatur à corpore, & non corrumpatur per ſuam corruptionem, quemadmodum ſempiternum abſtrahitur. & hoc erit, cũ quandoq; copulatur cum illo, & quandoq; non copulat' cum illo. D

Reliquæ autem partes animæ manifeſtum ex his quòd non ſeparabiles ſunt, ſicut quidam dicunt: ratione autem quòd alteræ manifeſtum: ſenſitiuo enim eſſe & opinatiuo, alterum: ſiquidem & ſentire ab ipſo opinari. ſimiliter autem & aliorum unũquodq; quæ dicta ſunt. E

SOPH. *Cæteras autem partes animæ ex his perſpicuum eſt non eſſe ſeparabiles, ut nonnulli dicunt: quas tamẽ diuerſas eſſe ratione perſpicuum eſt: ſenſitiuo enim eſſe, & opinatiuo, diuerſum eſt. ſi quidem ſentire & opinari: itémq; cæterorum quæ diximus unum quodq;.*

Aliæ vero partes animæ manifeſtum eſt ꝙ ſunt non abſtractæ, ſicut dicunt quidam, ſed tamen manifeſtum eſt ꝙ ſunt diuerſæ ſecundum intentionem. Eſſe enim alicuius in ſenſu aliud eſt à ſuo eſſe in cogitatione. ſentire enim aliud eſt á cogitare. & ſimiliter de vnaquaq; aliarum prædictarum. F

22 Cùm declarauit quòd latet de intellectu vtrum ſit abſtractus, aut non, quamuis manifeſtius eſt vt ſit abſtractus ſecundum quòd eſt non anima, incœpit declarare quòd contrarium eſt in alijs partibus animæ, & quòd videntur eſſe non abſtractæ, & dicit. Aliæ vero partes animæ, &c. ideſt, manifeſtum eſt ex ſermonibus prædictis in definitione animę, quòd aliæ partes animæ, non ſunt abſtractæ. declaratum eſt enim in vnaquaque earum quòd eſt perfectio corporis naturalis organici. perfectio enim eſt finis, & complementum perfecti: finis autem non ſeparatur à finito: vnde neceſſe eſt vt illæ partes animæ ſint non abſtractæ. Et, cùm declarauit quòd dubium eſt de quibuſdam harum virtutum, vtrum ſint abſtractæ, aut nõ, & quòd in quibuſdam manifeſtum eſt quòd ſunt non abſtractæ, incœpit demonſtrare quòd eſt illud, quod manifeſte videtur exiſtere in omni-

Finis nõ ſeparat' a finito.

A omnibus,& est illud,quod hæc quatuor genera sunt diuersa secundum intentionem,& dicit,sed tamen manifestum est quòd sunt diuersæ secundum intentionem,&c.idest,sed tamen manifestum est per se quòd omnes istæ virtutes sunt diuersæ secundum intentionem,& sensum: & quòd esse virtutis,quæ constituitur per sensum,aliud est ab esse virtutis, quæ constituitur per cogitationem:cùm actio cuiuslibet istarum sit altera ab actione sui comparis.sentire enim, quod ē actio virtutis sensus, aliud est ab intelligere,quod est actio virtutis intellectus. Deinde dicit & cuiuslibet aliarum prædictarum,idest,& similiter apparet in diuersitate aliarum virtutum prędictarum in intentione,& definitione,quia differunt etiam in actionibus, Sentire est actio.opp.1.52.Vide cōtr.Zim.

Adhuc autem quibusdam quidem animalium omnia insunt hæc:quibusdam vero quædam horum:alteris autem vnum solū. hoc autem facit differentiam animalium. propter quam autem causam sit factum,posterius intendendum est. Similiter autem & B circa sensus accidit. alia quidem enim habent omnes, alia vero quosdam,quædam vero vnum maxime necessarium,tactum.

OPH. *Præterea uero nōnullis animalibus ad sunt omnes hæ: in quibusdā nonnullæ:in aliis una duntaxat.quæ res facit differentiam animaliū. de causa uero post considerabimus. simile quiddam in sensibus euenit: quædam enim habent omnes:quædam nonnullos: quædam unum qui maxime necessarius est, tactum.* *al.l.pauciores.

Quoniam autem quædam animalia habent omnia ista,& quædam vnum tantum,& q̀ hoc facit diuersitatem inter animalia,& quare perscrutandum est post.Et simile huic contingit in sensib⁹: quædam enim habent omnes sensus,& quędam quosdam,& quędam vnum.& est vnum,quod est valde necessarium.s.tactus.

23 C Quoniam autem quædam animalia habent istas quatuor virtutes, & quædam habent quasdam istarum virtutum,& quædam habent vnam tātum,& qui modi sint isti modi animalium,& quòd hoc inducit diuersitatem inter animalia,& qua de causa inducuntur hæc in animalibus,dicendum est post. Hoc enim quod accidit animalibus in quatuor virtutibus animæ,quas numerauimus, simile accidit animalibus in virtutibus sensus tantum.quædam enim animalia habent quinq; virtutes sensus, & quędam quasdam tantum,vt talpa:& quædam vnum.s.tactum, vt* spongia maris. & sermo eius in hoc capitulo est manifestus per se. 3.de aīa te.cō. 59. vsq; in finem. * Spongia maris hēt vnū sensū s.tactū. vt d supra c. 16.& 1.de Aīa.83.

Quoniam autem quo viuimus,& sentimus dupliciter dicitur, sicut quo scimus:dicimus autem hoc quidem scientiam,illud autē animam:vtroq; enim horum dicimus scire,similiter & quo sanamur,aliud quidem sanitas est,aliud autem parte quadam corporis

ris aut & toto. horum autem scientiaq; & sanitas forma & species D quædam & ratio & vt actus susceptiuorum, hæc quidem scientifici, illa vero sanabilis. videtur enim in patiente & disposito actiuorum inesse actus, anima autem hoc quo viuimus & sentimus & mouemur & intelligimus primo. Quare ratio vtiq; quędam erit & species, sed non vt materia & subiectum.

SOPH. *Quoniam autem id quo uiuimus & sentimus duobus modis dicitur, quemadmodum id quo scimus: horum autem unum dicimus scientiam, alterum animam: nam utroq; eorum scire dicimus. similiter etiã id quo sani sumus, tum sanitate, tum parte aliqua corporis, uel etiam toto: horum autem scientia quidem & sanitas forma est et species quædam, & ratio, & ueluti actus receptiuorum, illa quidem eius quod scire, hæc uero eius quod sanari potest: uidetur enim in eo quod patitur, atq; afficitur effectiuorum inesse actus, Anima uero id est quo uiuimus & sentimus &* διανοούμεθα *primò, profecto anima ratio quædam erit & species, non autem ut materia & subiectum.* E

Et, quia illud, per quod viuimus, & sentimus, dicitur duobus modis: & similiter dicimus in re, per quam scitur. quorum vnus est scientia, & alius anima: quoniam per vtrumque istorum dicimus quòd scimus. & similiter dicimus in re, per quam sanatur, quòd vna est sanitas, & alia est aliquod membrum corporis, aut totum corpus. & scientia est ex istis. & sanitas est aliqua forma, & intentio in actu in illis duobus recipientibus: quorum hoc recipit sciẽtiam, & hoc recipit sanitatem. existimatur enim quòd F actio agentium, non est nisi in recipiente passionem, & dispositionem. anima autem est illud, per quod primo viuimus, & sentim⁹, & distinguimus: necesse est ergo vt sit aliqua intentio, & forma, non quasi materia, & quasi subiectum.

Modo reuersus est ad declarandum q anima est substantia sola secundum formam, non sm materiam, neq; sm compositum ex eis, s. corpus.
24 Et d. Et, quia illud, per quod viuimus, & sentimus, &c. i. &, quia manifestũ est per se q actio nutrimenti, & sensus, & scientiæ, & aliarum virtutũ animæ attribuitur nobis per duo: quorum vnum est per ipsam virtutem, & aliud per habens illam virtutem. v. g. q sensus attribuitur nobis p sensum & per visum sentiens, quandoq;. n. dicimus q videmus per visum, & qñq; per oculum. & similiter in sciã qñq; dicimus q scimus per scientiam, & quandoque per animam: quæ est virtus habens scientiam. & similiter est de omnibus virtutibus animatis. verbi gratia q dicimus qñq; q sumus sani

Vt. 1. d aĩa 65. & 3. d Aia. prio.

A sani sanitate, & qñq; per corpus sanum, aut per membrum sanum. Et, cũ posuit hanc propositionem pro manifesta per se, & inductionem, incœpit ponere aliam propositionem, & d. & scia est ex istis, &c. idest & apparet per vnum istorum duorum modorum, quod est quasi scientia de anima, & sanitas de corpore, q vnum est forma, & aliud est materia. forma enim est ex istis, & est intentio, quæ inuenitur in duobus recipiẽtibus ea, s. in sapiente scientiam, & recipiente sanitatem. vnde necesse est vt omnis actio attributa alicui enti propter aliqua duo existentia in eo, vt vnum eorum sit materia, & aliud forma. sed dimisit hanc conclusionem: quia bene apparebat ex his, quæ posuit. D. d. existimatur enim q actio agẽtium, &c. idest & diximus q vnum eorum duorum est forma: & est illud, quod est quasi scientia, & sanitas: quia sanitas, & sciẽtia, & similia sunt actiones agẽtis, i. dantis sanitatem, & largientis: & actio agẽtis est illud, quod existit in recipiente, & est forma. vnde necesse est vt scientia sit existens quasi forma, & anima quasi materia. Et, cùm declarauit q omnis actio attributa B alicui enti propter eliqua duo, necesse est vt alterum eorum sit materia, & alterum forma: & fuerit manifestum q propter formam attribuit actio enti primitus: & q actiones istæ animæ videntur attribui corpori, & animæ, sed primo animæ, secundo corpori: concluditur ex hoc q anima est forma, & corpus materia. Et d. anima autem est illud, per quod primo viuimus, &c. sed non propalauit nisi quasdam istarum propositionũ, & dimisit quasdam, quia erant manifestæ. & syllogismus sic cõponitur. Actiones animati attribuuntur corpori, & animæ insimul: & omnis actio, quæ attribuitur alicui enti propter aliqua duo, necesse est vt vnum eorum tantum sit materia, & aliud forma: ergo alterum istorum duorum, s. corporis, & animæ est forma, & alterũ materia. Et, cùm coniunxerimus* huic q pp formam attribuitur actio primitus enti, & q ista conuertitur: & cũ coniunxerimus suæ conuersæ q actio attribuitur animato per animam primitus: concludetur ex hoc q anima est forma, & corpus materia.

Propter formã attribuitur actio enti primitus. Idẽ. 2. Ph. 37. & 3. Ph. 1. & 9. Meta. 20. & 2. de Gener. 53.

Oĩs actio, q attribuitur alicui enti pp aliqua duo, necesse est vt vnũ eorũ tm̃ sit mã, & a id forma. Idẽ 3. de Aĩa cõ. 36.

* Dubiũ ẽ pp c. 3. primi de Aĩa vbi ponit actionẽ attribui aĩæ pp corp⁹. Vide cõt. Zim.

C Tripliciter enim dicta substantia, sicut diximus: quarum hæc quidem species: illud autem materia: aliud autem ex vtrisq;. horũ autem materia quidem, potentia, species autem, actus: postea ex vtrisq; animatũ: non corpus est actus aĩæ, sed ipsa corpis cuiusdã.

SOPH. *Cum enim tribus modis substantia dicatur, ut diximus: quorũ aliud est species, aliud materia, aliud id quod ex utrisq; constat: atq; horum quidem materia est potentia, species autem actus: cum id quod ex ambobus constat animatum sit, profecto corpus non est actus animæ, sed ipsa corporis cuiusdam.*

Qm̃ autem substantia dicitur tribus modis, sicut diximus, materia, s. & forma, & compositũ ex eis: & materia istorum est poten-
89 tia, & forma est endelechia, & quod fit ex eis, est animatum: tunc corpus nõ est perfectio aĩæ: sed aĩa perfectio alicuius corporis.

Ista

25 Ista est alia declaratio à prædicta quod anima est substantia secundum formam, D non secundum materiam. sed, quia ista declaratio dat causam, & esse, prima autem dat tantum esse, induxit eam quasi causam sermonis prædicti, & dixit, &, quia iam prædiximus quod substantia dicitur tribus modis, materia, & forma, & compositum ex eis: & esse materiæ est in potētia, & esse formæ est endelechia, & actu: & compositum ex anima & corpore est animatum, & per alterum eorum est in potentia animatum, & per alterum in actu: manifestum est quod anima est endelechia corporis, nō corpus animæ. est enim animatum in actu per animam: & quod est in actu debet esse endelechia eius, quod est in potentia, & non econuerso. Et hoc intendebat, cùm dixit & quod fit ex eis est animatum .i. & quod fit ex eis est animatum in actu per animam, & in potentia per corpus, necesse est vt corpus nō sit endelechia animæ, sed anima corporis.

Quę sit demūstrō dans cām, & eē. vidē 2. Cœ. 35. & prīo Phy. 2.

Er propter hoc bene opinantur quibus videtur neque sine corpore esse, neque corpus aliquod anima. corpus quidē enim non est: cor E poris autem aliquid est. & propter hoc in corpore est, & corpore huiusmodi: & non sicut priores ad corpus aptabāt ipsam nihil diffinientes in quo & quali: & vere cùm nō videatur accipere quodlibet contingens. sic autem fit & secundum rationē: vniuscuiusque enim actus in potentia existente, & in propria materia aptus natus est fieri. Quod quidem igitur actus est quidam & ratio potētiam habentis esse huiusmodi, manifestum ex his.

SOPH. *Quamobrem probè censent ii quibus uidetur neque sine corpore esse, neque corpus aliquod anima: corpus enim non est, sed corporis aliquid: & propterea inest in corpore, & in corpore tali. & non quemadmodum superiores in corpus eam coniiciebāt, nulla præterea addita distinctione, in quonam illo, & quali: præsertim cum non uideatur quodlibet recipere quodlibet. hoc autem pacto res ratione procedit: uniuscuiusque enim* F *actus in eo quod est potentia, & in sua ac idonea materia, natura comparatum est ut fiat. Animam ergo actum esse quendam & rationem eius quod habet potentiam ut tale sit, ex his perspicuum est.*

Et propter hoc bene existimauerunt dicentes quod anima non est extra corpus, neque est corpus. corpus autem non est, sed est perfectio corporis. Et propter hoc est in corpore, & in tali corpore. non sicut fecerunt Antiqui in ponendo eam in corpore absque determinatione illius corporis, quod corpus sit, & cuiusmodi. & hoc licet nō quodcunque recipiat quamcunque.

26 Et propter hoc, quod apparuit de anima, quod est endelechia corporis naturalis, recte dixerunt opinantes quod anima nō est extra corpus, neque est corpus. endelechia enim talis est, s. vt sit in corpore, & quòd nō sit corpus.

corpus

A corpus enim non perficitur per corpus, cum corpus nō sit innatum, vt sit in subiecto. Et hoc intendebat, cùm dixit, corpus autem non est, sed est perfectio corporis. qm̄ autem est corpus, ſm quod est perfectio non ē possibile, sed existit in corpore. D.d. Et propter hoc est in corpore, &c. i. dest & ex hoc modo, quem dedimus in substātia animæ, possibile est dare causam, propter quam aīa existit in corpore, & corpus recipiens eam est tale, non ex illo modo, quem dederunt Antiqui in substantia animæ, cum dixerunt ꝙ est corpus, & ꝙ intrat aliud corpus, & nō determinauerunt quæ natura est, natura illius corporis, & quare habuit proprium, vt esset animatum absq; alijs corporibus, & ex quo modo fuit consimilitudo inter hæc duo corpora, s. ꝙ vnum recipit alterum, cū non quodcunq; recipit quodcunq;. Necesse est enim istis hominibus dare causam, propter quam hoc corpus recipit illud corpus, quod est anima. & necesse est eis dicere, quare hoc corpus, quod est anima, existit proprie in hoc corpore, & non in alijs.

Curp⁹ nō pficit̃ per corpus, cū nō sit innatū eē in subiecto.

De hoc vide . I. de Aīa. 75.

Et hoc intendebat, cùm d. absq; determinatione illius corporis, ꝙ corpus
B sit, scilicet receptum, & cuiusmodi, s. recipiens. Et d. hoc, quia definitiones demonstratiuæ innatæ sunt dare causas omnium, quæ videntur in definito. &, si definitio non erit talis, non erit definitio.

Defiónes đmr̃atiuę īnatę sunt dare cās oium, quę vñr in definito. Idē 4. ph. 31. et 1. de Aīa. 11. & 4. Cœ. 1.

SVMMA SECVNDA.

De Animæ potentijs, eorum ordine, ac quo pacto definiri debeant.

Potentiarum autem animæ, quæ dictę sunt, alijs quidē insunt omnes, alijs vero quædam harum, quibusdam vero vna sola. potētias vero dicimus, vegetatiuum, sensitiuum, appetitiuū, motiuum ſm locum, intellectiuū. Inest autem plantis vegetatiuum solum: alteris autem hoc, & sensitiuum: si autem sensitiuum & appetitiuum: appetitus quidem enim desiderium, & ira, & voluntas sunt: Animalia autem omnia habent vnum sensuum, tactum. cui autē sensus inest, huic
C & lętitia & tristitia, & dulce, & triste: quibus aūt hęc, & concupiscentia: delectabilis enim appetitus hæc.

SOPH. *Potentiæ porrò animæ quas commemorauimus, in aliis insunt omnes: in alijs nonnullæ earum: in aliquibus una duntaxat. potentias autē diximus, nutritiuum, sensitiuum, appetitiuum, motiuum motu loci, dianoeticum. ac plantis quidem adest tantummodo nutritiuum: aliis autē, tum hoc, tum etiam sensitiuum: quòd si sensitiuum, & appetitiuum etiam: appetitus enim cupiditas est, & ira & uoluntas: cuncta autem animalia unum habent ex sensibus, tactum. cui autē sensus inest huic & uoluptas & dolor, & iucundum & molestum: in quibus autē hæc insunt, & cupiditas inest: hæc enim est appetitus iucundi.*

Istæ

Istæ autem virtutes animæ, quas diximus, inueniuntur in quibusdam animalibus omnes, sicut diximus, & in quibusdam quędam, & in singularibus, i. in paucis inuenitur vna. Et appellamus virtutes, nutritiuam, & sensibilem, & desyderatiuam, & mouentem in loco, & distinguentem. Et istarum in plantis est sola nutritiua: in aliis vero est ista, & sensibilis, & desyderatiua. desyderium enim est appetitus, & ira, & voluptas. Et omnia animalia habent saltem vnum sensum, s. tactum: & omne habens sensum habet voluptatem, & tristitiam. & omne habens istas habet appetitum. appetitus enim est desyderium voluptatis. D

27 Cùm voluit incipere loqui de vnaquaq; virtutum animæ, incœpit primo numerare eas esse, & quod quædam animalia habent proprie quasdam earum, secundum quod artifex ponit subiectũ suæ artis. Artifex enim necesse est vt ponat subiectum, de quo loquitur, & diuidit genera eis quasi manifesta in esse. artifex enim non potest demonstrare subiectum suę artis, neq; species illius subiecti. & quod dixit in hoc capitulo, est manifestum. Et hoc, quod dixit in singularibus, intendit & in paucis, idest & in paucis animalibus existit vna virtus sensuum, s. tactus. D. d. Et appellamus virtutes, &c. idest, & cum dixerimus virtutes, intelligenda est virtus nutritiua, & sensibilis. Et intendit per nutritiuam omnia principia, quæ agunt in nutrimento: & sunt tria, s. nutrimentum, & augmentum, & diminutio. Et intendit per desyderium appetitum ad cibum. & ideo separauit ipsum à mouente in loco, & posuit ipsum genus per se: cùm ista virtus inueniatur in animalibus, quæ non mouentur. & intelligit per distinguentẽ intelligentem. D. d. & istarum in plantis, &c. i. in plantis autem inuenitur sola nutritiua. in animalibus vero sensus, qui est tactus, & desyderium, quod est desyderium nutrimenti. & hoc est cõe omnibus. D. d. desyderium enim est appetitus & ira, & voluptas, i. & intendimus per desyderium appetitũ. desyderium enim dicitur de appetitu, & de ira, & voluptate, & vniuersaliter de pluribus. Et voluit declarare quod appetitus existit in omni animali habenti sensum: quia hoc nõ fuit manifestum sensui. & d. & omne habẽs sensum habet voluptatem. & sermo eius in hoc cap. est manifestus. E F

> Artifex nõ pt demõstrare subiectum suæ artis, neq; spẽm illius subiecti. Instãtia ẽ de subiecto lib. de cœlo & mundo, & de igne. 4. Cœ. c. 32. Sed 1. phy. cõ. vlt. & 2. phy. 22. & 26. & 12. Me. c. 5. & 6. Met. c. 1. idẽ sentit, qđ sentit hic. vidẽ cõt. Zim.

Adhuc autem alimenti sensum habent: tactus enim alimẽti sensus: siccis enim & humidis & calidis & frigidis aluntur omnia viuentia: horum autem sensus tactus: sed aliorum sensibilium secundum accidens: nihil enim in alimentum confert sonus, neq; color, neq; odoratus. humor autem vnum aliquod est tangibilium. Exuries aũt & sitis concupiscentia. & exuries quidẽ calidi & sicci: sitis aũt frigidi & humidi. sapor vero vt delectamentũ horũ est.

SOPH. *Præterea uero sensum habent alimenti: nam tactus, sensus est alimenti: cuncta enim uiuentia siccis aluntur & humidis & calidis &* frigidis:

A *frigidis: quorum sensus, tactus est: cæterorum autem sensibilium per accidens: nihil enim ad alimentum confert sonus, nec color, nec odor: sapor autem unum quoddam est de tangilibus: fames uero & sitis cupiditas est: ac fames quidem calidi & sicci: sitis uero frigidi & humidi: porrò sapor est ueluti quoddam eorum condimentum.*

Et etiam habet sensum nutrimēti. qm̄ distinctio cibi est sensus. Omne enim viuum non nutritur, nisi per siccum, & humidum, calidum, & frigidum. & tactus sentit ista. sentiens autem alia sensibilia est secundum accidens in cibo: quoniam non iuuatur aliquid in cibo per vocem, nec per colorem, neq; per odorem. sapor autem est vnum tangibilium. fames autem, & sitis est appetitus. Fames autem calidi, & sicci: Sitis vero frigidi, & humidi: Sapor autem est quasi causa istorum.

28 B Cûm posuit q; omne animal habet sensum tactus, & desyderiū ad nutrimentum, & in declarando hoc non sufficit inductio, incœpit declarare hoc ratione, & d. & etiam habet sensum nutrimenti, i. & etiam necesse est vt omne animal habeat sensum, per quem comprehendat conueniens, & inconueniens ex nutrimentis: vt expellat nocumentum, & attrahat iuuatiuum. Et hoc fuit, quia nutrimentum eius non existit in potentia in pluribus rebus, sicut est in plantis. & ideo plantæ non indigent sensu, quo distinguant cibum. Et iste locus indiget magna consyderatione. Et, cū narrauit q; necesse est q; omne animal habeat sensum, quo distinguat cibū, incœpit declarare quis sensus est iste sensus, qui est necessarius in distinguendo cibum, & d. Omne enim viuum non nutritur, &c. i. &, quia omne viuum non nutritur nisi per siccum, & humidum, calidum, & frigidum: cum nutrimentum est loco eius, quod dissoluitur ex elementis, ex quib' componitur: necesse est vt sensus nutrimenti sit sensus, qui innatus est cō prehēdere has qualitates: & iste sensus est tactus. Et quasi dicat, oē viuum C non nutritur, nisi per siccum, & humidum, & calidum, & frigidū: & sensus tactus est illud, quod sentit ista: necesse est vt tactus sit sentiēs, quod distinguit cibum. omne igitur animal habet tactum necessario. D.d. Sentiens autem alia sensibilia, &c. i. sensus autem comprehendentes alia sensibilia, accidentaliter sentiunt cibum, i. non sunt necessarij in distinguēdo cibum, sm q; est cibus, cùm accidentaliter sentiant cibum: sensibilia enim eorum non sunt in cibo, sm q; est cibus. & hoc intendebat, cùm d. qm̄ non est in cibo, &c. i. secundum q; est cibus. D.d. sapor autem est vnum tangibilium. i. sapor autem, si existit in cibo, sm q; est cibus, est vnus modorū rerum tangibilium. & sensus gustus est aliquis tactus. Et propter hoc, qd̄ d. opinandum est q; iste sensus existit etiam in omni animali, sicut sensus tactus, cum sit quasi species eius: & post declarabitur qualiter est in rei veritate. Et, cùm narrauit q; frigidum, & calidum, & humidum, & siccum existunt in cibo, sm q; est cibus, & sapor existit in eo secundū q; est cibus, incœpit

Vide 3. de Aīa. 61. & 12. Met. 36 ad qd dati sint sensus.

Vide īfra 8. cō. 124. & ibi The.

Sensus gustus est aliquis tact'.

Vide īfra cō. 94.

incœpit declarare modum, ſm quem exiſtit quodlibet iſtorum in cibo, & D
d. fames autem, & ſitis, &c. i. & ſi ſapor exiſtit in cibo, in eo ꝗ eſt cibus, tñ primæ qualitates exiſtunt in eo primo, & eſſentialiter. Et ſignum ei⁹ eſt ꝗ, cùm deſyderat cibum animal, non deſyderat niſi calidum, & frigidũ, & humidum, & ſiccum. Fames enim eſt appetitus calidi & ſicci: & ſitis frigidi & humidi. & non deſyderat dulce, neq; amarum. Sapor autem eſt cõiunctus cum iſtis qualitatibus. Et hoc intendebat, cùm dixit. Sapor autẽ eſt quaſi cauſa iſtorum. i. cauſa, ꝗ animal ſentit conueniens ex illis, & nõ conueniens. Et non intendebat hic ꝑ cauſam, cauſam in eſſe: primæ enim qualitates ſunt cauſa ſaporis. Et forte intelligit ꝗ ſapor eſt cauſa, ꝑꝑ quã animal vtitur cibo, propter delectationem coniunctam cum ea.

Certificandum autem de his poſterius eſt: nunc autem in tantum dictum ſit, ꝗ animalibus habentibus tactum & appetitus in ſit: de phantaſia autem immanifeſtum, poſterius autem intendendum eſt. Quibuſdam vero adhuc ineſt & ſecundum locum motiuum: alteris autẽ intellectiuum & intellectus, vt hominibus, & ſi aliquod alterum huiuſmodi eſt, aut & honorabilius. E

SOPH. *Sed de iis poſtea dilucidius agendum eſt: nunc hoc tantum dictum ſit, quòd animalibus habentibus tactum, appetitus quoq; ineſt: de phantaſia autem non patet, ſed poſt conſiderandum eſt. quibuſdam autem præter hæc, ineſt etiam motiuum motu loci: aliis autem & dianoeticũ & intellectus, ut hominibus, & ſiquid extat eius generis aliud, uel etiam nobilius.*

Et hoc declarandum eſt poſt: in hoc autem loco cõtenti ſumus hac determinatione, & eſt ꝗ omne viuum, habens tactum, habet deſyderium. De imaginatione autem latet, & quærendũ eſt poſt. Et ponamus cum hoc mouẽs in loco etiam: & in aliјs diſtinguẽs, & intellꝰ, vt in hoĩbus, & in aliјs rebus, ſi fuerint ſic, aut meliores. F

29 Quia vult ponere hic numerum iſtarum virtutũ, ſm ꝗ artifex ponit ſubiecta ſuæ artis, non vult ponere, niſi illud, quod manifeſtum eſt per ſe, & dimittit alia, quæ non ſunt manifeſta, quouſq; perſcrutetur de eis. Et ideo d. Et hoc declarandum eſt poſt. In hoc aũt loco contenti ſumus hac determinatione, ideſt quæ eſt manifeſta per ſe, aut ferè, ſ. ꝗ omne animal carens tactu, caret deſyderio. hoc enim eſt manifeſtũ per ſe. Deinde narrauit ꝗ hoc latet de imaginatione, & d. De imaginatione autẽ latet. ideſt vtrum imaginatio exiſtit in omni habente ſenſum tactus. aut non. D. d. Et ponamus cum hoc mouens in loco. i. & ponamus pro manifeſto ꝗ oẽ motum in loco eſt imaginans. Et poteſt intelligi & ponamus in numero iſtarum virtutum, quæ manifeſtæ videntur, & differũt in definitione, & eſſentia virtutem mouentem in loco. & intendit virtutem concupiſcibilem. D. d. & in aliјs diſtinguens, & intellectus. ideſt & ponamus etiam

pro

A pro manifesto ꝙ virtus cogitatiua,& intellectus exiſtũt in alijs modis animalium,quæ non ſunt homines,& ꝙ proprie ſunt in aliquo genere, vt in hominibus,aut in alio genere, ſi demonſtratio ſurgat ꝙ alia ſunt huiuſmodi.& hoc erit,ſi fuerint æquales hominibus,aut meliores eis.

Manifeſtum igitur eſt qm̃ eodem modo vna vtiq; erit ratio animæ,& figuræ:neq; enim ibi figura eſt præter triangulum & figuras quæ conſequenter ſunt,neq; hic anima, præter prædictas eſt. fiet autem vtiq; & in figuris ratio cõis, quæ conuenit quidẽ omnibus,propria autem nullius erit figuræ.ſimiliter autem & in dictis animabus.vnde ridiculum eſt quærere cõem rationẽ in his, & in alteris,quæ nullius erit eorum quæ ſunt propria ratio, neq; ſm propriã & indiuiduam ſpeciem,dimittentes huiuſmodi.

P H. *Perſpicuum igitur eſt perinde unam eſſe animæ rationem, atq; figuræ:neq; enim illic figura ulla eſt præter triangulum, & eas que deinceps ſunt:neq; hic anima ulla præter eas quæ dictæ ſunt. fieri tamen poterit, & in figuris ratio communis,quæ omnibus quidem congruat,propria autem nullius ſit figuræ:ſimiliter etiam in dictis animabus.Idcirco ridiculum eſt & in his & in cæteris communem quærere rationẽ, quæ nullius eorum quæ ſunt erit propria ratio,neq; ex propria & indiuidua ſpecie,hac tali prætermiſſa ratione.*

B

Dicamus igitur ꝙ manifeſtum eſt ꝙ ex via vnius exempli eadem erit definitio animæ,& figuræ.non enim eſt illic perfectio extra virtutes prædictas:ſed poſſibile eſt in figuris etiam vt ſit definitio vniuerſalis conueniens omnibus figuris, & non ſit propria alicui earum.& ſimiliter ex omnibus prædictis.Et ideo qui quæſierit in iſtis,& in alījs ſermonem vniuerſalem, qui nõ eſt,neq; eſt C proprius alicui ex omnibus,neq; eſt ſecundum modum hunc cõuenientem, qui non diuiditur, & dimiſerit talem ſermonem, rectum eſt vt derideatur.

Genera accepta ĩ defininõib⁹ aut ſũt vniuoca, aut ſunt multipl'r dicta

30 Cùm genera accepta in definitionibus, aut ſunt vniuoca,vt animal in definitione hominis,aut dicta multipliciter, vt † ens,& potentia,& actus, incœpit declarare cuiuſmodi ſit genus acceptum in definitione animæ,& d.non eſt æquiuocum,neq; vniuocum. Et d.dicamus igitur ꝙ manifeſtũ eſt,&c.i.dicamus ꝙ manifeſtum eſt ex exemplo ꝙ illud, quod dat definitio animæ vl'is ex intentione cõi omnibus partibus animæ eſt ſimile illi, quod dat definitio figuræ vniuerſalis omnibus figuris.manifeſtum eſt.n. per ſe ꝙ ſicut nulla perfectio eſt alicuius partis animæ extra perfectionem vl'em,quam accepimus in definitione omnium virtutum:& ſi iſtæ virtutes ſint diuerſæ in intentione propria vnicuiq; earum:ita non eſt hic figura aliqua extra definitionem figuræ vniuerſalis:licet figuræ differant ab inuicem

† ens,potẽ tia,& act⁹ ſunt multipl'r dcã. 1. Phy. & 4.Me c.2. 5.Me c.14. 7. c.15, 12. c.21.22.

Cõſil'e hr̃. 4.Me. c.2 & 5. Met. c.4 & 1.d Aĩa c.7.et 3. de Aĩa. cõ.4.& 3. Phy.cõ.4.

inuicem in terminis proprijs. quædam enim est rotunda, & quædam recta, & quædam composita ex vtroq;. Et hoc exemplum est valde simile definitioni animæ. non.n.est ex definitionibus æquiuocorum nominũ. quoniã, si ita eẽt, tunc Geometria esset sophistica, neque esset ex generibus, quæ dicuntur vniuoce. qm̃, si ita esset, tunc necesse esset vt alterum duorum foret, aut vt sit hic vna virtus in definitione, & in nomine, in qua communicent omnes virtutes quas numerauimus: quemadmodum modi animalium conueniunt in definitione animalitatis simplicis: aut vt omnes virtutes animæ sint eædem in definitione, & essentia, Et, cùm narrauit ꝙ definitio aĩæ per exemplum est similis definitioni figuræ, incœpit dare modum consimilitudinis, & d. sed poßibile est in figuris etiã &c. & ista definitio non est vniuoca: sed quemadmodum poßibile est in oĩbus figuris, licet differant, vt habeant definitionem vl'em magnam cõuenientem oĩbus eis, licet multum differãt in definitione & essentia: sic poßibile est vt istæ virtutes diuersæ habeant vnam definitionem vl'em conuenientem oĩbus: sicut definitio figuræ conuenit omnibus figuris, & nulli appropriatur. D. d. Et ideo qui quæsiuerit, &c & propter hoc, quod diximus, qui quæsiuerit in anima & in alijs similibus entibus vnam definitionem vl'em, que non appropriatur alicui ex oĩbus, & non est talis, qualis est ista definitio, quam dedimus in anima, sed sicut vniuersalitas definitionis animalitatis simplicis specierum animalis, aut etiam est vna idest vnius naturæ definitio, non diuisibilis secundum speciem, & qui dimiserit talem difinitionẽ, qualem dedimus, iustum est, vt derideatur: cũ isti duo modi definitionis non inueniantur in talibus naturis, & non inuenitur in eis, nisi iste modus definitionis, quo vsi sumus. qui enim laborat in dãdo in anima primum modum definitionis, est in hoc, quod laborat in quærẽdo impossibile: sicut qui dimittit hanc definitionem in dimittendo possibile. dimittere enim possibile est simile secundum locutionem ad quærere impossibile. D E

F Similiter autem se habent ei quod de figuris est, & quæ ſm animam sunt. semper enim in eo quod est consequenter, est potentia quod prius est, & in figuris & in animatis: vt in tetragono quidẽ trigonum est, in sensitiuo autem vegetatiuum. quare & ſm vnũquodq; quærendum quæ vniuscuiusq; anima, vt quæ plantæ, & quæ hominis, aut bestiæ. propter quam autem causam cõsequenter sic se habent considerandum est. sine quidem enim vegetatiuo sensitiuum non est: à sensitiuo aũt separatur vegetatiuum in plantis: iterum autem sine quidem eo quod potest tangere, aliorũ sensuum neq; vnus est: tactus aũt sine alijs est: multa enim animaliũ, neq; visum, neq; auditum habẽt, neq; odoratus omnino sensum.

SOPH. *Quemadmodum autem in figuris, sic etiã in anima res habet: semper enim in eo quod est deinceps, inest potentia id quod prius est, tum in*

A *figuris tum in animatis: ut in quadrato triangulus, in ſenſitiuo nutritiuum. Quare ſigillatim quærẽdum, quæ cuiuſq; ſit aĩa, uerbi gratia quæ plantæ quæue hominis uel beſtiæ. cur autem deinceps ſic ſe habeant, conſiderandum eſt. nã ſine nutritiuo, ſenſitiuum non eſt: à ſenſitiuo autem ſeparatur nutritiuum in plantis: rurſus ſine tactiuo nullus aliorum eſt ſenſuum: tactus uero ſine aliis eſt: pleraq; enim animalia neq; uiſum neq; auditum nec odoris planè ſenſum ſortita ſunt.*

Et diſpoſitio in aĩa, ſimilis eſt diſpoſitioni in figuris. inuenitur enĩ ſemper in potentia in figuris, & in rebus animatis pręcedẽs in conſequente. v.g. triangulus in quadrato, & nutritiuũ ſenſibili. Oportet igiť quærere in quolibet ꝙ eſt ſm ſuam definitionẽ: v.g. aĩa plãtæ qd eſt, & aĩa bruti quid eſt. Et oportet quærere qua de cauſa ſunt talis diſpoſitionis ex cõſequẽtibus cũ ſenſibile nõ ſit ſi-
B ne nutritiuo: ſed ſenſibile ſeparať in plãtis. Et etiã nullus aliorum ſenſuum ſit extra tactũ: ſed tactus eſt extra alios ſenſus. multa.n. viua non habent viſum, neque auditum, neque odoratum, neq; alium ſenſum.

C

31 Cùm declarauit ꝙ definitio animæ eſt ſimilis definitioni figuræ, incœpit declarare modum conſimilitudinis & demonſtrare cuius naturæ naturarum definitionum ſit, & d. Et diſpoſitio in anima ſimilis eſt, &c.i. & diſpoſitio in rebus, quæ continentur in definitione animæ eſt, ſicut diſpoſitio in rebus, quæ continentur in definitione figuræ. quemadmodũ enim inuenitur in figuris prius & poſterius: & prius exiſtit in potẽtia in poſteriori: ita eſt de virtutibus animæ. verbi gratia in figuris quidem triangulus eſt prior quadrato, & triangulus exiſtit in potentia in quadrato. & ideo, ſi quadratum eſt, triangulus eſt, & non e conuerſo. & ſimiliter in virtutibus animæ. nutritiuum enim prius eſt ſenſibili et exiſtit in eo in potentia, & ſi ſenſibile eſt, nutritiuum eſt, & non econuerſo.

Et, cùm declarauit naturam istius definitionis,& quantum largitur de cognitione, dixit. Oportet igitur quærere in quolibet quid est,&c.i.cùm declaratum est q̃ ista definitio animæ est de genere definitionis figuræ: & quemadmodum non sufficit in cognitione figuræ rectarum lineatũ,& figuræ circularis cognitio figuræ simpliciter, ita est in definitione aĩæ vl'is. quærẽda est igit' post cognitionẽ istius definitionis vl'is definitio ꝓpria vniuscuiusq; virtutis aĩę,s.q̃ est aĩa plantaꝝ,& q̃ aĩa hoĩs ꝓpria illi, et quę bruti. D.d. Et oportet quærere qua de cã sunt talis dispõnis.i.& oportet pscrutari ẽt quare inuenit' in virtutibus aĩę prius & consequens. sensibile enim impo\ſſe est vt sit absq; nutritiuo. nutritiuum aũt potest esse absque sensibili.& hoc est in plantis. Et ẽt apparet q̃ impossibile est vt aliq̃s quatuor sensuum sit sine tactu: tactus aũt potest esse extra alios sensus plura enim aĩalia carent visu,& auditu,& odoratu, & gustu.-& hoc intendebat cùm dixit neq; alium sensum. Et iste locus indiget cõsyderatione. existimatur enim q̃ gustus est vnus modorũ tactus, secũdũ q̃ dixit* superius. Sed, si aliquod† animal nutrit' ex rebus carentibus sapore, tunc gustus illius aĩalis non erit nisi s'm calidum,& frigidum, & humidum, & siccum. Aut intendit, cùm d. neq; alium sensum.i.q̃ alius sensus non distinguit' in vltimo.i.in fine, a sensu tactus, s'm q̃ inuenitur in aĩalibus perfectis. Et vl'r opinandũ est q̃, si aĩal habet sensum tactus, & nutritur à suis radicibus, sicut plantæ nutriuntur, vt dicitur de spongia maris, & istud aĩal habet sensum tactus sine gustu. & forte innuit tales istos modos animalium. omne enim animal habens os, habet aliquem gustum.

Nutritiuũ pót eẽ absq; sensibili. Idem supra.15.

Digressio qua q̃rit' vtrum oẽ aĩal hẽat gustum.

*Te. c.28.

† Si aliq̃d aĩal nutrit' ex reb⁹ carẽtibus sapore, gustus: eius est s'm calidum; & frigidum.

Et sensitiuorum autem, alia quidem habent s'm locũ motiuũ, alia vero non habent: vltimum autem & minimum, ratiocinationem & intellectũ: Quibus enim inest ratiocinatio corruptibiliũ, his & reliqua omnia: quibus aũt illorum vnumquodq;, non omnibus ratiocinatio: sed quibusdam quidem neq; imaginatio: alia autem hac sola viuunt. De speculatiuo autẽ intellectu altera ratio est. q̃ quidem igitur de horum vnoquoq; ratio, hęc propriissima & de anima, manifestum est.

SOPH. *Inter sensitiua etiã sunt quæ habeant motiuum motu loci, sunt quæ non habeant. ultima autem & minima rationem & dianœam: in quibus enim mortalium inest ratio, iis quoq; reliqua omnia insunt: in quibus autem unumquodq; illorum, in iis non omnibus inest ratio. sed quibusdam ne phantasia quidem: quædam, hac sola uiuunt. De contemplatiuo aũt intellectu alia est ratio. ac disputationem quidem de uno quoq; horum maxime etiam ad animam pertinere perspicuum est.*

Et ex eis, quæ sentiuntur, est q̃ quędam habent motum in loco, & quædam non: cõplementum autem, & finis est illud, quod habet cognitionẽ, & distinctionem. omne enim ex rebus corruptibilibus

A bilibus habens cognitionẽ, habet omnia alia. quod autem habet vnum illorum, non est necesse vt habeat cognitionem: sed quædam non habent imaginationem, & quædam viuunt per ista tãtum. Sermo autẽ de intellectu speculatiuo, & cogitatiuo alius est. Declaratum est igitur quòd sermo in vna quaque istarum virtutum, est sermo magis conueniens in anima.

32 Et cõprehenditur sensu ꝙ quædam animalia mouentur in loco, & est modus perfectus, & quędam nõ. Complementum aũt aĩalium, & finis eorum, qui intendebat in generatione, quæ cùm natura potuit pertingere, stetit, est modus aĩalium habens virtutem speculatiuam & cogitatiuã i. intelligibilem. D.d. omne enim ex reb⁹ corruptibilibus, &c. i. & apparet, ꝙ omne, habens virtutẽ cogitatiuã ex rebus generabilibus, & corruptibilibus, necessario habet alias virtutes animæ. Et dicit hoc, præseruando se à corporibus cœlestibus. declaratum est enim ꝙ illa non habẽt de virtutibus animæ nisi concupiscentiam, & intellectum. Deinde dicit, quod B aũt habet vnum illorũ, &c. i. habens autẽ vnam virtutum, quæ sunt priores naturaliter intellectu, nõ est necesse vt habeat cogitationem, aut intellectum: sed quædã non habent imaginationem, nedum habeant cogitationem: quędam viuunt per illa, quę sunt sub imaginatione ex virtutibus prioribus ea, & hoc intendebat, cũ dicit. & quædam viuunt per ista tm̃. Deinde dicit, sermo autẽ de intellectu speculatiuo, &c. i. sermo de eo est, ita ꝙ sit extra istam naturam. existimatur enim ꝙ non est aĩa, neq; pars aĩæ. & innuit nobilitatem eius, & diuersitatem illius ad alias partes. opinandum est enim ꝙ est ex natura supiori naturæ animæ. D.d. declaratũ est enim, &c. i. Declaratum est igitur ex prædictis quod primũ, quod intenditur de scientia animæ, quod est magis conueniens sermoni in anima, est loqui de aĩa vniuscuiusq; istarum virtutum.

Corpa cœlestia de virtutibus aĩæ nõ habẽt nisi cõcupiscẽtiã & intellectũ. Idẽ. 12. Me. c. 36. Idẽ supra. ĩ hoc secundo. cõ. 15. idẽ 1. Cœli. 90 & 2. Cœli 38. & 61. Intell's speculatiuus nõ est aĩa nec pars animæ: sed est de nã superiori aĩę. Idẽ supra. cõ. 21. sed vide opp. 3. de Aĩa. t. c. 1. Vide cõt. 2im.

SVMMA TERTIA.

C De potentia Animæ vegetatiua.

Explicantur Animæ vegetatiuæ opera, redarguiturq́; Empedocles de alimenti causa. Cap. 1.

Ecessarium autem est debentem de his perscrutationẽ facere, accipere vnũquodq; eorum quid est, postea sic de habitis aut & de aliis inuestigare. si autẽ oportet dicere quid vnumquodq; ipsorum: vt quid intellectiuũ, aut sensitiuum, aut vegetatiuum, prius adhuc dicendum quid sit intelligere & quid sentire. priores enim potentiis actus & operationes ſm rationem sunt. si autem sic, his autem adhuc priora opposita oportet considerare, de illis vtiq; primum oportebit determinare propter eandem causam: vt de alimento & sensibili & intelligibili.

SOPH. *Necesse autem est eum qui de his consideraturus est, sumere quid quodq; eorum sit, atq; tunc demum de his quæ proxima ab his sunt, ac de reliquis exquirere. quòd si oportet dicere quid quodq; ipsorum sit, ut quid intellectiuum aut sensitiuum aut nutritiuum, multo ante dicendum est quid sit intelligere, & quid sentire: nã operationes & actiones potentiis ratione sunt priores: quod si ita est, ac obiecta etiam multo prius quàm hæc oportet considerasse, profectò de illis primum ob eandẽ cãm differendũ fuerit: ut de alimẽto, & de sensibili, et de intelligibili.* D

Et indiget necessario qui voluerit ꝑscrutari de istis, scire vnã quãq; istarum quæ sit: deinde post perscrutetur de contingentibus illis. Et, si necesse est dicere vnam quãq; istarum quæ sit, verbi gratia intellectus qd sit, & sentiẽs quid sit, & nutritiuum quid sit, oportet etiam prædicere intelligere quid sit. actiones enim & operationes præcedunt in intellectu virtutes. Et si ita sit, & cõsyderare de aliis rebus oppositis istis debet pręcedere consyderationem de istis, oportet nos vt intendamus ad definiendum istas primo propter istam cãm, v.g. cibum, & sensatum, & intellectum. E

33 Cum declarauit quod definitio vniuersalis aĩæ prædicta nõ sufficit in cognitione suæ substantiæ, incœpit dicere quid oportet scire de aĩa post illam difinitionem, & d. Et idiget necessario, &c.i. & oportet necessario illum, qui voluerit acquirere perfectam cognitionem de anima, perscrutari de vnaquaq; virtutum aĩæ per se, quousq; sciat per demonstrationẽ vnamquãq; illarum quæ sit, & quam naturam habet. verbi gratia, perscrutari quid est intellectus, & quid est sensus. Deinde post hoc perscrutari de vnicuiq; contingentibus istarum virtutum vniuersalibus, & proprijs. v.g. vtrum virtus intelligibilis possit abstrahi, aut non. Et, cùm declarauit illud quod oportet perscrutari nos de anima, incœpit demõstrare viam ad hanc cognitionem: & quod est ex eis, quę sunt magis nota apud nos, & sunt posteriora in esse, ad ea, quæ sunt magis nota apud naturam, quę sunt priora in esse. Et d. Et, si necesse est dicere vnamquãq; istarum, &c.i. & si oportet, ſm ꝙ declarauimus, scire quæ est vnaquæq; istarum virtutum, necesse est præscire actiones proprias vnicuiq; istarũ virtutum, quæ sunt. verbi gratia quid est intelligere per intelligens, & sentire per sentiens, & nutrire per nutriens, cognitio enim actionum istarum virtutum, prior est apud nos in nr̃a prima cognitione, q̃ cognitio istarum virtutum. Et, cùm narrauit ꝙ cognitio actionum debet pręcedere cognitionem virtutum, narrauit etiã ꝙ cognitio patientium illas actiones debet pręcedere cognitionem illarum actionum, propter illam eandem cãm, propter quam debet præcedere cognitio actionum cognitionem virtutum, & d. Et, si ita sit, &c. idest. &, si ita sit, s. ꝙ debemus ire semp ꝑ de eis, quæ apud nos sunt magis nota, ad illa, quæ sunt magis nota F

Idẽ. 1. Ph. 2. &. 1. de Aĩa. 11. idẽ hic supra. 13.

apud

A apud naturã, & consyderare de rebus oppositis istis virtutibus, & sunt passiua earum, debet præcedere consyderationem in actionibus, & in virtutibus, necesse est præscire primo cibum quid sit, quod est passiuum virtutis nutritiuæ, & sensatum qd sit, & intellectum quid sit, antequam sciatur nutrire, & sentire quæ sunt. Et vocauit ea opposita: passiuum enim, & actiuum videntur esse quodammodo opposita.

Passiuũ & actiuũ videntᷣ quodã mõ opposita. Idẽ 1. de Gen. 50. & 1. de Cœ. 20. & 21.

Quare primo de alimento & generatione dicendum est. vegetatiua enim anima & aliјs inest, & prima & maxime cõis potentia est animæ: ſm quam inest viuere omnibus. cuius sunt opera generare, & alimẽto vti. Naturalissimũ enim operũ viuentibus quæcunqꝫ perfecta & non orbata aut generationem spontaneam habent, facere alterum quale ipsum, animal quidem animal, planta aũt plantam: quatenus ipso semper & diuino & immortali participent: ſm ꝙ possunt. omnia enim illud appetunt, & illius causa

B agunt omnia quæcunqꝫ agunt secundum naturam.

PH. *Quare primum de alimento & de generatione dicendum est. nam nutritiua anima & cæteris inest, & prima & maxime communis est animæ potentia, ex qua inest uiuere in omnibus: cuius officia sunt, generare & alimento uti: hoc enim est maxime naturale inter omnia officia uiuentium, quæ perfecta sunt & non mutila, aut sponte sua nascantur, procreare aliud quale ipsum est, animal, animal: planta, plantam: ut æternitatem & diuinitatem participent quoad possunt: cuncta enim illud appetunt, & illius causa agunt, quæcunque secundum naturam agunt.*

Oportet igitur primo loqui de nutrimento, & generatione. Anima enim nutritiua est prior in oĩbus viuentibus, & est vniuersalior virtutibus aĩæ, quibus viuum viuit. Et actiones istius

C sunt generare, & vti nutrimento. qm̃ actio, quæ magis conuenit naturæ omnis viuentis ex eis, quæ sunt pefecta, & non habent occasionem, nequæ generantur casu per se, est vt agat aliud simile: animal enim facit animal & planta plantam, ita vt habeat communicationem cum sempiterno diuino ſm suum posse. oĩa enim desyderant, & propter hoc agit omne: quod agit naturaliter.

34 Cùm declarauit quæ definitio est magis vniuersalis inter omnes definitiones aĩę, & quãtum largitur de cognitione, & quòd non suffiicit in cognitione substantiæ animę perfectæ, & ꝙ est necessarium pręscire quãlibet virtutum aĩę per suam definitionẽ propriam & quot modis sunt istę virtutes diuersæ, & qũo adunantur, incœpit narrare ꝙ oportet primo incipere de cognitione istarum virtutum ab ea, quę est valde prior, s. nutritiua, & ꝙ primo debet consyderari de passiuis, & de actionibus istarum

virtutum. Et d. Oportet igitur primo loqui de nutrimento, & generatione, &c. i. &, cùm declaratū est ꝙ primo oportet consyderare de actionib⁹, & de passiuis ante virtutes, necesse est vt primo loquamur inter oēs istas actiones de cibo, & de generatione, quæ sunt passiuum aīæ istius, & actio. & est necesse vt primo loquamur de aīa nutritiua, quia est prior naturaliter alijs rebus, per quas aliquid dicitur viuū: & ideo est magis vniuersalis inter alias virtutes aīæ. Et īnuit ꝙ propter prioritatē, & eius vniuersalitatem oportet præponi in consyderatione. * vniuersale enim notius est apud nos quā propriū: vt dictū est alibi. Et, cùm declarauit hoc, incœpit numerare actiones attributas illi, cum ante debemus scire esse quā quid esse, & d. Et actiones istius sunt, &c. i. & actiones istius virtutis sunt nutrire, & generare, & vti cibo. & dicimus ꝙ generare ē actio illi⁹ virtutis: qm̄ actio, quę maxime cōuenit naturę ei⁹, quod dicit̃ viuum per hanc virtutē, est generare simile in specie. Et hoc fit tribus conditionibus. quarū vna est vt pertingat tempus, in quo habet hāc virtutē, cùm nō sit in effectu oī tempore. Secunda est vt. cum hoc non habeat occasionem. ista enim impedit hanc actionem, licet pertingat tempus, in quo peruenit ab illo illa actio. Tertia est, vt illud viuum non sit ex eis, quę fiunt casu, sed per se. qn̄ igitur in viuo fuerint congregata hæc tria, tunc generabit. Et hoc intendebat, cùm d. qm̄ actio quæ magis conuenit, &c. D. d. causam finalem, propter quam ista virtus existit in animalibus & plantis, & d. ita vt habeat cōicationem cum sempiterno. i. & ista virtus existit in viuo, vt generabile, & corruptibile cōmunicent cū sempiterno s̄m suū posse † sollicitudo enim diuina, cùm nō potuerit facere ipsum permanere s̄m indiuiduum, miserta est in dando ei virtutem, qua potest permanere in specie. & hoc non est dubium, s. ꝙ melius est ī suo esse, quod habeat istam virtutem, quàm vt non habeat. D. d. omnia enim desyderant &c. idest & hoc fuit ideo, quia omnia desyderant permanentiam sempiternam, & mouēt ergo ipsam s̄m quod innata est natura eorum ad recipiendum: & propter hunc finem agunt omnia entia, quæ agunt naturaliter.

* Vl̃e notius ē apd nos q̄ prōpriū. Idē 5. c. 1. & 1. Ph. 4. 5. & 57. 3. Ph. 2

† Sollicitudo diuina cū nō potuerit facere gn̄abile, & corruptibile pmanere s̄m indiuiduum, miserta ē in dando ei virtutē, q̄ pmanere possit in spe. Idē. 1. Cœ. c. 98. & 2. de Gener. & corrup. c. 59. d̄ solicitudine autē Dei qualr̄ sit. vide 12. Meta. 37. & 51. & 2. Phy. 75.

Id autem ꝙ cuius causa fit, dupliciter est: hoc quidem, cuius, illud vero, quo. qm̄ igitur cōicare non possunt ipso semper & diuino, continuatione: (propter id ꝙ nihil contingit corruptibiliū idē & vnū numero permanere (s̄m ꝙ potest participare vnūquodq;, sic cōmunicat: hoc quidem magis, illud vero minus: & permanet non idem, sed vt idem. numero quidem non vnū, specie aūt vnū.

SOPH. *Id autem cuius causa res est duplex est, unum, Cuius, alterū, Cui. Ergo quia participare nequeunt æternitatem & diuinitatem continuatione: quia fieri non potest ut corruptibilium quicquam idem & unum numero permaneat, quoad eorum unumquodq; participare potest, ea tenus participat: aliud magis, aliud minus: & permanet non ipsum, sed quale ipsum est: numero quidem non unum, specie uero unum.*

Et

A Et propter quid dicitur duobus modis. quorũ vnus est in quo est: alius est cuius est. Quia igitur impossibile fuit vt haberet cõmunicationem cum sempiterno diuino in æternitate, quia impossibile est vt aliquod corruptibile permaneat idẽ in numero, ideo habet communicationem quodlibet cum eo ſm suum posse: & hoc magis, & hoc minus: & sic permanet non illud idem, sed suũ simile, neq; vnum numero, sed vnum forma.

35 Cùm dedit causam finalem, propter quam virtus generatiua existit in viuo vi'r, & est assimilatio corruptibilis cum sempiterno, ſm q̃ habet naturam assimilandi, & q̃ oĩa entia faciũt actiones erga istum finem, narrauit ſm quot modos dicitur iste finis, & d. Et propter quid dicitur duobus modis: quorum vnus est illud, quod est iste finis: & alius illud, in quo est iste finis. verbi gratia in hoc sermone, q̃ omnia entia agunt propter permanentiam sempiternam: & propterea in quibusdam inuenitur per- Finis duplex cuius & cui idẽ 2. Phy. 4. & hic infra. 37.
B manẽtia sempiterna, aut dispositio permanẽtię sempiternę. Et cùm declarauit hoc, incœpit declarare modum, in quo generabilia, & corruptibilia possunt cõicare cum ęternis, & cãm propter quam diminuta sunt a permanentia sempiterna, & d. Quia igitur impossibile est, &c. i. & intendit p sempiternum diuinum corpus cœleste. cœlestia enim illa permanent ſm indiuiduum. Et hoc, quod d. & hoc magis, & hoc minus. intendit generatiuum, & non generatiuum. vtrunq; enim permanet secundum speciẽ, sed generatiuum habet semper hoc, & non generatiuum in maiori parte temporis, & in pluribus subiectis.

Est autem anima viuentis corporis causa & principiũ: hæc autem multipliciter dicũtur. attamen anima ſm determinatos tres modos causa dicitur: etenim vnde mot⁹ causa est: & cuius causa: & sicut substantia animatorum corporum anima causa.

IO PH. *Est autem anima uiuẽtis corporis causa & principium: hæc autem*
C *multifariam dicuntur. Anima item tribus illis expositis modis causa dicitur: etenim unde motus, & cuius causa, & ut substantia animatorum corporum anima causa est. Constat igitur eam esse causam ut substantiam: causa enim omnibus cur sint, substantia est.*

Anima igitur est corporis viui causa & principium tribus modis determinatis. est enim illud, ex quo est motus, & illud propter quod fuit corpus. Et anima etiam est causa, secundum quod est substantia, quæ est causa esse omnium.

36 Cùm apparuit ex definitione vniuersali aĩę quod anima est causa corporis ſm formã, & apparuit hic q̃ virtus generatiua est causa agẽs animatum, incœpit declarare q̃ aĩa non est solum causa ſm formã, sed causa ſm tres modos, ſm quos dicitur causa. & hoc est tribus modis. & hoc est necessarium pręscire, antequã loquatur de vnaquaq; partium aĩę: licet iã sit

C.5,& principiũ multiplr dñr. Idẽ. 1. Ph. cõ.1. & 5. Me. t. c.1. & 12. Met. 23. t.c.28. & 29. declaratum vl'r quod oĩs forma naturalis taliis est. Et d. Anima igit est corporis viui causa, & principium.&,quia hęc duo dicuntur multiplr, silr & anima est causa ſm tres modos determinatos, s.causa mouens, finalis, & formalis : quæ determinatæ sunt in sermonibus vniuersalibus physicis. D.d.est enim illud, ex quo fit motus, s. causa agens motum, Et possumus intelligere ex hoc motum in loco, & generationem, & motum in augmento & diminutione.anima est enim causa agẽs istos tres motus in animato. D.d.& illud, pp quod fuit corpus, s.causa finalis.corpus enĩ non fuit nisi propter animam : cùm declaratum est q aĩa ita est de corpore, sicut forma de materia : & declaratũ est in sermonibus vl'ibus q materia est pp formam tm̃, & q non est aliquod cõsequens materiã, aut aliquod, quod sit de necessitate materiæ: sicut existimabãt Antiqui, nõ concedẽtes causam formalẽ esse, neq; finalem. Et anima ẽt causa, idest & anima ẽt est causa corporis ſm substantiã, & formam, quæ est causa esse omnium.

In.2. Phy. a.7 4. vsq; in finem.

Esse ẽ effectus forẽ. Idẽ s. c.7. 8.Me.7.

Quod quidem igitur sit sicut substantia manifestum est, causa enim ipsius esse omnibus substantia est: viuere aũt viuentibus est esse: causa aũt & principium horũ anima. Amplius aũt eius quod potentia, ratio actus est. Manifestum aũt est & q cuius gratia aĩa causa. sicut enim intellectus gratia huius facit, eodem modo & natura: & hoc est ipsius finis: huiusmodi aũt in animalibus anima, et ſm naturam: oĩa enim physica corpora animæ instrumenta sunt, sicut animalium, sic & plantarũ, tanquã gratia animæ existentia. dupliciter aũt dicit q cuius gratia est: & q cuius, & q quo. At vero & vnde principium qui ſm locum motus anima est. non oĩb⁹ aũt viuentibus inest potentia hæc. Est aũt & alteratio & augmentum ſm animã: sensus enim quædam alteratio esse videt: nihil aũt sentit quod non habet animã. similiter aũt de augmento & decremento se habet: nihil enim decrementũ patitur, neq augmẽtatur physice, nisi alatur: alitur aũt nihil quod non cõmunicet vita. E F

SOPH. *Viuere autem uiuentibus esse est: quorum causa & principium est anima. Præterea eius quod est potentia ratio est actus. Constat itẽ, ut id cuius gratia, animam causam esse. ut enim intellectus gratia alicuius facit, sic etiam natura, & hoc est ei finis: eiusmodi autem est in animalibus anima, & secundum naturam. cuncta enim naturalia corpora animæ sunt instrumenta, ut animalium sic etiã plantarum: ut pote quæ gratia animæ sint. Bifariam autẽ dicitur id cuius gratia aliquid est, scilicet cuius & cui. Quinetiam unde primum est motus loci anima est: uerum hæc potentia non omnibus inest uiuentibus. Præterea uero et alteratio et auctio ab aĩa est: uidetur enim sensus alteratio esse quædã.*

nihil

A *nihil autem sentit quod non habeat animam. similiter etiam de auctione & diminutione res habet: nihil enim diminuitur, neque naturaliter augetur, nisi alatur, nihil autem alitur: quin sit uitæ particeps.*

Et esse viui est viuere. & anima est causa, & principium istius. Et etiam endelechia est intentio eius, quod est in potentia ens. Et manifestum est quòd anima est causa etiam propter quid. quoniam, quemadmodum intellectus nihil agit, nisi propter aliquid, ita natura. & hoc est finis eius. & similiter anima in animalibus, & in omnibus. omnia enim naturalia sunt instrumenta animæ, sicut in animalibus, & plantis: ita quòd etiam illa est causa animati. Et propter quid dicitur duobus modis, quorum vnus est illud, ꝓpter quod: & alius cuius est hoc. Et anima est etiam illud, ex quo B primo fit motus in loco. sed ista virtus non inuenitur in omnibus viuis. Et alteratio etiam, & augmentum fiunt per animam, sensus enim existimatur esse alteratio aliqua. & nihil sentit nisi habeat animã. Et similiter est de augmento, & diminutione. nihil enim augetur, & diminuitur naturaliter, nisi nutriatur: & nihil nutritur, nisi habeat partem in vita.

37 Cùm posuit ꝙ anima est causa corporis tribus modis, de quibus modis dicitur hoc nomẽ causa, incœpit declarare modos istos esse in ea, & in primo ꝙ est cã corporis secundum formam. Et d. Et esse viui, &c. i. & signũ, ꝙ anima est forma corporis, est ꝙ hoc ens viuum nõ habet esse, sm ꝙ est viuum, nisi per illud, per quod viuit, i. ꝙ est cã istius actionis, s. vitæ: & manifestum est ꝙ cã istius actionis est aĩa: ergo hoc, quod est viuum, sm ꝙ est viuum, est per aĩam. & illud, per quod est ens, & est hoc, est sua forma: ergo anima est forma animati: cùm non est hoc, & ens nisi per animam. Forma est id, p quod aliquid ẽ ens. Idẽ supra. 7. 8. &. 36. & 8 Me. cõ. 7.

C D. d. secundam rõnem super hoc, & d. Et ẽt endelechia est intentio eius, quod est in potentia ens. i. & etiam anima est, sm ꝙ iam declaratum est, ꝑfectio: perfectio autem est forma, & intentio eius, quod est in potẽtia ens: ergo aĩa est forma. Et, cùm declarauit eam esse cãm sm formam, declarauit etiam eam esse cãm sm finem, & d. Et manifestum est ꝙ aĩa est cã, &c. i. manifestũ est per se ꝙ aĩa est cã corporis animati, sm illud, ꝓpter quod fuit corpus animatum. Quemadmodum enim* multa artificialia non agunt nisi propter aliquid, sic etiam est de natura, s. ꝙ non agit nisi ꝓpter aliquid. & hoc est finis naturæ, s. ꝙ non agit nisi propter aliquid, sicut ars non agit nisi propter aliquid. D. declarauit quòd illud, ꝓp quod natura agit, videtur esse anima in animalibus, & non solum in animalibus, sed oĩbus rebus naturalibus, & d. & similiter anima in animalibus, & in omnibus. i. & quemadmodum forma est finis artis in artificialibus, ita anima ẽ finis naturæ in animabus, & in omnibus naturalibus. D. declarauit modum, ex quo apparet quòd anima est finis omnium naturalium, & dicit, *a. l. intellecta.

omnia

Oĩa nãlia sunt istra aię (Vide infra t.cõ. 38.

omnia enim naturalia sunt instrumenta animę,&c.i.& diximus q̃ anima est finis omnium naturalium,quia omnia naturalia videntur instrumẽta esse indifferenter in omnibus animatis.&,sicut videtur in animalibus, ita videtur in plantis. D.d.ita q̃ etiam illa est causa animati,&c.i.& hoc, quod diximus de ea,non latet,immo est manifestum per se: adeo q̃ appareet ex hoc q̃ anima etiã est causa animati.Illud enim pp quid inuenitur aliquid,dicitur duobus modis.Quorum vnus est illud,propter quod inuenitur aliquid:& ista propositio animæ ad corpus. Et alius est illud, cuius est hoc,propter quod inuenitur aliquid : & ista est proportio animæ ad animatum.dicimus enim q̃ anima,& corpus vtrumq; non sunt nisi propter animatum. Et,cùm declarauit eam esse causam s̄m formam,& s̄m finem,declarauit etiam eam esse causam mouentem s̄m oẽs modos motuum,existentes in animato,siue veros,siue existimatos esse motus, & d. Et anima etiam est illud,ex quo primo fit motus in loco . sed ista virtus non est in oĩbus viuis,i.in omnibus animalibus. Deinde.d. Et alteratio etiam,& augmentum,&c.i.& alteratio attributa sensibus, sicut quidã reputant,si concesserimus eam esse motum,erit per aĩam:& sĩr augmentum,& diminutionem.nihil n.dicitur habere hunc motum,s.sensum,nisi habeat animam. D.d. Et sĩr est de augmento , & diminutione , idest quemadmodum apparet q̃ non sentit nisi habens animam , sic apparet q̃ non augmentatur,neq; diminuitur nisi illud , quod habet cõicationẽ cũ animalibus in aliqua parte animæ. Nihil enim diminuit naturaliter aut augmentatur naturaliter,nisi habeat virtutem nutriendi. & nihil nutritur,nisi habeat communicationem in vita attributa animalibus. & ideo hoc nomen mortuum non dicitur de animali,nisi cùm caruerit communicatione,quam habet cum plantis.

E

Mortuũ nõ dr̃ de aĩali , nisi cũ caruerit cõicatione q̃ habet cũ plãtis.Idẽ.1.d̃ aĩa cõ.vlt. & hic s̃.3. & 16 . & 14.

Empedocles autem non bene dixit hoc,addens augmentum accidere plantis,deorsum quidem radicem mittentibus, propter id q̃ terra sic fertur secundum naturam:sursum autem propter ignẽ similiter.Neq; enim sursum & deorsum bene accipit. non enim idem omnibus sursum & deorsum & omni.sed sicut caput animalium,sic radices plantarum sunt:si congruit instrumenta dicere altera & eadem,operibus.

F

SOPH. *Empedocles autem non recte dixit hoc addens auctionem fieri in plantis,deorsum quidem radices agentibus, propterea quòd terra sic feratur natura,sursum que itidem propter ignem:neq; enim has differẽtias uidelicet sursum & deorsum,recte usurpat:non enim idem est sursum & deorsum omnibus,atq; rerum uniuersitati:sed quam caput animalium eã obtinent rationem radices plantarum: siquidem instrumenta diuersa & eadem ex eorum officiis dicere conuenit.*

Empedocles autem non recte dixit in hoc,& vere,cùm dixit q̃ augmen-

A augmentum accidit in plantis. in hoc autem, quod ramificatur ꝙ radices inferius, fit per motum ipsius terræ naturaliter ad istam partem: & hoc posuit causam. in hoc vero, quod ramificatur supe rius, fit, quia ignis mouet similiter ad superius: & hoc posuit causam. Hoc etiam, quo vsus fuit in suo sermone de superiori, & inferiori, non recte fuit dictum. superius enim & inferius non sunt idē omnibus rebus, & in omni. sed, quemadmodum caput est animalibus, ita radices plantis: cùm per actiones debemus dicere in instrumentis eorum, quę sunt conuenientia, aut diuersa.

38 Cũ declarauit ꝙ motus augmẽti non est ex principio, quod est elʰtũ, incœpit declarare ꝙ Empedocles errauit, cũ opinabatur ꝙ hoc principiũ est ex elementis, & ꝙ augmentũ in plantis ad inferius est ꝓꝓ partem grauem, s. terrã, & aquã: & superius propter leuẽ. s. aerẽ, & ignẽ. Et. d. Empe-B docles aũt, &c. i. Empedocles aũt non bene existimabat, cũ opinabatur ꝙ hoc principiũ non est aĩa: & ꝙ hoc, quod accidit de augmento in plantis, est per naturam elementorũ. illud igitur, quod augetur inferius, est per naturã terræ: & hoc posuit causam eius. i. & posuit cãm motus istius ad inferius naturã grauẽ: & cãm in augmento ramorũ ad superius naturã leuẽ, s. igneam. D. incœpit narrare quid contingit huic sermoni de errore, & d. Hoc etiam, quo vsus fuit in sermone suo de superiori, &c. i. & iste sermo, quem induxit in dando cãm istius motus contrarij, qui inuenitur in augmentabili, non est verus. Hoc. n. quod existimabatur ꝙ superius in plantis est superius in mundo, & inferius inferius, non est verũ: qm̃ neq; in parte conueniũt, neq; in natura, neq; in potẽtia. In parte autem: quia licet hoc concedamus in plantis, tñ in pluribus aĩalibus non possumus illud concedere. superius enim in eis non respicit superius mundi. & veritas C non concedit hoc. natura. n. inferioris in plantis alia est à natura inferioris in mundo, sed contingit congregatio eorũ in parte eadem casu: & ipsa eadem est natura superioris in aĩalibus. Et signũ eius est, ꝙ caput in animalibus est simile radicibus in plantis: cũ actio eorũ sit eadem. & per actiones debemus respicere conuenientiã, & diuersitatem in partibus augmẽtabilibus. Et. d superius enim, &c. i. & primus error Empedoclis est, ꝙ superius, & inferius non sunt eadem pars in omnibus rebus, & in omni, scilicet mundo, quoniã, licet hoc concedamus in plantis, quid possumus dicere in pluribus aĩalibus? superius enim in animalibus non respicit superius mundi. D. d. sed quemadmodũ caput, &c. idest sed non cõcedamus ꝙ inferius in plantis sit inferius in mũdo ſm naturam, & potentiam: neque superius in eis superius in mundo, licet sint in eadem parte. Natura enim capitis in animalibus est natura radicis in plãtis, cum habeant easdem actiones, & secũdum actiones est dicẽdum quòd partes aĩalium, & plãtarũ & instrumenta eorum sunt conuenientia, aut diuersa in natura. Et, cùm natura radicis in plantis est natura capitis in animalibus, tunc superius in plantis est in rei veritate inferius in mũdo. Et, si nos cõcessissemus ꝙ esset inferius

Per actiones debemus respicere cõueniẽtiã, & diuersitatẽ in partibus augmẽtabilibus. Vide ꝓ isto 7. Me. 9. & 8. Me. 11. & 9. Me. cõ. 7. & li. 22.

[Se]cũdm actiones ẽ [d]icẽdũ ꝙ [par]tes aĩa[li]ũ, & plã[ta]rũ & in[strumen]ta eorũ [s]unt cõue[n]iẽtia, aut [d]iuersa in [n]atura.

inferius, tunc hoc, quod accidit plantis, s. quod inferius in eo est inferius mundi, non accidit nisi casualiter, non quia habent eandem naturam: ita quod ad inferius in plantis mouetur pars grauis, & ad superius leuis. quoniam, si ita esset, tunc neq; superius, neq; inferius haberet animal: neque natura superioris, & inferioris in plantis, & animalibus esset eadem. Et.d. quod potentia capitis in animalibus est potentia radicis in plantis. quia hoc est principium eius, per quod animal est animal. s. sensus. hoc autem est principium eius, per quod plantæ sunt plantæ. s. cibi qui per radices attrahuntur. & ideo si caput ex animali, & radix ex plantis abscinditur, depereunt. D

Hic d. caput princi[pium] sensati[uum] oppo.[situm] lib. de sen. & s[ensa]to. V[ide] co[mmen]. Z

Adhuc autem quid est continens in contraria quæ feruntur ignem & terram? distrahentur enim nisi aliquid sit prohibens. si uero erit, hoc est anima, & causa alimenti & augmenti.

IOPH. *Ad hæc quid est quod continet dum ad contrarias partes feruntur ignem & terram? distrahentur enim nisi aliquid fuerit quod sit prohibiturum: quod si erit, id ipsum est anima, & causa cur res augescant & alantur.* E

Et postea quid est illud, quod retinet ignem, & terram, cum moueatur ad partes contrarias. sunt enim veloces ad separationem, nisi aliquid prohibeat. Et, si illic fuerit aliquod prohibens, illud prohibens debet esse causa, vel anima, & causa in augmento, & nutrimento.

39 Et si concesserimus quod natura superioris, & inferioris in plantis est natura superioris, & inferioris in mundo, & quod pars ignea mouetur in plantis ad superius, & terrestris ad inferius: & nos videmus quod eadem pars mouetur ad superius, & ad inferius insimul: videmus enim quod quælibet pars potentiæ sensibilis, & quodlibet membrum mouetur ad vtranq; partem insimul: si igitur posuerimus quod illa pars sit vnica, s. quæ mouetur ad vtranq; partem: tunc principium, per quod mouetur istis duobus motibus insimul, est vnicum principium. Istud igitur principium habet potentiam vt moueatur ad vtranq; partem insimul: quod non est in elementis: quoniam vna pars eorum non habet nisi vnicum motum, siue fuerit simplex, siue composita. Quoniam, si fuerit composita ex eis, mouebitur secundum elementum dominans. Et, si partes, quæ mouentur in illa eadem parte in sensu, aut natura, ad superius, sint aliæ à partibus, quæ mouentur in illa parte ad inferius, tunc illæ partes necessario sunt distinctæ ab inuicem, aut quia sunt simplices, aut quia illud, quod dominatur in eis, quæ mouentur ad inferius de corporibus simplicibus, est aliud ab illo, quod dominatur in eis, quæ mouentur ad superius. Et, si ita sit, quid est illud, quod retinet ignem, & terram, aut partem igneam, & terrestrem? cum non possumus dicere quod hæc duo sint admixta. quoniam, si essent admixta, mouerentur ad eandem partem, scilicet dominantis. Et, si ita esset, cito separarentur, nisi aliquid prohiberet. F

Idem. 3. ph. 6. &. 8. ph. 23.

Motus mixti est secundum elementum dominans. Idem 1. co. 14. & quæ ibi.

A ret.ſed contingit eis neceſſario dicere illic eſſe prohibens,cũ videantur nõ ſeparari,ſed permanere inſimul,dum viuit planta.& hoc eſt neceſſarium eis.&,cùm conceſſerint illic eſſe prohibens,cuius potentia non eſt potentia elementorum,dicemus eis ꝙ illud prohibens eſt anima.ſm hoc igitur eſt ſermo eius in hoc intelligendus,licet ſit ualde breuis.

Videtur autem quibuſdam ignis natura ſimpliciter cauſa alimenti & augmenti eſſe.& nanq; ipſum videtur ſolum corporum & elementorum quod alitur & augmentatur . vnde & in plantis & in animalibus putabit vtiq; quis eſſe hoc quod operatur.

H. *Sunt autem qui cenſeant ignis naturam ſimpliciter cauſam eſſe nutritionis & auctionis,is namq; ſolus omnium corporum uel elementorũ uidetur ali & augeri : quamobrem & in plantis & in animalibus putauerit aliquis eum eſſe id quod operatur.*

B Et quidam exiſtimant ꝙ natura ignis eſt ſimpliciter cauſa nutrimenti,& augmenti.ignis enim inter corpora,aut inter elementa nutritur & augetur.& ideo exiſtimatur ꝙ ipſe facit hoc in plantis etiam,& in animalibus.

40 Cùm deſtruxit ſermonem fingentium ꝙ augmentum eſt per principium elementare,ſ.graue,aut leue,incœpit etiam deſtruere ſermonẽ fingentium ꝙ principium nutrimenti,& augmenti nutribilis eſt ignis,aut pars ignis,aut aliquod igneum,& d. Et quidam &c.i.& quidam exiſtimãt ꝙ natura ignis,in eo ꝙ eſt ignis,non ſm ꝙ eſt aliquis ignis. & hoc intendebat,cũ.d.ſimpliciter eſt cauſa nutrimenti,& augmenti. Et opinati ſunt hoc,quia viderunt ignem alterare omnia in ſua ſubſtantia , adeo ꝙ augmentatur per illud.&,quia nutribile apud eos nutritur alterando omnia in ſuam ſubſtantiam,ideo exiſtimauerunt per duas affirmatiuas in ſecunda figura ꝙ ignis facit hoc ſimpliciter.

C Hoc autem concauſa quidem quodãmodo eſt: non tamen ſimpliciter cauſa:ſed magis anima.ignis enim augmentum in infinitum eſt,quouſq; fuerit combuſtibile: natura autem conſtantium omnium terminus eſt,& ratio magnitudinis & augmenti.hoc autem eſt animæ,ſed non ignis:& rationis magis quam materiæ.

H. *Verum is concauſa quodammodo eſt,non tamen ſimpliciter cauſa, ſed anima potius:ignis enim auctio in infinitum procedit , quandiu ſub eſt res cremabilis:at omnium natura conſtantium terminus ſtatutus eſt,& ratio magnitudinis & auctionis:hæc autem animæ ſunt,& non ignis:& rationis potius quam materiæ.*

Dicamus igitur nos ꝙ ignis non eſt coniunctus cauſæ niſi aliquo modo,& non eſt cauſa ſimpliciter , ſed anima eſt dignior vt

ſit

ſit cauſa. augmentum enim ignis eſt in infinitum, dum combuſti- D
bile eſt. ea autem, quæ conſtituuntur per naturam, omnia habent finem, & terminum in quãtitate, & augmento. & iſta ſunt animæ non ignis, & ſunt digniora intentioni, quã materiæ.

41 Cùm narrauit hanc opinionem, incœpit primo narrare partem verã, quæ eſt in ea, & partem falſam, & dicit. Dicamus igitur nos quòd ignis non eſt cauſa nutrimenti, & augmenti in animalibus ſimpliciter, ſed attribuitur cauſæ quaſi inſtrumentum ſuorum inſtrumentorum: imm̀o anima eſt illa, ad quam attribuitur ſimpliciter hæc actio: & conceſſit quòd ignis eſt coniunctus cauſæ ſecundum quòd aliquid attribuitur alicui, cuius actio non perficitur, niſi per illud. quia nutribile non videtur alterare cibum, niſi per partem igneam exiſtentem in eo. hoc enim elementum inter alia, aut eſt alterans alia: aut magis dominatur in eo alterare quam in aliis elementis. & ideo fuit neceſſe vt ignis eſſet dominans in corporibus nutribilibus. Et, cùm declarauit quòd, ſi iſta actio fuerit attributa ei, E non erit attributa, niſi ſecundum quòd eſt coniunctus cauſæ, non quòd ipſe ſit cauſa, declarauit modum, ex quo non oportet attribuere iſtam actionem igni ſimpliciter, & quòd dignius eſt attribuere eam ſimpliciter animæ, & dicit, augmentum enim ignis eſt in infinitum, &c. ideſt & ſignũ quòd primum mouens in nutrimento, & augmento eſt anima, non pars ignea, eſt quia iſte motus, ſcilicet alterare aliquid in ſubſtantiam alterantis, & eius augmentum per illud, quod alterat, ſi fuerit in ſolo igne abſq; alia virtute ſibi coniuncta, ſcilicet, vt primum mouens ſit potentia ignis, ſecundum quòd eſt ignis, non alia virtus coniuncta igni, inuenietur infinitus, & non ceſſabit in aliquo termino, dum combuſtibile inuenerit: motus autem alterandi, & augmentandi, qui inuenitur in hac natura augmẽtabili, ſemper inuenitur finitus, & terminatus in quantitate: vnde manifeſtum eſt in ſecunda figura, quòd iſte motus non eſt ignis ſimpl. &, cùm F non eſt ignis, neceſſario eſt alterius principii, & illud vocamus animam nutritiuam. Et intendit per terminum, & menſuram vltima naturalia, quæ inueniuntur, in quantitatibus corporum augmentabilium. Deinde dicit, & ſunt digniora intentioni, quam materiæ. i. & iſta actio, quæ inuenitur in hoc motu. ſ. qui incœpit à principio terminato, & peruenit ad finem terminatum, dignius eſt vt attribuatur ei, q eſt in iſta actione quaſi forma, ſcilicet anima, quã illi, quod eſt quaſi materia & inſtrumentum, ſ. ignis. Et d. hoc, quia apparet quòd actio augmenti eſt compoſita ex actione ignis, & ex aliqua intentione in igne. alterare enim, quod eſt in eo, debet attribui igni. &, quia eſt terminatum, debet attribui virtuti coniunctæ cum igne: quemadmodum mollificare ferrum per ignem ad faciendum aliquod inſtrumentum, ſecundũ q eſt mollificare, attribuitur igni & ſecundum q illa mollificatio habet terminum notum in vnoquoque inſtrumento, attribuitur virtuti artis.

Ignis dña tur in corporib⁹ nutribilibus

Sed oppo. 2. de Ge. & corruptione. t. com. 49. vbi dr̃ q terra. vide cõtra. Zim.

Idẽ. 6. ph. 91. & 8. ph. 61.

Vide cãm iſti⁹ rõnis 3. phy. 59. 60. & 3. cæli. 17. & 72. & 1. c. d ſuba orbis. ubi dr q, terminus eſt a forma.

A *De uirtutis uegetatiuæ obiecto, Alimento scilicet.* Cap. 2.

QVoniam autem est eadem potentia vegetatiua & generatiua, de alimẽto necessarium est determinare primum. separatur enim ab aliis potentiis opere hoc.

PH. *Cum autem eadem sit animæ potentia nutritiua & generatiua, primum de nutrimento differere necesse est, hoc enim officio ab aliis distinguitur potentiis.*

Et quia potentia nutriendi, & generandi sunt eædem, oportet prius necessario determinare quid est nutrimentum, & distinguere ab aliis virtutibus.

41 Cùm narrauit quod vult loqui primo de virtute nutritiua, cùm sit magis vniuersalis: & principium eorum, quæ apparent in eo, vel principium eorum, de quibus consyderatur ex hac virtute, est quod anima, & suæ actiones sunt augmẽtare, & nutrire, & generare: incœpit modo determinare quod B est illud, de quo oportet consyderare, primo in hac virtute, postquam cognoscitur esse anima, & d. Et quia potentia nutriendi, & generandi, &c. i. & quia subiectum potentiæ nutritiuæ, & augmẽtabilis, & generatiuæ idẽ est, s. nutrimentum.* & iam diximus primo quod via ad cognitionem substantiarum istarum virtutum, non est nisi per cognitionem passiuorum earum primo: vnde necesse est primo incipere, & determinare cibũ quid sit, & nutrire quid sit. Et, cũ narrauit hoc, incœpit demõstrare quid ẽ cib⁹. Subiectũ potentiæ nutritiuæ, & augmẽtabilis, & gñatiuæ idẽ est. vide. 1. ð generа. 39. & 41. * Supra t. cõ. 33.

Videtur autem esse alimentum contrarium contrario: non omne autem omni: sed quæcunque contrariorum, non solum generationem habent ex inuicem, sed & augmentum. fiunt enim multa ex inuicem, sed non omnia augentur, vt sanum ex laborante. Videntur autem neque illa eodem modo ad inuicem esse alimentum: C sed aqua quidem igni alimentum est, ignis autem non alit aquã. In simplicibus quidem igitur corporibus hoc esse videtur maxime, aliud quidem alimentum, aliud uero quod alitur.

PH. *Videtur igitur nutrimentum esse contrarium contrario: non tamen quoduis cuiuis: sed quæcunque contrariorum non solum ex se mutuo generantur, uerumetiam augentur: fiunt enim multa ex se mutuo, sed non oĩa* augẽtur. ut sanũ ex egrotãtè. quinimo ne illa quidem eodẽ modo uidentur sibi mutuo esse alimentum. sed aqua quidem ignis est alimentũ: ignis autem non alit aquam. Ac in simplicibus quidem corporibus hæc esse uidentur maximè, unum alimentum, alterum quod alitur.* *al. l. oĩa quanta.

Dicamus igitur quod existimatur quòd nutrimentum est contrarium contrario: & non omne contrarium omni contrario, sed cõtraria, quæ non tantum fiunt ab inuicem, sed etiam augentur. plura

ra enim fiunt abinuicem, ſed non omnia augentur: verbi gratia ſanum ab infirmo. Videmus etiam quòd non eodem modo ſunt nutrimentum adinuicem: ſed aqua eſt nutrimentum igni, ignis autē non eſt nutrimentum aquæ. In corporibus autem ſimplicibus hæc duo proprie exiſtimantur, quôd alterum eſt nutrimentum, & alterum nutribile. D

43 Dicit ꝙ, exiſtimatum eſt ꝙ nutrimentum eſt illud, quod eſt contrariū nutribili, ſicut quidam exiſtimati ſunt. ſed iſta exiſtimatio non eſt in oī contrario, ſed in eis contrariis, quæ non tantum fiunt abinuicem, ſed etiā augmentantur. plura enim contraria, quæ generantur abinuicem, nō augmentantur abinuicem: ſanum enim fit ab infirmo, ſed nō nutritur ex eo. Et hoc intendebat, cùm d. & non omne contrarium omni cōtrario, &c. & ſermo eius eſt intellectus per ſe. & innuit per hoc contraria, quæ ſunt in ſubſtantia. iſta enim exiſtimantur augmentari abinuicem, & nutriri abinuicem. Et, cùm declarauit ꝙ iſta exiſtimatio non inuenitur niſi in cōtrariis, quæ ſunt in ſubſtantia, & ſunt ea, quæ poſſibile eſt vt nutriri reputentur ab inuicem, declarauit etiam ꝙ hoc non æqualiter inuenitur in vtroq; contrario. contraria enim nō videntur nutrire ſe adinuicem æqualiter. Et d. Videmus etiam ꝙ non eodem modo ſunt nutrimentum, &c. ideſt & iſta exiſtimatio non inuenitur in vtroq; contrariorum, quæ ſunt in ſubſtantia æqualiter, ſ. vt vtrumq; eorum nutriat ſuum compar æqualiter. aqua enim & vr̄ corpora humida videntur eſſe nutrimentum ignis, ignis autem non vr̄ eſſe nutrimētum alicui. Et, cùm narrauit ꝙ iſta exiſtimatio debilis eſt, ſi accepta fuerit abſolute, narrauit ꝙ iſta exiſtimatio tantum inuenitur in elementis, & d. In corporibus autē ſimplicibus, &c. i. exiſtimare autem ꝙ nutriens eſt contrarium nutribili, non inuenitur ꝓprie niſi in duobus his corporibus ſimplicibus: quorum alterum eſt ignis & alterum humidum, vt aqua, & aer. E

Dubitationem autem habet. dicunt enim hi quidem ſimile ali ſimili, ſicut & augeri. aliis autem ſicut diximus econtrario, videtur ali contrarium contrario: tanquam impasſibile ſit ſimile à ſimili. alimentum autem mutari & decoqui: mutatio autem omnibus in contrarium aut in medium. F

SOPH. *Sed quæſtio exiſtit: ſunt enim qui dicant ſimile ali ſimili, quemadmodum etiam augeri: contrà aliis, ut diximus, contrarium uidetur cōtrario: utpote cum ſimile pati non poßit, alimentum uero mutetur ac concoquatur: mutatio uero omnibus in oppoſitū fiat, aut in medium.*

Sed in hoc eſt locus dubitationis. Quidam enim dicunt ꝙ ſimile nutritur per ſimile, & ſimiliter etiam augmentatur. Et quidam econuerſo, ſcilicet ꝙ contrarium nutritur per ſuum contrarium

A rium:simile enim non patitur à suo simili.& nutrimentum transmutatur,& digeritur:& trāsmutatio in quolibet est ad dispositionem oppositam,aut ad medium.

44 Sed ista existimatio,licet inueniatur in elementis per sensum, & inductionem,tamē ī ipsa quęstione est locus dubitationis ex propositiōibus famosis.est enim sermo quidā qui dat ꝙ nutrimētū est sile,& alius, qui dat nutrimentum esse contrarium. D.d.rōnem super vtrunq; sermonem,& d.Quidam enim dicunt,&c.i.quidam enim Antiquorum opinabantur ꝙ nutrimentum debet esse simile,quia sile nutrit suum simile,& augmētat ipsum.contrarium.n.transmutat suū contrariū:sed non nutrit ipsum neq; augmentat. Et,cū dixit hanc rōnem,dixit etiam rōnem,ꝙ nutrimētum est contrarium,& d. Et quidam econuerso.i.& dixerunt hoc.s.ꝙ contrarium nutritur à suo contrario,nō à suo simili,quia opinati sunt ꝙ nutrimentū patitur à nutribili,& sile non patitur à suo simili:ergo nutrimētum non est sile.& cū viderunt etiam ꝙ nutrimentū transmutatur in nutribile,& patitur:& omnis transmutatio est à contrario ad contrarium, aut ad illud,quod est medium inter contraria:concluserunt ex hoc quòd nutrimentum est contrarium. 1.de Gene. 39.&1.cx. 21. Idē 5.ph. 9.19.&52 &.10. Me. 23.eti.ph. a 40.ad 50.

B

Adhuc autem patitur aliquid alimētum ab eo quod alitur, sed non hoc ab alimēto:sicut neq; instructor à materia,sed ab illo hæc instructor autem mutatur solum in actum ex ocio. vtrum autem sit alimentum quod vltimo aduenit.aut quod primò,habet differentiam:si autem vtrumq;,sed hoc quidem non coctum, illud autem coctū,vtrobiq; vtiq; continget alimentum dicere : inquantū enim non coctum,contrarium contrario alitur: inquantum autē coctum,simile simili. Quare manifestum quod dicunt quodam modo vtriq; & recte & non recte.

C

PH. *Præterea alimentum patitur aliquid ab eo quod álitur:sed non hoc ab alimento:quemadmodum neq; faber à materiá,sed ea ab illo: faber autem,ex ocio duntaxat ad negocium mutatur.utrum autem sit alimētū id quod ultimo adhibetur,an id quod primo,differētia est:quòd si utrumq;,sed alterum crudum,alterum concoctum , utroq; modo poßimus alimentum dicere:nam quatenus crudum est,contrarium contrario alitur:quatenus concoctum,simile simili : itáq; constat utrósq; quodammodo & rectè & non rectè dicere.*

Et etiam nutrimentum patitur quoquo modo à nutribili, sed non econuerso.sicut Carpentarius non à materia, sed materia ab illo.Carpentarius autem transmutatur tantum ad actionem ex ocio.Inter hoc igitur,ꝙ nutrimentum sit illud, quod copulatur in postremo,& hoc scilicet vt sit illud,quod prius copulatur, est dif-

ferentia. Si igitur nutrimentum est vtrūq;, sed hoc est illud, quod D
digeritur, illud autem quod digestum est: possibile est dicere, ꝙ
nutrimentum est vtrunq;. secundum enim ꝙ est non digestum, cō
trarium nutritur à contrario: secundum vero ꝙ digestum, simile
à simili. Quòd autem vtraq; istarum duarum sectarum vere, &
non vere dicit aliquo modo, manifestum est.

45 Prim⁹ modus introducendi textum.

D. Et ēt nutrimentum patitur quoquo modo, &c. i. potest intelligi ꝙ iste sermo est quasi ratiocinatio iuuans dicentem ꝙ nutrimentum est cō trarium, & remouens obiectiones contradicentes huic sermoni. Potest enim aliquis dicere ꝙ, si nutrimentum esset contrarium nutribili, oporteret vt vtrunq; transmutaretur à suo cōpari, & pateretur ab eo. & quasi dicit rñdendo ꝙ nutrimentū est quod patit̃ à nutribili, nō nutribile à nutrimento. Non. n. est necesse vt ab oī patiente patiat̃ agens eo modo, quo patiens patitur ab eo. lignū. n. patitur à Carpentario, sed Carpentarius nō patitur à ligno: nisi aliquis vocet illam transmutationem quæ est ex ocio ad operationem, passionē. Et forte præponebat̃ iste sermo ad illud, quod vult de dissolutione istius dubitationis, & ad demōstrādū illud, quod collocatur de vero in vtroq; istorū duorum sermonū oppositorū. Qm̄, cùm hoc fuerit scitū de nutrimēto & nutribili. s. ꝙ nutrimentū est illud, quod transmutat̃ in formā nutribilis, non nutribile in formā nutrimenti, neq; vtrūq; à suo compari æqualiter. Et ꝙ ita est de nutrimento & nutribili, sicut de Carpentario ad lignū, non sicut cōtraria, quorū eadem materia, declarabit̃ statim, cū nutrimentū dr̃ duobus modis. Dr̃. n. de illo, quod adhuc nō digerit̃, neq; transmutat̃ in naturā nutribilis: & dr̃ ēt de illo, quod E digestum est, & transmutatur in naturā nutribilis, ꝙ cibum esse similem vere dr̃ de digesto, & contrarium de indigesto. Et ideo dicit post. Inter hoc igitur ꝙ nutrimentū, &c. i. &, cū nutriens est illud, quod alterat nutrimentum in substātiā suā, manifestū est ꝙ magna dr̃ia est inter hoc, quod fit nutrimentum, & inter hoc, quod copulatū est cum nutribili apud complementum digestionis, & inter illud, quod innatum est vt copuletur cū nutribili, sed nondū copulatur. D. d. Si igitur nutrimētū est vtrūq;, &c. i. si igitur hoc nomen nutrimentū dr̃ de vtroq;: sed alterū eorū est nutrimentū in potentia, cū innatū est digeri, sed tñ adhuc non digerit̃: alterū aūt est nutrimentum in actu, & illud est, quod iā digerit̃: vere possumus dicere vtrunq; de cibo, s. simile, & dissimile sine aliqua cōtradictione. Hi enim duo sermones non essent cōtrarij, nisi hoc nomen nutrimentū diceretur eodē modo. Nutrimentum. n. nō digestū est nutrimentū in potētia, quod vere potest dici contrariū: nutriens. n. nō agit in ipsum, nisi fm ꝙ est cōtrarium. nutrimentū aūt digestū pōt dici simile: nō. n. est pars nutribilis, nisi fm ꝙ est simile. D. d. Quòd aūt vtraq; istarum duarū sectarū, &c. i. manifestum est igit̃ ex hoc sermone, ꝙ in sermone vtriusq; istarum duarum sectarum est aliqua pars vera, & aliqua falsa. F

*Nō ē necesse vt ab oī patiente patiat̃ agēs eo mō quo patiēs patitur ab eo. Idem 2 Cę 42.

Secundus modus.

Nutrimētū dr̃ duob⁹ modis. Idē. 1. de Ge. 39.

Quoniam

A Quoniam autem nihil alitur non participans uita, animatum vtiq; est corpus quod alitur, inquantum animatum: quare & alimentum ad animatum est, & non secundum accidens.

P H. *Sed quia nihil alitur, nisi sit uitæ particeps, id quod alitur animatum corpus fuerit quatenus animatum. quare & alimentum ad animatum est & non per accidens.*

Et, quia nihil nutritur, nisi habeat partem in vita, ideo corpus animatum est nutribile sm q animatum. nutrimentum enim attribuitur animato non accidentaliter.

46 Et, quia nihil videtur nutriri, nisi cõicet in aliqua intentione, de quibus dr̃ hoc nomen vita, vt declaratum est, ideo corpus animatũ est nutribile, sm q est corpus animatum. nutrimentum. n. nõ attribuit aĩato, nisi sm q habet aĩam. nõ sm q est corpus. Ista igitur actio attribuit aĩæ essẽtialiter, non accidentaliter: & * pars substantia aĩæ cui attribuitur ista actio, non est nisi virtus, quæ innata est habere istam actionem, cùm igitur B cognouerimus hanc actionem proprie, tunc cognoscemus substantiam istius virtutis proprie.

*a.l. partis aĩę subs.

Est autem alterum alimento & augmentatiuo esse. secundum enim quòd quantum aliquod animatum est, augmentatum. sm vero q hoc aliquid & substantia, alimentum est. saluat enim substantiam, & vsq; ad hoc est, quousq; alatur. Et generationis autem factiuum non eius quod alitur, sed quale id quod alitur. iam. n. est ipsa substantia. generat autem nihil ipsum se ipsum, sed saluat.

10 P H. *Est autem aliud alimento & auctifico esse: nam quatenus quãtum quoddam est, auctificum est: quatenus uero hoc aliquid & substantia, alimentum: conseruat enim substantiam, & tandiu est, quãdiu alitur: effectiuumq; generationis est, non eius quod alitur, sed cuiusmodi est id* C *quod alitur: iam enim est ipsa substantia, & nihil generat se ipsum, sed conseruat.*

Et esse nutrimentum est aliud ab esse augmentum. est autẽ nutrimentum sm hoc: & substantia, quia conseruat substantiam nutribilis, quoniam semper nutritur. Et est agens generationem, nõ quia se generat, sed quia facit generationem nutribilis. illud enim habet esse. & nihil generat se, sed se conseruat.

47 Vult distinguere tres actiones nutrimẽti. s. nutrire, & augmẽtare, & generare, & d. Et eẽ nutrimẽtũ, &c. i. & aliquid eẽ nutrimẽtũ, aut nutritiuum aliud est ab eẽ augmẽtatiuũ. Nutrimẽtũ. n. dr̃, sm q conseruat substantiã rei nutribilis, ne corrũpat. dat. n. ei aliquid loco dissoluti. & ideo pmanet in eẽ, dũ nutrit: &, cũ cessat nutrimẽtũ, corrũpit. Est vero augmentatiuũ sm q perficit quãtitatẽ naturalẽ eius, quod diminuit in principio pp necessitatẽ

cessitate. sed tacuit hoc, q̄m dr̄ia inter augmētū, & nutrimētū est manifesta. si forte nō esset diminutio scriptoris. Et, cū diuisit has duas actiones, incœpit dicere tertiā actionē, quæ est gn̄are, & d. Et est agēs gn̄ationē, &c. i. & nutrimētū habet aliam actionē à cōseruatione & augmentatione, s. gn̄are. D. exposuit gn̄ationē, & d. nō gn̄ationē nutribilis, sed gn̄ationem similis nutribili, i. in specie. D. d. illud. n. habet esse. pōt intelligi, i. illud. n. quoquo modo est suum esse, & conseruat generabile, vt permaneat vnū in specie, vt prædiximus. D d. & nihil generat se, sed conseruat se, i. & differentia inter has duas actiones est, ꝙ nutrire est conseruare se, & generare est generare alterū, nō se. impossibile enim est, vt aliquid generet se. D

Quare huiusmodi animæ principium potētia est possibilis saluare suscipiens ipsa, secundum ꝙ est huiusmodi: alimentum autē præparat operationē: vnde priuatum alimento non potest esse.

Quare tale animæ principium eiusmodi est potentia, quæ cōseruet quod habet ipsam, quatenus tale est. alimentum autē subministrat apparatū ad operandum: quapropter si priuetur alimento, esse non potest. E

Hoc igitur principium est virtus animæ, quæ potest conseruare illud, quod est ei, ſm omnem dispositionem. Et nutrimentum est illud, per quod præparatur ad agere. & ideo, cùm nutrimentū deficit, impossibile est vt sit.

48 Et cùm declaratū est ꝙ istæ actiones sunt diuersæ, ſm diuersitatē suorum finiū: licet subiectū sit idē, s. nutrimētū: & est necesse vt istæ actiones sint attributæ alicui virtuti animæ. Et, cùm ita sit, necesse est vt hoc principiū animæ, s. virtus nutritiua, sit virtus, quæ pōt cōseruare ens in sua forma ſm dispositionē, i. ſm aliquā dispositionem conseuationis. Et d. hoc. quia sunt aliquæ virtutes, q̄ cōseruāt eē ſm oēm dispōnē, & oēs ptes eius eodē mō, s. virtutes corporū cęlestiū. D. d. Et nutrimētū est illud, p quod præparatᷣ, &c. i. & nutrimētū est instr̄m, p quod facit hāc actionē. & ideo cùm ista virtus caret nutrimento, tunc nō habet hanc actionem, quemadmodum Carpentarius, cùm caret serra, tunc non potest secare. F

Virtutes corporū cœlestiū cōseruant eē ſm oēꝫ dispōnē, & oēs partes eius eodēmō. idē 1. Cœ. 22. & 2. ca. de suƀa orb. Sed uide opp. in. 5. c. de suƀa orb. vbi vr̄ dicere permanentiā cęli nō eē a virtute, Vide contra. Zim.

Quoniam autem sunt tria, quod alitur, quo alitur, & alens: alēs quidem est prima anima: quod uero alitur est habens hāc corpus: quo vero alitur alimentum. quoniam autem à fine appellari omnia iustum est: finis autem est generasse quale ipsum, erit vtiꝗ prima anima generatiuum quale ipsum.

Cum autem tria sint, quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit: id quidem quod nutrit, est prima anima: quod uero nutritur, corpus quod eam habet: quo autem nutritur, alimentum. sed quia à fine appellare omnia par est, finis autem est generare quale ipsum est, erit prima anima generatiuum talis quale ipsum est.

Sunt igitur tria, nutribile, & per quod hoc nutritur, & nutritiuum.

A uum.nutritiuum igitur est prima aĩa:nutribile autẽ corpus: illud vero,per quod nutritur,est nutrimentum.Et,quia oportet vt omnia sint vocata ex suis finibus:& finis est generare simile:ideo prima anima est generans simile.

49 Cũ descripsit hoc principiũ aĩæ,& descripsit nutrimẽtũ,reuersus est ad distinguẽdũ intẽtiones istorũ noĩum,quæ denoĩant à nutrimento, & d. Sũt igitur tria,&c.i.& manifestũ est p se tria eẽ diuersa fm diuersitatẽ rerũ relatiuarũ.quorũ vnũ est nutribile,& fm illud,p quod nutrit:tertium aũt est nutriẽs. Etiã declaratũ est ꝙ illud,quod nutrit, est aĩa cui attribuitur hæc actio: vnde manifestũ est ꝙ nutriẽs est aĩa principia aliarũ virtutũ,quæ attribuunt nutrimẽto. Et intẽdit hic p primã priorẽ naturaliter: & ꝙ nutribile est corpus:& illud,p quod nutrit, est cibus. D.d. Et quia oportet vt oĩa.i.quia oportet vt oĩa appellent ex suis finibus,cũ hæc cã finalis sit dignior essentiæ rei oĩbus causis,necesse est vt aĩa nutritiua describatur p actionẽ,quæ est suus finis,& est generare simile,nõ per actionem B nutriendi,quæ est cõseruare,vt prædiximus. Dicẽdũ est igitur ꝙ anima nutritiua est virtus,quæ est innata generare à cibo sibi simile indiuiduo, in quo existit in specie:cùm omnes suæ actiones non sint nisi ꝓp hanc virtutem.& hoc manifestum est in plantis,& animalibus.

Cã finalis ẽ dignior oĩbus causis. Idẽ .3. Me.cõ.3

Est autem quo alitur dupliciter,sicut & quo gubernatur & manus & temo,hoc quidem mouens & motum,illud autem mouẽs solum.omne autem alimẽtum est necessarium decoqui : operatur autem decoctionem calidum.vnde omne animatum habet calorem.figuraliter quidem igitur alimentum quid sit dictum est,certificandum autem de ipso posterius in propriis rationibus.

OPH. *Duplex porrò est id quo nutrit, ut etiam id quo gubernat.s. manus & temo.aliud quod mouet & mouetur,aliud quod mouet tantummodo.omne autem alimentum necesse est concoqui posse:efficit autem concoctionem calidum:quamobrem omne animatum habet calorem. Ac* C *alimentum quidem quid sit,dictum est adumbratione quadam: de quo pòst idoneo loco apertius agemus.*

Et illud,per quod nutritur,est duplex: quemadmodum illud, per quod gubernatur nauis,& manus,& remus. quorum vnum est motor & motum,& aliud est mouens tantum. Et oportet necessario vt omne nutrimentum possit digeri. & faciens digestionem est calidum.vnde omne animatum habet calorem. Iam igitur diximus secundum descriptionem quid sit cibus.& post exponemus sermonem in eo.

50 Cũ demõstrauit modos actiõis aĩę nutritiuę,& descripsit eã,& dẽscripsit nutrimẽtũ,incœpit declarare mõ instrm primũ,p quod ista aĩa agit in cibum.iã.n.fuit dictum vr̃ ꝙ definitio aĩæ est pfectio corporis organici.

Et.d. Et illud, per quod nutritur, &c. i. & illud, p quod cōpletur actio nutrimenti, est duplex. s. primum mouens, quod nō mouet' cū mouet: & primum moués, quod mouet & mouetur, & est illud, quod est de primo motore quasi subiectū. & primus motor de eo quasi forma. Et de hoc, quod dixit, quædam declarauit hic, & quædam in sermonibus vlibus. Quod igitur declaratum est hic, est ꝙ aīa nutritiua est primū moués in cibo, quod agit in cibo per calorem, per quem fit digestio. Vtrum aūt oportet vt moueat, & non moueatur, fm ꝙ est primum moués, & ꝙ calor moueat, ita ꝙ moueat' à primo motore, hoc declaratum est in sermonibus vlibus. declaratum est enim illic ꝙ omnis primus motor, si fuerit corporalis componitur ex motore non moto, & ex motore moto, fm ꝙ componūtur res ex materia & forma. Sed est dubitatio in hoc, quod dixit. Motus enim virtutis nutritiuæ est in capitulo alterationis: & illud, quod mouetur ex se, quod componitur ex motore non moto, & ex motore moto, non inuenitur nisi in motu locali. In motu autē alterationis non inuenitur motum ex se. nō enim est necesse ꝙ primū alterās corporeum alteret', & tunc alteret, sicut est necesse in primo motore corporeo. s. vt non moueat in loco, nisi moueatur. Qūo igitur dixit hic ꝙ alterū eorū est moués & motū, & alterum moués tm̄: & dedit exēplum de rebus mouētibus in loco? &, si hic esset locutus de motu locali aīalium, tūc exemplum esset verum. Dicamus igitur qm̄ propinquum alterans cibum debet esse corpus manifestum est. Quoniam vero corpus alterans non sufficit in essendo primum mouens istud motum, declaratum est prius, qñ d. ꝙ calor non sufficit in agendo actionē alteratiuam terminatā, nisi sit illic alia virtus, quæ nō est corpus, sed est in corpore. corpus igit', quod est primū alterās, cōponitur ex alterante, quod nō alteratur. s. aīa, & ex alterante alterato. s. calore naturali. Declaratum est igit' ꝙ illud, per quod fit nutrimētum, ex duplex. s. alterans non alteratum (omne enim alteratum est corpus) & istud est anima, & est alterans alteratum. s. calor naturalis. Hoc igitur nomen motus large, & vniuersaliter accipitur in hoc loco. & fm hanc expositionem non indigetur illo, quod declaratum est in illo sermone. s. ꝙ primus motor in loco cōponitur ex motore non moto, & ex motore moto. Et possumus dicere ꝙ calor naturalis non alterat cibum, nisi primo moueat' in loco. declaratum est enim ꝙ motus localis antecedit cæteros motus: & maxime istum motum, qui est terminatus, s. qui alterat rem in alia hora, & alia nō & etiam non alterat tm̄, sed attrahit & expellit cibum. & hoc est motus localis. Et fm hanc expositionem erit demōstratio manifesta. Sed prima expositio videtur magis conueniens: & etiam fuit exemplum largiter acceptum. manus enim non est primus motor nauis, qui nō mouetur, sed ipse gubernator. Et, cū declarauit ꝙ aīa nutritiua est forma in corpore, cū propinquum alterans corpus, quod est cibus, necessario debet esse corpus: & ꝙ forma sit alterans non alterata, cùm sit non corpus: & ꝙ corpus alterans est alteratum, incœpit declarare quid est hoc corpus, & d. Et oportet necessario vt omne nutrimentum, &c. idest & oportet necessario vt omne nutri-

Marginalia: D (at line 1); E (at "tum ex se"); F (at "indigetur illo"). Left margin: "Notum." — "In. 8. ph. a 37. vsq: ad 44. & maxime i 43." — "Digressio. Obiectio." — "Idē 1. de anima. 26. & 8. phy. 20. & 60." — "Prima solutio." — "Supra tex. cō. 41." — "Secunda solutio. 8. ph. a. 55 vsq; ad. 61" — "Exponit secūdā partem tex."

A nutrimentum,quod iam eſt nutrimentum in actu, digeratur per corpus alterans,quod eſt inſtrm aīæ nutritiuæ.&,cū hoc corpus debet eſſe alterans,& digerens:& tale eſt corpus calidū:vnde Antiqui dixerunt q ignis nutritur:oportet neceſſario vt oē habens aīam nutritiuā habeat calorē: ſed non abſolute,immo calorem naturalem.declaratō eſt enim in Quarto Meteororum quod illud,quod facit digeſtionem,eſt calor conueniēs illi enti,non extraneus. D.d.Iam igitur diximus ſm deſcriptionem.i.vſt & largiter,&c.i.& cōplementum ſermonis in vnaquaq; parte eorum, ex quibus conſtituitur nutrimentum,exponendum eſt poſt in loco conuenienti. Et dixit hoc:quia ſermo de nutrimento,& augmento non perficitur niſi in pluribus libris.In libro.n.de Generatione & corruptione determinatus eſt motus augmenti & diminutionis. In Meteororis autē determinati ſunt modi calorum,& modi actionum,vt decoqui,& aſſari. Et in hoc libro etiam declaratus eſt primus motor in iſtis motibus. Et in libro etiam de Animalibus determinatum eſt quot ſunt inſtrā iſtius virtutis vnoquoq; animali:& qūo completur actio per ipſam in vnoquoque B eorum:& per quot membra:& quomodo ſeruiūt illi illa membra:& qualis eſt proportio eorum in iſta actione adinuicem, & huiuſmodi. & ideo dixit quòd illud,quod declaratum eſt hic de nutrimento,non eſt niſi primus motor,& primum inſtrumentum.

4.Me.14.

Sermo de nutrimento & augmēto nō pficit niſi in pluribꝰ libris.

SVMAMA QVARTA.

De potentia Animæ ſenſitiua.

Senſum paſsionem eſſe,eumque aliquando potentia,aliquando uero actu eſſe: pati autem tum à ſimili,tum uero diſsimili. Cap. I.

Eterminatis autem his dicamus communiter de omni ſenſu.ſenſus autem in ipſo moueri & pati aliquid accidit,ſicut dictum eſt:videtur enim quædam alteratio eſſe.aiunt autem quidam & ſimile à ſimili pati. hoc autē C quomodo posſibile aut imposſibile, dictum eſt in vniuerſalibus rationibus de agere & pati.

OPH. *His expoſitis de omni ſenſu communiter diſputemus.ſenſus fit dum aliquid mouetur aut patitur, ut dictum eſt.uidetur enim eſſe alteratio quædam.ſunt etiam qui dicant ſimile à ſimili pati.id uero quomodo poßibile ſit aut impoßibi, dleictum eſt in uniuerſalibus ſermonibus de agendo & patiendo.*

Et,cùm iam determinauimus iſta,dicamus iam in omni ſenſu vniuerſaliter.Dicamus igitur quòd ſentire accidit ſecundum motum,& pasſionem aliquam, ſicut diximus. exiſtimatur enim q ſenſus ſit aliqua alteratio.Et quidem dicunt quòd ſimile patitur à ſuo ſimili,& disſimile à disſimili. & iam diximus in ſermonibus

vniuersalibus de agere, & pati, quomodo possunt fieri, aut nõ fie- D
ri, & in hoc loco etiam locuti sumus de eo.

51 Cùm fuit locutus de virtute nutritiua, incœpit loqui de sensibili, & pri
Primũ cõ mo de illo, quod commune est omnibus sensibus, & d. Dicamus igitur ꝙ
sideratũ ď sentire, &c. i. dicamus igitur quòd sentire fit per aliquam passionem, &
sensu ẽ v- motum in sensibus à sensibilibus, nõ per actionem sensuum in sensibilia.
trũ sit nu- hoc enim est primum consyderatum de sensu, scilicet vtrum sit numera-
meratus i tus in virtutibus actiuis, aut passiuis.* Et, cùm posuit ipsum in genere
virtutibus virtutum passiuarum, dedit causam istius existimationis, & d. existimatur
actiuis, & enim, &c. i. & diximus quòd sensus fit secundum passionem: quia existi-
passiuis. matur quòd sensus alterantur à sensibilibus aliquo modo alterationis.
*Sẽsus ẽ ď Et dixit aliqua, vt notet proprium. quia † post declarabitur quòd ista trãs
virtutibus mutatio non dicitur alteratio, nisi multipliciter. Deinde dicit. Et quidã
passiuis. dicunt quòd simile, &c. i. &, cùm posuerimus quòd genus sensus est pas
Idẽ in cõ. sio, consyderandum est in quibus existimatur passio. quidam enim dicũt
seq. & j. t. simile pati à suo simili: & quidam econtrario, scilicet ꝙ contrarium pati-
co. 59. & tur à suo contrario. Et intendebat hic per sermones vniuersales librum E
60. Idẽ. 3. de Generatione & corruptione. * & non sufficit ei, quod declaratum fuit
de Aĩa cõ. in illo libro, quia sermo hic videtur magis proprius. subiectum enim, de
18. aucto- quo loquitur hic, magis proprium est subiecto, de quo loquebatur illic.
ritate Ale & primo incœpit dare dubitationem in hoc, quod posuit, quòd sensus est
xã. Idẽ. 7. de virtutibus passiuis, non actiuis.
Ph. cõ. 12.
sed viď op
po. cõ. 37.
& in hoc
scďo, vbi
dicit ani-
mã eẽ cau
sam effe-
ctiuã cu-
iuslibet
motus tã
veri, q̃ exi-
stimati. vi
de contra.
Zim.
† j. t. c. 57.
& 3. h⁹. t.
c. 28.
*. 1. de Ge.
t. c. 46. &
infra.

Habet autem dubitationem propter quid sensuum ipsorũ non sit sensus, & quare sine his quæ sunt extra non faciunt sensum, in existente igne, & terra & aliis elementis. quorum est sensus per se, aut secundum accidentia his. Manifestum igitur ꝙ non est actu, sed potentia tantum. vnde non sentiunt: sicut combustibile non comburitur ipsum à se ipso sine combustiuo: combureret enim se ipsum, & nihil indigeret actu ignem esse.

Sed oritur quæstio, cur non sensuum quoq; ipsorũ nõ sit sensus, & cur sine iis quæ sunt extra non efficiunt sensum: cum insit & ignis & ter- F ra, & reliqua elementa quorum est sensus per se, aut ea quæ ipsis accidunt: perspicuum igitur est sensitiuum non esse actu sed potentia tantũ modo: quapropter non sentit: quemadmodum res cremabilis non crematur ipsa per se, sine eo quod vim habet cremãdi: se enim ipsa cremaret, nec actu ignis indigeret.

Sed est irrationabile, quare sensus non sentiunt se: & quare etiã nullus sensus agit absq; extrinseco, & ex eis sunt ignis, & terra, & alia elemẽta, & sunt illa, quæ cõprehendunť à sensu per se, & accidentia contingentia eis. Dicamus igiť ꝙ sensus non est in actu, sed tantum

A tantum in potentia. & ideo non sentimus. quemadmodum combustile non comburitur à se absq; comburente. &, si hoc nō esset, combureret se, & non indigeret quod ignis esset in actu.

52 Cùm posuit sensum esse de virtutibus passiuis, incœpit dubitare dubitationem * cogentē vt sit de passiuis, non de actiuis. & hoc, si non intendit per existimationem certificationem. multoties enim vtitur existimatione pro certitudine. Et di. Sed est irrationabile, quare sensus non sentiunt se. idest vt mihi videtur, sed est irrationabile, cùm posuerimus ꝙ virtutes sensitiuæ sunt actiuę, dicere quare sensus non sentiunt ex se absque extrinseco. necesse enim est, si virtutes sensus essent actiuæ, vt sentirent ex se: & non vt indigerent in sentire aliquo extrinseco. Deinde di. & ex eis sunt ignis, & terra, & alia elementa. idest & sensuum quidam attribuitur in sua compositione vnicuique elemento: & ista sunt sensibilia. oportet igitur vt sentirent se. & hoc intendebat, cùm d. & accidentia contingentia eis idest cōtingentia istis sensibilibus, ex quibus componuntur instrumenta istorum sensuum. Et, cùm narrauit quod est irrationabile dicere quare sensus non sentiunt absque extrinsecis, si posuerimus sensus esse ex virtutibus actiuis, incœpit narrare modum, secundum quem erit responsio huic quęstioni, & dixit. Dicamus igitur quòd sensus non est in actu, sed in potentia, &c. idest dicamus igitur in respondendo quòd sensus non est ex virtutibus actiuis, quæ agunt ex se, absq; eo quòd indigeāt in actione, quæ prouenit ab eis, motore extrinseco: sed, quia sunt ex virtutibus passiuis quæ indigent motore extrinseco. & ideo non sentiunt ex se. quemadmomum combustibile non comburitur ex se absque motore extrinseco, scilicet igne. & quemadmodum combustibile, si esset combustibile ex se, tunc possibile esset vt combureretur sine igne extrinseco existēte in actu: sic sensus, si sentirent ex se, secundum quòd sunt virtutes actiuæ, tunc possibile esset vt sentirent absque extrinseco. Et debes scire quòd hæc est † prima differentia, qua virtutes animæ differunt abinuicem: & est principium consyderationis de intellectu, de alijs virtutibus. virtus autem nutritiua manifestum est ex prædictis, quòd est ex virtutibus actiuis.

[Right margin: * a.l. cōtingentem. — Existimatio qñq; sumitur pro certitudine. Idē. 1. huius. c. 19. — Ex hoc loco colligit ꝙ sensatio sensus exterioris ñ fiat sine pñtia sensibiliū exteriorum. cōsile vid infra. t. c. 54 & 60 & cō. 156. Sed vide oppositū in Auer. sup com. suo d̄ somno & vig. circa dimidium, vbi hēt ꝙ dormiens sentit se videre, & audire, & olfacere, & gustare, & tangere sine aliquo extrinseco sensibili. Vide cō. Zim.]

B [marginal letter beside "tingentia eis"]; C [marginal letter beside "tutes actiuæ"]

[Left margin: † Prima differentia, q̄ virtutes aīę differunt abinuicē, est penes actiuū & passiuū. Idem 3. de Aīa cō. 1.]

Quoniam autem sentire dicimus dupliciter: potentia enim audiens & videns, audire & videre dicimus, & si forte dormiens: & quod iam operans: dupliciter vtiq; dicetur & sensus: hic quidē sicut potentia, ille autem sicut actu. similiter autē & sentire, quodq; potentia ens, & quod actu.

SOPH. *Sed cum sentire bifariā dicatur, quod enim potentia audit uidetq;, id audire & uidere dicimus, quamuis forte dormiat: & quod iam operatur, sensus quoq; bifariā dicetur, partim ut potētia, partim ut actu. similiter etiam sentire: & quod potentia est, & quod actu.*

Et,

Et quia dicere quod aliquid ſentit eſt duobus modis: quod enī in potentia audit, & videt, dicimus imperium audire, & videre licet ſit dormiens: & illud. quod peruenit ad agere, dicimus in eo hoc: vnde ſenſus dicitur potentia, & actu. Et ſimiliter oportet vt ſentire etiam dicatur duobus modis, de potentia, & actu. D

53 Cum declarauit quod ſenſus eſt ex virtutibus paſſiuis non actiuis: & iſta habent duplex eſſe, ſ. eſſe in potentia, antequam virtutes eius perficiantur à motore extrinſeco, & eſſe in actu, quādo fuerint perfectæ & inuentæ in actu à motore extrinſeco: incœpit declarare quod hęc duo cōtingunt virtutibus aīæ, & d. Et quia dicere quod aliquid ſentit, &c.i. & quia manifeſtum eſt per ſe quod dicere quòd aliquid ſentit eſt duobus modis. Quorum vnus eſt cum dixerimus in aliquo audienti, & videnti in potentia, quod audit, & videt: vt dicimus de dormiente. & hoc intendebat, cum dixit. quod enim in potentia audit, & videt, &c.i.qđ.n. eſt in potentia propinqua audiens, & videns dicitur ſecundum conſuetudinem audiens, & videns: licet ſit dormiens, qui eſt magis remotus alijs modis potentiæ. quod enim eſt in obſcuro eſt videns in potentia. ſed iſta potentia eſt propinquior actui. quam potentia, quę eſt in viſu dormiētis. D.d. & illud, quod peruenit ad agere, dicimus in eo hoc.i. & illud, quod peruenit de rebus ſenſibilibus vt videat, & audiat, & vl'r ſentiat, dicitur quod audit, & videt, & vl'r ſentit. Et cum declarauit quod hoc nomen ſenſus dicitur de vtraque intentione, dixit. Et ſil'r oportet vt ſentire etiam dicatᷣ duobus modi, de potentia, & actu, &c.i. & ſimiliter oportet vt ſentire, ꝙ eſt actio ſenſus, dicatur etiam duobus modis, ſicut de habitu, & forma, ex quibus prouenit ſentire. E

Senſus eſt duob⁹ modis, ī potētia, ſ. & in actu. Idē infra. t.cō. 138. 139. & 141. & 142. & & 156.

Potētia viſus exñtis ī obſcuro eſt ppinqor actui, q̄ potētia, q̄ eſt ī viſu dormiētis

Primum quidem igitur tanquam idem ſit pati & moueri, & agere, & mouere, dicimus. & nanq; motus eſt actus quidam, imperfectus tamen, ſicut in alteris dictum eſt. omnia autem patiūtᷣ & mouētur ab actiuo, & actu ente: vnde eſt quidē tanquā à ſimili pati, eſt autem, vt a diſſimili: ſicut diximus. patitur quidem enim quod diſſimile: paſſum autem ſimile eſt. F

SOPH. *Ac primum tanquam idem ſit pati & moueri operariq́, dicamus. etenim motus eſt actus quidam, ſed imperfectus, ut in alus dictū eſt. omnia autē patiuntur & mouentur ab efficiente & eo quod actu eſt: iccirco partim à ſimili patiuntur, partim à diſsimili, quēadmodum diximus: patitur enim quod diſsimile eſt, ubi autē paſſum eſt, ſimile eſt.*

Sermo igitur noſter primo non eſt ſecundū quod pati, & moueri eſt idem cum agere, & mouere. Motus enim eſt aliqua actio ſed nō perfecta, vt dictum eſt in alijs locis. & omne quod patitur & mouetur, non patitur, & mouetur niſi ab aliquo agēte in actu. Et ideo pati quandoq; eſt à ſimili, quandoque à diſsimili. & ſecundum

A **cundum quod diximus, dissimile est illud, quod patitur: & postquam patitur, fit simile.**

54 Cùm declarauit sensum esse ex virtutibus passiuis, & quòd est duobus modis, dixit. Sermo igitur noster, &c. idest & magna differentia est inter sermonem de sensu, opinando in eo, quòd est virtus passiua, & sermonem de eo, opinando quòd est virtus actiua. sermo enim de aliquo, sm quòd opinamur in eo quòd suum esse est pati & moueri, alius est à sermone in eo, secundum quòd opinamur quòd suum esse est agere & mouere. Et, cum narrauit hoc, dedit differentiam inter vtrunque, & d. Motus enim est aliqua actio, sed non perfecta. idest & hec duo genera essendi sunt diuersa. esse enim vnius generis est de genere esse motus: & iam declaratum est quòd motus est actio nõ perfecta: est enim perfectio alicuius existentis in potentia sm quòd est in potentia: esse autem alteri generis est actio perfecta. Deinde dedit aliam differentiam inter vtrũq; B esse, & d. & omne, quod patitur, & mouetur &c. idest & differunt etiam, quoniam omne numeratum in genere passionis nõ habet esse nisi ab aliquo, s. agente. &, iõ, si agens non fuerit, hoc non erit. omne autem numeratum in genere actionis habet esse ex se, non ex alio. D. d. Et ideo pati qñq; est a simili, &c. i. & quia esse virtutũ passiuarũ est admixtũ ex potentia, & actu. passiuum enim antequam patiatur, est contrarium agenti. & cum passio completur, est simile agenti. &, dum patitur, est admixtum. non enim cessat dum mouetur, corrumpi in eo pars cõtrarij, & fieri pars similis. Et manifestum est quod qui non intellexerit virtutes passiuas ĩ tali esse, non poterit dissoluere prædictam quæstionem: neque etiam qui non concesserit quod virtutes sensus sunt de virtutibus passiuis. Potest ẽt dicere vtrum sensibile sit simile, aut contrarium. & hoc est fundamentũ & oportet vt conseruetur, sicut diximus in alijs virtutibus animæ, & maxime in virtute rationabili, sicut apparebit post.

Passiuum anq̃ patiatur ẽ cõtrariũ agẽti. & cũ passio cõplet. ẽ sĩle agenti, & dum patit, ẽ ad mixtũ sĩ & contrario cõsĩle 5.t.cõ.45. & 1.de Gener.t.c.48 & 49.

Dicendum autem, & de potentia & de actu. nunc enim simpli-C **citer dicimus quæ habemus de ipsis. est quidem enim sic sciens aliquod, sicut si dicamus hominem scientem, qm̃ homo scientiũ & habentium scientiam. est autem sicut iam dicimus scientẽ habentem grammaticam. vterq; autem horũ non eodem modo possibilis est. sed hic quidem quoniam genus huiusmodi, & materia est: ille autem quia volens, possibilis est considerare, nisi aliquid prohibeat exterius.**

P H. *Distinguendum etiam est de potentia & actu: nunc enim simpliciter de eis loquimur. partim enim ita sciens quidpiã est, quasi dicamus hominem scientem, quoniam eiusmodi est humanum genus, ut sciat & habeat scientiam: partim iam dicimus scientem, eum qui habet grammaticam: uterq; autem horum non eodem modo potest: sed unus quidẽ,*

quia

quia genus ac materia talis est: alter uero quia cum uoluerit potest contemplari, nisi aliquid prohibeat externum. D

Et oportet nos determinare ēt potentiam, & perfectionem: q̄m in hoc loco locuti sumus de eis simpliciter. Dicamus igiť ꝙ intendimus. cum dicimus ꝙ aliquid, v.g. homo, est sciens, ꝙ hō est de habentibus sciām. Et qn̄q; dicimus hoc, sicut dicimus de eo, qui iam acquisiuit scientiam grammaticæ, ꝙ est sciens. Sed potentia in vtroq; istorum non est eodem modo. sed potentia primi est ꝗa suum genus est tale: secundi autem est, quia, cum voluerit, potest inspicere, dum aliud extrinsecum non impediat ipsum.

55 Cùm declarauit quòd sensus dicitur duobus modis, potentia, s. & actu: & etiam vtrunque istorum dicitur duobus modis, incœpit determinare hoc, & d. Et oportet nos determinare etiā, &c. idest & oportet nos, cum sciuerimus quod sensus inuenitur duobus modis, potentia, s. & actu, determinare intentiones, de quibus dicitur potentia, & perfectio, & actus simpliciter: cū in hoc loco non sumus locuti de eis nisi simpliciter. Et, cùm dedit causam, propter quam oportet loqui in hoc loco de potentia, & actu simpliciter, s. quæ existunt in sensu simpliciter, dixit Dicamus igitur quòd intendimus, &c. i. dicamus igitur quòd manifestum est quòd, cum dixerimus quòd aliquid est tale in potentia, quòd hoc intenditur duobus modis, aut sicut dicimus quod homo est sciens in potentia, idest innatus scire: aut sicut dicimus in sciente grammaticam in actu, quòd est sciens in potentia, quando non vtitur sua scienta. Et, cùm declarauit istos duos modos potentiæ, dedit differentiam inter eos, & d. Sed potentia, quæ est in vtroq;, non est eodem modo, &c. idest sed intentio potētię in vtroq; eorum non est eodem: sed, cum dicimus quòd ignorans est sciens in potentia, intendimus quòd genus eius, & materia est receptibile scientię. Et, cùm dicimus in sciente grammaticam ꝙ est sciens in potentia, dicimus quod habet potentiam consyderandi grammaticam, cum voluerit. E F

Iam autem cōsiderans, actu ens & proprie sciens hanc literam A. Ambo quidem igitur primi ſm potētiam scientes sunt: sed hic quidem per doctrinā alteratus est, & multotiens ex contrario mutatus habitu. hic autem ex eo quod habet sensum aut grammaticam, non agere autem, in agere alio modo.

SOPH. *At uero qui iam speculatur, actu est & proprie sciens hoc A. Ambo igitur priores illi, potentia quidem sunt scientes, sed alter quidem per disciplinā alteratus, & sæpius ex contrario mutatus habitu: alter uero ex eo quòd habeat sensum uel grammaticam, & non operetur, ad operandum alio modo.*

Qui

A Qui aũt consyderat est in perfectione, & in rei veritate sciens hoc. Illi igitur duo primi sunt scientes in potentia. sed alter eorũ, cum alterabitur per doctrinam, & mutabitur multotiens ex habitu ad dispositionem contrariam. alter autem, cùm mutabitur ex habere sensum, aut scientiam grammaticæ, sed non intelligit, quousq; agat modus igitur eius est alius.

56 Idest sciens autem grammaticam, consyderando in ea, est sciens secũdum vltimam perfectionem: & tale dicimus sciens in rei veritate. hoc autem, de quo consyderat non in eo quod scit illud, si nõ consyderat actu de eo. Deinde di. Illi igitur duo primi sunt scientes in potẽtia, scilicet ignorans, & sciens, quando non vtitur sua scientia. D.d. sed alter eorum &c. sed alter eorum mutabitur ex potentia in actum, cũ alterabitur per doctrinã, & mutabitur multotiens ex habitu ad dispositionẽ contrariã, & ex dispositione contraria habitũ, quousq; habit⁹ sit firm⁹, & fixus. Et intendit B per habitũ formã scientiæ: & per dispositionem contrariã ignorantiam. D.d. alter autem cum mutabitur ex habere sensum, aut scientiã grãmaticæ, sed non intelligit, quousq; agat. idest & alter exit de potentia in actũ, & in vltimam perfectionem, quando mutabiť ex habere sensum in actu, aut scientiam grammaticæ in actu in tempore, in quo non intelligat ab eo, quousq; agat ab eo. modus igitur istius virtutis est alius modus.

Non est autem simpliciter neq; agere neq; pati. sed aliud quidẽ corruptio quædam à contrario: aliud autẽ salus magis eius quod potentia, ab eo quod est actu & simili, sic sicut potẽtia se habet ad actum. speculans enim fit habens scientiam: quod vere aut non est alterari: in ipsum enim additio est & in actum: aut alterum genus alterationis est.

P.M. *Pati quoq; non est simplex, sed aliud est corruptio quædam à contrario: aliud salus potius eius quod est potẽtia, ab eo quod ẽ actu & simili:* C *quomodo potentia se habet ad actum: cõtemplans enim fit quod habet scientiam: quod sanè aut non est alterari: nam in ipsum fit acceßio, & in actum: aut certe aliud est genus alterationis.*

Et passio etiam non est simplr. sed quædã est aliqua corruptio à contrario. & quedam videtur magis esse euasio eius, quod est in potentia, ab eo, quod est in actu: & est silř. Ista igitur est dispositio eius, quod est in potentia apud perfectionem. non enim consyderat nisi habens scientiam. & hoc aut non est alteratio, additio enĩ in ipso est ad perfectionem: aut est aliud genus perfectionis.

57 Et hoc nomen passio non significat eandem intentionem simplicem, sed quædam est passio, quæ est corruptio patientis à contrario, à quo patitur: vt passio calidi à frigido, & humidi à sicco. D.d. & quædam videtur

detur magis,&c. ideſt etiam eſt paſſio, quæ eſt euaſio patientis in potentia ab eo, quod eſt in perfectione, & actu, ſm ꝙ illud, quod eſt in actu eſt ſimile non contrarium, ſ. extrahens ipſum à potentia ad actum, econuerſo diſpoſitioni in prima paſſione. D.d. Iſta igitur eſt diſpoſitio, &c.i.& iſte vltimus modus paſſionis eſt diſpoſitio eius, quod eſt in potentia ex anima apud perfectionem mouentem illud, quod eſt in potentia, & extrahentem eam in actum non ſm primum modum paſſionis. D.d. non enim conſyderat, &c.i. & iſte modus paſſionis eſt ex modo, qui eſt euaſio patientis ab eo, quod eſt in actu, mouens ipſum, non corruptio eius. non enim conſyderat in aliquo, poſtq̃ non conſyderabat, niſi qui ſcit illud. & hæc non eſt alteratio ſm primam intẽtionem, quæ eſt corrũptio patiẽtis. D.d. additio.n. in ipſo eſt ad perfectionem, &c.i.&, quia iſta trãſmutatio non eſt ex non eſſe, ſed eſt additio in tranſmutabili, & ire ad perfectionẽ, abſq; eo ꝙ ſit illic corruptio, aut mutatio ex non eſſe, ponitur ſicut mutatio ex ignorantia ad ſciam. Et quaſi intendit ꝙ hoc eſt magis remotum à vera alteratione duobus modis, alteratio enim, quæ eſt euaſio patientis, eſt duplex: alteratio ſ. de non eſſe ad perfectionem, & alteratio de prima perfectione ad vltimam. & hæc eſt additio, quã innuit. D.d. aut eſt aliud genus alterationis.i.& iſte modus, qui eſt euaſio patientis, aut dicetur alteratio, aut erit aliud genus alterationis. D

Vnde non bene habet dicere ſapientẽ cùm ſapiat, alterari: ſicut neq; ędificatorem cùm ędificat. In actum quidem igitur ducẽs ex potentia ente ſm intelligere & ſapere, nõ doctrinam, ſed alteram habere denominationem iuſtum eſt: Ex potentia autem ente addiſcens & accipiens ſcientiam ab actu ente & didaſcalo, aut neq; pati dicendum, ſicut dictum eſt, aut duos eſſe modos alterationis, & eam quæ in priuatiuas diſpoſitiones mutationem, & eam quæ in habitus & naturam. E

SOPH. *Quamobrem non recte ſe habet dicere id quod ſcit cũ ſcit, alterari: quemadmodum nec ædificatorem cum ædificat. Quod igitur ad actum ducit ex eo quod eſt potentia intelligens & ſciens, id nõ doctrinam, ſed aliam habere appellationem meretur: quod autem cum ſit potentia diſcit & comparat ſcientiam ab eo quod eſt actu, & docet, id uel nõ eſſe dicendum pati, quemadmodum diximus, aut certe duos eſſe alterationis modos: uidelicet mutationem eam quæ ad priuatiuas fit diſpoſitiones, & eam quæ ad habitus & naturam.* F

Et ſimiliter non eſt rectum dicere in eo, quod intelligit, quãdo intelligit, ꝙ alteratur, ſicut non dicitur ꝙ ædificator, cũ ædificat, alteratur. Qui autem reuertitur ad perfectiõnem ab eo, quod in potentia exiſtit in capitulo intelligendi, non eſt rectum vt vocetũ diſciplina, ſed oportet ponere ei aliud nomen. Qui autem addiſcit,

A scit, postquā fuit in potētia, & accepit sciam ab eo, qui est in perfectione doctor. oportet, aut vt nō dicat̄ oīno pati, aut vt dicat̄ ꝙ alteratio est duplex, transmutatio, s. ad dispositionem non esse, & transmutatio ad habitum & naturam.

58 Et similiter non est rectū dicere in eo, qui venit de ignorantia ad scientiam, cuius dispositio dicitur disciplina ꝙ alteratur: sicut nō dr̄ hoc in eo, qui mutatur ex hoc, ꝙ non operatur ab habitu existente in eo in actu, ad hoc vt agat ab eo: vt Carpentarius, qui mutatur à non carpentari ad carpentari. Et hoc exemplum inuenimus in ali translatione. D.d. Qui autem reuertitur ad perfectionem, &c.i qui autem acquiririt perfectionim de scientia post potentiam fm reuersionem ad illud, quod iam acquisiuerat primo, deinde amisit ipsum, non debet dici illo nomine quo dicitur ille, qui est in potentia primo semper, & nunquam lucratus fuit illud quod dicitur disciplina: sed iste modus debet habere aliud nomen. & iste B modus quem innuit, dicitur rememoratio. Et dixit hoc quia Plato opinabatur quòd disciplina, & rememoratio idem sunt. D. d. Qui autem addiscit, postquam fuit in potentia.i. transmutatio autem ex ignorantia in scientiam à doctore, qui est sciens in perfectione, & in actu, necesse est aut vt non vocetur alteratio, aut vt dicatur ꝙ alteratio est duobus modis. Quorum vnus est transmutatio, quæ fit in dispositionibus non esse in patienti ab agente: Et alius est transmutatio, que fit in dispositione habitus, & formæ existentis in patiente ab agente. & ista est passio, quæ est corruptio patientis, non euasio. & hoc est illud, quod dixit ante, aut est aliud genus alterationis.

Plato opinabat̄ ꝙ disciplina, & rememoratio idē sūt. idē 3. de Aīa c.20.& 7. Phy.c.20. Idē.1.Me. 48.& 49. Idē 7.Me. cō.58.

Sensitiui autem prima quidem mutatio fit à generāte: cùm autem generatum est habet iam sicut scientiam & sentire. quod aūt secundum actum similiter dicitur ipsi considerare: differt autem quoniam huiusmodi actiua operationis extra sunt, visibile & au C dibile: similiter autem & reliqua sensibilium.

PH. *Sensitiui autem prima quidem mutatio fit ab eo quod generat: cū autem generatum est, habet iam tanquam scientiam & sentire. quin etiam quod actu est perinde dicitur atq; contemplari: differētia tamē est, quòd ea quæ actu sensum efficiunt, extra sunt, uisibile scilicet & audibile, cæteráq; itidem sensibilia.*

Et prima transmutatio sentientis est à generante, ita ꝙ, cū fuerit generatum, statim sentit. Et sentire est sicut scire. & quod est in actu est simile ad consyderare. Sed tamen differunt ꝙ agentia in hoc sunt extrinseca, vt visum, & auditū: & silr̄ alia sensibiliū.

59 Et prima transmutatio sentientis, quæ est similis transmutationi hominis de ignorantia ad scientiam per doctorem, est transmutatio, quæ fit per agens generans aīal non à sensibilibus. Et innuit differentiam inter

primam

Pria perfectio sens' fit ab intelligētia agēte. Idē. 7. Met. c. 31. & 12. Met. c. 18. † in .2. de Gene. aīaliū cap. 3.

primam perfectionem factam in sensu, & vltimā. Opinatur.n. ꝙ prima perfectio sensus fit ab intelligentia agente, † vt declaratur in libro de animalibus. Secunda autem perfectio fit à sensibilibus. D.d. ita ꝙ, cum fuerit factum, &c.i. ita ꝙ, cum prima virtus fuerit facta statim sentiet nisi aliqd impediat, aut sensibilia non sint presentia. & hoc est simile scīæ, quæ est in sciente, qui non vtitur scientia. D. d. Et sentire est sicut scire idest & vltima perfectio sensus, quę est comprehendere sensibilia in actu, & consyderare in eis simile est vti scientia, & consideratione. D.d. & quod est in actu est simile ad consyderare.i. sentire in actu simile est ad consyderare, & scire. D.d. Sed differunt, &c.i. sed prima perfectio sensus differt à sciētia scientis, quæ est in actu, qñ non consyderat, in hoc, ꝙ mouens primā perfectionem in sensu, & extrahens in secundam sunt extrinseca sensata, vt visibilia, mouens autem scientem de prima perfectione in secundam est aliquid copulatum cum anima copulatione in esse. D

Causa autem est quoniam singularium quidem ſm actum sensus, scientia autem est vniuersalium: hæc enim in ipsa quodammodo sunt anima: vnde intelligere quidem est in ipsa cùm velit, sentire autem non est in ipsa: Necessarium est autem esse sensibile. Similiter autem & hoc se habet in scientijs sensibilium, & propter eandem causam: quia sensibilia singularium sunt & exteriorum. Sed de his quidem certificare tempus fiet & in rursum. E

SOPH. *Cuius rei causa est, quia sensus qui actu est, singularium est: scientia uero uniuersalium: hæc autem in ipsa quodammodo sunt anima: iccirco intelligere quidem est in ipso cum uoluerit, sentire autem nō est in ipso: necesse enim est adesse sensibile. similiter etiam res se habet in scientiis sensibilium, & ob eandem causam: quia sensibilia singularia & extra sunt. sed de his apertius disserendi erit occasio etiam aliâs.*

Et causa in hoc est, ꝙ sensus in actu comprehendit particularia scientia autem vniuersalia, & ista quasi sunt in anima. Et ideo homo potest intelligere cùm voluerit sed non sentire, quia indiget sensato. Et ista dispositio est etiam in scientia sensibilium. ista enī causa est causa eorum, s. ꝙ sensibilia sunt ex rebus particularibus extrinsecis. Sed sermo de istis rebus, & exponere ea erit post, & habebit horam. F

60 Idest & causa huius diuersitatis inter sensum, & intellectum in acquirēdo vltimam perfectionem est in hoc, quod motor est in sensu extrinsecus & in intellectu intrinsecus est. quia sensus in actu non mouentur nisi motu, qui dicitur comprehensio à rebus particularib' sensibilibus, & isti sunt extra animam. intellectus autem mouetur ad vltimam perfectionem à rebus vniuersalibus, & istæ sunt in anima. Et dixit & ista quasi sunt in anima. quia post declarabit ꝙ ea, quæ sunt de prima perfectione in intellectu,

A telléctu, sunt quasi sensibilia de prima perfectione in sensu; & in hoc, quod ambo mouent, sunt intentiones imaginabiles: & istæ sunt vniuersales potentia, licet non actu & ideo dixit. & ista quasi sunt in anima. & non dixit sunt, quia intentio vl'is, alia est ab intentione imaginata. Deinde d. Et ideo pōt homo intelligere, &c i. & quia mouentia virtutem rationalem sunt intra animam: & habita à nobis semper in actu: ideo homo pōt considerare in eis, cum voluerit: & hoc dr̃ formare, & non potest sentire, cum voluerit: quia indiget necessario sensibilibus, quæ sunt extra aĩam. D.d. Et ista dispositio est etiam, &c.i. & ista dispositio est etiam in nobis in scientia sensibilium: & nos discimus ab eis, quia existunt in sensibus. & causa in esse istius dispositionis in nobis in sciētia sensibilium, est eadem causa in esse istorum in ipsis sensibilibus. Et similiter est intelligendum quod dispositio existens in nobis in scientia vniuersaliũ est in nobis, quia est in virtute rationali, & quod causa quod sumus per illam hoc modo, est causa, qua ipsa est illo modo. Sed, quia sermo in intellectu non est hic manifestus, transmisit nos ad aliud tempus, & dixit. Sed sermo de istis rebus. i. de intellectu. † Et potest aliquis dicere quod sensibilia non mouent sensus illo modo, quo existunt extra animam. mouent enim sensus secundũ quod sunt intentiones, cum in materia nō sint intentiones in actu, sed in potentia. Et nō potest aliquis dicere, quod ista diuersitas accidit per diuersitatem subiecti, ita quòd fiant intētione, propter materiam spiritualem quæ est sensus, non propter motorem extrinsecum. melius est enim existimare quòd causa in diuersitate materiæ est diuersitas formarum: nō quod diuersitas materiæ sit causa diuersitatis formarum. Et, cũ ita sit, necesse est ponere motorem extrinsecum in sensibus alium à sensibilibus: sicut fuit necesse in intellectu. Visum est igitur quod, si concesserimus quod diuersitas formarum est causa diuersitatis materiæ, quod necesse erit motorem extrinsecũ esse. Sed Arist. tacuit hoc in sensu, quia latet, & apparet in intellectu. Et debes hoc consyderare, quoniam indiget perscrutatione.

Intentio vl'is alia ē ab intētione imaginata: ex quo patet contra negātes spēs intelligibiles.

† Sēsus nō poterit sētire, cū voluerit, quia idiget sensibilib⁹ existētib⁹ extra aĩam. Idē s. ĩ cō. 59. Idē 3. c. 156. idē 7. Met. cō. 35. sed bñ ĩtelligim⁹ cum volumus: quia mouentia virtutē rōnale sunt ĩtra aĩam. Idem. 3. a. cō. 5. 18. & 36.

Digressio. Meli⁹ ē existimare quod cā ĩ diuersitate materiæ, ē diuersitas forarũ, quam ecōtra, cō sīle 1. de Aĩa cō. 53. & 2. Phy. c. 87. Sed vide oppositũ. 8. Ph. c. 46. vbi ex diuersitate māæ arguit diuersitatē formæ. Vide cōt. Zim.

C Nunc autem tantum sit diffinitum, quoniam cum non simpliciter sit quod potentia dicitur: sed aliud quidem sicut si dicamus puerum posse militare: aliud autem sicut in ætate existentem: sic se habet sensitiuum.

SOPH. *Verũ hoc tantum in præsentia sit distinctum: cum non simplex sit id quod potentia dicitur, sed partim quasi dicamus puerum posse ducē esse: partim ut eum qui per ætatem idoneus sit, sic se habet sensitiuum.*

Nunc autem intantum determinetur, quod illud quod dicitur esse in potentia, non est simpl'r, sed de quodã dicitur, sicut dicitur quod puer potest gubernare exercitum, & de quodam dr̃, sicut dicitur de experimento, & similiter est de sensu.

61 Idest summa eius, quod declaratum est ex hoc sermone, & in hoc loco hæc est. Et intendit per simpliciter vnam intentionem. & dixit quod illud,

quod eſt in potentia, non eſt vna intentio, ſed plures. & d. ſed de quodam dicitur, &c. ideſt ſed quidam ſenſus dicitur eſſe in potentia, ſicut dicitur ꝙ puer põt gubernare exercitum. & iſta eſt potentia prima remota: ex qua cum fit tranſmutatio ad propinquam potentiam fit per generans, non per ſenſibilia: & eſt ſimilis potentiæ ignorantis ad ſcientiam. Deinde dixit, & de quodam dicitur, ſicut dicitur de experimẽto, & ſimiliter eſt de ſenſu. & intendit potentiam, quæ eſt prima perfectio ſenſus: & eſt illa, ex qua fit tranſmutatio ad vltimam perfectionem per ipſa ſenſibilia. & eſt ſimilis ſcienti, quando non vtitur ſua ſcientia. Et intendit per omnia iſta declarare ꝙ potentia ſenſus, quæ recipit ſenſibilia, non eſt pura præparatio, ſicut præparatio, quæ eſt in puero ad recipiendum ſcientiam: & ꝙ eſt aliquis actus, ſicut habens habitum, quando non vtitur ſuo habitu. D

Quoniam aũt innominata eſt ipſorum differentia, determinatum eſt autem q̃m altera, & quomodo altera, vti autẽ neceſſe eſt ipſo pati & alterari tanquã proprĳs nominibus. ſenſitiuum autẽ potentia eſt quale ſenſibile iam actu, ſicut dictum eſt. patitur autẽ non ſimile ens: paſſum autem aſſimilatum eſt: & eſt quale illud. E

SOPH. *Sed quia nomine caret eorum differentia, explicatúmq; eſt ea eſſe diuerſa, & quonã pacto diuerſa, neceſſe eſt nominibus his, pati ſcilicet & alterari, uti tanquam propriis. ſenſitiuum autem potentia eſt tale, quale iam ſenſibile actu, quemadmodum dictum eſt. patitur igitur cum non eſt ſimile: ubi autem paſſum fuerit, ſimile factum eſt, & tale eſt quale illud.*

Sed, quia differentiæ eorum non ſunt nominatæ, & iam determinauimus de eis ꝙ ſunt diuerſæ, & quomodo neceſſe eſt nobis vti paſsione, & alteratione, ſicut res veræ. Et, ſentiens in potẽtia eſt ſicut ſenſatum in perfectione, ſm ꝙ diximus. Patitur igitur dũ non eſt ſimile, &, cum patitur, aſsimilatur. F

62 Ideſt, ſed quia differentiæ potentiæ, & trãſmutationis exiſtentium in anima ſenſibili, & in rebus animatis nõ hñt noĩa propria, & iam declarauimus ea eſſe diuerſa, & declarauimus modum, ſm quem diuerſantur: viſum eſt nobis quòd neceſſe eſt, inquantum iſta intentio, quam determinauimus de anima, nõ habet nomen proprium, dare ei nomen paſſionis & alterationis, quæ eſt ſubiectũ rerum verarũ. hoc enim non nocet, cũ iã determinauimus intẽtionẽ, ſm quam diuerſantur. Et dixit, neceſſe eſt nobis. quia iſta intentio caret nomine apud vulgus: & tranſumptio nominis vſitati apud vulgus eſt facilior, quàm fingere aliud nomen. Et, cùm hoc fuerit declaratum de ſentiente, incœpit deſcribere eum ſimpliciter, & dixit, Et ſentiens in potentia eſt, ſicut ſenſatum in perfectione. ideſt manifeſtum eſt igitur ex hoc, quod diximus, quod ſentiens ſimpliciter eſt illud, quod eſt in potentia ad intentionem, quam determinauimus de potentia

Tranſſumptio noĩs vſitati apud vulgꝰ ẽ facilior q̃ fingere aliud nomen.

tentia

A tentia per intentionem rei sensibilis in perfectione, idest illud quod innatum est perfici p intentionem rerum sensibilium, non per ipsas res sensibiles. Et, si non, tunc esse coloris in visu, & in corpore esset idem. Et, si ita esset, tunc esse eius in visu non esset comprehensio. & ideo dixit, est illud, quod est in potentia, sicut sensatū in perfectione. & non dixit, illud, quod est in potentia sensatum. quoniam si ita esset, idem esset esse coloris in visu, & in sua materia. D.d. Patitur igitur, dum non est simile, & cum patitur assimilatur, &c.i. & contingit ei illud, quod contingit omnibus alterabilibus, vt declaratum est in sermone vniuersali: & est q patitur à sensibili, dum non est simile ei: &, cum passio perficitur, tunc erit simile. Sēsus patitur a sensibili, dū nō ē sīle ei. ex quo patet sensibile cōtrariari sensui. sed oppositū vide c. 57. Vide cōt. 2im.

Sensibilia, alia per se esse, alia vero per accidens: per se autem, alia propria alia communia. Cap. 2.

Dicendum autem s̄m vnumquemq; sensum de sensibilibus primo. Dicitur autem sensibile tripliciter: quorū duo quidem dicimus per se sentiri: vnū autem s̄m accidens. Duorum autē, aliud quidem proprium est vniuscuiusq; sensus: aliud autem cōe omnium. dico autem proprium quidem, quod non contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit errare, vt visus coloris, auditus soni, & gustus humoris: tactus autem habet plures differentias, sed vnusquisq; iudicat de his, & non decipitur visus quoniam color: neq; auditus quoniam sonus: sed quid coloratum, aut vbi: aut quid sonans, aut vbi. Huiusmodi quidem igitur dicuntur propria vniuscuiusq;.

IO PH. *Igitur in unoquoq; sensu primum de sensibilibus dicendum est. Sensitiuum tribus modis dicitur, quorū duo quidem per se unū, uero per accidens sentiri dicimus: duorum aūt illorum, unum est propriū cuiusq; sensus, alterum cōe omnium. id autem intelligo proprium, quod non potest alio sensu sentiri, & in quo non potest fieri error: ut uisus coloris, & auditus soni, & gustus saporis: tactus autem plures habet differentias, sed unusquisq; iudicat de eis: neq; decipitur quòd color sit, uel quòd sonus: sed quid sit id quod coloratum est, aut ubi: aut quid sit id quod sonat, aut ubi: Hæc igitur dicuntur propria cuiusq;.*

Et, antequam incipiamus loqui de vnoquoq; sensuū, loquamur de sensibilibus. Dicam⁹ igitur q sensibile dicitur tribus modis: quorum duo dicuntur sentiri per se, & tertius accidentaliter. Et alter duorum proprius est vnicuiq; sensuum, & alter est communis omnibus. Et est proprius, quem non potest alter sensus sentire, & illud, quod impossibile est vt ei cōtingat error: verbi gr̄a, visus apud colorem, & auditus apud vocem, & gustus apud sa-

porem. tactus autẽ plures vno modos habet. Sed vnusquisq; eorũ iudicat ista, & non errat in colore, quis color sit, neq; in voce quę vox sit: sed in colorato quid est, & vbi est: & in audito quid est, & vbi est. Quod igitur est tale, dicitur proprium. D

63 Cùm declarauit quid est sensus simpliciter, vult modo loqui de vnoquoq; sensuum. Et, quia iam prædixit quòd via ad hoc est loqui de ipsis sensibilibus, cùm sint magis nota quàm sensus, dixit Et, antequam incipiamus loqui, &c. i. & quia necesse est ire ex eis, quæ sunt apud nos magis nota ad ea quę sunt magis nota apud naturam, oportet nos loqui prius de ipsis sensibilibus. Et, quia sensibilium hæc sunt vniuersalia, & hæc propria, incœpit loqui prius de ꝓprijs, & dixit, Dicam⁹ igitur quòd sensibile &c. idest & sermo eius in capitulo isto apparet per hoc, quod dixit, sensus autem plures habet modos. Intendit ꝙ sensibilia vniuscuiusque istorum sensuum plura sunt vno modo: sed vnusquisq; sensuum iudicat suum sensatum proprium: & non errat in eo in maiori parte. visus enim non errat E in colore, vtrum sit albus, aut niger: neque auditus in voce vtrum sit grauis, aut acuta. sed isti sensus errant in comprehendendo differentias indiuiduorum istorum sensibilium, ver. gra. in comprehendendo istud albũ quod est nix: aut differentias locorum istorum, ver. g. vt comprehendat ꝙ istud album est superius, aut inferius. Deinde d. Quod igitur est tale dicitur proprium. idest sensibilia autem, quæ inueniuntur alicui soli sensui, qui non errat in eis, in maiori parte dicuntur propria. Et, cum dixit. sed in colorato quid est, & vbi est: & in audito quid est, & vbi est, non intendebat quòd sensus cõprehendit essentias rerum, sicut quidam existimauerunt: hoc enim est alterius potentiæ quæ dicitur intellectus: sed intendebat quòd sensus cùm hoc, quòd comprehendunt sua sensibilia propria, comprehẽdunt intentiones indiuiduales diuersas in generibus, & in speciebus. comprehendunt igitur intentionem huius hominis indiuidualis, & intentionem huius equi indiuidualis, & vniuersaliter intentionem vniuscuiusq; decem prędicamentorum indiuidualium. & hoc videtur esse proprium sensibus hominis. Vnde dicit Arist. in lib. de Sensu, & sensato, quòd sensus aliorum animalium non sunt sicut sensus hominis, aut simile huic sermoni. & ista intentio indiuidualis est illa, quã distĩguit virtus cogitatiua à forma imaginatiua, & expoliat eam ab eis, quæ sunt adiuncta cùm ea ex istis sensibilibus communibus & proprijs, & reponit ea in rememoratiua. & hæc eadem est illa, quam cõprehendit imaginatiua. sed imaginatiua cõprehendit eam coniunctã istis sensibilibus: licet eius cõprehensio sit magis spiritualis: vt alibi determinatum est. F

[Margin: Necesse ẽ ire ex eis, q̃ sũt apđ nos magis nota, ad ea, q̃ sunt magis nota apđ naturã. Idẽ. 1. Phy. t.c. 2. & 7. Meta. t. c. 10. Idẽ ĩ hoc. 2. t.c. 12. & 33. Circa sensibile propriũ ñ errat sensus in maiori pte. Idẽ. ĩ. 152. 134. 161. Idẽ super lib. de Sensu & Sensato. Sẽsus ñ cõprehẽdũt essẽtias rerũ, sicut q. dã existimauerũt: s; hoc ẽ alteri⁹ potẽtię, q̃ dr̃ intellectus. Sẽsus hoĩs cõprehendũt ĩtẽtiones indiuidualẽs omniũ decẽ pdicamentorũ. Idẽ. 3. đ Aĩa, c. 6. 20. & 33.]

Communia autem, motus, quies, numerus, figura, magnitudo: huiuscemodi autem neq; vnius sunt propria, sed communia omnibus: tactui enim motus aliquis sensibilis, & visui. per se quidem igitur sunt sensibilia hæc.

Communia

D P H. *Communia autem, motus, quies, numerus, figura, magnitudo: hæc*
A *enim nullius sunt propria sed omnium cõmunia. etenim & tactu motus quidam sensibilis est, & uisu. Atq; hæc quidẽ per se sensibilia sunt.*

Comunia autem sunt, motus, & quies, & numerus, & figura, & quantitas. ista enim non sunt propria alicui, sed communia eis omnia. motus enim sentitur tactu, & visu.

64 Cùm declarauit ex duobus modis essentialibus modum proprium, incœpit declarare communem, & d. q sunt quinq; motus, & quies, &c. Et hoc quod dixit, ista enim non sunt propria, &c. non intendit q vnumquodq; istorum quinq; est cõmune vnicuiq; sensuum, vt intellexit Themistius, & sm quòd apparet: sed tria eorum, scilicet motus, & quies, & numerus sunt communia omnibus: figura autem & quantitas sunt communia tactui, & visui tantum. & sic intendit per hoc, quod dixit, sed communia eis omnia. i. sed omnia sunt communia sensibus, nõ omnia omnibus
B sensibus. Quoniam autem hæc sensibilia, s. propria, & communia sunt attributa sensibus essentialiter manifestum est. non enim possumus attribuere comprehensionem sensuum eis alio modo ab eo, sm q sunt sensus. Hæc igitur est vna intentio eius, quod est accidentaliter, quod est oppositum ei, quod est essentialiter. ista enim sunt comprehensibilia sensuum sm q sunt sensus, non sm q sunt aliqui sensus.

Mot⁹, q̃es, et nũerr⁹ sunt cõia oib⁹ sensib⁹. figura aũt, & q̃titas sr̃ cõia tactui. & visui tm̃.

Secundum accidens autem dicitur sensibile, vt si albũ sit Diarij filius: sm enim accidẽs hoc sentitur, qm̃ accidit albo hoc q sentitur. vnde nihil patitur sm q huiusmodi est à sensibili. Sensibiliũ autem secũdum se, propria proprie sensibilia sunt, & ad quæ substantia apta nata est vniuscuiusq; sensus.

O P H. *Per accidens autem sensibile dicitur, uerbi causa si album sit Diaris filius: per accidens enim hoc sentimus, quia accidit albo id quod sentimus: quocirca nihil quatenus tale est à sensibili patitur. eorum autẽ*
C *quæ per se sunt sensibilia, ea propriè sensibilia sunt, quæ propria sunt, & ad quæ nata atq; apta est cuiusq; sensus substantia.*

Accidentaliter autem dicitur in re q est sensibilis. album enim quod est Socrates, non sentitur, nisi accidentaliter. accidit enim q album, quod sentitur sit iste. & ideo non patitur à sensibili, sm q est sic. Ea aũt, quæ sunt sensibilia p se, & propria, sunt sensibilia in rei veritate. & sunt ea, q̃ sentire est nata suba cuiusq; sensuũ.

65 Cùm declarauit duos modos sensibilium per se, s. propriorum & communium, incœpit declarare tertium modum, qui est sensibilis per accidens, & d. Accidentaliter autem dicitur in re, quod est sensibilis. i. hoc modo. D. d. exemplum, & dixit, album enim quod est So. non sentitur, nisi accidentaliter. i. iudicare enim quòd istud album est Soc. est sentire accidentaľr.

dentaliter. D.d. causam,& d.accidit enim quod album,quod sentitur,sit iste.i.& dicimus ꝙ ista comprehensio est per accidens: quia nos non sentimus per visum ꝙ illud est So.nisi s̄m ꝙ est coloratum: & coloratū illud esse So. est per accidens, secundum ꝙ est coloratum. Sed potest aliquis dicere ꝙ silr̄ accidit ei figura, & numerus, & motus, & quies. quomodo igitur fuerunt numerata ista in eis, quæ sunt sensibilia essentialiter? qm̄, si fuerunt numerata quia sunt communia, similiter etiam intentiones indiuiduorum sunt communes omnibus sensibus. Et possumus dicere in hoc duos sermones: quorum vnus est, ꝙ ista communicatio magis videtur necessaria in esse propriorum sensibilium, v.g. quantitas. color enim non denudatur ab ea. & similiter calor, & frigus, quæ appropriantur tactui. color enim non est necesse vt sit in So. aut in Platone, neque necessitate propinqua, neque remota. Et etiam sensibilia † comunia, vt declarabitur, sunt propria sensui communi, quemadmodum ista sunt propria vnicuiq; sensuum: & comprehēsio intentionis indiuidualis, licet sit actio sensus communis. & ideo pluries indigetur in comprehensione intentionis indiuidui vti pluribus vno sensu, vt vtuntur Medici in sciendo vitam eius, qui existimatur habere repletionē venarū pluribus vno sensu. tn̄ vr̄ ꝙ ista actio est sensus cōis non s̄m ꝙ est sensus cōis, sed s̄m ꝙ est sensus alicuiꝰ animalis v.g. aīalis intelligentis. Iste igitur est ēt alius modus modorum secundum accidens, s.ꝙ accidit sensibus comprehendere d̄rias indiuiduorum s̄m ꝙ sunt indiuidua, non s̄m ꝙ sunt sensus simplices, sed s̄m ꝙ sunt humani: & præcipue d̄riæ substantiales, videtur enim ꝙ comprehensio intentionum indiuidualium, substantiarum, de quibus intellectus consyderat, est propria sensibus hominis. Et debes scire ꝙ comprehēsio intentionis indiuidui est sensuum: & comprehensio intentionis vniuersalis est intellectus: & vniuersalitas † & indiuidualitas comprehenduntur per intellectum, s.definitio vl̄is, & indiuidui. D.d. & ideo non patit̄, &c. idest & visus non patitur ab intentione sensibile per accidens. qm̄, si pateretur ab aliquo indiuiduo, s̄m ꝙ est illud indiuiduum, non debet pati ab alio indiuiduo. D.d. Ea aūt, quæ sunt sensibilia per se, &c.i. duorum aūt modorum rerum sensibilium per se propria sunt ea, quæ prius debent numerari in eis, quę sunt essentialiter: & sunt sensibilia ī rei veritate, & essentialiter, cùm ista sunt, quæ sentiuntur primo & essentialiter: illa autē licet sentiantur essential̄r, tn̄ non sunt prima. D.d. & sunt ea, quę sentire, &c.i. & sunt ea, quæ sunt nata sentiri primo, & essential̄r ab vnoquoq; sensuū: & silr̄ natura, & essentia vniuscuiusq; sensuum est in sentiendo ea.

Digressio. Solutio. Color nō denudat̄ a q̄titate. & silr̄ calor, & frigus, q̄ appropriant̄ tactui. Idē infra. 135. † Sēsibilia cōia sr̄ ꝓpria sēsui cōi. oppositū .3. tex. cō. 133. Vide cō. zim. Cōphēsio intētionū indiuidualiū, de qbꝰ itelľs cōsyderat, ē ꝓpria sensibus ho s. Idē ī c. 63. Idē, 3. de Aīa. cō. 6. 20. & 33. † Vl̄itas, & īdiuidualitas cōphēdunt̄ ꝑ itelľm. ꝓ hoc vide cō. 9. 3. de Aīa.

De visu, visibilibus, ac medio, perspicuo, ac lumine. *Cap. 3.*

CVius quidem igitur est visus, hoc est visibile. visibile autē est colorq; & ꝙ ratione quidem est dicere, innominatū autem existit ens. manifestum autem erit ingredientibus maxime. visibile enim est color: hoc autem est in eo ꝙ secūdum se visibile.

A sibile.secundum se autem,non ratione, sed quoniã in seipso habet causam essendi visibile.

OPH. *Ergo cuius est uisus, id est uisibile. uisibile autem est color, & quod oratione quidem exprimi potest ,nomine autem caret:uerum in orationis progressu maxime perspicuum fiet quod dicimus.quippe uisibile est color,qui demum est id quod in eo est,quod est per se uisibile : per se autem non ratione,sed quoniam in se habet causam cur sit uisibile.*

Illud igitur, cui atribuitur visus, est visibile. Visibile enim est color, & ꝙ est possibile dici, sed non est dictũ. & post apparebit ꝙ dicimus magis. Visibile enim est color. & hoc est visibile per se.& est dicere per se,non ſm intentionem,sed in eo inuenitur causa in hoc, ꝙ est visibile.

B

66 Cùm cõpleuit sermonem vlem de sensibilibus, reuersus est ad sermonem propriũ de vnoquoq; sensibili,& primo de sensibili visus, & d.Illud autem cui attribuitur visus idest, & manifestum est per se ꝙ sensibile, quod attribuitur visui,proprie est visibile. & visibile est color,& sibi simile ex rebus, quæ videntur in obscuro,quę non habent nomen congregãs in colore, neq; etiam in se habent nomen, quod demonstret de eis illud quod est quasi genus, sed non possunt exponi nisi sermone composito. ver. gra. ꝙ dicamus ꝙ sunt ea, quæ videntur in obscuro, & non videntur in in luce: vt conchæ. Deinde dicit. & post apparebit, &c. idest & nos declarauimus modum post,ſm quem dicitur quòd color, & ista sunt visibilia,s.vtrum hęc dicantur æquiuoce,aut ſm prius & posterius. D.d. Visibile enim est color,&c. i.visibile enim in rei veritate est color, aut est illud, quod per se est visibile. Et est dicere per se, non secundum primam intentionem intentionum, de quibus dicitur,illud qđ est essentialiter,&

C est modus,in quo prędicatũ est in substantia subiecti. sed ſm intẽtionem secundam, & est illud, in quo subiectum est in definitione prædicati.color enim est causa vt res sit visibilis. & per hoc, quod dixit, sed in eo inuenitur causa.intendit secundum ꝙ color est causa,aut in eo inuenitur causa, vt aliquid sit visibile. Color ẽ per se visibile, ĩ ſcđo mõ dicẽdi per se,ñ in primo.Idẽ in cõ.seq.

Omnis enim color mouens est eius quod secundum actũ dia-
14 phani:& hæc est ipsius natura. vnde quidem non est visibile sine lumine.propter quod de lumine primo dicendum est. Est igitur aliquid diaphanum.

IOPH. *Omnis autem color motiuus est eius quod est actu perlucidum, atq; id est ipsius natura. Iccirco non est uisibile sine lumine : sed omnis color rei cuiusq; in lumine uidetur:quamobrẽ,de lumine prius quid sit dicendum est. est ergo aliquid perlucidum.*

Et quia omnis color est mouens diaphanum in actu. & hoc est natura eius. Et ideo nõ est visibilis absq; luce, sed necessarium est vt vnusquisq; colorum non sit visibilis nisi in luce. Et ideo dicendum est de luce quid est. Et hoc erit in dicẽdo quid est diaphanũ. D

67 Et substantia coloris, & eius essentia, fm ꝙ est visibilis, est illud, quod mouet diaphanum in actu. D.d.& hoc est natura eius, &c.i.& ista descriptio demonstrat naturam & substantiam eius, fm ꝙ est visibilis. Et signum, ꝙ color est mouens diaphanum in actu non diaphanum in potentia, est, quia nõ est visibilis absq; luce, per quam diaphanum in potentia fiat diaphanum in actu, & hoc autem demonstrat ꝙ ipse opinatur ꝙ colores existunt in obscuro in actu. Et si lux fiat necessaria in videndo colorem, non est nisi fm ꝙ facit diaphanum in potẽtia diaphanum in actu, aut opinatur ꝙ lux est necessaria in videre, fm ꝙ colores existunt in obscuro in potentia: & secundum quòd diaphanum potentia indiget etiam in recipiẽdo colorem, vt sit diaphanum in actu. Et Auempace dubitauit in hac descriptione* diaphani, & d. quòd non est necesse vt diaphanum inquantum mouetur à colore, sit diaphanum in actu: quoniã diaphaneitas eius in actu est illuminatio eius: & eius illuminatio est aliquis color. Color enim nihil est, nisi admixtio corporis lucidi cùm corpore diaphano: vt declaratum est in lib. de Sensu & sensato. Et omne recipiens aliquid non recipit ipsum nisi in modo, secũdum quem caret illo. Et hoc coegit eum ad exponendum hunc sermonem alio modo ab eo, quod dixerunt expositores, & dixit, & dicere quòd color mouet diaphanũ in actu: i. mouet diaphanum de potentia ad actum, non ꝙ mouet diaphanum, secũdũ ꝙ est diaphanum. Lux autem necessaria est in videre: quia colores in obscuro sunt in potentia: & ipsa facit eos in actu, vt moueant diaphanum, secundum quòd diaphanum caret luce, aut illo, quod fit à luce, scilicet colore. & ista expositio est valde difficilis, secundum ꝙ sonant eius verba. E

Digressio, q̃ quęritur quõ lux necessaria sit colori.

Auẽpace rñsio.

* coloris.

Oẽ recipiens aliq̃d nõ recipit, nisi inq̃tũ caret eo, qđ recipitur. Idẽ. 3. đ Aia. c. 4.

Alexan. enim dat rationem, quòd diaphanum in actu mouetur à colore ex hoc, ꝙ apparet. Aer enim videtur multotiẽs coloratus colore, quem videmus mediante aere: vt parietes, & terra colorantur per colorem plantarum apud transitum nubium super eas. Si igitur aer non coloraretur per colorem illarum plantarum, non colorarentur parietes, & terra. Et manifestum est ꝙ color, licet fiat à corpore lucido, tamen differt ab eo definitione, & essentia. color enim vt dicitur est vltimum diaphani terminati. lux autem est complementum diaphani non terminati. Vnde manifestum est ꝙ non de necessitate illud, quod mouetur a colore debet esse non lucidum: sed de necessitate debet esse non coloratum. Nihil enĩ recipit se, aut est causa alicuius in recipiendo ipsum & ista est propositio manifesta per se. & Arist. ea multotiens vtitur, indifferenter: siue mouere necesse, & recipiere fuerint spiritualia, sicut aer recipit colorem: aut materialia, sicut corpus admixtum ex lucido, & diaphano obscuro recipit colorem. Et, cum fuerit possibile ꝙ diaphanũ in actu moueatᵣ à colore, necesse F

Alex. opĩo

Lux, & color dñt. vide aliã dñiam .ĵ. in cõ. 72.

Nihil recipit se, aut ẽ cã alicuius in recipiendo ipsum. ista ppõ est p se manifesta, & Arist. vtit ea mltotiẽs tã in receptiõe nãli, q̃ in receptiõe spũali. vid p hoc cõ. 4. & 5. 3. de Aia.

A necesse est vt hoc sit ei, aut essentialiter, aut accidentaliter. s. aut secundum quod est diaphanum in actu, aut secundum quod est diaphanum tantum: sed contingit ei vt non moueatur à coloribus, nisi essendo diaphanum in actu. hoc enim est secundum quod est diaphanum. & ista est opinio Auempace. Sed manifestum est per se, quod lux necessaria est in essendo colores visibiles. & hoc autem erit, quia dat coloribus formam, & habitum, quo agunt in diaphano: aut quia dat diaphano formam, qua recipit motum à coloribus: aut vtrunq;. Et est manifestum quòd quando* consyderauerimus quod dixit Arist. in principio istius sermonis, & posuerimus ipsam propositionem quasi manifestam per se, tunc necesse erit vt lux non sit necessaria in essendo colores mouentes diaphanum, nisi secundum quòd dat diaphano formam aliquam, qua recipit motum à colore, s. illuminationem. Aristo. enim posuit principium quòd color est visibilis per se, & quòd simile est dicere colorem visibilē, & hominem risibilem. s. de genere propositionis essentialis, in qua subiectum est causa prædicati, non prædicatum causa subiecti: vt cùm dicitur

B homo est rationalis. & hoc intendebat: cum dixit, sed secundum quòd in eo inuenitur causa in hoc, quod est visibile, secundum quod exposuimus. Et hoc concesso manifestum est quòd impossibile est dicere quòd lux est illud, quod largitur colori habitum, & formam, qua fit visibilis, quoniam, si ita esset, tunc comparatio visionis ad colorem esset accidentalis, & secūda nō prima, s. mediāte isto habitu. visio enim manifestum est quod est aliquid posterius visibili: & quòd eius proportio ad colorem nō est sicut proportio rationalis ad hominem. Manifestum est igitur quod proportio eius est sicut proportio risibilis ad hominem: & sicut color secundum quod est color est visibilis, non mediante alia forma sibi contingente. Et, cùm ita sit, lux nō est necessaria in essendo colorem mouentem in actu, nisi secundū quòd dat subiecto sibi proprio receptionem motus a se. & Arist. videtur quòd non posuit hoc, quod posuit, nisi intendendo dissolutionem istius quæstionis. Et secundum hoc intelligendus est sermo eius, quòd colores mo-

C uent visum in obscuro in potentia. lux enim est illud, quod facit eos motiuos in actu. vnde assimilat lucem intelligentiæ agenti, & colores phantasmatibus. Quod enim inducitur secundum exemplum, & large, non est simile ei, quod inducitur secundum demonstrationem. de exemplo autē non intenditur nisi manifestatio, non verificatio. Et non potest aliquis dicere quòd color non inuenitur in actu, nisi luce præsente. Color enim est vltimum diaphani terminati. Lux aūt nō est vltimum diaphani terminati. & ideo necessaria non est in essendo colorem, sed in essendo visibilē, vt determinauimus. Reuertamur igitur & dicamus quod, cùm declarauit quod color, secundum quod est visibilis, mouet diaphanum in actu: & quod est ista natura eius propter hoc quod est visibilis per se: & quòd impossibile est vt visio sit sine luce, reuersus est ad narrandum illud, quod consyderatum est de istis rebus prius, & dixit sed necessarium est vt vnusquisq; colorum, &c. idest sed quia vnusquisq; colorum non est visibilis nisi in luce, dicēdum est prius de luce. lux enim est vnum eorum, quibus completur visio. D.d. &

Opīo commentatoris.

a.l. cōseruauerim

In ppōne primi modi dicēdi per se pdicatū ē cā subiecti, ecōtra in ppōne sedi modi

Impossibile ē quod lux largiatur colori habitū, & formā.

Color ē visibilis nō mediante alia forma sibi cōtingente.

Remouet obiectiōes contra se.

De exēplo ñ requirit nisi manifestatio, ñ verificatio

Vide. 1. priorū sect. o 3 & 1. poste. c. 8 o.

& hoc erit in dicendo quid est diaphanum, idest & hoc complebitur nobis in dicendo prius quid est diaphanum. D

Diaphanum autem dico, quod est quidem visibile, non autem secundum se visibile, vt simpliciter est dicere, sed propter extraneum colorem. hmōi autem est aer & aqua, & multa solidorum. non. n. ſm q aqua neq; ſm q aer, diaphanum est: sed quoniā est natura eadem in his vtrisq; & in perpetuo superius corpore.

SOPH. *Id autem appello perlucidum, quod est quidem uisibile, sed ut uno uerbo dicam, non per se, sed propter alienum colorem uisibile. cuiusmodi sunt aer & aqua & complura solidorū. non enim quatenus aqua, nec quatenus aer, perlucidum est: sed quia eadem inest natura in utroque eorum, & in æterno illo supero corpore.*

Et Diaphanum est illud, quod est visibile, sed non visibile per se, & simpliciter, sed propter colorem extranei. Et in tali dispositione inueniemus aerem, & aquam, & plura corpora cœlestia. non enim secundum q aer est aer, neq; secūdum q aqua est aqua, sunt diaphana. sed propter naturam eandem existētem in his duobus & in corpore æterno altissimo. E

68 Cùm narrauit q oportet prius consyderare de natura diaphani, incœpit describere ipsam, & dixit. Et Diaphanū est illud, quod est visibile, &c. i. Et Diaphanū est illud, quod non est visibile per se, s. per colorem naturalem existentem in eo: sed illud, quod est visibile per accidens, i. per colorē extraneum. Et hoc, quod dixit, manifestum est. & ideo innatum est recipere colores, cùm nullum proprium habeat in se. D. d. non enim ſm q aer est aer, &c. i. & quia diaphaneitas non est in sola aqua, neque in solo aere, sed etiam in corpore cœlesti, fuit necesse vt diaphaneitas non sit in aliquo eorum, secundum illud quod est. v. g. ſm q aqua est aqua, aut cœlum cœlum, sed ſm naturam cōem, existentem in omnibus: licet non habeat nomen. & hoc, quod dixit, manifestum est. F

Lumen autem est huiusmodi actus diaphani, secundum q est diaphanum: potentia autem in quo hæc est & tenebra, lumen autem vt color est diaphani, secundum q actu diaphanum ab igne aut huiusmodi, vt quòd sursum corpus: & enim huic aliquid īest vnum & idem quid quidem igitur diaphanum, & quid lumen, dictum est: quia neque ignis est, neq; omnino corpus, neq; defluxus corporis nullius: esset enim vtique aliquod corpus, & sic, sed ignis aut huiusmodi alicuius præsentia in diaphano: neq;. n. possibile est duo corpora in eodem esse.

SOPH. *Lumen uero est eius actus, nempe perlucidi quatenus perlucidū est: in quo ante hoc inest potentia, in eodem tenebræ etiam insunt: Lumen*

autem

A *autem ueluti color est perlucidi, quando actu fit perlucidum ab igne aut eius generis aliquo, cuiusmodi est superum corpus. Quid igitur sit perlucidum & quid lumen diximus: nimirum quòd nec ignis est, nec omnino corpus, neq; effluxio corporis ullius, (esset enim uel sic corpus aliquod) sed ignis aut alicuius eiusmodi præsentia in perlucido. neq; enim duo corpora simul in eodem esse possunt.*

Lux autem est actus diaphani, secundum quod est diaphanum. In potentia autem est illud, in quo est hoc, & obscuritas. Et lux est quasi color diaphani, cùm fuerit diaphanum secundum perfectionem ab igne, & similibus, vt corpus superius. in hoc enim existit illud idem. Iam igitur dictum est quid est diaphanum, & quid est lux. & quòd non est ignis, neq; corpus omnino, neq; aliquid currens à corpore omnino. quoniam, si ita esset, tunc secundum hunc B modum esset aliquod corpus. sed est præsentia ignis, aut simile in diaphano. impossibile enim est vt duo corpora sint in eodē loco.

69 Cùm declarauit naturam diaphani, quod est de luce quasi materia de forma, incœpit definire lucem quod est, & d. Lux autem est actus diaphani, &c. i. substantia autem lucis est perfectio diaphani, secundum quòd est diaphanum: aut perfectio istius naturæ communis corporibus. Et hoc, quod dixit. in potentia autem est illud, in quo est hoc, & obscuritas. i. corpus autem diaphanum in potentia est illud, in quo inuenitur ista natura communis cum obscuritate. D. d. Et lux est quasi color diaphani, &c. i. & lux in diaphano non terminato est quasi color in diaphano terminato: cū diaphanū fuerit, diaphanū ī actu à corpore lucido naturalr: vt ignis: & siīa de corporibus altissimis lucidis. D. d. in hoc enim etiam &c. i. natura enim diaphaneitatis existens in corpore cœlesti semper associatur illi, C quod facit eam dispositionem in actu. & ideo nunquam inuenitur cœlū diaphanum in potentia, sicut ea, quæ sunt inferius, cum quandoq; sit lucidum præsens, & qn̄q; non. ista autem natura cœlestis semper est illuminata. Et ex hoc declaratur etiam quod colores non acquirunt habitum à luce. lux enim non est nisi habitus corporis diaphani. Nā cœlestis semp. est illuminata. Idē I cō. 71.

Videtur autem lumen contrarium esse tenebræ. est autem tenebra priuatio huius habitus ex diaphano. quare palā quod huius præsentia lumen est, & non recte Empedocles neq; si alius aliquis sic dixit, quòd feratur & extendatur lumen in medio terræ & continentis. nos autem lateat. hoc enim est & extra eam quæ in ratione veritatem, & extra ea quæ videmus in paruo enim spatio lateret. nos. ab oriente aūt in occidens latere, magna multum est quæstio.

H. *Videtur etiam lumen esse contrarium tenebris. sunt uero tenebræ priuatio talis habitus à perlucido. Itaq; perspicuum est eius præsentiam*

esse

esse lumen.neq; recte Empedocles aut si quis alius perinde locutus est ac si lumen feratur, ac demum extendatur inter terram et cælum, ambiens, nos uero lateat. hoc enim est præter ueritatem quæ in ratione posita est, & præter ea quæ apparent. in paruo namq; interuallo forte nos lateret. latere uero ab ortu ad occasum, magnum admodum postulatum est. D

Et existimatur ꝙ lux sit contrarium obscuritati. & obscuritas est priuatio habitus à diaphano: declaratur igitur ex hoc ꝙ lux ē præsentia istius intentionis. Et non vere dixit Empedocles neque alius, si aliquis dixit sicut ipse dixit, quòd lux transfertur, & vadit in tempore inter terram, & circunferentiam. sed imperceptibilia à nobis. Iste enim sermo est extra verum, & extra apparentiā. possibile est. n. hoc non percipi in breui spatio. sed non percipi de oriente ad occidentem magna est differentia valde. E

70 Cùm declarauit ꝙ lux est perfectio corporis diaphani, sm ꝙ est diaphanum, incœpit declarare modum, per quem certificabitur ꝙ lux nō est corpus, sed est dispositio, & habitus in corpore diaphano, & dixit. Et existimatur ꝙ lux est contrarium obscuritatis, &c. & videtur ꝙ lux sit opposita obscuritati sm priuationē, & habitum. D.d. declaratur igitur ex hoc ꝙ lux est præsentia istius intentionis. i. declaratur igitur ex hoc, s. ꝙ obscuritas ē priuatio lucis in diaphano, ꝙ lux non est corpus, sed est præsentia intētionis in diaphano: cuius priuatio dicitur obscuritas apud præsentiam corporis luminosi. Et hoc, quod dixit manifestum est. qm̄ subiectum obscuritatis, & lucis est corpus, & est diaphanum: & lux est forma, & habitus istius corporis. &, si esset corpus tū corpus penetraret corp⁹. D.d. & nō vere dixit Empe. &c. i. & nihil dixit Emp. cum dixit ꝙ lux est corpus, & ꝙ primo transfertur, & vadit inter terram, & circunferentiam, deinde transfertē ad terram, sed sensus non percipit propter velocitatem motus. D.d. Iste enim sermo est extra verum, &c. & iste sermo, s. Empe. est extra rationē. possibile enim est hoc non sentiri in breui spatio, sed in maximo spatio. s. ex oriente in occidentem est maxime recedere à ratione. F

Est autem coloris susceptiuum, quod sine colore: soni autem absonum. sine colore autem diaphanum, & inuisibile, autem ꝙ vix videtur, vt videtur quòd tenebrosum est: huiusmodi autem diaphanum quidem est: sed non cum sit actu diaphanum sed cum potentia. eadem enim natura quandoq; quidem tenebra: quandoq; autem lumen est.

SOPH. *Est autem coloris quidem receptiuum quod colore uacat, soni autem quod sono. uacat autem colore, perlucidum, & inuisibile, & quod uix cernitur: cuiusmodi uidetur esse tenebrosum: tale autem perlucidū est*

non

A *non tamen quando actu, sed quando potentia est perlucidum: eadem.n. natura modo est tenebrae, modo lumen.*

Et recipiens colorem est illud, quòd non habet colorem: & recipiens vocem est illud, quòd non habet vocem. Quod autem non habet colorem est diaphanum, non visibile, aut illud, quod videtur, secundum q existimatur de obscuro. & quod est tale, est diaphanum: sed non quando in perfectione fuerit diaphanum, sed in potentia. eadem enim natura forte erit obscuritas, & forte lux.

71 Cùm narrauit q color est mouens diaphanum, fm quòd est diaphanum in actu, incœpit dare causam in hoc, &c.d. Et recipiens colorem est illud, quod non habet colorem, &c.i. & color est mouens diaphanum: quia recipiens colorem debet carere colore: & quod caret colore, est diaphanū non visibile per se, sed, si dicitur visibile, erit sicut dicitur q obscurum est visibile, i. est innatum videri, cùm diaphanum sit obscurum, quando lux B non fuerit pręsens. & hoc intēdebat cū.d. aut illud, quod vr̄ sicut existimat de obscuro. i. aut illud, quod est visibile, fm q dr̄ q obscurū est visibile. D.d. & quod ē tale, est diaphanū, &c.i. & diaphanū quod nō est visibile p se, non est diaphanum, quod perficitur per lucem, sed diaphanum, quod est in potentia lucidum. D.d. eadem enim natura, &c.i. & diaphanum inuenitur fm has duas dispositiones: quia natura recipiens diaphaneitatem in quibusdam rebus, recipit vtrunq;. quandoq; enim inuenitur obscura, & qn̄q; diaphana. Et dixit forte, quia hoc non æqualiter accidit in ista natura, sed tantum in diaphanis generabilibus, & corruptibilibus. Natura autem cœlestis nunquā recipit obscuritatem: nisi hoc, quod existimatur de Luna in eclipsi, & apud diuersitatem situum eius à Sole: si concesserimus q natura Lunæ sit ex naturis diaphanis, non ex naturis luminosis. & forte Luna est composita ex istis duabus naturis. Docum. Nā cœlestis nunq̄ recipit obscuritatē. Idē s. cō. 69. vide p hoc. 2. Cę. c. 49.

C

Non omnia autem visibilia sunt in lumine: sed solum vniuscuiusq; proprius color. quædam enim in lumine quidem non videntur, in tenebra autem faciunt sensum, vt quæ ignea videntur & lucentia: non autem nominata sunt vno nomine. vt quercus putride, cornu, capita piscium & squamę & oculi: sed nullius horum videtur proprius color: pp quā aūt causam hæc videnť alia ratio.

H *Neq; uero omnia cerni possunt in lumine, sed suus cuiusq; duntaxat color. sunt enim nonnulla quæ in lumine quidem non cernuntur, in tenebris autem faciunt sensum, ueluti quæ ignea apparent, atq; splendent: uacant autem uno nomine, ut fungus, ut cornu, ut piscium capita & squammæ, & oculi. uerum nullius horum color cernitur suus. causa autem quam obrem cernantur ad aliam pertinet disputationem.*

Et

Et nõ oĩa videntur in luce, ſed ex quolibet color tantum proprius. Sunt enim quædam, quę non videntur in luce, ſed in obſcuritate faciunt ſenſum, verbi gratia ea, quæ videntur ignea, & ſplẽdeſcere. & iſta non habent vnum nomen, verbi gratia concha, & cornu, & capita quorundam piſcium, & ſquammæ, & oculi. ſed color proprius non videtur in aliquo eorum. Quare autem iſta videntur, indiget alio ſermone. D

72 Cùm prædixit ꝙ viſibilium quoddam eſt color, & quoddam non color, & eſt illud, quod non habet nomen commune, & ꝙ proprium eſt colori, ꝙ non videatur niſi in luce, incœpit dicere ꝙ diſpoſitio illorum aliorum viſibilium eſt econtrario colori, ſ. ꝙ videntur in obſcuro, & non in luce. Et.d. Et non omnia videntur in luce, &c.i. & non omne viſibile videtur in luce, ſed tantum hoc eſt verum, quòd color proprius cuiuslibet viſibilis videtur in luce, & indifferenter, ſiue illud viſibile videatur in obſcuro, ſiue non. D.d. Sunt enim quædam, quę non videntur in luce, &c. idest & diximus ꝙ non eſt neceſſe vt omne viſibile videatur in luce: quia ſunt quædam, quæ videntur in obſcuro, & non in luce, vt plura animalia, & conchæ, & cornu, & alia. & omnia iſta non habent idem nomen. D.d. ſed color proprius non videtur, &c. ideſt, ſed, licet iſta ſentiantur in obſcuro, tamen color proprius vniuſcuiuſq; eorũ non ſentitur tunc, ſed apud præſentiam lucis tantum: & ideo nõ poteſt aliquis dicere, ꝙ aliquis color videtur in obſcuro. D.d. Quare autem videntur iſta, &c.i. cauſa autem, propter quam iſta videntur in obſcuro, & non in luce dicenda eſt in alio loco. Et videtur ꝙ iſta videntur in nocte, & in die, quia in eis eſt parum de natura lucidi. latet enim veniente luce propter paucitatem eius, ſicut hoc accidit in lucibus paruis cum fortibus. & ideo ſtellæ non apparent in die. Et natura coloris eſt alia à natura lucis, & lucidi. lux enim eſt viſibilis per ſe, color autem eſt viſibilis mediante luce. E

Contradictio ĩ iſtis verbis, vr̃ ſta primo d. ꝙ color cuiuslibet viſibilis vr̃ in luce, & poſt ſubdit, & ĩdifferenter, ſi illud viſibile vr̃ in obſcuro ſiue nõ. mõ ſi vr̃ in luce tm̃ quõ ergo ẽ poſt in obſcuro. Vide contra. Zim.

Docet Prop qd aliqua vñt ſo nocte. C

Lux eſt viſibilis p ſe color aũt ẽ viſibilis mediante luce. oppoſitũ vr̃ dicere ĩ cõ. 67. vbi d. ꝙ color ẽ viſibilis ñ mediante alia forã ſibi cõtingente. Vide con. Zim.

Nunc autem in tantum manifeſtum ſit, quoniam quod quidẽ in lumine videtur color eſt. vnde non videtur ſine lumine: hoc.n. erat ipſi colori eſſe, motiuum eſſe ſecundum actum diaphani. actꝰ autem diaphani lumen eſt. Signum autem huius manifeſtum: ſi quis enim ponat habens colorem ſuper ipſum viſum, non videtur. ſed color quidem mouet diaphanum puta aerem. ab hoc autẽ iam continuo exiſtente, mouetur quod ſenſitiuum eſt. F

Nunc hoc tantum conſtat, colorem id eſſe quod in lumine cernitur: quamobrem ſine lumine non cernitur: hoc enim erat ipſi eſſe colori, motiuo eſſe eius quod eſt actu perlucidum: actus autem perlucidi lumen eſt: cuius euidens indicium eſt, nam ſiquis rem colore præditam apponat uiſui, non uidebit: ſed color quidem mouet perlucidum, uerbi cauſa aerem: ab eo autem ut pote continuo, mouetur ſenſus inſtrumentum.

A In hoc loco autem tantum apparet, s. q omne visum in luce est color, & similiter non videtur sine luce. hoc enim etiam est illud, quod fuit in colore, qui est scilicet: quod est illud, quod mouet diaphanum in actu, & perfectio diaphani est lux. Et signum eius manifestum est. qm, si posueris aliquod habens colorem super ipsum visum, non videbitur. sed color mouet diaphanum: sicut aer, cum continuatur, mouetur sensus ab eo.

73 Cùm declarauit quid est visibile, s. color, & quid est diaphanum, & lux, incœpit dicere summam eorum, quæ declarauit, &. d. In hoc autem loco hoc tantum, &c. & hoc, quod dixit, manifestum est, s. istæ duæ propositiones. quarum vna est q omne, quod videtur in luce, est color. secunda est, econtrario, s. q omnis color videtur in luce. illa enim, quæ apparent in obscuro, manifestum est quòd non videntur fm colorem proprium. D. d. hoc enim etiam est illud, &c. i. hoc enim etiam est illud, quod induxit nos B ad dicendum cognitionem substãtiæ coloris, fm q est visibile, q est illud quod mouet diaphanum in actu. Et intendit per hoc q ista definitio nõ declarat eẽ coloris, nisi fm q apparuit nobis q impossibile est vt color videatur sine luce, & q lux intrat visionem, fm q largitur diaphano præparationem vt moueatur à coloribus, non q largiatur coloribus habitum. & hoc declaratum fuit prius. D. d. & perfectio diaphani ẽ lux, &c. i. & lux est actus diaphani tantum. Et signum eius, q lux non habet esse absque diaphano, est quia, si positum fuerit aliquod coloratum super ipsum visum, non comprehenditur: tunc enim nõ erit lux inter colorem & visum quia non est illic diaphanum. cùm igitur diaphanum aufertur, aufertur lux: & cùm lux erit, erit diaphanum. D. d. sed color mouet diaphanũ, &c. i. sed propter hoc, quod diximus, q cũ color fuerit positus super visum nõ videtur, fuit necesse vt visio coloris non compleatur, nisi color moueat C diaphanum, quod est medium inter ipsum & videns, & medium moueat per suam continuationem cum vidente videntem, vt aer, qm̃, cũ copulatur cũ vidente, mouetur à colore, qñ illuminatur, deinde ipse mouet visum.

Illa, q̃ vñr i obscuro nõ vñr fз colorẽ ꝓpriũ. Idẽ ĩ cõ. 72.

Docum. Lux largit̃ diaphano ꝑparationẽ vt moueat̃ a coloribus, n aũt largit̃ coloribus habitũm Idẽ ĩ 67. ac. 69. cõ. Idẽ infra cõ. 74.

Non enim bene hoc dicit Democritus qui opinatur, si esset vacuum quod mediũ, ꝓspici vtiq; certe, & si formica esset in cœlo. hoc enim impossibile. patiente enim aliquid sensitiuo fit ipsum videre. ab ipso igitur qui videtur colore, impossibile est. relinquitur autem, quòd à medio. quare necesse est aliquod esse medium. vacuo autem facto non aliquid certe, sed omnino nihil videbitur. ꝓpter quam quidem igitur causam colorẽ necesse est in lumine videri, dictum est. ignis autem in vtrisq; videtur, & in tenebra, & in lumine. & hoc ex necessitate. diaphanum enim ab hoc lucidũ fit.

1. *Enimuero non rectè hoc dicit Democritus, putans si aeris internallum fiat uacuum, cerni posse exquisite si uel formica in cœlo fuerit: nã hoc fieri nequit. uisio enim fit sensitiuo aliquid patiente. ut igitur ab ipso co-*

so colore qui cernitur, fieri non potest: restat ergo ut ab intermedio: quamobrem necesse est aliquid esse intermedium. quod si uacuum fiat non modo non exquisitè, sed prorsus nihil uidebitur. causa igitur cur necesse sit colorē in lumine uideri dicta est. Ignis autem in utroq; cernitur, & in tenebris, & in lumine: idq; necessario, nam perlucidum ab eo fit perlucidum. D

Democritus igitur non vere dixit in hoc, quòd existimauit quòd si medium esset vacuum, tunc visio esset magis vera, etiam si formica esset in cœlo. Hoc enim impossibile est. visus enim non fit, nisi quando sensus patitur aliqua passione. sed impossibile est vt visus patiatur à colore: remanet igitur vt patiatur à medio. vnde necesse est vt aliquid sit in medio. Si autem fuerit vacuum, non tantum visio non erit vera, sed nihil omnino videbitur. Iam igitur dicta est causa, propter quam color necesse est vt non videatur, nisi in luce. Ignis autem videtur ĩ vtroq;, s. in obscuro, & in luce & hoc necesse est. diaphanum enim per hoc est diaphanum. E

74 Cùm declarauit quòd actio visus non perficitur, nisi per diaphanum mediaris, per signum quòd si color fuerit positus super visum non videtur: & ēt, quia visus non perficitur nisi per lucem, & lux non inuenitur, nisi in diaphano medio, incœpit reprehendere Democritum, dicentem quòd, si visus esset in vacuo, tunc esset magis vera. Et.d. Democritus, &c.i. &, cùm declaratum est quòd visio non fit nisi per medium, non recte opinabatur Democritus quòd, si visio esset mediante vacuo, tunc esset magis vera. D.d. Hoc enim impossibile est, &c.i. hoc enim, quod dixit, quòd visio magis perfecta erit in vacuo, impossibile est. Et signum eius est, quod iam declaratum est quòd visus, secundum quòd est virtus sensibilis, mouetur, & patitur à colore, & color mouet ipsum. Et impossibile est vt visus patiatur, & moueatur à colore, si corpus coloratum fuerit extra visum, nisi ita quòd illud coloratum prius moueat medium fm tactum, & medium moueat visum. &, si vacuum esset inter visum & visibile, tunc non posset mouere visum. omnis enim habitus existens in corpore non agit nisi secundum tactum. Si igit vltimũ motũ non tãgit à motore, necesse est vt inter ea sit mediũ, quod reddat passionem: & illud medium erit tactum, & tangens, primum autem erit tangens non tactum, & motum postremum tactum non tangens. vnde necesse est vt visibile patiatur à medio, non à vacuo, sicut existimauit Democritus. Et hęc est demonstratio, quòd visio impossibile est vt fiat per vacuum, non quòd visus impossibile est vt fiat nisi per medium. Potest enim aliquis dicere quòd, si necessitas ad essendum medium esset propter sensatum esse distinctum à sentiente, tunc necesse esset vt, cum sensatum tangeret visum, quòd sentiret ipsum. sed non est ita. & ideo non intendit Arist. per hunc sermonem quòd visus indiget medio necessario, sed declarare F

Impoẞe ē vt visus patiat, et moueat a colore, si corpus coloratũ fuerit extra visum: nisi illud coloratũ prius moueat medium fm tactũ: & mediũ moueat visum. idē 3. cō. 73. idē. 7. ph. cō. 12.

A ſed declarare quòd, cùm ſenſibilia fuerint diſtincta ab eo, impoſſibile erit vt ſit per vacuum: vt exiſtimauit Democr. Et eſt ſuſtentatus ſuper hoc, ꝙ ſenſus indigent medio neceſſario. ſ. quia ſenſibilia, cùm fuerint poſita ſup eos, non ſentient: & ꝙ viſus etiam non erit niſi per lucem, & lux non inuenitur, niſi per medium. D. d. Iam igitur dicta eſt cauſa, &c. i. &, cùm declaratum eſt ꝙ, viſus neceſſario indiget medio, declarata eſt per hoc cauſa, ꝓpter quam color non videtur niſi in luce, & eſt quia non videtur niſi per medium. Et hoc demonſtrat ꝙ ipſe non opinatur ꝙ cauſa in eſſendo lucem in viſione eſt vt faciat colores, in actu: ſicut quidam opinati ſunt. Deinde dicit. Ignis autem videtur in vtroq;, &c. ideſt, & ignis videtur in obſcuro, & luce: quia congregatum eſt in ea vtrunq;, ſcilicet, quia facit medium diaphanum in actu. ſecundum ꝙ eſt lucidum, & mouet ipſum, ſecundum ꝙ eſt color in corpore.

Eadem autem ratio eſt de ſono & de odore: nihil enim ipſorum tangens ſenſitiuum ſenſum facit: ſed ab odore quidem & ſono me
B dia mouentur, ab hoc autem ſenſitiuum vtrumq;. cum autem ſup ipſum ſenſitiuum aliquis apponit odorans aut ſonans, neq; vnũ ſenſum faciet. De tactu autem & guſtu habet ſe ſimiliter, non autẽ vr: propter quam autem cauſam, poſterius erit manifeſtum.

OPT. *Eadem de ſono & odore ratio eſt: nihil enim eorum tangendo ſenſorium, efficit ſenſum: ſed ab odore quidem et ſono mouetur intermediũ, ab eo autem inſtrumentum utrumq;. ſin autem aliquis ipſi inſtrumento rem apppſuerit olentem aut ſonantem, nullum ſenſum faciet: De tactu etiam & guſtatu pari quidẽ modo res habet, ſed non apparet: cauſa autem poſt declarabitur.*

Et iſte ſermo idem eſt de voce etiam, & de odore. nullum enim eorum, ſi tetigerit ſuum ſenſum, facit ſentire. ſed medium mouetur ab odore, & à voce, & ab iſto mouetur vtrunq; ſenſuum. ſi igi
C tur tu poſueris ſuper ipſum ſenſum aliquid habens vocem, aut habens odorem, non faciunt omnino ſentire. Et ſimiliter eſt de tactu & guſtu, ſed hoc non apparet: & poſt declarabimus cãm in hoc.

75 Cùm declarauit ꝙ ſenſus viſus non fit niſi per medium, incœpit dicere etiam ꝙ per iſtam eandem declarationem tres ſenſus neceſſario indigent medio. & ſermo eius eſt manifeſtus. Et per hoc, quòd dixit, & ſimiliter eſt de tactu, & guſtu, intendit & opinio noſtra in ſenſu tactus, & guſtus in hoc, quòd indigent medio, eſt ſicut opinio noſtra in alijs ſenſibus: licet illi duo ſenſus videantur ſentire, cùm ſua ſenſibilia fuerint poſita ſuper eos. & ideo non ita manifeſte videntur indigere medio, ſicut illa tria alia. Deinde. d. & poſt declarabimus cauſam in hoc, i. cauſam, propter quam ſenſus tactus, & guſtus ſentiunt ſenſibilia poſita ſuper ipſa: & nõ eſt ſic de tribus ſenſibus alijs.

Medium autem, sono quidem, aer est. odori autem, innominatum ē. Communis enim quędam passio est ab aere & aqua, sicut diaphanum colori, sic & habenti odorem quod est in vtrisq; his. Vidētur enim animalium aquatica habere odoris sensum. sed homo quidem & pedibus ambulantium quæcunque respirant, impossibilia sunt odorare, nisi respirantia. causa autem & de his posterius dicetur. D

SOPH. *Intermedium autem sonorum quidem, est aer: odoris autem uacat nomine. nam in aere & in aqua communis est quædam affectio, ut res perlucida colori, sic colore prædito, id quod in utrisq; his inest: nam & aquatilia animalia habere sensum odoris uidentur: sed homo quidē & inter pedestria quæ spirant, nisi spiritum trahant, olfacere nequeunt: quorum etiam causam post reddemus.*

Et medium in voce est aer, in odore autem non habet nomen. est enim aliqua passio communis in aere, & in aqua. est & in odoratu quasi diaphaneitas in colore, & propter hoc inuenitur ex vtroq;. Animalia enim habitātia in aqua habent sensum odoratus. sed homo, & omnia animalia ambulantia anhelantia nō possunt odorare sine anhelitu. Et post dicetur causa in istis rebus. E

76 Dicit ꝙ medium in voce est aer, non aqua: quia animalia, quæ sunt in aqua, non sentiunt, vt mihi videtur, nisi per voces cadentes in aere ex aq̄. apparet enim ꝙ vox non fit ex percussione corporum in aqua, econtrario de odore. D. d. in odore autem non habet nomen. i. natura autem recipiens odorem. s. quæ est in medio, non habet nomen, sicut habet natura, quæ recipit colorem in aqua, & in aere, s. hoc nomē diaphanum. D. d. est enim aliqua passio cōis, &c. i. apparet enim ex hoc ꝙ, receptio odoris non est aeris sm ꝙ est aer, neq; aqua sm ꝙ est aqua, sed aliquam passionē esse in natura cōi eis. & illa natura innata est recipere odores extraneos. & hoc erit vt nō habeat in se odorem omnino, quemadmodum diaphanū est natura, quæ recipit colores extraneos, sm ꝙ non habet colorem proprium. Et hoc demonstrat ꝙ ipse non opinatur ꝙ odor sit corpus dissolutum in aere ab odorabili, sed est qualitas aliqua, per quam illa natura innata est perfici: sed odor non perficitur per illam, quemadmodum diaphanum per colorem, sed color non per diaphanum. Et sicut color † habet duplex esse: quorum vnum est in diaphano non terminato, & est illud, in quo est extraneum: & aliud in diaphano terminato, & est esse eius naturale: sic odor habet similia hæc duo esse. s. esse in humido saporabili, & est eē naturale: & esse in humido non saporabili, & est esse extraneum. Et post declarabimus hoc, cū locuti fuerimus de hoc sensu. D. d. & pp hoc inuenitur ex vtroq;. i. pp hanc naturam cōem inuenitur odor ex vtroq; elemento. s. aqua, & aere. Animalia enim aquatica habent sensum odoratus, F

Documētum. Arī. nō opinatur ꝙ odor sit corpus dissolutū in aere ab odorabili. Idē.j.cō. 97. & 101

†Color habet duple[x] eē, vnū e[st] nāle. & a[liud] extr[a]neū. Idē co. 97. & 1[01]

A odoratus,& non est dubium, quin hoc fiat mediante aqua. D.d. sed homo,& omnia animalia ambulantia,&c.& intendebat per hoc declarare quod pisces odorant absq; anhelitu. & hoc non est impossibile, sicut odorant plura animalia habitantia in aere, non anhelantia sine anhelitu. Deinde dicit. Et post dicetur causa in hoc. idest quare quædam animalia odorent per anhelitum,& quædam non.

De auditu, sono, ac medijs. De ipsa Echo: ac etiam de Voce. Cap. 4.

NVnc autem primum de sono & olfactu determinemus. Est autem duplex sonus: hic quidem enim actu: alius autem potentia. alia enim non dicimus habere sonum, vt spongiam, lanam, & pilos. quædam autem habent, vt æs: & quæcunq; plana & lenia sunt: quoniam possunt sonare: hoc autem est ipsius medii & auditus facere sonum actu.

B

SOPH. *Nunc de sono primum et auditu disseramus. Duplex est sonus, unus actu, alter potentia: quædam enim non habere sonum dicimus, ut spongiam, lanam: quædam habere, ut æs, & quæcunq; solida sunt & læuia, quia possunt sonũ edere, idest inter se & auditũ actu sonũ efficere.*

In hoc autem loco determinemus primo de voce, & de odore. Et dicamus quod vox est duplex. est enim in actu, & est in potentia. sunt enim quædam, quæ non dicuntur facere sonum, vt spongia, & lana. & quædam dicuntur habere sonum, vt cuprum, & omne durum. lene enim potest facere sonum. & hic potest facere inter ipsum, & auditum sonum in actu.

17 Videtur ordinare consyderationem de virtutibus sensus sm nobilitatem, non sm naturam: & ideo præposuit sermonem de visu alijs sensibus, deinde de auditu, deinde de odoratu. Et sermonis eius in hoc capitulo abbreuiatio est. & quædam habent sonum, vt res duræ, & quædam non, vt molles. & habentium sonum, quædam dicũtur habere sonum in actu: & quædam in potentia. Ari. ordinauit cõsyderationẽ de virtutibus sensus sm nobilitatẽ, non sm naturã. Idem. j. c. 101.

C

Fit autem qui secundum actum sonus, semper alicuius ad aliquid & in aliquo. percussio enim est faciens. vnde impossibile est cum sit vnum, facere sonum: alterum enim est verberans, & quod verberatur. Quare sonans ad aliquid sonat. tangit enim aliquid: cum autem ictu tangitur, sonat: ictus autem non fit sine motu. sicut autem diximus, non contingentium ictus, sonus est. nullus. n. sonum faciunt pili & si percutiantur: sed æs, & quæcunq; lenia & concaua sunt: æs quidem quoniam lene est, concaua autem ex repercussione faciunt multos ictus post primum, impotentis exire quod motum est.

SOPH. *Fit autem actu sonus semper alicuius ad aliquid & in aliquo: ictus*

enim est qui efficit: itaq; fieri non potest, ut si unum sit, sonus fiat: aliud D
enim est quod uerberat, aliud quod uerberatur. quare id quod sonat ad aliquid sonat: ictus autem non fit sine latione. uerum ut diximus nō quorumuis ictus, sonus est. nullum enim sonum edit lana si percutiatur. sed æs, & quæcunq; læuia & concaua sunt. æs quidem quia læue est: concaua autem refractione multos post primum ictus efficiunt, dum quod motum est exire non potest.

a.l. siue ea pcutiat siue percutiatur.

Et sonus in actu semper fit per aliquid & apud aliquid, & in aliquo. percussio enim est illud, quòd agit. Et ideo impossibile est q fiat sonus ab aliquo vno. percutiens enim est aliquid, & percussū est aliud. vnde necesse est. vt faciens sonum non faciat sonum, nisi apud aliquid. & percussio non fit sine motu, & translatione. Et sicut diximus, sonus non est percussio cuiusq; corporis. sicut vellera lanæ, cum fricantur, non faciunt sonum omnino: sed cuprum, & omne lene concauum. cuprum autem, quia est lene: corpora autem concaua, quia per reflexionem faciūt plures pcussiones post primam propter prohibitionem exitus. E

78 Et intendit per aliquid, percutiens: & apud aliquid, percussum: & per in aliquo medium, s. aerem, & aquam. & quod dicit in hoc capitulo, manifestum est. Et abbreuiatio eius est q sonus fit à percutiēte, & à percusso, & ab aliquo, in quo percussio cadit. percussio enim est actio: ergo habet agens. s. percutiens, & materiam, s. percussum. Et, quia percussio est motus localis, non fit nisi in aqua & aere. qm̄ impossibile est vt sit in vacuo: vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus. Percussum autem, ex quo fit sonus, est duobus modis, aut lene durum, sicut cuprum, aut concauum. Sonus igitur fit à leni propter expulsionem aeris apud percussionē à partibus eius æqualiter. & hoc intendebat, cū d. cuprum autem, quia est lene. qm̄ ita est de sono in hac intentione, sicut de reflexione radiorum. s. q fortiter apparet in corporibus duris, quia æqualiter existit in eis, quapropter congregatur in eis vna actio: vt homines, qui attrahūt ponderosum. à corporibus autem concauis propter reflexionem aeris in eis frequenter, quia non potest exire aer ab eis: & sic expellitur, sicut pila expellitur à pariete. & hoc intendebat per reflexionem. Et debes scire q sonus non fit in aere, ita quòd aer, qui expellitur à percutiente, mouetur per se singulariter, donec perueniat ad auditum. Sed debes scire quòd illud, quod fit in aere de percussione corporum adinuicem, est simile ei, quod fit in aqua, quando lapis proijcitur in aquam de circulatione, s. quia fit in aere apud percussionem figura sphærica, aut prope sphæricam: cuius centrum est locus percussionis per expulsionem aeris ab illo loco æqualiter, aut prope. Et signum eius est, q possibile est audiri in quolibet puncto aeris, cuius remotio à percutiente est eadem: & est remotio naturalis actus, à cu- F

Docum.

ius

A ius remotiori non poteſt audiri illa vox: & ideo omnis percuſſio habet ſphæram terminatam. ſic eſt de odore, & de colore, ſ. quia mouent aerem ex omnibus partibus ſecundum iſtam figuram ſphæricam. Oĩs, pcuſſio habet ſphærã terminatã & ſic ẽ de odore, & color. cõſiſe hẽt infra cõ. 97.

Amplius auditur in aere & in aqua, ſed minus in aqua. non eſt autem ſoni proprius aer neq; aqua: ſed oportet firmorum fieri ꝑcuſſionem ad inuicem & ad aera. hoc autem fit cum permaneat percuſſus aer, & non ſoluatur. unde ſi velociter & fortiter percutiatur, ſonat: oportet enim præoccupare motum ferientis fracturã aeris: ſicut ſi congregationem aut cumulum lapillorum percutiat aliquis latum velociter.

IOPH. *Præterea & in aere auditur & ĩ aqua, ſed minus. Neq; uero penes aerẽ ſoni poteſtas eſt, nec penes aquã: ſed oportet ſolidorũ inter ſe & cũ aere conflictionem ictumq; fieri: quod tum contingit, cum percuſſus aer perſtiterit, nec diſsipatus fuerit. itaq; ſi celeriter & uehementer per-* B *cutiatur, ſonum edit: oportet enim ut motus ferientis anticipet diſsipationem aeris, non ſecus ac ſi quis arenæ cumulum, aut certe arenam perpetuo lapſu præcipitantem celeriter diuerberet.*

Et etiam auditur in aere, & in aqua, ſed minus. Et aer, nõ ſolus ſufficit in ſono: neq; aqua. ſed indigetur vt percusſio ſit á corporibus ſolidis in inuicem, aut ad aerem. & hoc erit, quando fuerit aer fixus ad recipiendum percusſionem, & non diuidetur. Et ideo, cũ aliquid fuerit percuſſum velociter, & fortiter, faciet ſonum. neceſſe eſt enim vt motus percutiẽtis antecedat diuiſionem aeris, vt homo ſi percuſſerit cumulum arenæ.

79 Cùm declarauit ꝙ percuſſio fit per aliquid, apud aliquid, & in aliquo, & declarauit ea, per quæ fit percuſſio, & ſecundum quæ, incœpit declarare illud, in quo fit percuſſio, & dixit. Et ẽt auditur in aere, & in aqua, ſed minus. i. ſed aqua minus reddit vocem fortiter quã aer. D. d. Et aer non eſt C ſolus ſufficiens in ſono, &c. i. & aer non ſufficit vt fiat ſonus abſq; aliquo pcuſſiõ: neq; aqua ẽt ſufficit in hoc: ſed indiget vt in aere fiat pcuſſio à corporibus ſolidis in inuicẽ, & in ipſo aere. D. d. & hoc erit, qñ aer fuerit fixus, &c. i. & ſonus fit, qñ percuſſio fuerit à ſolidis corporibus adinuicẽ, & in ipſum aerẽ: & fuerit percuſſio ipſius aeris ꝑ velocẽ motũ, ita ꝙ præcedat motũ aeris: & fuerit pcutiens habens latitudinem, & quantitatẽ: qm̃ reſiſtet tunc ei aer. cũ. n. percutiens, & pcuſſio fuerint talia, continget vt aer videatur quaſi fixus, & non diuiſus. ſ. quando percutiens non fuerit diuiſum: & motus eius non fuerit tardus. D. d. Et ideo, cùm aliquid fuerit ꝑcuſſum, &c. i. & ſignum eius, ꝙ ſonus non fit, niſi quando motus percutientis fuerit velocior diuiſione, eſt ꝙ, cum aliquid fuerit percuſſum ex eis, quæ non ſunt innata facere ſonum fortiter, & velociter, fiet ſonus. vt accidit, quando homo percuſſerit cumulum arenæ fortiter, & velociter Contradictio hic & s. cõ. 76. qa ibi vr ꝙ mediũ, in quo fit ſonus, eſt aer tm̃, nõ aqua. & idẽ hẽt infra. c. 81. ĩ hoc vero cõ. hẽt oppoſitum. Vide cõt. Zim.

& propter hoc, quod dixit accidit, ꝙ ea, quæ sunt velocis motus, faciunt sonum in aere, licet non percutiant aliud, vt motus corrigiæ in aere. D

Echon autem fit cum ab aere vno facto, ꝑpter vas determinās & prohibens diffundi, iterum aer repellitur sicut sphæra. videtur autem semper fieri echon, sed non certus: quia accidit in sono sicut & in lumine. etenim lumen semper repercutitur. neq; enim fieret penitus lumen sed tenebra, extra solem. sed non sic repercutitur sicut ab aqua, aut aere, aut ab aliquo alio lenium: Quare tenebrā facit qua lumen terminamus.

SOPH. *Echo autem fit cum ab aere, qui propter uas quod eum terminauit friariq; prohibuit unus efficitur, retro aer ueluti pila pulsus fuerit. uidetur aūt semper Echo fieri, sed non clara. quandoquidem ut in lumine sic usu uenit in sono: etenim semper lumen refringitur: alioqui non fieret ubiq; lumen sed tenebræ, extra locum à sole illustratum: sed non ita refringitur, ut ab aqua uel aere uel quouis alio læuium, ut umbram efficiat, qua lumen terminamus.* E

Echo autem fit ex aere, quando fuerit vnus propter vas, à quo continetur, & prohibetur à diuisione, quando aer reuertetur, & expelletur ab eo quasi sphæra. Et forte echo fit semper, sed nō manifeste. Accidit enim in sono, sicut accidit in luce. Lux enim sempᵖ reflectitur, &, si non esset ita, non esset in omni loco, sed obscuritas esset semper extra locum, super quem cadit Sol. sed nō reflectitur sicut reflectitur ab aqua, & à cupro, & ab aliis corporibus lenibus
80 ita quòd faciat vmbram, & est illud, per quod venit lux.

Cùm declarauit ea, ex q̄bus fit sonus, & q̄ũo fit, incœpit declarare quoddā accidens soni, quod dr̄ echo: & est iteratio soni, cõseruando suam figuram, vt accidit in domibus nō habitatis. Et.d. Echo aūt, &c.i. echo fit ex aere, qui fit vnus.i. terminatus, & inclusus ꝑp illud, à quo continetᷣ, & prohibetᷣ ab exitu. qm̄, cū motus eius à primo percutiente ꝑficitᷣ, percutitᷣ aer à lateribus eius, à quo continetᷣ: & ꝑcutit ipsum secunda ꝑcussione siꝉi primæ ꝑcussioni, quæ fecit sonū: & sic auditᷣ idē sonus iteratus ei, quasi rn̄dēs primo. Et assimilauit istud sphæræ expulsæ. qm̄, qū sphæra expellitᷣ, contingit in ea motus siꝉis primo motui: & echo auditᷣ post primū sonū, quasi rn̄dens: quia iā declaratū est ꝙ inter oēs duos motus est quies. Et non est intelligēdū ex hoc, quod dixit, fit ab aere, qn̄ fuerit vnus, ꝙ fiat ex vno aere, quia est distinctus ꝑ motū ab aliis partibus aeris, vt lapis, qn̄ proiicitur, aut pila: sed oportet intelligere ꝙ intendit per vnū aerē, vnū, quia est terminatū, & cõtentū à vase. Aer. n. qui est talis, cū in eo cõtigerit aliqua passio, & motus fortis: cõtinget tūc à ꝑcussione siꝉe ei, quod cõtingit à iactu lapidis in aqua, s. ꝙ ille motus non perficitur ꝑp ipsum terminās: quapropter F

Iā ē declaratū ꝙ inter omnes duos motꝰ ē quies. ꝓ hoc uide 8. ph. t. cō. 62. 63. 64. 65. & 66.

A propter pcutit'scđo à lateribus vasis terminatis: & sic cōtingit alia passio similis primæ, quapropter ille sonus iteratur. Arist. igit' assimilauit aerem in hoc motui sphæræ: quæ, cū proiicit', expellitur mota ab eo, quod occurrit, qñ motus suus nō pficitur expulsioni sili primæ, nō fm ꝙ vna pars aeris est illa, cui accidit scđo ista reflexio, & expulsio. D. d. Et forte echo semper fit, sed nō manifeste. & innuit per hoc qūo motus sphæræ fit in aere apud percussionē. Talis. n. motus nō fit in aere à pcussione, nisi motu reflexionis. Percutiens. n. primo expellit aerē in directo eius ad partem, ad quā mouet' percutiens: &, nisi partibus aeris acciderit motus cōuersionis, nō fieret iste motus ex oībus partibus rei percussæ æqualiter, aut prope, ita ꝙ ex hoc fieret figura sphærica, aut prope, cuius cētrū est res pcussa. & dixit. Et forte echo fit semp. i. & forte cā, pp quam fit echo. s. cōuersio, semp est in sono, sed debiliter, Cū. n. fuerit ita fortis ꝙ faciet passionem permanentē in aere, aliam numero à prima passione, & silem ei in qualitate, tunc fiet echo. D. d. sicut accidit in luce. Lux. n. reflectitur, &c. i. & hoc, quod accidit in sono, sile est illi, quod accidit luci. Lux. n. habet duas reflexiones, fortem, & debilem. Fortis enim facit lucē secūdā, & est cōuersio, quæ fit à corporibus tersis: & est silis reflexioni, q̄ facit in aere sonū scđm, qui est echo. Scđa aūt est lux debilis, p p quā vñr res in vmbra: & est silis cōuersioni, p quam audit homo sonū suum, & est illud, quod nō peruenit ad hoc, ꝙ sit sicut cōuersio, quæ fit ab aqua, & cupro, quæ facit secundā lucem in parte opposita primæ luci, sicut cōuersio fortis facit in aere secūdā vocē in parte opposita primæ voci. Et illud, per quod scimus hāc cōuersionē lucis, sicut dixit, est quia videmus in loco, super quē nō cadit sol. Lux. n. innata est exire à lucido fm rectas illuminationes ad partē oppositam lucidæ parti ex corpore luminoso, sicut declarauerunt facientes libros aspectū. Si igit' non esset illic cōuersio, tunc obscuritas esset in omnibus partibus præter ptē, cui opponūt' radii. queadmodū, si mot' aeris, q facit sonū, eēt ī parte, ī qua īpellit' à pcutiēte tm̄, tūc sonus nō audiret', nisi ab eo, q est in illa parte

Lux hēt duas reflexiones, fortem, & debilem.

B

C tm̄. sed sonus audit' in oībus partibus rei pcussę. & iō scimus ꝙ illud, quod cōtingit luci de figura sphærica, sile est ei, quod cōtingit motui percussionis in aere. Scđm hoc igitur est intelligēda cōsimilitudo inter has duas reflexiones. Corpus aūt, cū fuerit luminosum ex oībus partibus, nō est dubiū ꝙ faciet sphærā lucidā. & hoc declaratū est in aspectibus. Dria igitur inter hāc sphærā, & primā, est ꝙ lux est in ista cōsimilis, & in illa diuersa fm fortitudinē, & debilitatē. Et vr̄ ēt ꝙ sphæra lucis facta à corpore luminoso ex vna suarū partiū, cū hoc ꝙ est nō cōsimilis sibi in luce, est ēt non pfectæ rotūditatis. i. ꝙ lōgissima diameter est illa, q̄ exit à corpore luminoso ad circūferētiā in parte, cui opponunt' radij: & breuissima ī pte opposita: & est pars, q̄ est spissioris vmbrę oībus ptibus, & paucioris lucis.

Vacuum enim recte dicitur proprium audiendi. videtur enim esse vacuum aer. hoc autem est faciens audire cum moueatur continuus & vnus: sed propter id ꝙ frangibilis est, non sonat, nisi le-

ne ſit quod percutiatur. tunc autem vnus fit. ſimul enim propter D
planum. vnum enim eſt lenis planum.

SOPH. *Penes uacuum autem recte dicitur eſſe audiendi poteſtas: nam aer uidetur eſſe uacuum: is autem eſt qui audire facit, cum mouetur continuus et unus: uerum quia friabilis eſt, non perſonat, niſi res percuſſa ſit læuis: tunc autem unus fit ſimul propter planum: unũ.n.eſt læuis planũ.*

Recte igitur fuit dictum ꝙ vacuum prodeſt in auditu. exiſtimatur enim ꝙ aer ſit vacuum. & hoc eſt quod facit audire, cũ mouebitur continuum, & vnum. Sed non pp hoc, quod eſt obediẽs. non.n.fit niſi percuſſum fuerit lene. & tunc ſonus fiet vnus. qm̃ venit inſimul à ſuperficie eius, ſuperficies enim lenis eſt vna.

Cùm declaratum eſt ex hoc ꝙ, aer eſt materia ſoni, ꝙ impoſſibile ẽ fie-
81 ri niſi per illum, non errauit ex hoc modo, qui dixit ꝙ ſonus fit ꝑ vacuũ, cũ credebat aerem eſſe vacuum, & ſi errauerit, inquantum credebat aerẽ eſſe vacuum. Ipſe igitur laudat eos, quia recte dixerunt vno modo: licet E
errauerint in exiſtimatione ſua. D.d. Sed non propter hoc, quod eſt obediens, &c. i. & aer eſt illud, quod facit audire, cum mouebitur vnum continuum. ſed iſte motus non inuenitur ei vnus, & continuus, ſm quòd eſt obediens tantum, & rarum: ſed cum percuſſum fuerit corpus lene. Et, cũ dedit cauſam, propter quam motus ſit vnus, & continuus: & eſt quòd percuſſum ſit corpus lene, dedit cauſam in hoc, & d. & tũc ſonus fiet vnus, &c. i. & dicimus ꝙ neceſſe eſt in fiendo ſonum vt percuſſum ſit lene: quia vnus ſonus non fit niſi ab vno motu, quando corpus percuſſum fuerit lene. tunc igitur motus, qui fit in aere, fit ab vna percuſſione: quoniam inſimul expelluntur partes aeris à ſuperficie eius, quoniam ſuperficies rei lenis eſt vna: quapropter & percuſſio, erit vna, quapropter & ſonus erit vnus. ſuperficies autem à ſphæra non eſt vna, ſed plures ſuperficies. quapropter percuſſio erit plures: quapropter ſonus non fiet illic omnino propter diuerſitatem, & vniformitatem earum. &, quia vna earum non ſufficit in faciendo ſonum, nec omnes inſimul, fiunt vna percuſſio. F

Qñ corp⁹ pcuſſum fuerit lene, ſonus erit vnus. Idem ſupra. c. 78.

Sonatiuum quidem igĩt, quod motiuum vnius aeris continuitate vſq; ad auditum. auditus autem cõnaturalis eſt aeri. propter id autẽ ꝙ in aere eſt, moto exteriori quod intra mouetur: propter quod quidem non vbiq; audit animal, neq; vbiq; penetrat aer. non enim vbiq; habet aerem mouenda pars, & animatum, ſicut pupilla humidum.

SOPH. *Sonatiuum igitur eſt, quod continuatione unum aerem uſq; ad auditum mouere poteſt. porro autem in auditu ineſt aer quidam natiuus: ſed quoniam in aere eſt, moto externo mouetur internum: quamobrem animal qualibet ſui parte non audit, neq; quouis permeat aer: neq; enim ubiq; habet aerem pars mouenda & animatã.*

alii hoc loco interponunt hæc uerba, ſicut pupilla hũidũ.

Habens

A Habens igitur sonum est mouens vnum aerem secundum continuationem, quousque perueniat ad auditum. Et auditus est copulatus cum percussione, quia est in aere. Et ideo non in omni loco audit animal. neque in omni loco transit aer. membrum enim motum, & anhelans non in omni loco habet hoc, sicut dispositio videntis, apud humorem.

82 Cùm declarauit dispositiones, quibus fit sonus, scilicet dispositiones percutientes, & percussi & aeris, incœpit declarare quomodo fit copulatio soni cum auditu ab istis rebus, & d. Habens igitur sonum, &c. i. dest necesse est igitur ex hoc, quod declarauimus, vt agens sonum sit mouens vnum aerem motum vno motu continuo, quousq; perueniat ad auditum Et intendit per hoc, quod dixit vnũ, non vnum pp distinctionem ab alijs partibus aeris, sed vnum pp vnũ motum cõtinuum. D.d. Et auditus est copulatus, &c. i. & sensus auditus copulatur cum sono: quia in eo existit B aer continuus cum aere extrinseco: qui si non esset, nihil sentiret. D.d. Et ideo non in omni loco, &c. i. &, quia necesse est vt in hoc sensu sit aer continus cum aere extrinseco, in quem cadit percussio, ideo animal non potest audire in omni loco, sed in locis, in quibus nihil diuidit inter aerẽ percussum, & aerem in sensu auditus: neq; ex omni membro auditur, sed ex membro, in quod transit aer, s. auris. D.d. membrum enim motum, & anhelans, &c. i. ita est de hoc, quod animal non audit, nisi ex membro proprio, sicut de anhelitu, & visu. membrum enim per quod anhelatur, non est quodcunq; membrum sit, sed membrum proprium, scilicet pulmo. & similiter est dispositio vidẽtis in comparatione ad humorem glacialem, s. q visio nõ aptatur, ei nisi per membrum, in quo est humor diaphanus, aptus ad recipiẽdum colores, v.g. humor glacialis. & ideo animal carens istis instrumentis caret istis sensibus. Hic cõmẽtator vr te nere visio nẽ fieri in humore, glaciali.

Per se quidem igitur insonabilis aer, propter id quod facile cessibilis est. cùm vero prohibeatur diffluere, huiusmodi motus sonus C est. hic autem est in auribus ædificatus, cum hoc q immobilis sit quatenus certe sentiat oẽs differentias motus. propter hoc autem & in aqua audimus, qm̃ non ingreditur ad ipsum connaturalem aerem, sed neq; in aurem propter reflexiones ipsius. cùm autem hoc accidit non audit, neq; si miringa laboret: sicut quę in pupilla pellis cum laboret.

10 P M. *Aer igitur ipse soni expers est: propterea quòd est friatu facilis: cũ autem prohibetur friari, tunc motus eius est sonus. is porrò qui in auribus est situs, propterea intus est conditus, ut sit immobilis, nimirum ut exquisite sentiat omnes motus differentias: quo fit ut etiã in aqua audiamus, quoniam non penetrat in ipsum natiuum aerem, sed ne in aurem quidem propter anfractus: quod cum contigerit, nõ audit: neq; etiã* si mem-

si membrana ægrotauerit: quemadmodum pellis ea qua pupilla obtegitur, cum ægrotauerit. D

Hoc igitur ipsum non habet sonum, s. aer, quia est velocis diuisionis. cùm igitur prohibetur a diuisione, tunc motus eius erit sonus. Aer autem, qui est in auribus, fuit positus in eis non motus, vt sentiat perfecte oẽs modos motus. Et propter hoc audimus ẽt in aqua: quia non intrat super ipsum aerem copulatum, cùm non intrat, neq; in aure propter sphæram. Et, cum hoc acciderit, nõ audiemus: neque etiam cum acciderit matri cerebri occasio, sicut dispositio cutis, quæ est super visum, quando accidit occasio. Et quod accidit de destructione auditus per introitum aquæ super istũ aerẽ. Istud idẽ accidit ex introitu aeris extrinseci sup ipsum. & scias hoc.

83 Cùm declarauit ꝙ per aerẽ fit ꝙ sonus copulatur cùm sensu, & ꝙ ipse est elemẽtum proprium isti sensui, sicut est etiam elementum proprium sensui visus, incœpit declarare modum, ſm quem aer recipit sonum, & d. Hoc igitur ipsum non habet sonum, scilicet aer, &c. idest & aer est recipiens proprium sonum, quia non habet in se sonum, cum in ipso non sit motus, qui faciat sonum. & cã in hoc est, quia est velocis diuisionis hoc. & hoc in aere simile est in diaphano. quemadmodum enim si diaphanũ haberet colorem, non reciperet colores, ita aer, si haberet sonos, ex se nõ reciperet sonos. D.d. cum igitur prohibetur, &c.i. & cum in eo continget per aliud motus, qui prohiberet eum à diuisione, & est motus, qui fit à percutiẽte in percussum, tunc iste motus facit in eo sonum. D. narrauit ꝙ ista est causa, propter quam natura posuit in auribus aerem non mutatum, sed valde quiescentem, & d. Aer autem, qui est in auribus fuit positus in eis non motus, vt sentiat perfecte omnes modos motus factos in aere extrinseco. iste igitur aer positus in auribus excedit aerem extrinsecũ in quiete. D.d. Et pp hoc audimus etiam in aqua, &c.i. &, quia aer est necessarius in sensu auditus, audimus in aqua, quando aqua non intrauerit super aerem, qui est in aure, neq; corruperit eum propter sphæram, quæ est in creatione auris. & quando intrauerit non audiemus: & tunc accidet nobis illud, quod accidit, quando * pelli cerebri accidit occasio. quia tunc non audiemus, quemadmodum quando cuti, quæ est super visum, acciderit occasio, non videmus. Et intendebat declarare ꝙ comparatio aeris positi in aure, est sicut comparatio membri proprij vnicuiq; sensato, s. hoc, per quod primo perficitur actio istius sentientis. & ideo assimilauit illud, quod accidit huic aeri de destructione per introitum aquæ super ipsum ei, quod accidit de percussione cadente super aurem, & super ipsum visum. Et illud, quod accidit de corruptione auditus per introitum aquę super istum aerem positum in auribus, accidit per introitum aeris extrinseci super ipsum. E F

Sicut si diaphanum hẽret colores, ñ reciperet colores, ita si aer hret sonos, nõ recipet sonos. Idem ĩ cõ. 67. et t.c. 71.

* a.l. matri

Docum.

Sed

A Sed signum est audiendi aut non, sonare aurē sicut cornu. semper enim quodam proprio motu aer mouetur in auribus. sed sonus extraneus & non proprius est. & propter hoc dicunt audire vacuo & sonante, quia audimus in habente determiminatū aerē.

PH. *Quinetiam signum audiendi uel non audiendi est, si auris semper sonet ut cornu: semper enim aer in auribus conditus motu quodam mouetur suo: at sonus alienus est, & non proprius: & propterea dicūt nos audire uacuo & sonante, quia eo audimus quod definitum habet aerem.*

Et etiam signum auditus primo est audire tinnitū in aure semper, vt cornu. aer enim in aure semper mouet͂ quoquo modo motu proprio: sed sonus est extraneus, non proprius. Et ideo dixerūt ꝙ auditus fit per vacuum terminabile, quia nō audimus, nisi per B aliquid, in quo existit aer distinctus.

84 Cùm declarauit ꝙ iste aer, qui existit in auditu, est necessarius in hoc. incœpit dare testimonium ꝙ in aure existit aer distinctus ab aere extrinseco. & d. Et etiam signum auditus, &c. i. & demonstrat ꝙ iste aer existit in aure hoc, quod signum verificationis auditus in homine, vt Medici dicunt, est ꝙ semper audiat tinnitum in auribus, cùm hoc fuerit sine occasione: vt accidit homini, quando posuerit cornu in aures, & ascultauerit sonum in eo, propter aerem inclusum in cornu, & duritiem cornu. * D. d. aer enim in aure semper mouetur, &c. i. & causa huius tinnitus, quē audit acuti auditus, est quia aer, qui est in aure, semper mouetur motu proprio. sed iste motus est proprius, & motus soni est extraneus: quapropter iste motus non impedit motum soni. D. d. Et ideo dixerunt, &c. i. & propter istum tinnitum, quia auditur in aure propter aerem inclusum, dixerūt antiqui ꝙ auditus fit per vacuum habens tinnitum: q͂a credebant C aerem esse vacuum. & dixerunt hoc, quia nos non audimus nisi per mēbrum, in quo existit aer distinctus ab aere extrinseco.

* Aer, q͂ est in aure, sp mouet͂. S; oppositū dixit cō. superiori. Vide cōt. Zim.

Vtrum autē sonat verberans aut quod verberatur? aut vtrūq;: modo autem altero. est enim sonus motus possibilis moueri hoc modo, quo quidem saltantia à lenibus cùm aliquis truserit. non igitur sicut dictum est omne sonat quod verberat & verberans. vt si obĳciatur acus acui. sed oportet quod percutit͂ regulare esse, vt aer subito dissiliat & moueatur.

PH. *Vtrum autem sonat id quod uerberat, an quod uerberatur? An & utrumq;, modo tamen diuerso. est enim sonus motus eius quod potest moueri, ueluti quæ resiliunt à læuibus, cum quis percusserit. nam ut diximus, non quiduis sonat dum percutitur & percutit: uerbi causa, si acus acum feriat: sed oportet ut id quod percutitur planum sit, ita ut aer cōfertim resiliat & quatiatur.*

Vtrum

Vtrum autem sonorum est percutiens, aut percussum? Dicamus igitur quod est vtrunque, sed duobus modis diuersis. Sonus enim est motus illius, quod potest moueri tali modo, scilicet vt à corpore aliquo reflectãtur corpora lenia. Sed non omne percussum, & percutiens habet sonũ, sicut est dictum, ver.gra. si acus percusserit acum: sed necesse est vt sit æquale. D

35 Cùm sonus fit, a percussione, percussio autem fit à percutiente, & à percusso incœpit quærere cui attribuitur sonus, & d. Vtrum autem, &c. D.d. hoc enim fit duobus modis diuersis, sonus enim est motus illius, &c. idest sonus enim est motus illius aeris, qui mouetur expulsus à casu percutientis super percussum: sicut aliquid euadit, & mouetur à corpore leni, cum fuerit percussum super illud corpus per aliud corpus lene. Quemadmodum igitur motus rerum euasarum attribuitur percutienti secundum agens, & percusso sm subiectum, ita sonus, qui est motus aeris, qui est tali modo, attribuitur percutienti, & percusso. D.d. Sed non omne percussum, & percutiens, &c. ista est alia conditio addita in corporibus sonoris, s. vt sint lata. sunt igitur tres conditiones, s. vt sint lenia, dura, lata, quæ possunt præcedere per suum motum diuersionem aeris. E

a.l. resilientium. a.l. incisarum

Tres sunt cõditiões ĩ corpib⁹ sonoris. s. vt sint lenia, dura, & lata.

Differentiæ autem sonantium in sono sm actum ostenduntur. sicut enim nõ videntur colores sine lumine, sic neque sine sono acutum & graue. hæc autem dicuntur sm metaphoram ab illis quæ tanguntur. acutum enim mouet sensum in pauco tempore, multum: graue autem in multo, paucum. neque tñ velox est acutum, graue autem tardum. sed fit hoc quidem propter velocitatẽ huiusmodi motus, illud vero propter tarditatem. & videntur similitudinem habere, circa tactum cum acuto & hebeti. acutum enim quasi pungit: hebes vero quasi pellit: propter id quod mouet, hoc quidem in pauco, illud autem in multo. Quare accidit, hoc quidẽ velox, illud autem tardum esse. F

SOPH. *Differentiæ autẽ sonantium in sono qui actu est patefiunt: ut enim colores sine lumine non cernuntur, sic nec acutum & graue sine sono. hæc autem per translationem dicuntur à tactilibus: acutum enim mouet sensum breui tempore, multum: graue longo tempore, parum: neque uero* acutum uelox est, neque graue tardum. sed motus unius fit talis propter uelocitatem: alterius, propter tarditatem. atque uidentur proportione respondere ei acuto & obtuso quod in tactu consistit: acutum enim quasi pungit: obtusum, quasi pellit: propterea quòd unum in multo, alterum in pauco mouet tempore: itaque accidit, ut alterum uelox, alterũ tardum sit. Ac de sono quidem sic expositum sit.*

*a.l. sic de mũ acutũ velox ẽ, & graue tardum

Modi

A Modi autem rerum sonorarum declarantur in sono, qui est in actu. quemadmodum enim colores non videntur sine luce, sic graue, & acutum non sentiuntur sine sono. Et hoc dicitur secundum transumptionem ex rebus tãgibilibus. acutum enim mouet sensum in modico tempore multum. graue autem in tempore lõgo parum. Sed tñ acutus non est velox, neq; grauis tardus, sed motus illius erit sicut velocitas, & motus istius sicut tarditas. Et forte hoc est simile ei, quod inuenitur in sensu tact⁹ de acuto, & obtuso. acutum enim quasi est stimulans, obtusum vero quasi expellit. illud enim mouet in modico tempore, & illud in longo. contingit igitũ ex hoc vt istud sit velox, & istud tardum. Hoc igitur est, qđ determinauimus de sono.

26 Vult declarare in hoc capitulo, quando comprehenduntur primi modi soni, & qui sunt, & dicit, Modi autem rerum sonorarum, &c. idest differentiæ autem rerum sonorarum comprehenduntur, & declarantur apud esse soni in actu. D.d. quemadmodum enim colores non videntur, &c.i. quemadmodum enim differentiæ colorum non comprehenduntur sine essentia coloris in actu, illud erit apud pręsentiam lucis, sic acutũ & graue in sono, quæ sunt primæ differentiæ soni, non comprehenduntur sine essentia soni in actu. D.d. Et, hoc dicitur ſm transumptionem, &c. idest & vocare differentias soni graue, & acutum est ſm similitudinem ad res tangibiles. quoniam quidem sonus mouet sensum magno motu in modico tempore: & tangibile acutum est tale: & ideo transumebatur nomẽ eius ad illud. & similiter etiam quia quidam sonus mouet auditum longo tempore paruo motu similis est tangibili, quod mouet tactum in longo tempore paruo motu, s. obtuso. D.d. Sed tamen acutus non est velox, &c. idest sed tamen sonus, qui mouet auditum motu magno in tempore paruo, non est velox in rei veritate neq; sonus, grauis tardus. velox enim & graue in rei veritate sunt de dispositionibus mobilium. sed hoc dicitur graue, quia mouet tarde: hoc acutum: quia mouet velociter. D.d. Et forte hoc ẽ simile, &c. idest & forte ista intẽtio, quæ inuenitur in sono de moto veloci, & tardo, est quasi similis, ei quod inuenitur in sensu tactus de acuto & obtuso. & ideo transumpta fuit ista ordinatio de acuto, & obtuso, non de veloci & tardo, &, quia obtusum simile est graui, ideo talis sonus dicitur grauis. D.d. acutum enim, &c.i. sonus enim acutus quasi stimulat, sicut stimulat corpus acutum: & sonus grauis quasi expellit, sicut expellit corpus obtusum, quia assimilatur graui. contingit igitur ex hoc vt illud sit velox, & hoc tardum, idest, & ex quo contingit secundum consuetudinem vocare sonum, qui videtur quasi stimulare, acutum, & sonum, qui videtur quasi expellere, grauem.

De sono igitur sic determinatum sit. vox autem sonus quidem est animati, inanimatorum enim nullum vocat: sed ſm similitudinem

nem dicitur vocare, vt tibia & lyra, & quæcunque alia inanimatorum extensionem habent, & melodiam, & locutionem. assimilantur enim quia & vox hæc habet. Multa autem animalium vocem non habent, vt quæ sunt sine sanguine: & sanguinem habentium pisces: & hoc rationabiliter: siquidē aeris motus sonus est. sed qui dicuntur vocare, vt qui in Acheloo, sonant branchijs, aut aliquo huiusmodi altero. D

SOPH. *Vox autem est sonus quidam animati: nullum enim inanimatorum uoce utitur, sed similitudine quadam dicuntur uocem emittere, ut tibia, ut lyra: cæterorúmque inanimatorum quæcunque habent extensionē & melos & locutionem. sunt enim similia, quia & uox hæc eadem habet. multa autem animalia non habent uocem, ut exanguia: & inter sanguine prædita, pisces: neque adeò iniuria: siquidē sonus motio quædam est aeris. sed quos ferunt uocem mittere, ut in Acheloo amne pisces quosdam, ii sonant branchiis, uel eius generis alio.* E

Vox autem est aliquis sonus in animato, v.g. quod fistula, & alia, quæ habent expansionem, & tonum, & idioma, & sunt similia, quoniam in voce sunt etiam ista. Et plura animalia non habent vocem, vt carentia sanguine, & pisces de animalibus habentibus sanguinem, & hoc necesse fuit. sonus enim aliquis motus aeris. Sed ea, quæ dicuntur vociferare, vt animalia, quæ sunt in flumine, quod dicitur Achelous, non faciunt sonum, nisi per vias narium, aut per similia. & hoc non dicitur vox nisi æquiuoce.

87 Cùm locutus fuit de sono vlr, siue de animato, siue de non animato, incœpit loqui de sono animati, & d. Vox autem est, &c. idest vox autem est sonus animalis animati, in quo inuenitur neuma, vel nete, & irach, & dictiones. & ideo plura instrumenta dicuntur vociferantia secundum similitudinem: quia hæc tria inueniuntur in eis. aut sua representantia. Fistula enim & alia instrumenta non dicuntur vociferantia, nisi quia habent expansionem, idest neuma, vel nete, & tonum, idest irach, dictiones idest aliquod simile literis, & dictionib⁹. D.d. & sunt siſia, &c.i. & ista instrumenta in vociferando sunt siſia, animalibus. hæc enim tria existunt in animali in rei veritate: in istis vero per similitudinem. D.d. & plura animalia non habēt vocem, &c. idest & recte accidit quod plura animalia nō habent vocem, vt animalia carentia sanguine, & piscis de animalibus habentibus sanguinem: cum sit declaratum quod sonus est motus factus à percutiente, & percusso in aere, & ista animalia carent aere, qui percutiat ea in suis interioribus: & carent instrumentis, quæ percutiunt aerem. Et, cū narrauit hoc de istis animalibus, induxit quod forte aliquis dubitabit de huiusmodi ex hoc, quod quidam modus piscium vociferat, & d. Sed ea, quæ dicuntur F

Son⁹ ē motus factus a pcutiente & pcusso in aere. Idē supra t.c.78.

dicuntur

A dicuntur vociferare, &c. & intendit per vias branchos. & intendebat q̃ ta le non dicitur vociferatio, nisi æquiuoce, cum non inueniantur in ea illa tria genera, quæ sunt neuma, vel nete, & irach, & literæ, aut similia literis.

Vox autem sonus animalis est: & non qualibet parte. sed qm̃ omne sonat verberante aliquo, & aliquid, & in aliquo: hoc autem est aer: rationabiliter vtiq; vocabunt hæc sola, quæcũq; suscipiũt aera. Iam enim aere respirato vtitur natura in duo opera, sicut lingua in gustum & locutionem, quorũ quidem gustus necessarius est, vnde & in pluribus inest, Interpretatio autẽ est propter bene esse: sic & spiritu, & ad calorem interiorem tanquam necessariũ (causa autem in alteris dicta est) & ad vocem vt sit quod bene.

I PH. *Vox autem est sonus animalis, nec quauis parte: sed quoniam omnia sonant percutiente aliquo, & aliquid, & in aliquo: idq; est aer, me*
B *rito ea sola uocem fundere censendum est, quæcunq; recipiunt aerem. Iam enim spiritu abutitur natura ad duo officia, ut lingua ad gustatũ & ad sermonẽ (quorum gustatus quidem necessarius est, quãobrem pluribus etiam inest, sermo uero ut bene sit) sic quoq; spiritu tum ad natiuum calorem ut quod sit necessarium (causa autem aliâs dicetur) tum uero ad uocem, ut id quod bene est, adsit.*

Vox autem est sonus animalis, sed non per quodcunq; membrum. Sed, quia omnis res non habet sonum, nisi percutiendo aliquid, s. aerem, necesse est etiam vt ista tm̃ vociferant, s. recipientia aerem. Natura enim vtitur aere anhelato in duabus actionibus, sicut lingua in gustu, & loquela, sed gustus est necessarius, & ideo est in pluribus, loquela autem pp melius. Et silr̃ vtitur anhelitu in calore intrinseco, & hoc est necessarium: & iam dedimus causam
C in hoc in alio libro: & in vociferatione propter melius.

83 Cùm declarauit quòd vociferatio dicitur æquiuoce in eis, quæ vociferant per branchos, & in animalibus anhelantibus, vult modo notificare genus animalium, in quo inuenitur vera vox, & dicit, Vox autem, &c. i. vox aũt vera est sonus animalis proprij, & per membrũ proprium. Dein de incœpit declarare sermonem quod membrum est, & quod animal est, & d. Sed quia omnis res non habet sonum, &c. i. quia iam declaratum est q̃ omne sonorum non habet sonum, nisi percutiẽs, & percussum in aere, manifestum est q̃ impossibile est inuenire animal sonorum, nisi habeat membrum, ex quo fiat percutiẽs, & percussum, & aerem, quem immittat in illud membrum, & extrahat ab ipso: & q̃ illud membrum habeat figuram, & quantitatem, & situm terminatum. Vnde necesse est, vt etiam animalia vociferantia in rei veritate sint animalia, quæ recipiunt aerẽ in interioribus suis, & extrahunt ipsum. in istis enim inueniuntur illa tria, ex

quibus

quibus fit vox in rei veritate. Deinde incœpit declarare ꝙ istud iuuamentum, per quod natura vtitur aere in animali anhelāte, est aliud à iuuamento, quod est infrigidatio: & ꝙ natura vtitur eodem membro ad duo, quorum vnum est vtile, & reliquum necessarium, vt declaratur in animalib9 & d. Natura enim vtitur aere anhelato, &c. & intendit per duas actiones vociferationem, & infrigidationem. Deinde dicit sed gustus est necessarius, &c. i. sed gustus ex his duobus est necessarius in essendo animalia: & ideo inuenitur in pluribus animalium. iuuamentū autem suum in loquela est propter melius: & ideo carent eo multa animalia. Deinde d. Et similiter vtitur anhelitu in calore, &c. i. & natura vtitur immissione anhelitus propter calorem, qui est interius & hoc fuit necessarium animalib9 anhelantibus: & vtitur eo propter melius in vociferatione. Et locus, quē innuit quòd in eo fuit locutus de hac intentione, est suus tractatus, quem fecit de Anhelitu. & iste tractatus non peruenit ad nos. & oportet perscrutari de hoc singulariter. videtur enim ꝙ illud, quod dicit Galenus in hoc, non est sufficiens. E

Arist. fecit lib. de Anhelitu. & de anhelitu nō sufficienter dixit Gal.

Organum autem respirationis vocalis arteria est. cuius autem causa hæc pars est, pulmo. hac enim parte plus habēt calorem pedibus gradientia, aliꞇs. indiget autem respiratione & circa cor locus primus. vnde necesse est interius respirante ingredi aerem.

SOPH. *Instrumentum autem spiritus est guttur: id uero cuius gratia hæc pars est, pulmo est: hac enim parte plus habent caloris pedestria quàm cætera. indiget etiam respiratione locus is qui circa cor est primus. quo circa necesse est intro spiritu ductum intrare aerem.*

Et trachea arteria est instrumētum anhelitus, & vocis. & illud propter quod fuit hoc membrum, est pulmo. per hoc enim membrum excedit animal ambulans alia animalia in calore. Et indiget anhelitu propter cor prius. & ideo indiget necessario vt aer infrigidetur, vt anhelet ad interius. F

89 Et, cum declarauit ꝙ necesse est vt nullum animal habeat vocem, nisi sit anhelans, & ꝙ per idem membrum facit animal vtrunq;, incœpit dicere illud membrum, & d. Et trachea arteria. & intendit per tracheam arteriam epiglotum, & cannam. Et manifestum est ꝙ hoc membrum est instr̄m vocis: quoniam in estremo huius membri est corp9 simile linguę fistulæ. & similiter est manifestum ꝙ hoc membrum est pp pulmonem: quia est via ad ipsum. Et d. per hoc enim membrum excedit, &c. i. quia hoc membrum inuenitur in animalibus habentibus sanguinem ambulantibus, ideo sunt calidiora animalibus carentibus hoc membro. D. d. Et indiget anhelitu propter cor prius. i. & ista animalia indigent anhelitu pp calorem cordis prius, & secundo propter calorem illius membri. D. d. & ideo indiget necessario vt aer frigidetur, &c. i. pp calorem cordis indiget animal ad immittendum aerem frigidum prius, & propter calorem

Docum̄ Pr̄ia necessitas ī anhelitu est ad imittēdū: sc̄da ad extrahēdū. pr̄ia ē pp cor: & sc̄da est pp pulmonem.

A rem pulmonis: secundo indiget vt extrahat ipsum. Et hoc, quod dixit, necessarium est. Prima enim necessitas in anhelitu est ad immitendum: Secunda ad extrahendum. prima aũt est propter cor: & secunda propter pulmonem. qm̃, nisi esset calor pulmonis, nõ indigeret animal ad extrahendum aerem frequenter. & hoc est simile ei, quod inuenitur in pluribus artificijs, s. quia indigẽt mutare instrumentum, per quod agunt propter illud, quod contingit illi instrumento, ab eo, qui vtitur. instrumẽtum. n. non mutatur, nisi qñ consumitur, & consumptio contingens ei aut est propter utentem aut propter ipsum vsum. Si igitur pulmo desyderat ad extrahendum aerem calidum, tunc motus eius non est ex pectore tantũ, ut opinatur Galenus. & ista intentio indiget perscrutatione per se.

Quare percusio respirati aeris, ab anima quæ est in his partibus, ad uocalem arteriã, vox est. Non enim omnis animalis sonus vox est sicut diximus. est enim & lingua sonare sicut tussientes:

B sed oportet animatum esse verberans, & cũ imaginatione aliqua. significatiuus enim quidam sonus est uox, & non respirati aeris sicut tussis: sed isto uerberat eum qui est in arteria, ad ipsam. signũ autem est non posse uocare respirantem neque expirantem, sed detinentem. mouet enim isto retinens.

OPH. *Itaq; ictus spiritu ducti aeris ab anima quæ est in his partibus, ad eam partem quæ arteria uocatur, uox est. neq; enim quilibet sonus animalis uox est, ut diximus licet enim & lingua sonum edere, ut qui tussiunt. sed oportet id quod uerberat animatum esse & cum phantasia quadam. uox enim sonus est significans: & non aeris qui spiritu ducitur, ut tußis: sed hoc ipso ferit eum qui est in arteria, ad ipsam. Cuius rei indicium est, quòd nemo posset uocem emittere ducens aut reddens spiritum, sed retinens: hoc enim ipso mouet, qui retinet.*

C Oportet igit̃ ex hoc ut percussio aeris anhelati ab anima, quæ est in istis mẽbris, ad illud, quod vocatur cãna pulmonis, sit vox. Non enim omnis sonus, qui fit in animalib⁹ est vox, vt diximus: possumus. n. facere sonum per linguam, sicut apud tussim: sed indigetur vt percutiẽs sit animatum, & cùm aliqua imaginatione. vox. n. ẽ sonus illi⁹, & nõ est aeris anhelati, sicut tussis, sed per hoc percussit aerem, qui est in canna. Et signum eius est ꝙ nos nõ possumus vociferare in respirando, aut expirando. & nos non mouemus per illud membrum, nisi cum clauserimus ipsum.

90 D. Oportet igitur vt percussio aeris anhelati ab anima, quæ est in istis membris ad cãnam, sit illud, quod facit vocem. necesse est igitur vt essentia vocis non sit aliud, nisi percussio aeris anhelati ad membrum, quod canna dicitur, ab expulsione animæ imaginatiuæ voluntariæ, quæ est in istis

Essẽtia vocis non est aliud, nisi pcussio aeris anhe-

latí ad mẽbrũ dř,ab expulsióe aiæ imaginatiuę uoluntariæ, quæ est in istius mẽbris.

istis membris:quemadmodum fistulatio est percussio aetis ad linguã fistulæ à fistulante habente animam expellentem apud imaginationem neumatum,vel nete.Deinde d. Non enim omnis sonus, &c. idest & diximus ꝙ necesse est in essendo vocem ut percutiens habeat animam imaginatiuam.quia non oĩs sonus factus ab animali est vox: vt sonus,qui fit sine voluntate apud tussim,& apud motum linguæ.sed vox est sonus,qui fit cùm imaginatione,& voluntate.& ideo dixit.animatum,& cũ aliqua imaginatione.innuit enim quòd ista actio completur duabus virtutibus animæ:quarum vna est concupiscibilis,altera imaginatiua. Deinde dicit vox enim est sonus illius,&c.idest primum enim mouens in voce est anima imaginatiua, & concupiscibilis.& ideo vox est sonus illius primi,idest volentis, & nõ est sonus mouẽtis aerẽ anhelatũ: vt sonus, qui fit apud tussim.sed mouẽs in voce est aliud ab isto mouẽte, licet nõ moueat nisi p ipsum.& hoc intẽdebat,cũ d.sed per hoc percutit aerem,qui est in cãna.i. sed illud primũ mouẽs,quod est propriũ voci, percutit aerem , qui est in cãna apud vocẽ,per illud,quod moueat aerẽ anhelatum. D.d. Et signum eius est ꝙ nos nõ possumus vociferare &c.i.& signũ eius ꝙ primũ mouẽs in voce mouet aerẽ,mediante primo mouente aerẽ in anhelitu,est ꝙ,nos nõ possumus vociferare,dũ inspiramus aut expiramus.mouẽs.n.in anhelitu alio instrumẽto vtitur in illa hora,ab instrumẽto primę motionis in percussione,quæ facit sonum.sed impoſſe est vt vno instrumẽto vtatur in diuersis actionibus in vna hora.D.d.& nos non mouemus per illud membrũ,nisi cùm cõcluserimus ipsum .i. & ideo nos nõ mouemus aerẽ motu vocis per hoc mẽbrũ,quod inspirat,& expirat, nisi quando incluserimus anhelitũ,& reddiderimus ipsum ociosum ab actione,quæ est anhelitus. D E

Primum mouẽs in voce est anima imaginatiua, & concupiscibilis.

Manifestum autem & quia pisces sine voce:non.n.hñt guttur. hanc aũt partem non habent quia non recipiunt aerem,neq; respirant.sed qui dicunt sic, peccant: propter quam igitur causam altera ratio est.

SOPH. *Patet etiam causa cur pisces sint uocis expertes : nimirum quia non habent guttur:hanc porrò partem non habent,quia nõ recipiunt aerẽ, neq; spirant:sed qui ita dicunt aberrant: causa autem ad aliam sit reiecta disputationem.* F

Contradictio, quia ponit non hře pľmo nem cãm remotã. sed in primo l'oste. posuit eã cã; propinquã. Vide con. Zim.

Et manifesta est etiam causa,propter quam pisces carent voce. carent.n.canna quia non recipiunt aerẽ.& qui dicit hoc esse, peccat.Causa autem in hoc dicenda est in alio loco.

Dicit ꝙ causæ, propter quas pisces non habent vocem, sunt tres.& primo incœpit à remotiore, & d . quia non habent pulmonem , & cannam. D.d.causam huius causæ,& d.quia non recipiunt aerem.i. quia non indigent immissione aeris, aut emissione. D.d. causa autem in hoc dicenda est alio loco.idest causa autem istius esse , & est causa propria , & propinqua huic accidenti dicenda est in alio libro de Animalibus. 91

De

A De olfactu, olfactibili ac medijs. Cap. 5.

DE odore aũt & olfactibili minus bene determinabile est dictis.non.n.manifestum est quale quid sit odor, sicut sonus aut visibile, aut lumen.causa autẽ est, quia sensum hũc nõ habemus certum, sed peiorem multis animalibus. Praue.n.odorat homo, & nihil odorat odorabilium, sine lætitia & tristitia: sicut non existente certo eo quod sentimus.

OPH. *De odore & odorabili minus facile explicare est, quàm de iis quæ dicta sunt: non enim constat quale quid sit odor. quomodo sonus aut lumen aut color: causa est, quia non habemus exquisitum hunc sensum, sed deteriorem compluribus animalibus: homo enim exiliter olfacit, atq; sine dolore & uoluptate nihil sentit odorabilium: ut pote cum non* B *sit exquisitum hoc instrumentum.*

Odor autem, & odoratũ difficilius determinatur, q̃ prędicta. odor.n. non declaratur quid sit, sicut de voce, luce, aut colore. Et causa in hoc est, quia iste sensus non est in nobis verus, sed est debilior in nobis q̃ in multis animalibus. olfactio.n. hominis est valde debilis, & nos non sentimus odoratum sine delectatiõe, aut cõtristatione: quia sensus iste non est in nobis verus.

92 Cùm compleuit sermonem de auditu, vult loqui de odoratu, & dixit: Odor aũt, & odoratum, &c.i. & cognoscere aũt quid sit odor, & quid sit odorabile, ex quo possumus peruenire ad sciendum istũ sensum quid sit, fm q̃ dat doctrina naturalis, difficilius est q̃ scire uocẽ quid sit, aut colorẽ. Et causa difficultatis in hoc est, quia non declaratur de odore, cuius odor sit, & quæ sunt differentiæ propiæ vnicuiq; eorum, sicut declarantur differentię colorũ, & vocũ. Et, cum declarauit q̃ cã difficultatis in sciendo odo C rẽ quid sit est, quia drĩæ specificæ non bene cõprehenduntur a nobis, dedit causam in hoc, & d. Et causa in hoc est, quia iste sensus nõ est verus in nobis, &c.i. causa propter quam imperfecte intelligimus drĩas odoris est, quia iste sensus debilior est in nobis q̃ in multis animalibus. Et intẽdebat per hoc demonstrare causam propter quã intellectus difficile comprehendit differentias odorũ: & est, quia iste sensus debiliter comprehendit differentias odorũ sensibiles. cõprehensio.n. differentiarum rerũ sensibilium à sensu est causa in cõprehensione earum ab intellectu. & ideo qui caret sensu, caret intellectu illius generis sensibiliũ. D.d. sed est debilior in nobis q̃ in multis animalibus.i. in cõprehendendo differentias odorũ multa animalia videntur cognoscere sua nutrimenta per differentias odorũ, sicut nos per saporem. & non tñ in hoc excedunt nos animalia aliqua, scilicet, comprehendendo differentias odorum, sed in cõprehendendo eas à remoto spacio. D.d. & nos nõ sentimus odoratum sine delectatione, aut

Documentũ cõprehẽsio drĩarũ rerum sensibiliũ a sensu est cã i cõprehensione earũ ab intellectu. & iõ qui caret sẽsu, caret intellectu illius generis sensibiliũ. Idem prio Post. t. cõ. 134. confirẽ. 2. ph.t.c. 6.

Pro hoc vide in. 5. de generatione aialiũ. ca. 2.

tristitia.i.& non sentimus de differentijs odorati, nisi illud, quod est delectabile, aut contristabile.i. non sentimus de eis nisi differentias magis cōmunes. delectabile.n. multos habet modos, & similiter contristabile, & delectabile non inueniuntur, nisi in remotissimis extremis. D

Rationabile autem sic & fortes oculis colores sentire, & non per manifestas ipsis esse differentias colorum, nisi terrentium & non terrentium. sic autem & odores hominum generatio videtur enim & anologiam habere ad gustum, & similiter species humorum, cum his quæ sunt odoris.

SOPH. *Consentaneum etiam est quæ durioribus sunt oculis eodem modo colores sentire, neq; perspicuas eis esse colorum differentias, nisi cum terrore & sine terrore: eodem etiam pacto odores hominū genus. enimuero species saporum, si ad gustum conferas, cum speciebus odoris habere proportionem ac similitudinem uidentur.* E

Et uidetur q sicut sentiūt animalia duri oculi colores. q apud ea non declarantur modi colorum, nisi conueniens oculo, & incōueniēs, sic genus hominū sentit odores. Vr̄.n.pp cosimilitudinē, quā habet odor cū gustu, q modi saporū sunt, sicut modi odorū.

93 D. Et videtur q ita homines differentias odorum, sicut aīalia duri oculi differentias colorum, quēdmodū.n. illi non cōprehendunt de drījs colorū nisi conuenientē, & inconuenientē, ita homines non comprehēdūt de drījs odorum nisi delectabile, & contristabile. Visum est.n. propter cosimilitudinem, quę est inter gustum, & odoratum, vt drīæ odorum sint fm numerum drīarum saporum. sed drīæ saporū apud nos sunt comprehensibiles, et illæ non: cùm in hoc sensu excedamus omnia animalia, quia quoquo modo est tactus. & consimilitudo, quæ est inter sapores, & odores, est, quia non inuenitur odor nisi in habente saporem, vt declaratum est in de Sensu, & sensato. F

Sed certiorem habemus gustum propter id quod ipse quidam tactus est. hūc aūt habet homo sensum certissimum, in aliis enim deficit ab animalibus multis, secundum autem tactum, differēter certificat. unde & prudentissimum animalium est. signum autē, in genere hominum seccundum sensum hunc ingeniosos esse & non ingeniosos. fm autem alium nullum. duri enim carne, inepti mente: moles autem carne, bene apti.

SOPH. *Sed exquisitiorem habemus gustatum, properea quod tactus sit quidam, et hunc sensum homo habeat exquisitissimum. in reliquis enim longe inferior est cæteris animantibus: atuero tactu, præter cætera omnia exquisite suo fungitur munere: & ideo prudentissimum est animalium*

A *malium: argumẽto, quòd in genere hominum ob instrumentum hoc ingeniosi sunt & tardi, nec ob ullum aliud: qui.n.duras habent carnes, tardo sunt ingenio: qui uero molles ingeniosi.*

Sed gustus est in nobis magis uerus, quia est aliquis tactus. &, si iste sensus est in hoĩe ualde uerus, alijs diminuitur à multis aĩalibus, in tactu aũt excedimus oĩa. & ideo est subtilior oĩbus aĩalib9. Et signum eius est ꝙ, in genere humano ẽt propter istum sensum est homo discretus, & non est hoc propter aliud omnino. duræ.n. carnis non est discretum, & mollis carnis est discretum.

94 Idest est, & sensus gustus est nobis pfectior sensu olfactus: quia gustus est tactus quoquo modo: & sensus tactus est in nobis perfectior: q̃ in omnibus alijs animalibus. D.& si iste sensus &c.i. & licet iste sensus sit perfectior in hoĩe q̃ in alijs animalibus, tamen nõ consequitur ex hoc vt sit in alijs sensibus perfectior, immo diminuitur in eis à multis animalibus. D.

B d. in tactu aũt excedimus, &c. i. in bonitate aũt sensus tactus excedimus omnia animalia. & propter bonitatem istius sensus est hõ subtilior, & discretior omnibus aĩalibus s. ꝙ complexio conueniens bonitati istius sensus, conuenit discretioni intellectus D.d. Et signum eius est, &c.i. & signũ conuenientiæ complexionis istius sensus ad complexionẽ intellectus est, ꝙ in genere hominum, quando iste sensus fuerit bonus, tunc homo erit discretus, & econtrario. D.d. & non est hoc propter aliud.i. & bonitas discretionis non videtur consequi bonitatem aliorum sensuum. boni.n. visus homo potest esse indiscretus, & similiter boni auditus: sed boni tactus semper vr̃ discretus. D.d. duræ.n. carnis. &c.i. & signum, quod bonitas discretionis sequitur bonitatem tactus, est quòd mollis carnis', idest boni tactus, sẽper videtur discretus, & intelligens, & econuerso. Et hoc quod dixit verum est. &, cùm inspexeris intelligẽtes homines, semper inuenies eos talis dispositionis, & ideo hõ est mollioris carnis, q̃ cætera animalia.

Bonitas discretionis nõ vr̃ seq. bonitatẽ aliorũ sensuũ. boni enĩ vis9 potest esse indiscretus, & silr̃ bõi audit9: sed boni tact9 semp ẽ discret9 oppo. in pœmio Met. de uisu & in 2. de generatione cõ. 7. ubi habet ꝙ prioritas u is9 ad tactũ ẽ prioritas fm finẽ & formam ta-

Est autem sicut humor, hic quidem dulcis, ille uero amarus. sic

C & odores sunt. sed alia quidem habent proportionaliter odorẽ & humorem, dico autem dulcem odorem & dulcem humorẽ: alia vero contrarium. similiter autem & acer & austerus & acutus & pinguis est odor. sed sicut diximus propter id quod non multum permanifesti sunt odores sicut humores, ab his acceperunt noĩa secundum similitudinẽ rerum: dulcis quidem.n.a croco & melle: acer autem a thymo & huiusmodi. eodem aũt modo & in alijs.

SOPH. *Quemadmodum autem sapor, alius est dulcis, alius amarus: sic etiã odores. sed alia habent proportionalem odorem & saporem, alia contra: uerbi causa dulcem odorem, & dulcem saporem: pariter etiam acris, & austerus, & acidus, & pinguis est odor. sed quoniam ut diximus odores non admodum manifesti sunt, ut sapores, ideo ab eis duxere*

xere nomina pro rerum similitudine: dulcis nimirum à croco & melle: acris á thymo atq; id genus alijs: Sic etiam in cæteris. D

Et quemadmodum in saporibus dulce, & amarum, sic in odoribus. Sed in quibusdam odor, & sapor sunt conuenientes. ver.g. odor dulcis, & sapor dulcis: & in quibusdam contrarij. & ideo inuenitur odor acutus. & ponticus, & acetosus, & delectabilis. Sed sicut diximus quod odores nõ sunt ita manifesti: sicut sapores, ita isti non dñr istis nominibus nisi ſm similitudinẽ ad sapores. odor. n. dulcis est odor croci: & acut⁹ est odor allij & similiũ, & sic de alijs.

95 Vult declarare quomodo consequuntur differentiæ odorum differentias saporum: & d. Et quemadmodum in saporibus est dulce, & amarũ. i. quemadmodum in saporibus est prima contrarietas, scilicet amaritudo & dulcedo, † ex quibus alij componuntur, sic est opinandum quod in odoribus est prima contrarietas, ex qua componuntur medij. Et, cùm narrauit quod istæ differentiæ debent esse secundum numerum illarum: & quem admodum est in illis prima contrarietas, sic est in istis: incepit narrare quod non semper consequitur unaquæq; illarum in altero duorum generum suum simile in altero genere, & d. Sed in quibusdam odor, & sapor, &c. i. sed in quibusdam simile consequitur simile, & in quibusdam non, scilicet quòd odor, & sapor non erunt eiusdem speciei. v. g. quod sapor erit dulcis, & odor acutus. D. d. & ideo inuenitur odor acutus. i. &, quia differentiæ odorum sunt conuenientes differentijs saporum, inuenitur odor acutus. i. cuius proportio ad odores est, sicut proportio acuti ad sapores: & sic de alijs. Et, cùm declarauit quod nos non comprehendimus differentias odorum, nisi propter consimilitudinem eorum cum differentijs saporum, vult narrare quod ista est causa, propter quam transumpta sunt ad eas nomina saporum, & d. Sed sicut diximus quod odores, &c. i. sed sicut diximus quia differentiæ odorum non sunt apud nos manifestæ, sicut saporum, ita quod possumus comprehendere eas absq; comparatione, & assimilatione ad alias, hoc fuit causa propter quam transumimus ad eas secundum similitudinem nomina saporum: & non imposuimus eis nomina propria, quia nõ intelleximus in eis intentiones proprias nisi per similitudinem. D. d. odor enim dulcis, &c. i. manifestũ est. n. apud nos quod odor dulcis est sicut odor croci, aut mellis. i. quod proportio odoris croci, & odoris mellis ad alios odores est, sicut proportio dulcis ad alios sapores. & sic est de alijs odoribus.

Adhuc aũt sicut auditus & vnusquisq; sensuum, hic quidẽ audibilis, & nõ audibilis. ille uero uisibilis & non uisibilis. & olfactus odorabilis & nõ odorabilis. non odorabile aũt aliud quidẽ ſm id quod omnino impossibile est habere odorem. aliud uero paruum habens, & prauum. similiter aũt & nõ gustabile dicitur.

SOPH. *Præterea ut auditus & unusquisq; sensuum alius est rei audibilis & inaudibilis: alius uisibilis & inuisibilis: sic etiã odoratus rei odorabilis*

Ctus vero prioritas é ſm materiã, & ſm subm, quę é prioritas ſm naturã oppositũ ét habet ipse supra cõm. 77. vbi dixit Arſ ordinare tracta. de virtutibus sẽsus ſm nobilitaté, & nõ ſm naturam. Vide contr. Zim.

Hic p; medij cõponi ex extremis cõtrarijs. Idé 5 Ph. 6. 19 52. cõ.

E

† Sicut e saporibus extremis cõponunt medij, sic ex odoribus extremis ét medij resultant. Idem infra cõ 105.

F

bilis

A *bilis & inodorabilis. Inodorabile autem dicitur, partim quod nullum prorsus habere potest odorẽ: partim quod exiguum habet, & exilem: similiter gustabile, & ingustabile dicitur.* τὸ φαῦλον. Potest ét uerti fœdũ, tetrũ.

Et queadmodũ auditus, & unusquisq; sensuũ, hic quidẽ est audibilis & nõ audibilis, hic uero uisibilis & nõ uisibilis, sic ẽt odoratus est odorabilis & nõ odorabilis. Et nõ odorabile dicitur nõ odorabile, aut quia est impossibile vt habeat odorẽ: aut quia habet odorẽ debilẽ: aut quia habet malũ. Et sic dicitur nõ gustabile.

96 Vult narrare hic aliquid cõmune isti sensui, & alijs sensibus, & quòd omnis sensus comprehendit suum sensibile proprium, & eius priuationẽ, & d. Et quemadmodum auditus, &c. i. &, quemadmodum auditus, & vnusquisq; sensuum comprehendit suum sensibile proprium, & eius priuationem, v. g. quia auditus comprehendit audibile & non audibile, & visus visibile & non visibile, sic etiam sensus odoratus comprehendit odo B rabile & non odorabile. D. incœpit narrare secundum quot modos dicuntur hæc nomina priuatiua, & d. Et non odorabile dicitur, &c. idest & non odorabile, & non visibile, & non gustabile dicuntur tribus modis: aut de eo, quod omnino caret illo sensibili: aut de eo, in quo inuenitur debile: aut in quo inuenitur male. ver. g. non odorabile dicitur de carente odore omnino, & de habenti debile, & male. & sic non gustabile.

Est autem olfactus per mediũ, ut aerem aut aquam. & nanq; aquatica videntur odorem sentire: similiter aũt & quæcunq; cum sanguine & sine sanguine. sicut quæ in aere: etenim horum quædã à longe occurrunt ad alimentum, quæ ab odore mouentur.

P H. *Fit etiam olfactus per intermedium, ut aerem aut aquam. quippe & aquatilia uidentur odorem sentire, & sanguinea pariter & exanguia: quemadmodum etiam ea quæ in aere degunt. nã & nonnulla eo-* C *rum odore impulsa procul contendunt ad alimentum.*

Et odorare etiã fit per mediũ, ver. g. aerem, & aquam. animalia enim habitantia in aqua existimãtur sentire odorem. & similiter habentia sanguinẽ, & carẽtia sanguine: sicut sentiunt aĩalia, quæ sunt in ere. quædam. n. mouentur ad suum cibum in remoto.

97 Cùm declarauit hic de odore illud, quod potuit declarare in hoc loco dicit quòd, iste sensus ita etiam indiget medio, sicut duo sensus prædicti, Et sermo eius manifestus est, sed debet ita legi, & odorare etiam fit per medium. & hoc medium est aer, aut aqua. animalia enim habitantia in aqua videntur sentire odorem, sicut animalia habitantia in aere. & secundum hunc modum videtur ꝙ animalia viuentia in aere, & non viuentia sentiunt odorem. Et signum eius est ꝙ, istorum multa mouentur ad suũ cibum à remoto, licet non videant. Apes enim mouentur ad suum nutri- Expositio textus.

 mentum

mentum à loco remotissimo, & sunt ex animalibus carentibus sanguine. & similiter in piscibus, & in multis animalibus aquæ Et ratiocinatio super hoc, quod dixit de medio, est ratiocinatio prædicta, s. q; cùm odorabile fuerit positum super sensum odoratus, non sentietur. Et quod dixit de, visione, q; natura media, quę seruit visui, nō est aer, sm q; est aer, aut aqua sm q; est aqua, sed natura cōis, ita ē intelligēdū hic in nā quę est media, s. quia est natura cōis aquæ, & aeris, & q; odores sunt extranei in ista nā. & q; ista natura caret odoribus, sicut diaphanū coloribus. & sicut color habet duplex esse. s. esse in corpore colorato, & hoc est esse corporale: & esse in diaphano, & hoc est esse spirituale: ita odor habet duplex esse, scilicet esse in corpore odorabili, & esse in medio. & hoc est esse corporale, & illud spirituale: & illud naturale, & hoc extraneum. Et, cùm hoc ignorauerunt quidam, & extimauerunt quòd odor non separatur à corpore odorabili, & quòd non habet nisi vnum esse tantum, dixerunt quòd à corpore odorabili dissoluitur corpus odoriferum, habens corpus subtile, & odorem subtilem, & quòd mouetur in aere, donec perueniat ad sensum odoratus. Et hoc destruitur multis modis. Videmus enim quòd multa animalia mouentur ad nutrimentum per spacium * multarum dietarum, sicut apparet in Vulturibus: & sicut apparet de Tigribus, quæ venerunt ad locum prælij, quod accidit in terra Græcorum à remotis regionibus. Et* quando iam posuimus quòd omne sensibile, quod comprehenditur per medium æqualiter, debet sentiri ex omnibus partibus, nisi aliquid impediat. vnde necesse est, vt istud corpus vaporosum sit centrum vnum, & quòd sua semidiameter sit secundum longitudinem linearum, vnde veniunt ista animalia ad suum cibum, vt dicitur quòd Vultures mouentur à quingentis miliaribus: sed impossibile est vt corpus paruum extendatur, donec recipiat tales dimensiones, cùm impossibile est vt materia recipiat extēsionem ad tale vltimum. maxima enim remotio, quam materia recipit, est dimensio ignis, deinde aeris. Si igitur corpus odorabile alteretur totum in ignem, aut aerem, impossibile est ipsum recipere dimensionem mille miliariorum. Minima enim dimensionum, quam materia recipit, est dimensio terræ, & maxima est dimensio ignis. & inter has duas dimensiones non sentitur ex diuersitate hæc quantitas, scilicet vt magnitudo vnius palmi terræ fiat ad mille miliaria. hoc enim impossibile est. Et etiam, si ita esset, tunc illud corpus sphæricum non odorabile necesse esset vt penetraret aerem secundum totum, aut quòd aer recederet à loco suo. Et, cùm hoc impossibile est, etiam impossibile est vt odor sit in aere, sicut in corpore composito. † simplicia enim non recipiunt odores. remanet igitur vt sit in eo sicut color in diaphano. * Sed tamen apparet quòd esse coloris magis est spirituale, quā esse odoris. venti enim videntur adducere odores. & hoc est, ex quo fuit existimatum odorem esse corpus. Sed ita est de odore in hac intentione, sicut de sono. Sonus enim fit à passione in aere: sed etiam impellitur à ventis: sed tamen non consequitur ex hoc vt sit corpus. quasi igitur

Marginalia (left): Documentum. 5. re. com. 73. — Color & odor hnt duplex eē. Idē supra. 60. 67. 76. com. Vide. 76. & 101. cō. Op. Aui. ī sexto naturalium. — Prima rō. — *al. multarū terrarū — *al. q; — Minima dimēsionū, quam materia recipit, est dimēsio terræ. & maxima ē dimensio ignis: oppo. vide. 4. ph. cō. 72. vbi habet q; subtilitas ē diuisibilis in infinitū. Vide cō. 2im.

Marginalia (right): D — E — Ex hoc t mit̄ d maxim & minimū. Ide supra. Idē prin F ph. 36. p. 91. pr celi. 16 † Corpora simplicia n recipiū dores. I in de Sēsu & se to. *Esse c ris est gis spū q eē o ris. Id 101.

A igitur necesse est in istis duabus passionibus, s. soni, & odoris, cùm fuerint in aere, vt non sint motus illic in aere ad aliam partem sine alia.

Vnde & dubium videtur si omnia quidem similiter odorent: homo autem odorat respirans: non respirans aut sed exspirãs, aut retinens spiritum, non odorat, neq; à longe, neq; à prope: neq; si in nasum intra ponatur. & hoc quidem in ipso positum quo sentit, insensibile esse, omnibus commune est: sed sine respiratione non sentire, proprium est homini. manifestum est autem tentantibus.

PH. *Proinde uidetur oriri quæstio, si cuncta quidem peræquè olfaciant, homo uerò spiritum quidem ducens olfacit: quòd si non ducat, sed red dat, aut cohibeat spiritum, non olfacit, neq; è longinquo, neq; è propinquo: ne si intra nares quidem apponatur. Ac si quid ipsi quidem apponatur sensorio, id esse insensibile, commune est omnium: nõ sentire uerò sine respiratione, peculiare est in hoĩbus: quod in experiẽdo perspicitur.*

B

Et ideo apparet q; iste est locus dubitationis, secundum q; omnia animalia olfaciunt eodem modo, & q; homo non olfacit, nisi quando anhelat inspirans: quando autem expirat, aut retinet, nõ olfacit neq; à remoto, neq; à propinquo, neq; etiam, si odorosum poneretur in naso. Hoc autem, q; si sensibile fuerit positum super ipsum sentiens, non sentietur, commune est omnibus. hoc vero, q; sentire non sit sine inspiratione, est proprium hominibus. & hoc manifestabitur experimentatoribus.

98 Idest &, cùm dixerimus quòd animalia habitantia in aqua, & animalia non sanguinea olfaciunt, accidit quæstio, quando cõcesserimus has duas propositiones. s. q; omnia animalia debent olfacere eodem modo, & po-
C suerimus q; homo olfacit, quando inspirat, & non quando expirat, aut retinet anhelitum. consequitur enim ex hoc q;, si* illud animal fuerit non anhelans, vt non sit olfaciens. D.d. Hoc autem, q; si sensibile fuerit positum, &c. i. & hoc autem, quod est necessarium in omnibus animalibus vt sit medium, & quòd sentire non fiet, quando sensibile fuerit positum sup ipsum sentiens, cõmune est omnibus. hoc enim opinatur Aristoteles de tactu, & gustu, vt post apparebit. D.d. hoc vero, quod sentire nõ fit absq; inspiratione, &c. i. hoc vero, q; homo, & alia animalia anhelantia impossibile est vt olfaciant absq; inspiratione, manifestum est per se volentibus consyderare, & experimentari.

*a.l. aliud. *aliquod. Oppositũ vide in cõ sup lib. de sensu, & sẽsibili ubi hẽt q; propriũ é gustui, & tactui q; nõ indigent medio oppositũ de gustu solo vide infra c. 101. Vid cõtr. Zi...

Quare sanguinem non habentia, quoniam non respirant, alterum vtiq; quendam sensum habent præter eos qui dicti sunt. sed impossibile est: si quidem odorem sentiunt: odorabilis enim sensus

ſus,& boni odoramenti & mali, olfactus eſt. Amplius autẽ & corrumpi videntur à fortibus odoribus, ex quibus homo corrumpitur, vt aſphalto, ſulfure, & huiuſmodi. olfactum quidem igitur habere neceſſarium eſt, ſed non reſpirantia. D

SOPH. *Itaq; ſanguine carentia, ut pote quæ non ſpirent, alium quempiam ſenſum habere cenſeas, præter eos qui uulgò dici conſueuere. res tamen non ita ſe habet: ſi quidem odorem ſentiunt: ſenſus enim rei odorabilis, & fætidæ & odoratæ, olfactus eſt. Præterea uidentur à uehementibus odoribus corrumpi, à quibus etiam homo corrumpitur, ut bituminis, & ſulphuris, atq; id genus aliis. olfaciant igitur neceſſe eſt, non tamen recipiendo ſpiritum.*

Oportet igitur ex hoc, vt animalia carentia ſanguine, cùm non anhelant, habeant alium ſenſum. Sed hoc eſt impoſſibile, cùm ſentiant odorem. ſentire enim bonum odorem, & malum eſt olfacere. Odores enim fortes, qui nocent homini, nocent eis, vt putrefactionis, & ſulphuris, & ſimilium. Vnde neceſſe eſt vt olfaciant, ſed non inſpirando. E

99 Dixit &, cùm poſuerimus ꝙ omnia animalia eodem modo olfaciunt: & eſt manifeſtum ꝙ homo non olfacit ſine inſpiratione: neceſſe eſt vt animalia carentia ſanguine cùm non anhelant, & videntur venire ad ſuum nutrimentum à remoto, vt habeant alium ſenſum à ſenſu olfactus. D.d. Sed hoc eſt impoſſibile, &c. i. ſed ponere ea habere alium ſenſum à ſenſu olfactus impoſſibile eſt, cùm poſuerimus ꝙ nihil comprehẽdit odorem, niſi per iſtum ſenſum. comprehendere enim bonum odorem, & malum eſt olfacere: & olfacere eſt actio iſtius ſenſus, non alterius. D.d. Odores enim fortes, qui nocẽt homini, nocent eis. & iſta eſt ſecunda ratiocinatio. & eſt ꝙ iſta animalia infirmantur, & dolent à malis odoribus, & fugiunt eos, ſicut homines. &, quia homines fugiunt eos propter ſenſum olfactus, oportet vt ſic ſit de aliis animalibus. D.d. Vnde neceſſe eſt vt olfaciant, ſed non inſpirando. i. neceſſe eſt igitur ex hoc, quod diximus. ſ. ꝙ iſta animalia olfaciunt, cùm vidẽtur moueri ad odores, & fugere eos. &, quia impoſſibile eſt vt iſta actio ſit per alium ſenſum à ſenſu olfactus, iſta animalia neceſſario olfaciunt: & non eſt neceſſe vt omnia animalia odorent eodem modo. F

[...]. 4. de [...]oriis [...]iũ c. 8.

Vidẽtur autem in hominibus differre hoc ſenſitiuũ ad ea quæ aliorum animalium: ſicut oculi, ad ea que durorum oculorũ ſunt. Hæc quidem enim habent phragma & ſicut velamen, palpebras: quas aliquis non mouens, neq; retrahens non videt: fortia autem oculis nihil huiuſmodi habent, ſed mox vident quæ fiunt in lucido. ſic igitur & odoratiuum ſenſitiuum, aliis quidem ſine operculo eſt:

A lo est:sicut oculi. aliis vero aerem recipientibus habere cooperimentum,quod respirantibus discooperitur,ampliatis venis & poris.& propter hoc respirantia non odorant in aqua . necessarium enim est odorem pati respirantia:hoc autem facere in humido impossibile.est autem odor sicci sicut humor humidi . odoratiuum autem sensitiuum potentia huiusmodi est.

•9 H. *Videtur autem in hominibus differre hoc instrumentum à cæterorum animalium instrumentis: ut oculi ab oculis eorum quæ duros eos habent:nam illi quidem habent septum & ueluti utriculum quendã, palpebras:quas nisi moueat,atq; attollat,non uidet.quæ uerò duris sunt oculis,nihil habent eiusmodi:sed illico uident quæ fiunt in translucido. sic etiam odoratiuum sensorium: aliis sine operculo esse apparet, sicut ille oculus:in iis autem quæ recipiunt aerem adesse uidetur operimentum,idq; cum spiritum hauriunt aperiri, dilatatis uenulis ac meatibus.* B *Quamobrem quæ spirant in humido non olfaciunt:necesse enim est spiritum ducendo olfaciant:quod in humido fieri non potest. Est autem odor sicci,ut sapor humidi:Odoratiuũ uerò sensorium est tale potẽtia.*

Videtur igitur q̀ iste sensus in hominibus differt à se in aliis animalibus,sicut oculi differunt ab oculis animalis duri oculi.Isti.n. habent coopertoria.s.palpebras,quæ cùm non aperiuntur,non videt homo.animalia autem duri oculi non habent aliquod tale:sed vident subito illud,quod fit in diaphano. Et sic videtur quod est sensus olfactus etiam,s.q̀ in quibusdam animalibus est non coopertus,vt oculus.in animalibus vero recipientibus aerem habet coopertorium.&,cùm ista animalia inspirant, ampliantur venæ, & C viæ,& aufert illud.Et ideo ea,quæ anhelant,non olfaciunt in humido.inspiratio enim necessaria est in olfactu. vnde impossibile est hoc facere in humido.Et odor est sicci, sicut sapor humidi. Et olfaciens est illud,quod est in potentia istius dispositionis.

100 Cùm declaratum est q̀ animalium quædam sentiunt odorem sine inspiratione,& quædam cum inspiratione,visum est q̀ cã in hoc est q̀ iste sensus in hominibus,& in animalibus anhelantibus differunt in creatione,& in forma à se in aliis animalibus non anhelantibus. Quemadmodũ enim oculi in homine,& in aliis differunt in creatione ab oculis animaliũ duri oculi.s.carentium palpebris. Et, cùm narrauit cõsimilitudinem inter ea in hac intentione,dedit modum consimilitudinis,& dixit.Isti enim habent coopertoria,&c.i.& sicut oculi in homine,& in aliis habent palpebras,quibus cooperiuntur:& est impossibile vt homo videat quousq; nõ aperiat palpebras:& in animalibus duri oculi non habent palpebras,sed vident

vident subito colores factos in diaphano sine aliquo coopertorio: ita videtur ꝙ dispositio sensus olfactus in animalibus anhelantibus, differt à se in non anhelantibus. In anhelantibus enim habet coopertorium: in non anhelantibus autem non habet coopertorium. & sic animalia anhelantia indigent apud olfactum anhelitu ad aperiẽdum vias clausas olfactus, per quas impossibile est vt olfaciant, antequam aperiantur. queadmodum impossibile est vt animalia boni visus videant, quousq; palpebræ aperiãtur. sed animalia non anhelantia non indigent hoc. & ista erit causa, propter quam animalia anhelantia non olfaciunt in aqua. Sed est quęstio in hoc quod dicit: animalia enim duri oculi sunt debilioris visus aliis animalib' sed animalia multa non anhelantia videntur fortioris odoratus homine. & oporteret, si palpebræ in oculis essent, sicut nasus in animalibus anhelãtibus, vt animalia anhelantia essent verioris olfactus, quàm non anhelantia. Et ideo perscrutandum est vtrum, nasus in animalibus olfacientibus per nasum sit propter melius, sicut palpebræ sunt in animalibus habentibus palpebras: aut propter necessitatem. Si igitur est propter necessitatẽ, non oportet vt anhelantia sint verioris olfactus quàm non anhelantia. Si autem propter melius, erit econuerso. Sed hoc, quod dicit, ampliantur venæ, & viæ, demonstrat ꝙ hoc est propter necessitatem, nõ propter meli': & ꝙ animalia duri oculi non assimilantur olfaciẽtibus sine inspiratione, nisi secundum diuersitatem creationis tantum: non ꝙ iuuamentum palpebrarum est de modo iuuamenti inspirationis. D.d. Et odor est sicci, sicut sapor humidi. i. & odor attribuitur abundantiæ partis siccæ in odorabili, sicut sapor attribuitur abundantiæ partis humidæ in gustabili. Et hoc declarabitur in libro de Sensu & sensato. D.d. Et olfaciens est illud, quod est in potentia istius dispositionis. i. &, cùm declaratum est quid sit odor, & quomodo comprehenditur per sensum, tunc sensus olfactus est illud, quod in natum est recipere odores.

Dubium. Oppositũ 2.phy. 82. 88. a casu esset. vide con. Zim. Solutio.

D E

De gustu, & gustabili. *Cap.* 6.

F

GVstabile autem est quiddam tangibile. & hęc est causa quare non sit sensibile per medium extraneum corpus. necq; n. tactus. & corpus autem in quo est humor, quod est quid gustabile, est in humido sicut in materia. hoc autem est quiddam tangibile. vnde & si in aqua essemus sentiremus vtiq; appositum dulce: non autem esset nobis tunc sensus per medium: sed in eo qđ miscetur humido, sicut in potu. color autem non sic videtur, in eo quòd miscetur, necq; defluxionibus.

SOPH. *Gustabile autem est tactile quiddam: atq; hoc in causa est, cur non sit sensibile per intermedium quod sit alienum corpus. nimirum quia nec tactus. corpus etiam in quo est sapor gustabile in humido ut* mate*ria: id uerò est tactile quiddam. idcirco si in aqua essemus, & dulce* quidpiam

al. l. tāc aqua.

A *quidpiam iniiceretur, sentiremus nec esset nobis sensus per intermediũ: sed quòd admixtum esset humido, quemadmodum in potione: at color non hoc modo uidetur, nempe quòd misceatur, aut effluxionibus.*

Gustus autem est aliquis tactus. Et est illud, quod est in potentia istius dispositionis, non per mediũ, quod sit corpus extraneũ. tactus enim etiam non est sic. Et corpus, in quo est sapor, gustus in eo est in humiditate: sicut res in materia. & hoc est aliquid tangibile. Et ideo, si nos fuerimus in aqua, & in aqua fuerit aliquid dulce, sentiemus non per medium, sed admiscendo se cum humido, sicut est de vino. Color autem non videtur, eo q admiscetur, neq; quia aliquid currit ab eo.

101 Cùm compleuit sermonem de olfactu, & sensus gustus est illud, quod debet consequi numerum fm ordinem, qui incœpit à meliori, & procedit ad magis necessarium, incœpit loqui de eo, & declarare q est aliquis tactus, & q propter hoc non indiget comprehendere suum sensibile p medium, quod sit corpus extraneum, sed per medium, quod sit pars animalis. Et d. Gustus autem est aliquis tactus. & hoc non est in potentia alicuius dispositionis per medium, quòd sit corpus extraneum. tactus enim est etiam sic. i. & iste sensus non est illud, quod est in potentia istius dispositionis per medium, quod est corpus extraneum, sed per mediũ, quod est corpus non extraneum. D. d. tactus enim etiam non est sic, i. tactus enim etiam comprehendit suum sensibile non per medium, quod; est corpus extraneũ: sicut est de sensibus tribus pdictis. Et quasi inducit istũ sermonẽ pro ratione q gustus est aliquis tactus. & quasi dicit, gustus autem est aliquis tactus, cùm comprehendat suum sensibile non per medium, quod sit corpus extraneum, sicut tactus. & hoc est manifestius in secunda translatione, vbi dicit, sensus autem gustus comprehendit per tactum. Et causa illius est q sensibile per gustum non comprehenditur per medium inter gustans & gustatum, quod est corpus extraneum: neq; etiam tactus ita cõprehendit. D. d. Et corpus, in quo est sapor, &c. i. & alio modo dicimus etiam q iste sensus est aliquis tactus. corpus enim in quo existit sapor, nõ est gustabile, nisi fm q ille sapor existit ĩ eo humore: cuius proportio ad illum saporem est sicut materiæ ad formam. & ideo iste sensus non comprehendit saporem, nisi comprehendat humorem: cùm sit impossibile vt denudetur ab eo: & comprehendere humorem est aliquid tangere. vnde iste sensus videt' aliquis tactus. D. d. Et ideo, si nos fuerimus in aqua, &c. i. &, quia gustus non indiget medio extraneo, ideo, cùm nos fuerimus in aqua, in qua inuenitur aliquod dulce, sentietur à nobis admiscendo se cũ aqua: nõ quia aqua recipit saporem abstractum à materia, & reddit eum isti sensui, sicut est de mediis extraneis, quæ reddunt sensibilia sensibus. illa enim non recipiunt sensibilia cum corporibus, in quibus existunt, sed abstracta à materia. Et hoc demonstrat q ipse opinatur q odor non est corpus.

Margin notes: B Vide pro hoc.j.cõ. 115. Vide.j 113 vbi indigẽtia medij extrinseci nõ ẽ d necessitate ta ctus, sed tãgibilium. C Rñr obiectioni. Media extrinseca ñ recipiunt sensibilia cũ corpo-

ribus, in q̄ b⁹ existūt idē s c.76 &.97. cō. cōtra Auicen. corpus. si enim esset corpus, olfactus esset aliquis tactus. D.d. Color autē non videtur, &c. idest color autem non videtur, ita q aliquid ex eo admisceatur cum aqua, aut aere, neq; q aliquid currat ab eo in aerē, aut aquā: sed tantum recipiunt ab eo intētionem coloris abstractam à materia. vñ dicimus in hoc, & similibus q comprehenduntur per medium extraneū. D

Vt quidem igitur medium, nihil est: ut autem color visibile, sic gustabile humor ē. Nihil autē facit humoris sensum sine humiditate: sed habet actu aut potentia humiditatem, vt salsum. bene. n. liquidum ipsum est, & liquefactiuum linguæ.

SOPH. *Quod autem ad intermedium attinet, nullum est. Vt autem uisibile est color, sic gustabile sapor. Nihil autem saporis sensum efficit sine humiditate: sed habet actu aut potentia humiditatem, ut salsum: nam et ipsum facile liquefactu est, & colliquefaciendæ linguæ uim obtinet.*

E

Secundum autem hunc modum medium non est medium. sed quemadmodum color est visibile, sic sapor est gustabile. Et nihil recipit sensum saporis absq; humiditate, sed in eo est in actu, aut potentia humiditas, verbi gratia salsum. est enim velocis dissolutionis, & cum hoc dissoluit linguam.

102 Iste autem sensus differt à sensibus, qui comprehendunt per medium extraneum in hoc, q non comprehendit suum sensibile per medium. sed quemadmodum color est visibile, & in rei veritate proprium visui, ita sapor in rei veritate est gustabile proprium gustui. D.d. Et nihil recipit sensum saporis, &c. i. & nihil recipit sensum saporis, qui dicitur gustus, nisi sapor sit in humore, & humor est in saporoso, aut in actu, aut in potētia: v.g. salsum, quod est humidum in potentia propinqua, cùm velociter dissoluitur, & dissoluit humores, qui sunt in lingua. Et ideo præparauit natura saliuam in ore: & præparauit branchos in homine ad congregandum istam humiditatem, vt ea mediante gustentur sicca. vnde dicimus q sapor non est sapor in actu, nisi in corpore humido in actu. F

Propter q̄d natura p̄parauit saliuā in ore.

Sicut autem visus visibilis est & inuisibilis (tenebra autem inuisibilis, iudicat autem & ipsam visus.) adhuc autem & ualde splēdidi. etenim hoc inuisibile est. alio autem modo à tenebra. similiter autem & auditus soniq; & silentii, quorū aliud audibile, aliud non audibile: & magni soni, sicut visus est splēdidi. sicut enim paruus sonus inaudibilis quodammodo, sic & magnus & violētus. Inuisibile autem aliud quidem omnino dicitur sicut & in aliis impossibile: aliud autem quamuis aptum natum, non habet, aut praue: sicut quod sine pedibus & sine grano. sic autem gustus gustabilisq; & nō gustabilis. hoc autem est paruum aut prauum habens humorē

A humorem, aut corruptiuum gustus. videtur autem principium esse potabile & non potabile: gustus enim quidam ambo. sed hoc quidem prauum & corruptiuum gustus. illud autem secundum naturam. est autem commune tactus & gustus potabile.

PH. *Sed ut uisus est rei uisibilis & inuisibilis (nam tenebræ inuisibiles sunt, attamen has etiam uisus diiudicat:) Ad hæc, ualde splendidi (nã id quoq; inuisibile est, alio tamen modo atq; tenebræ) sic etiam auditus & soni & silentii: quorum alterum est audibile, alterum nõ audibile. atq; etiam magni soni, quemadmodum uisus splendidi. ut enim paruus sonus inaudibilis quodammodo est, sic etiam magnus ac uiolentus. Inuisibile autem partim sicut etiam in aliis dicitur quod prorsus impossibile est: partim, si cum natum aptumq; sit, non habeat, aut certe exiliter,* τὸ φαύλως quo verbo hic vtitur Aristo. expositores tũ praue, tũ exiliter interpretantur.

B *ut apes, & innucleatum. Sic etiam gustatus, rei gustabilis & ingustabilis. id uero est, quod aut paruum & exilem, aut gustum corrumpentem habet saporem. Videtur autem potabile & impotabile esse principium: sed alterum prauum gustumq; corrumpens: alterum secundum naturam: Est autem potabile commune tactus & gustus.* al. l. puũ uel prauũ

Et sicut visus est rei visibilis, & nõ visibilis: nam obscuritas est non visibilis, & etiam distinguetur à visu. & est etiam manifestũ in eo, quod ẽ valde fulgẽs, & splendens. hoc enim quoquo modo est non visibile: sed tamen alio modo ab obscuritate. & similiter auditus est soni, & silẽtii, quorum vnum est audibile, & aliud nõ audibile, & est maximi soni, sicut visus est resplendentis. quemadmodum enim minimus sonus est non audibilis, ita aliquo modo

C est maximus sonus etiam. Et non visibile quidem dicitur sic vniuersaliter, sicut in omnibus carentibus hoc. & quoddam est innatum videre, sed non habet: aut habet, sed diminute, vt carẽs pede. Et similiter gustus est gustabilis, & non gustabilis, & hoc est, cui[9] sapor est debilis, aut malus, aut corrumpens gustum. Et similiter existimatur de potabili, & nõ potabili. sunt enim gustus quoquo modo: sed illud malum corrumpens gustum, & illud naturale. Et potabile est commune tactui, & gustui.

103 Sermo eius in hoc capitulo est manifest[9]. & abbreuiatio eius est quòd non sensibile dicitur in vnoquoq; sensuum tribus modis: aut de eo, quod caret sensato proprio illi sensui de eis sensatis, quæ innatus est habere: aut de eo, quod est sensibile intẽsum ĩ se respectu illius sensus: aut de eo, quod est sensibile debile. v. g. obscuritas, quæ est non sensibile sm priuationem in visu: & color splendens, qui est non sensibilis propter intensionem: & color

color latens,qui est non sensibilis propter debilitatem . Et in auditu silentium secundum priuationem:& maximus sonus secundum intensionem:& sonus latens secundum debilitatem.Et in gustu insipidum secundum priuationem: & horribile secundum malitiam,& debile secundum diminutionem.omnia enim ista dicuntur non sensibilia: quoniam vnumquodque istorum est priuatio alicuius dispositionis naturaliter sensibilis illius sensus. D.d. Et non visibile quidem dicitur,&c.i.& non visibile dicitur vtr,sicut dicitur in aliis sensibus multis modis: aut quia non est innatum videri omnino,vt dicimus quod sonus est inuisibilis,& in colore non auditus:aut quia est innatus videri,sed non videtur,quia habet colorem,sed alio modo ab eo,secundum quem innatum est habere,scilicet aut propter intensionem; aut propter debilitatem hoc dicitur non visibile:sicut dicitur in eo, qui est debilis pedis,quod non habet pedem. D.d.Et potabile est commune tactui & gustui,idest quod secundum humiditatem,quae est in eo, est tangibile , & secundum saporem est gustabile.

Cōsiliem distinctionē hēs de infinito.3. Phy.34.& .j.in hoc.2 120.Idē.s. 96.Idē.s. Me.27.& 17.consilie de immobili.5.ph. t.&c.t.20.

Quoniam autem humidum quod gustabile, necesse est sensitiuum ipsius neque humidum esse actu : neque impossibile fieri humidum.patitur enim gustus aliquid à gustabili secundum quod gustabile est.necessarium est ergo humectatum fore quod possibile humectari,saluatum , non humidum autem,gustatiuum sensitiuum.Signum autem , neque siccam existentem linguam sentire, neque multum humidam.hic enim tactus fit primi humidi . sicut quum aliquis qui ante gustauit fortem humorem,gustet alterum & vt laborantibus amara omnia videntur, propter id quod lingua plena huiusmodi humiditate sentit. E

SOPH. *Cum autem gustabile sit humidum , necesse est sensorium eius nec actu humidum,nec eiusmodi esse ut humectari nequeat : patitur enim gustus à gustabili quatenus gustabile.Necesse ergo est id quod humectari potest,humectari ita ut seruetur, nec esse humidū ipsum.s. gustatiuum sensorium . indicium huius est,quod lingua neque cum praearida est,sentit:neque cum admodum humida : hic enim tactus fit primi humidi:ut cum quispiam degustato uehementi sapore , degustat alium : & quemadmodum aegrotantibus amara omnia uidentur , propterea quòd lingua referta eiusmodi humiditate sentit.* F

Et,quia gustabile est humidum,fuit necesse vt suus sensus non esset humidus in perfectione.neque impossibile vt humefiat . gustus enim patitur quoquo modo à gustabili,secundum quod est gustabile.Vnde necesse est vt humefiat illud,quod possibile est vt humefiat,& est saluatum.sed non est humidum sensus gustus . Et signū eius est,quod lingua non sentit,cùm fuerit valde sicca, aut valde humida,tactus enim ipse erit per primum humorem , sicut qui prius gustauit

A guſtauit ſaporem fortem, deinde guſtauit alium ſaporem. & ſicut infirmi ſentiunt omnia amara, quia ſentiunt ea per linguam ſubmerſam in tali humore.

104 Cùm declarauit ea, quæ ſunt cõia iſti ſenſui, & ſenſui tactus, & aliis ſenſibus, incœpit dicere quoddã proprium membro iſtius ſenſus, ſ. linguæ, & d. Et, quia guſtabile eſt humidũ, &c. i. &, quia materia ſaporis eſt humor, vt declaratũ eſt in de Senſu & ſenſato, neceſſe fuit vt recipiens ſaporem recipiat humorẽ cũ ſapore. vnde neceſſe eſt, vt iſte ſenſus nõ ſit humidus in actu, neq; ſit ẽt impoſſibile vt recipiat humorẽ, cũ ſit innatus recipere ſaporem: quod eſt impoſſibile ſine receptione humoris. & dicit ꝙ eſt neceſſe vt ſit non humidus in actu: quia illud, quod eſt aliquid in actu, non eſt innatum recipere illud, quod eſt in eo in actu, ſm ꝙ eſt in eo in actu. viſus enim, ſi haberet aliquem colorem in actu, non reciperet colores. Deinde dicit, guſtus enim patitur quoquo modo, &c i. & eſt neceſſe vt iſte ſenſus ſit innatus humefieri. membrum enim guſtans patitur quoquo mo B do à guſtabili. &, quia guſtabili ſemper aſſociantur humidum, neceſſe eſt vt guſtans patiatur ab humore, qui eſt in ſapore. Vnde neceſſe eſt vt hoc membrum guſtans ſit in ea diſpoſitione, qua poſſibile eſt vt humefiat: & hoc erit vt non ſit humidum in ſe, & ꝙ ſit cum hoc ſaluatum ab* accidentibus. & hoc intendebat, cùm dixit, vnde neceſſe eſt vt humefiat, &c. ideſt & quia neceſſe eſt vt hoc membrum humefiat, neceſſe eſt vt ſit innatum humefieri, ſ. vt ſit ſaluatum à ſiccitate intenſa, & vt non ſit humidum. Deinde dicit. Et ſignum eius eſt ꝙ lingua, &c. i. & ſignum eius eſt, ꝙ lingua apud comprehenſionem ſaporum debet ſaluari ab intenſa ſiccitate, & dominio humoris, eſt ꝙ ipſa non ſentit ſapores, quando fuerit intenſæ ſiccitatis, aut intenſæ humiditatis, ſed tantum ſentit, cùm fuerit in naturali diſpoſitione, ſm quam innata eſt recipere humiditatem ſaporis. Deinde dicit, tactus enim ipſe, &c. i. &, cùm lingua innata eſt recipere ſaporem cum eius humiditate, neceſſe eſt vt ſuper ipſum non dominetur alia humiditas. Prima enim humiditas dominans in lingua impediet eam in re- C cipiendo ſecundam humiditatem. quemadmodum qui guſtauerit aliquem ſaporem fortem, & poſtea guſtauerit alium ſaporem: tunc enim non ſentiet ſecundum ſaporem propter dominium primi ſuper linguã. Deinde dicit. &, ſicut infirmi ſentiunt omnes ſapores amaros, quia ſentiũt eos per linguam ſubmerſam in humore amaro, ita etiam qui guſtauerit aliquem ſaporem, & ſua lingua fuerit humefacta in humore accidentali, tunc non comprehendet humorem ſaporis proprii, niſi admixtum cum qualitate illius primi humoris. & ſic accidet neceſſario vt non comprehẽdat ſaporem, quia non comprehendit naturã ſaporis in diſpoſitione illa, ſecundum quam eſt materia illius ſaporis.

Illud, qđ ẽ aliqd in actu, nõ eſt innatũ recipere illud, qđ eſt in eo in actu, ſm ꝙ eſt in eo in actu.

Idẽ 3. 67. Idẽ 3. de Aĩa cõ. 4. Idẽ 1. ca. đ ſubã orb. idẽ .1. ph. 69.

*excedẽtibus

*excellentiis.

Species autem humorum ſicut & in coloribus, ſimplices quidem contrariæ ſunt: vt dulce & amarum. habitę autem ſunt, cum hac quidem, pingue: cum illa uero, ſalitum. Media autem horum,

acre,& austerum,& ponticum,& acutum:ferè enim hæ videntur D
esse humorum differentiæ. Quare gustatiuum potentia est huiusmodi. gustabile autem est factiuum actu huius.

SOPH. *Species autem saporum, ut etiam in coloribus, simplices quidē sunt quæ sunt contrariæ, dulce & amarum: Proxima aūt sunt, ab uno, pingue: ab altero, salsum. His interiecta sunt, acre, & austerum, & acerbū, & acidum. nam hæ propemodū esse saporum differentiæ uidentur. Quare gustatiuum est, quod est tale potentia: gustabile uero, quod est effectiuum actu eius.*

Et modi saporum sunt sicut in coloribus, simplices quidē sunt contrarii dulcis, & amarus. Sequentes autem sunt duo, istum vnctuosus, istum autem salsus. Et quæ sunt inter ea, sunt acutus, & stypticus, & ponticus, & acetosus. isti.n. modi ferè videntur esse modi saporum. Quapropter necesse est vt Gustans sit illud, quod E
est in potentia istius dispositionis, & Gustabile sit agens.

105 Et dispositio modorum saporum adinuicē est, sicut dispositio colorū adinuicem. quemadmodum igitur colores simplices sunt albus, & niger, ex quibus componuntur alii, quorum quidam sunt propinquiores simplicibus, ita est de saporibus. s. ꝙ simplices eorum sunt contrarii. s. dulcis, & amarus. & sequitur dulcem vnctuosus, & salsus amarum. & inter istos sunt acutus, & stypticus, & acetosus. Et hoc, quod d. in coloribus manifestum est: in saporibus vero habet quæstionem. Galenus enim opinatur

Digressio. quòd ponticus, & acetosus frigidi sunt, & quòd acutus est calidior amaro. Et, si nos concesserimus ꝙ isti sapores consequuntur calorem, & frigus, necesse est ꝙ contrarietas in istis sit in illo, quod est vltimæ calidum, & in illo, quòd est vltimo frigidum. &, si concesserimus ꝙ ita est de saporibus, F

Prima rō cōtra Gal. sicut est de coloribus, s. quòd idem color sit à caliditate, vel à frigiditate, tunc non accidet impossibile. Et videtur ꝙ hæc opinio Galeni sit error. Videmus enim ꝙ amaritudo quandoq; inuenitur cum frigiditate. verbi gratia ꝙ amaritudo, quæ est in fructibus in primo cremento, demonstrat frigus: & amaritudo, quæ est in rebus combustis demonstrat calorem. Et similiter non est impossibile vt aliqua dulcedo sit frigida, videtur enim ꝙ

Scd̄a rō. plantæ amari saporis apud complementum sunt dulces, aut insipidæ in principio. Et signum eius, ꝙ isti sapores sunt medii, est quòd plantæ habentes sapores, non transferuntur ex amaritudine ad dulcedinem in eis,

Nō est necessariū vt trāslatio ī extremis sit sup oīa media. Idē.3.Cō.41. quæ innatæ sunt esse dulces in fine, nisi mediante aliquo illorum saporū. & hoc erit secundum ꝙ pertinet illi amaro existenti in illa planta, & illi dulci existenti in ea. quemadmodum albedo non transfertur ad nigredinem, vel econuerso, nisi mediante aliquo colorum mediorum. in aliquo igitur transfertur mediante charopo, & in aliquo mediante kiano. non Tertia r
enim est necesse vt translatio in extremis sit super omnia media. Et vniuersaliter

uersaliter per se manifestum est quod amarum, & dulce sunt in fine cōtrarietatis, inquātum sunt sapores. quapropter necesse est vt alij sapores sint medii inter hos duos, & compositi ex extremis. Secundum hoc igitur debemus ponere hoc. Et non debemus aduertere sermonem Galeni. suus. n. sermo non est verus in complexionibus saporum secundum suas naturas. Et, si concesserimus quòd omne dulce est calidum, & omne amarum etiam est calidum, debemus etiam dicere quod hoc non est nisi respectu corporis hominis, non respectu naturæ ipsius rei. experientia enim, licet testetur hoc in corpore humano, tamen hoc non demonstrat naturam ipsorum saporū. Et videtur quòd sapor magis sequitur humiditatem & siccitatem, quā caliditatem & frigiditatem. Necesse est enim aliquam opinari complexionem terminari, ex qua fit amaritudo, & aliā ex qua dulcedo: & quòd istæ duæ complexiones sunt contrariæ secundum hunc modum. & locus de hac perscrutatione est in libro de Sensu & sensato, & etiam de numero modorum saporum. Deinde. d. Quapropter necesse est vt gustans sit illud, &c. idest declaratum est ex prædictis quod iste sensus est illud, quod est in potentia omnes isti sapores, & quòd sapor, & gustus est agens, & mouens istum sensum de potentia in actum. Quarta rō Quinta rō

B

De tactu, tangibilibus, ac medio. Cap. 7.

DE tangibili autem & tactu eadem ratio. Si enim tactus nō est vnus sensus, sed plures: necessarium est & tangibilia sensibilia plura esse. Habet autem dubitationem, vtrum plures sint, aut vnus.

O P H. *De tactili & tactu eadem est ratio: si enim tactus non unus est sensus, sed plures: & tactilia etiam plura esse sensibilia necesse est.*

De tangibili autē. & de tactu idem est sermo. Tactus enim, si non fuerit vnum genus, sed plus, necesse est vt tangibilia etiā sint plura vno. Sed est dubium, vtrum sint vnum, aut plura.

C

106 Modo vult loqui de tactu, & dixit. De tangibili autem, & de tactu, &c. idest vtrum autem tangibile sit vnum, aut plura vno est dubiū, sicutē de tactu. & sermo in eis est idem. Et innuit per hoc causam, propter quam latet hoc, in hoc sensu, & non latet in aliis sensibus. de illis enim quia manifestum fuit quòd sensibile eorum est vnum in genere, fuit etiam manifestum eos esse vnum in genere: in hoc sensu autem, quia ignoratum est de suis sensibilibus, sit etiam ignoratum de suo sensu. Deinde dicit, Tactus enim, si non fuerit vnum genus, &c. idest, sermo de eis in hac intentione idem est. Notum est enim nobis quòd si tactus non est vnum genus, sed plura vno, necesse est quòd tangibilia sint plura vno, &, si tangibilia sint plura vno, necesse est vt iste sensus sit plus vno. sed licet consecutio in istis duobus syllogismis sit manifesta, tamen destructio, vel positio in eo est ignorata.

Et quid est sensitiuum tangibilis: vtrum caro & in aliis proportionale, aut non, sed hoc quidem est medium, primum autem sensitiuum, aliud quiddam est intus, omnes etenim sensus vnius contrarietatis esse videntur, vt visus albi & nigri: auditus grauis & acuti: gustus amari & dulcis. In tangibili autem multe insunt contrarietates calidum & frigidum, humidum & siccum, durū molle, & aliorum quæcunqꝫ sunt huiusmodi. D

SOPH. *Est autem quæstio, utrum plures sint, an unus: & quid sit instrumētum rei tactilis tactiuum: utrum caro, & in aliis quod ei proportione respondet: an non, sed hoc quidem sit intermedium, primum uero sensorium aliud quidpiam intus sit. quippe omnis sensus unius esse uidetur contrarietatis, ut uisus albi & nigri, auditus grauis & acuti: gustatus amari & dulcis: at in tactili multæ sunt contrarietates, calidum, frigidum, humidum, siccum, durum, molle, & eiusmodi alia.* E

Sensus autem tactus, vtrum est in carne, aut in alio simili: aut non, sed ista est medium, primum autem sentiens est aliud intrinsecum. Omnis enim sensus existimatur esse eiusdem contrarietatis. v. g. visus albi & nigri, & auditus grauis & acuti, & gustus dulcis & amari. In tangibilibus autem sunt plura contraria, calidum & frigidum, & siccum & humidum, & durum, & molle, & asperum & lene, & alia similia.

107 Cùm narrauit ꝙ dubium est vtrum sensus tactus sit eiusdem virtutis aut plurium, incœpit dicere sermones dubitabiles in hoc, & d. Sensus aūt tactus, &c. i. & principium consyderationis in hoc est, vtrum sensus tactus sit in carne, aut in simili carni in animalibus carentibus carne: aut sensus tactus non est in carne, sed caro est quasi medium. Et dixit hoc. quia, si fuerit declaratum ꝙ sensus tactus est in carne, ita ꝙ proportio carnis ad ipsum sit sicut proportio oculi ad visum, manifestum est ꝙ sensus tactus est vna virtus; quoniam vnum instrumentum non est nisi vnius virtutis. F Si autem fuerit declaratū ꝙ ista virtus fuerit plures vna, necesse est vt* caro non sit nisi medium: & vt non sit quasi instrm̄. Et, cùm narrauit hoc, incœpit inducere sermones dubitabiles. & incœpit ab eis, quæ demonstrāt virtutem tactus esse plures vna: quia post inducet ea, quæ demonstrant ipsam esse vnam ex hoc, quod apparet ꝙ, cùm sensibile fuerit positum super carnē, statim sentiet, ex quo existimatur ꝙ ista virtus est vna. Et d. sed ista est medium, &c. i. vtrum sensus tactus est in carne, ita ꝙ sit vna virtus; aut non est in carne, sed intra, & est plus quā vna virtus, est dubium. potest. n. aliquis dicere ꝙ caro est medium, & ꝙ primū sentiens, quod est instrm̄ istius virtutis, est aliquid intrīsecū, & ꝙ est plus quā vnū instrm̄. Et signū eius est, quia manifestum est ꝙ idē sensus nō cōprehēdit nisi vnā cōtrarietatē, & eius media: visus. n. cōprehēdit albū & nigrū & media, & auditus

Si ꝓportio carnis ad tactū sit sicut ꝓportio oculi ad uisu, manifestū ē ꝙ sensus tactꝰ sit vna uirtus.

*a. l. caro sit quasi.

graue

A graue & acutum & media,& gustus dulce & amarum & media. Tactus autem multa contraria. v.g. calidum & frigidum,& humidum & siccum, & asperum & lene,& durum & molle,& alia contraria. vnde necesse est, vt ista virtus sit plures vna,& ꝙ caro sit quasi medium. Et hoc, quod dixit, manifestum est. qm̄, si vna virtus est, quæ comprehendit vnam contrarietatem, contingit oppositum conuerti cum opposito, scilicet vt quę non cō prehendit vnam contrarietatem, sed plures, non sit vna virtus. Docum. Pro hoc vide. 2. Priorū ca. 21. &. 4. Topicorū ca. 5.

Habet autem solutionem quandam ad hanc dubitationem: & ꝙ in aliis sensibus sunt contrarietates plures, vt in voce non solū acumen & grauitas, sed magnitudo & paruitas, & lenitas, & asperitas vocis, & similia alia. sunt autem & circa colorem differentiæ huiusmodi alteræ. sed quid sit vnum subiectum, sicut auditui sonus, sic tactui, non manifestum est.

o t H. *Sed est solutio quædam huius quæstionis: etenim & in aliis sensi-*
B *bus plures sunt contrarietates, ut in uoce non solum acumen & grauitas, uerumetiam magnitudo & paruitas, & lenitas, & asperitas uocis, cæteraq; generis eiusdem. In colore etiam eiusmodi aliæ sunt differentiæ: uerum quid sit subiectum: ut auditui sonus, sic etiam tactui, nō est manifestum.*

Sed est hic aliquid. per qđ dissoluitur ista quæstio. In aliis enim sensibus sunt modi contrarietatis plures vno. verbi gratia, in sono cum acuto & graui est magnum & paruū & sonus lenis & asper, & alia similia. Et in colore etiam sunt alii similes istis. Sed tamen non est manifestum quid est illud vnum subiectū, sicut est sonus auditus, sic tactus.

Cū dedit sermonē, facientem credere ꝙ sensus tactus sit plus vno, dedit
108 alium sermonem, quasi dubitationē sup hūc sermonē, & dixit. Sed est hic
C aliquid, &c. i. potest aliquis dicere aliquid eē, p quod dissoluit iste sermo, per quē probat ꝙ sensus tactus est plus vno: & ꝙ in aliis sensibus etiā sunt modi contrarietatis plures vno. v.g. ꝙ auditus cōprehendit graue & acutum, & magnū & paruum, & lene & asperū. & silr visus cōprehēdit multa album & nigrū, & splendēs & non splendens. quapp nō est necesse ex hoc ꝙ tactus cōprehēdit plus vna, vt sit plures, & ꝙ caro sit quasi mediū. Et, cū dedit hāc dubitationē sup sermonē ꝓbātē ꝙ iste sensus est plus vno, incœpit excitare modū debilitatis eius, & dixit. Sed tñ nō est manifestū, &c. i. sed iste sermo nō sequit. qm̄, si magna cōtrarietas, quæ est in tactu, sit similis cōtrarietati existēti in vnoquoq; sensu, necesse est vt subiectū modorū contrarietatis, q̄ est in tactu, sit vnū, sicut est in visu, & in auditu. sonus n. est subiectū illorū cōtrariorū prædictorū. & silr color est subiectū modorū cōtrarietatis cōprehensibiliū per visum. sed nō est manifestum quid est vnū subiectū cōtrariorū sensus tactus, immo apparet ꝙ subiectū multiplicatur sm̄ multiplicationem contrariorum. Et intendit per subiectū

7.Me.43. hic genus, quod diuiditur in hæc contraria. Et hoc, quod dixit, manifestum est. Necesse est.n. si posuerimus ꝙ vnus sensus cõprehendit multos modos contrarietatis, vt genus subiectũ illis modis sit vnũ. Qm̃ necesse ẽ aliquid esse commune illi multitudini, quod comprehendit ab illo vno sensu. &, si non, non erit illic aliquid, per quod ille sensus poterit dici vnꝰ. qm̃ sensus non est vnus, nisi per vnam intentionẽ. Et, cũ cõtraria fuerint diuersa in generibus, tunc virtutes erunt diuersæ. & ideo illud, quod recipit cõtrarietatem colorum, aliud est à recipiente sapotũ contrarietatem: cùm ista contraria sint diuersa in genere. Vnde necesse ẽ, si tactus sit vna virtus, vt modi contrariorum, quos comprehendit, sit vnum genus subiectum eis, quod dicatur de eis vniuoce: vt sonus, qui dicitur vniuoce, sit de modis sonorũ, & color de modis colorum. Sed contraria tactus non vñr habere genus, quod dicatur de eis nisi æquiuoce, Quale enim, quod dicitur de calido & frigido, & graui & leui, non dicitur nisi pure æquiuoce. Et illud, quod dictum est de æquiuocatione in hoc nomine quale, dicitur de sapore, de calore & frigore, & odore. omnia enim hęc nomina sunt in prædicamento qualitatis: & graue & leue in prædicamento substãtiæ. Et ideo necesse est vt, virtus comprehendens contrarietatem, quæ est in graui & leui, sit quoquo modo virtus comprehendens contrarietatẽ, quæ est in calido & frigido necessario, & quoquo modo non, cùm illa, quæ comprehendit graue & leue, non comprehendit ea nisi mediante motu; scilicet ꝙ non comprehendit graue, nisi quando mouet eam corpus graue, aut leue. Et ideo oportet opinari ꝙ velit Arist. ꝙ sensus tactus est plus quã vnus: & ꝙ caro est quasi ei medium. † licet iste sermo sit contrarius sermoni in libro de Animalibus. sed tamen forte ille sermo fuit secundũ ꝙ apparuit illic, scilicet ꝙ sciuit de membris animalium in illo tempore. tunc enim adhuc nesciebat neruos, & dixit ꝙ, instrumentum sensus istiꝰ est caro. & iste sermo dat instrumenta esse istis animalibus tangibilibus intra carnem. & hoc conuenit ei, quod post apparuit per anatomiam. s. ꝙ nerui habent introitum in tactu, & motu, quòd ergo sciuit Aristo. ratione, apparuit post per sensum.

Digressio, ꝙ tactꝰ ñ sit unꝰ ab uno obiecto.

Occurrit tacitæ obiectioni. qa aliqs diceret eẽ idẽ genus tãgibiliũ, & ẽ ipm quale. Graue & leue sunt in p̃dicamẽto substãtię. Idẽ 4.Cę. c.20.opp. 5.Me.c.18 vbi .d. ꝙ sunt quãtitates. Sed 4.Cęl.39. ponit eas eẽ facilitates, & p cõsequens q̃litates. idẽ 2.de Gen. & cor.t.c. 8.&7 ph. t.c.11. Vid̃ cõtr. Zim. †Soluit cõtradictionẽ. 2. de p tibus aĩaliũ ca. 6. 3. d̃ nã aĩalium ca. 5.

Vtrum autem est sensitiuum intus, aut non, sed mox caro, nullum videtur eẽ signum fieri sensum simul cum tactu. etenim nũc si quis circa carnem extenderit, vt pellem faciẽs, similiter sensum mox tactum insinuat. & tamen constat ꝙ nõ est in hoc sensitiuũ. si autem & connaturale fuerit, citius vtiꝗ pertinget sensus.

Vtrum autem instrumentum sit intus nec ne, sed protinus caro, nullo uidetur esse argmento, quòd sensus fiat simul atque res tanguntur. Etenim si quis circa carnem extenderit quidpiam in speciem membranæ redactum, statim peræquè sensum imprimet: & tamen constat nõ esse in ea sensus instrumentum. quòd si etiam coalescat, multò citius sensus penetret.

Vtrum

A Vtrum autem sentiens sit intra, aut non, sed est primum, quod apparet.s.caro, existimatur quòd istud signum nihil est.s.ꝙ sensus est, quando tangitur. Quoniam, si tu acceperis membranam, & in duas carnem ea, tunc eodem modo apparebit sensus, qñ tangitur: licet sit manifestum ꝙ sentiens non est in istis rebus. Si igitur fuerit consolidatum cum eo, tunc sensus citius prouenit etiam.

109 Cùm dedit sermonē necessarium, ex quo apparet ꝙ sensus tactus ē plus vno, & ꝙ caro est quasi medium, vt exposuimus: licet sit contra opinionē Alex. & expositionem Themistii. quãuis Themistius dicat aperte ꝙ ista est opinio Aristo.s.ꝙ caro est quasi medium. sed isti videntur non scire rationem, super quam sustentabatur Arist. in hoc. & est, quia sensibilia tactus nō cōicant in eodē genere, qđ de eis dicatur vniuoce, necesse ēt vt sit plus vno. & nos dicemus rōnem Alex. in hoc, & dissoluemus eam: Et, cū iam compleuit hoc declarare, & dissoluere quæstionem contingentem in hoc, reuersus est ad destruendum illud, ex quo existimatur ꝙ caro est instrumentum istius virtutis, & d. Vtrum aūt sentiens est intra, &c. i. dicere aūt ꝙ tangēs nō est intra, sed est in primo eorū, quæ apparent, s. in carne: caro. n. cū fuerit positū super ipsam aliquod tangibile comprehendet ipsum: nihil est, s. ꝙ istud argumentum non tenet, s. ꝙ sensus tactus sit, quādo tangibile tangit carnem. D. debilitauit hoc argumentum, & dixit. Quoniam, si tu acceperis membranā, &c. i. qm̄, si tu acceperis membranam non spissam, & indueris eā carne, & posueris super carnem aliquod tangibile, tunc statim cōprehēderà sensu, ac si esset absq; illa membrana. D. d. licet sit manifestum ꝙ sentiens non est in istis rebus. i. licet sit manifestum ꝙ primum sentiens non est in cute, non est impossibile vt caro sit talis dispositionis, s. vt sit medium quasi cutis. in apparentibus autē in carne nulla dubitatio est super ea, quæ iam declarata sunt rōne. D. d. Si igit̃ fuerit consolidatum. i. & nulla differentia est in hac intentione, siue caro fuerit continua cū sentiente, siue membrana fuerit non continua. cutis. n. si esset continua, tunc citius redderet sensum. Continuatio igitur non dat carni nisi facilitatem pertransitus sensus: non quia continuatio det vt caro sit instrumentum istius sensus.

Continuatio textus.

Infra. c. 115.

B

Expositio.

Improbatio rōnis inductæ.

C

Propter quod talis pars coloris videtur sic se habere, sicut si circulariter nobis aptus natus esset aer: videremur enim vno quodā sentire & sonum & odorem & colorem: & vnus quidam sensus esse, auditus, & visus & olfactus: nunc autē quoniam determinatū est per qđ fiunt motus, manifesta sunt prędicta sensitiua altera eē.

P H. *Itaq; pars hæc corporis perinde se habere uidetur, ac si circumquaq; coalitus nobis esset aer: uideremur enim uno quodam & sonum, & colorem, & odorem sentire: & unus esse sensus auditus, & uisus, & olfactus: at uero quia distinctum est id per quod fiunt motus, perspicuum est quæ diximus instrumenta diuersa esse.*

Et ideo hoc membrum est de corpore, quasi aer, si esset appli- D
catus cum corpore in circuitu. tunc enim existimaremus quód p
idem sentiremus sonum, & colorem, & odorem: & ꝙ visus: & au-
ditus, & olfactus esset sensus vnus. modo autem, quia aer, per quē
fiunt isti motus. s. videre, & audire, & olfacere est distinctus, appa
rent sensus, quos diximus esse diuersos.

110 Cū declarauit ꝙ tactus est plus vno sensu, & ꝙ propter hoc caro debet esse media istis sensibus, & ꝙ dubitatio super hoc, ex eo ꝙ apparet sensui, quæ fecit multos homines dicere ꝙ caro est instrumentum istius sensus, & ꝙ iste sensus est vnus, non sufficit, incœpit declarare modum, ex quo contingit ista existimatio communis omnibus: & forte ipse est vnus eorū in libro de Animalibus, qui hoc existimauerūt. Et dixit. Et ideo hoc mē brum est de corpore, &c. i. & ista existimatio accidit hominibus: quia hoc membrum, s. caro, assimilatur aeri, si esset applicatus cum corpore. quoniam, si aer, fm ꝙ est medium, fuisset applicatus cum corpore, sicut caro, E idest, esset pars corporis, tunc existimarem⁹ ꝙ p idem sentiremus sonum & colorem, & odorem: & ꝙ hæc tria sunt vnus sensus. & hoc idem accidit sensibus tactus cum carne, ita ꝙ fuit existimatum eos esse vnū sensum.

D. d. modo aūt, quia aer, &c. i. sed apparet ꝙ tres sensus isti sunt diuersi, licet sint per idē medium, quia medium nō est pars nostri. Caro aūt, quia est pars nostri, non apparuit hoc in sensibus tactus, & fuit existimatum eos esse vnum sensum. sed demonstratio coegit ꝙ sint plures vno sensu. sentit enim plura vno sensibili in * carne.

*a. l. genere.

In tactu autem hoc quidem nunc immanifestū est. ex aere quidem. n. aut aqua impossibile est constare aīatū corpus: oportet. n. firmū eē. relinquitur aūt mistū ex terra & ex his esse, vt vult caro & proportionale. Quare necessarium est & corpus esse medium tactui, aptum natum, per quod fiant sensus cum sint plures.

SOPH. *In tactu uero id nunc obscurum est: ex aere enim aut aqua corpus animatum constare non potest: requiritur. n. ut solidū quidpiā sit. restat* F *ergo ut ex terra & his sit mixtum, cuiusmodi uult esse caro, & quod ei proportione respondet: nam si omnis sensus per intermedium est, etiā tactus. Quare necesse est & corpus esse inter tactiuum quod adhæreat coalitumq́; sit per quod fiunt sensus, qui quidem plures sunt.*

In tactu aūt hoc mō latet. ipole est. n. vt cōstitutio corporis aīati sit ex aere, aut ex aqua. indiget. n. vt sit durū. remanet igit̄ vt sit ex terra, & ex istis ī carne, & sil'ib⁹. Necesse ē igit̄ vt corp⁹ mediū tāgēs sit applicatū p cui⁹ mediationē erūt sensus, & sūt plures vno.

111 Cùm declarauit modum, ex quo cōtingit ista existimatio in sensibus tactus, & non contingit in aliis sensibus, incœpit narrare causam, & necessitatem in hoc, ꝙ medium in tactu est applicatum, & in aliis non applica-
tum,

A tum,& d. In tactu autem,&c.i.tactui autem accidit hoc, ita ꝙ ista intētio latet in eo,s. ꝙ est plus q̃ vnus sensus, ex hoc, ꝙ omnis sensus indiget medio:& animalia indigent in salute vt sentiant tangibilia: ideo fuit necesse vt medium esset pars eius. Et fuit impossibile vt hoc medium, quod est pars eius, esset aqua, aut aer, impossibile est enim sicut d. vt cōstitutio corporis esset ex aere aut aqua. animalia.n. indigent necessario corpore duro, ex quo contingit necessario vt mediū sensibus tactus esset corpus admixtum, super quod abūdaret terrestritas,& est caro,& eius simile in animalibus carentibus carne.& sic est intelligendus iste sermo. Et ipse excitauit nos super hoc, quod diminuitur in sermone per hoc, quod dixit. Necesse est igitur vt corpus medium tangens sit applicatum.i. necesse est igitur ꝙ omnis sensus sit per medium: cùm * sensus non sentiant sua sensibilia nisi tangendo: & animalia indigent vt sentiant sensibilia occurrentia, vt medium sit applicatum,& pars corporis. D. d. per cuius mediationem erunt sensus,& sunt plures vno.i. sensus tactus. *al. tactus

B Demonstrat autem ꝙ plures sint, qui in lingua tactus. omnia enim tangibilia sentit secundum eandem partem,& humorem. si quidem igitur & alia caro sentiret humorem, videretur unus & idem esse sensus gustus & tactus: nunc autem sunt duo, propter id ꝙ non conuertitur.

ΙΟΡΗ. *Indicat autem eos esse plures is tactus qui in lingua consistit: eadē enim parte cuncta tactilia & saporem sentit: Ergo si reliqua caro saporem sentiret, sensus gustatus & tactus idem & vnū esse videretur: nunc vero duo sunt, quia non fit conuersio.*

Et demonstrat eos esse plures vno tactus linguæ. omnia enim tangibilia sentiuntur per idem membrum,& sapor. Si ergo alia caro sentiret saporem, tunc existimaretur ꝙ gustus.& tactus essent idem sensus. modo autem sunt duo, quia non conuertitur.

112 Et demonstrat ꝙ, quia sensus tactus est plus, quàm vnus,& ꝙ hoc latet, quia caro est quasi medium tactus, qui est in lingua, quoniam sentimus omnia tangibilia per hoc membrum,& etiam saporem, fuit necesse vt caro, quæ est in hoc membro, sit quasi medium, non quasi instrumentum, quoniam, si esset instrumentum saporis, non comprehenderet tangibile:&, si tangibile, non saporem. idem.n. sensus idem habet instrumētum. Si igitur alia caro, quæ est in corpore, sentiret saporem, sicut caro, quæ est in lingua, tunc existimaretur ꝙ gustus,& tactus essent idem sensus. D.d. modo autem sunt duo, quia non conuertitur.i. modo autem nō accidit hoc, quia non conuertitur, s. ꝙ omnis caro gustans est tangens: sed non omnis caro tangens est gustans. Idē sensus idē habet instrūm cōsisse supra c.107. & 3. de A̅ia cō. 50.

C

Dubitabit autem aliquis si omne corpus profundum habet: hæc autem est tertia magnitudo: quorum aūt corporū medium est aliquod

est aliquod corpus, non contingit ipsa ad inuicem se tangere. humidum autem non est sine corpore, nec humectum: sed necesse est aquam esse, aut habere aquam: quæ vero tanguntur adinuicem in aqua, nisi sicca extrema sint, necesse est aquam habere mediū, quo repleta sunt vltima. si aūt hoc verum, impossibile est tangere aliquid aliud in aqua. eodem autem modo & in aere. similiter. n. se habet aer ad ea quæ sunt in ipso, & aqua ad ea quę sunt in aqua. latet autem magis nos, sicut & quę sunt in aqua animalia, si humectum tangit humectum. D

SOPH. *Verùm quærat quispiam, si omne corpus habet altitudinem, atq; hæc est tertia magnitudo: quibus autem duobus corporibus interiacet corpus aliquod, fieri non potest ut ea se mutuo tangant: humidumq; nō est sine corpore, neq; madidū: sed necesse est vel aquam esse, vel aquam habere: quæ vero in aqua se mutuo tangunt, cū extrema sicca non sint, necesse est aquā habeant interiectam, cuius plenæ sunt extremitates: quòd si hoc verum est, fieri non potest vt aliud tangat aliud in aqua: eodem etiam modo in aere: similiter enim se habet aer ad ea quæ sunt in ipso, atq; aqua: latet tamen magis nos, ut etiam ea animalia quæ in aqua sunt, an madidum tangat madidum.* E

Ex eis, in quibus homo dubitat, est ꝙ omne corpus habet profundum, & hæc est tertia dimēsio, & corpora, inter quæ existit aliquod corpus medium, impossibile est vt tangant se ad inuicem, & humidum non est extra corpus, neq; humectatū, immo necesse est vt sit aqua, aut aliquid, in quo est aqua: & ea, quæ occurrūt sibi in aqua ad inuicem, cū extrema eorū non fuerint sicca, necesse est vt īter ea sit mediū, & est illud, in quo vltima eorū sūt submersa. Et, si hoc est verū, impośe est vt aliqd tangat aliud in aqua. Et similiter in aere. aer. n. ita est cum eis, quæ sunt in eo, sicut aqua cū eis, quę sunt in aqua, v. g. animalia, quæ sunt in aqua, si corp⁹ humectatum tangit corpus humectatum. F

113 Cùm declarauit ꝙ tactus indiget carne pro medio, & ꝙ est plus quàm vnus, incœpit etiam quærere vtrum iste sensus cùm hoc, ꝙ indiget carne, indigeat etiam medio extrinseco, aut sufficit etiā caro sine medio extrinseco. & ista quæstio etiā accidit in gustu. Et dixit, Et ex eis, in quibus homo dubitat, est, &c. i. & dubitat homo in hoc, utrum tactus indigeat medio extrinseco cùm hoc ꝙ indiget medio, quod est caro. omne. n. corpus habet profundum, & est tertia mensura corporis. D. d. & corpora, inter quę est medium, &c. i. et, cùm omne corpus habet profundū, necesse est vt inter omnia duo corpora non se tangentia sit corpus. &, cùm ita sit, con

tingit

A tingit vt corpora ſicca, inter quæ eſt medium corpus humidum, impoſſibile eſt vt tangant ſe adinuicem, abſq; eo ꝙ ſuæ ſuperficies ſint humefactæ ab illo corpore humido. & humiditas impoſſibile eſt vt ſit extra illud medium, v.g. corpora humectata. quoniam impoſſibile eſt vt tangant ſe, niſi inter ea ſit aqua, aut aliquid aquæ. D. d. & ea, quæ occurrunt ſibi in aqua ad inuicem, cùm extrema eorum fuerint non ſicca, &c. i. &, cũ corpora ſicca non occurrunt ſibi in corporibus humidis, niſi extrema eorum fuerint humectata, neceſſe eſt, vt non occurrãt ſibi, niſi inter ea ſit mediũ: & eſt corpus, in quo ſuperficies eorum ſunt ſubmerſę. Et, cũ ita ſit, impoſſibile eſt vt corpus ſiccum tangat corpus ſiccum in aqua, aut in aere: niſi inter ea ſit corpus aut ex aqua, aut ex aere. D. d. Et ſimiliter etiam de aere: aer enim, &c. i. & ita eſt de aere, ſicut de aqua in hoc. ſed humefactio eorum, quæ ſunt in aqua, eſt manifeſta ſenſui: † humefactio autem eorum, quę ſunt in aere, non ſentitur: ſed ratio cogit eam eſſe eiuſdem modi. v.g. animal, quod eſt in aqua. quoniam, cùm manifeſtum eſt ꝙ impoſſibile B eſt vt aliquid tangat niſi mediante aqua, ſic debet eſſe in animalibus, quæ ſunt in aere.

Duo corpora dura nõ pñt ſe immediate cõtãgere.

† Humefactio in aq̃ eſt manifeſta ſẽſui. ſed ea, q̃ ẽ in aere, latet ſenſũ.

Vtrum igitur omnium ſit ſimiliter ſenſus, an aliorum aliter, ſicut nunc videtur: guſtus quidem & tactus in tangendo, alij autẽ à longe? hoc autem non eſt. ſed durũ & molle per altera ſentimus, ſicut & ſonabile & viſibile & odorabile: ſed alia quidem a longe: alia vero a prope: propter quod latet, quoniam omnia ſentimus per medium: ſed in his latet. Et quidem ſicut diximus prius & ſi per pellem ſentiremus omia tangibilia, ignorato quoniam prohibet, ſimiliter vtiq; haberemus ſicut & nũc in aqua & in aere: putamus enim nunc ipſa tangere, & nihil eſſe per medium.

Idẽ primo Ppy. c. 54. idẽ. 1. d Gener. & Co. 19. conſtſe d aqua habes. j. hic c. 115. ad finem.

C *Vtrum igitur omnium ſimiliter ſit ſenſus, an aliorũ aliter, ut nũc videtur, guſtus quidem & tactus tangendo, alij autem e longinquo? id* 10 PH. *vero non ita ſe habet: ſed durum & molle per alia ſentimus, quemadmodũ & ſonatiuum, & viſibile, & odorabile: ſed alia è loginquo, alia è propinquo: quapropter latet: quandoquidem omnia ſentimus per intermedium: uerũ in his latet. Atqui, ut ſuperius diximus, & ſi per membranam ſentiremus omnia tactilia, neſcientes eam intercedere, æquè afficeremur, atq; nunc in aqua & in aere: uidemur. n. ea tangere, & nihil eſſe interiectum.*

Vtrum igitur ſenſus omnium rerum eſt eodem modo, aut ſenſus rerũ diuerſarum eſt diuerſus, vt exiſtimatur ꝙ guſtus, & tactꝰ ſunt per tangere, alia aũt ſunt à remoto? Aut non eſt ita. ſed nos etiam non ſentimus durum, & molle, niſi mediantibus alijs rebꝰ, ſicut ſentimus faciens ſonum, & viſibile, & audibile. ſed iſta à remoto

moto, & illa duo à propinquo. Et ideo non fuit perceptũ. & si nõ D omnia sentimus per aliquod medium, sed non comprehenditur à nobis in his duobus. Iam enim diximus etiam prius ꝙ, si nos sentiremus tangibilia membrana mediante, ita ꝙ non perciperemus eam, tunc dispositio nostra esset, sicut dispositio nostra modo in aqua, aut in aere. modo. n. existimamus tangere ea, & nõ est illud.

114 Et, cùm fuerit concessum hoc, quod diximus, ꝙ corpora sicca impossibile est vt tangant se in corporibus humidis, nisi inter ea sit aliquod corpus ex illo humido, quærẽdum est vtrum sentire omnia sensibilia fiat eodem modo, s. per medium, aut sentire res diuersas sit diuersum, s. ꝙ sentire quasdam non est per medium, vt existimatur de tactu & gustu, & quasdam per medium, & sine tactu, sed à remoto, ut auditus, & olfactus, & visus. Aut non est ita. sed omnia tangibilia sentimus per idem mediũ, per quod sentimus illa tria residua. sed tamen differunt in hoc, ꝙ sensibilia in istis tribus comprehẽduntur à remoto, & in tactu, & gustu à propinquo. E Et, cùm ita sit, non sentimus omnes res nisi per medium extrinsecum: sed istud medium non percipitur à nobis in tactu. Quemadmodum, si sentiremus tangibilia mediante membrana, absque eo ꝙ perciperemus illam membranam esse super nos: quoniam dispositio nostra esset cũ hac membrana, per cuius mediationem sentiremus tangibilia absque perceptione illius, sicut esset dispositio nostra in sentiẽdo mediãte aqua, aut aere. s. quemadmodum accideret nobis existimare ꝙ nos non sentimus tangibilia nisi tangendo, non mediante illa membrana, cum non percipimus illã esse omnino, sic possibile est hoc accidere nobis in aqua, aut aere, s. existimare ꝙ nos sentimus res sine mediatione earum. sed nos in rei veritate nihil tangimus, nisi per mediationem earum.

Sed differt tangibile a visibilibus & sonatiuis: quoniã illa quidem sentimus ex eo ꝙ medium mouet aliquid nos: tangibilia vero non a medio, sed simul cum medio: sicut per clypeum percussus: non enim clypeus percussus prius percussit, sed simul accidet vtraque percuti. F

SOPH. *Sed tactile differt à uisibilibus & sonatiuis: quia illa quidem sentimus medio aliquid in nos agente: tactilia uerò non à medio, sed unà cum medio: ueluti is qui traiecto clypeo percussus est. non. n. percussus clypeus percussit, sed contigit ut ambo simul percuterentur.*

Sed tangibile differt à visibilibus, & facientibus sonum. nos. n. sentimus ista, ita ꝙ medium agit quoquo modo in nobis: & nos in tangibilibus non à medio, sed cùm medio, V. g. illi, cui accidit ictus mediante scuto. scutum enim non est illud: quod percussit ipsum, cùm percutiebatur scutum, sed accidit ꝙ percussio amborum fuit simul.

Idest

A 115 Idest, sed licet consequitur ex hoc sermone q tangibilia non sint nisi p medium sicut tres sensus, tamen opinandum est q actio medij in hoc sensu non est sicut actio medij in illis. sed tangibilia differunt à coloribus, & à sonis in hoc, quòd indigent medio: quia sensibilia in illis tribus primo agunt in medium, deinde medium in nos, tangibilia autem insimul agũt in nos, & in medium. Sed debes intelligere hic per simul, non quia in eodem tempore patitur medium, & sensus à tangibilibus, & in illis duobus temporibus, existimatur enim q visus, & aer alterantur à calore in eodem instanti: sed intendit hic per prioritatem, & posterioritatem in illis, prioritatem fm causam, s. q sensibile est causa remota in motione sensus, & medium est causa propinqua. In tactu autem medium, & sensus mouentur insimul à tangibilibus. sed medium nihil facit in hoc, sed est aliquod accidens ex necessitate: non quia est necesse inesse sensus, sicut medium est necessariũ in esse aliorũ. Et ideo assimilauit passionem nostram à tangibilibus passioni nostræ à percussione mediante scuto. Quemadmodum igitur non debet aliquis dicere q scutum est necessarium in actione percussionis nostrę, ita q scutum sit causa propinqua, & percussio est causa remota, ita est de aere cùm tangibilibus, s. q non debet aliquis dicere q illud necesse est ad sentire tangibilia, sed dicimus quòd insimul patimur nos & scutum ab ictu. per simul igitur debemus intelligere priuationem prioritatis, & posterioritatis in causa, non in tempore. Et intendebat per hoc declarare q istud non est medium * fm q est necessarium omni sensui in sentiendo: sed medium, quod huiusmodi est in hoc sensu, est caro. & hoc, si dicetur medium, erit fm accidens. Sic igitur intelligendus est iste locus. non q Aris. dubitauit in hoc, & non compleuit, neque declarauit modum, secundum quem dicitur quòd tangibilia non sentiuntur nisi per medium extrinsecum. Neque etiam Arist. in hoc sermone fuit valde oblitus, sicut dicit Themistius, & alij. Dicunt enim q nos, si concesserimus q tangibilia non comprehenduntur in aqua, & in aere, nisi mediantibus istis, quid possumus dicere in comprehensione qualitatum tangibilium in istis duobus medijs ipsis? Et ego dico q, obliuio fortis non fuit nisi à dicente hunc sermonem, licet sit valde difficilis, fm q apparet. Oẽ enim animal, quod innatũ est esse in aqua, aut aere, non sentit aliquam qualitatem caliditatis, aut frigiditatis in eis, si fuerint in simplicitate, quam debent habere, quia est locus eius naturalis, & locus est similis locato, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus. & iam declaratum est q sensibile est contrarium ante passionem. Et, cùm ita sit, animal non sentit calorem aut frigus in aere, aut in aqua: nisi quando cum eis admiscentur corpora calida, aut frigida, illa ergo corpora sunt alia ab aqua, & ab aere naturali. Et, cùm ita sit, illud, quod accidit ex hoc quando sentimus q aer, aut aqua calefacta sunt, aut infrigidata, illud idem accidit in corporibus, quæ apparent visui esse alia ab aere, & aqua, s. q nos non sentimus ea, nisi mediante aqua, & aere naturali, vt declaratum est ex sermone prædicto. Et, si aer, & aqua continentes animalia

Marginalia: B (beside "madmodum igitur"); C (beside "lia non sentiuntur"); "al. aer. solo" (beside "qua, & in aere"); Documentum. | Quõ medium ẽ necessariũ i tactu. | Documentum, | *a.l. nisi. | Hic soluẽdo dubitationẽ Themistij, & Alex. excludit expõnem eorum. Themi. dubiũ cap. 38. | Quarto Ph. t.c. 48

animalia, haberent qualitatem contrariam, tunc impedirent comprehensionem qualitatum contrariarum ab animalibus. Et propter hoc, quod diximus, non est opinãdum aquam calefieri, dum fuerit aqua pura, neque ꝙ aer infrigidetur, dum est aer purus: sed hoc accidit propter corpora admixta cum eis calida, aut frigida. & hoc fecit dubitare homines, ita ꝙ frigiditas non est accidens inseparabile aquæ, sicut calor igni. & ista existimatio accidit, quia vulgus consueuit vocare aquam, dum liquefactio remanet in ea: licet in rei veritate non est aqua pura, sed admixta. ista enim qualitas est magis cognita omnibus suis qualitatibus sensibilibus, sicut calor in igne. & ideo vulgus non absolute uocat ignem, qui infrigidatus est propter admixtionem corporum frigidorum. & forte vocat ignẽ corpora calida: licet sint humefacta per mixtionem, dum remanent calida calore igneo.

Tertio cœli 67.

Omnino autem videtur caro & lingua sicut aer & aqua ad uisum & auditum & olfactum se habent, sic se habere ad sensitiuũ, sicut illorum unumquodque: ipso autẽ sensitiuo tacto, neque ibi, neque hic vtique fiet sensus. vt si quis ponat in oculum vltimum corpus album. Quare manifestum est ꝙ intus sit tangibile sensitiuum, sic enim vtique accidit quod quidem in aliis. apposita enim super sensitiuum non sentiunt: super autem carnem posita, sentiunt: quare medium tactui est caro. E

SOPH. *Omnino uidetur caro & lingua, ut aer & aqua ad uisum & auditum & olfactũ habet, ita habere ad sensorium, ut illorum unũquodque. si autem ipsum tangatur sensorium, neque hic, neque illic fiat sensus: ueluti si quis posuerit corpus aliquod album super extremum oculum.* **Ex** *quo etiam perspicuum est intus esse rei tactilis sensorium. hoc enim pacto ut in cæteris eueniet: nam si apponantur super sensorium, non sentiunt: at si apponantur super carnem, sentiunt. Quare intermedium tactiui caro est.* F

Et vniuersaliter videtur ꝙ caro & lingua est, sicut aer & aqua in visu, & auditu, & olfactu. & sic est dispositio eorum apud sensum, sicut dispositio vniuscuiusque illorum duorum. sed ipsum sentiens, cùm tetigerit non cadit illic, neque hic sensus. v. g. si aliquis posuerit aliquod corpus album super visum medium. Dicamus igitur ꝙ manifestum est ꝙ sensus tactus est interius. & si non esset hoc, contingeret in eo, quod contingit in aliis, quòd, cùm poneretur super sentiens non sentiet. caro autem sentit. cùm fuerit positum super eam. vnde consequitur vt caro sit mediũ in tangente.

116 Cùm declarauit modum, secundum quem dicitur ꝙ aqua & aer sunt media in tactu, si debeãt dici media, reuersus est ad dicendum illud, quod

est medium

A est medium in rei veritate in hoc sensu, s. illud, quod est impossibile vt sine eo sentiat iste sensus. & est caro, cuius proportio ad ipsum est sicut proportio aquæ & aeris ad alios tres. Et d. Et vniuersaliter videtur, &c.i. & vniuersaliter opinandum est ꝙ caro & lingua sunt tactui, & gustui, sicut aer & aqua visui, & auditui, & olfactui. D.d. & sic est dispositio eorũ apud sensum, &c.i. & dispositio carnis & linguę apud tangens, & gustans sit sicut dispositio aquæ & aeris apud tres sensus. D.d. sed ipsum sentiens, cùm tetigerit, &c.i. † & in omnibus cùm super sentiens ipsum fuerit positum sensibile, non sentiet omnino. aut, si sentiet, male: vt accidit, cùm super visum fuerit positum aliquod corpus album. D.d. aliam demonstrationem à prædicta ꝙ caro est quasi medium, non quasi instrumentum, & d. Dicamus igitur ꝙ manifestum est, &c.i. & manifestum est ꝙ sensus tactus est intra carnem: & ꝙ caro non est quasi primum instrumentum ei. quoniam, si ita esset, contingeret in eo quod contingit in alijs, s. ꝙ cùm sensibile esset positum super carnem, non sentiretur à virtute tangibili: quemadmodum color, cùm fuerit positus super visum, non sentietur. modo autem, quia videmus ꝙ virtus tangibilis non sentit, nisi quando tangibile fuerit positum super carnem, necesse est vt caro sit medium non instrumentum. Et hoc, quod dixit, manifestum est per se, qm̃ hoc, ꝙ tres sensus indigẽt medio, aut est, quia accidit suis sensibilibus, quòd sunt remota ab eis, aut quia impossibile est vt recipiant sua sensibilia, nisi sint prius in medio: vt plura videntur contraria, scilicet ꝙ non transferuntur ad extrema, nisi prius transferantur ad medium. &, si hoc esset propter hoc, ꝙ sensibilia sunt remota, contingeret vt sentirent, quando essent posita super eos. tunc enim non indigent medio. sed non sentiunt: ergo non indigent medio, nisi propter ipsum sentire. Et, quia hoc accidens non potest attribui vni eorum essentialiter, cùm commune sit eis, remanet igitur vt hoc sit eis commune per naturam communem tribus sensibus. sed nulla natura communis est causa in hoc accidente, nisi hoc, quòd sunt sensus: ergo indigentia medij ad sensus est eis in hoc, quòd sensus, non secundum quòd quidã sensus: ergo omnis sensus necessario indiget medio in ipso sentire. non quòd medium est in istis tribus sensibus tantum: quia sensibilia eorum sunt remota, vt putat Alexan. quoniam, si ita esset, contingeret quòd, cùm essent posita super eos, sentirent. Et hoc, quod dixit Alex. contraditendo huic opinioni, scilicet quòd, si caro esset quasi medium, contingeret vt sub carne esset aliquod membrum, per quod fieret iste sensus: & illud necessario esset vnum, si iste sensus esset vnum; aut plura, si plura: nihil est. Iam enim apparuit post Arist. in tempore eius, scilicet Alex. quòd in animalibus sunt quædam corpora, quæ dicuntur nerui, & habent introitum in sensum, & motum. quod igitur apparuit Arist. ratione, manifestum est post, sensu. Et nihil est hoc, quod dicunt posteriores Peripatetici, scilicet quòd nerui non habent introitum in sensum tactus. est enim sermo Arist. in propinqua potentia: & est etiam sensibilis.

[Right margin: † Sensibile positũ supra sensũ nõ sentit. Idẽ supra t. c. 98. & q ibi. Caro ẽ medium non organum, seu instrũ tactus. sed oppositũ d. Cõ. i lib. d Sẽsu & sẽsato, & secũdo Colliget cap. d iuuamẽtis carnis, & in cap. d iuuamẽtis sensus tactus. Vide cõt. Zim.]

[Margin letters: B (beside "admodum color"), G (beside "secundum quòd")]

[Left margin: Plura contraria non trãsferunt ad extrẽa, nisi prius trãsferãtur ad media. Idẽ. 5. Ph. 2. Idẽ 10. Meta. 23. Idẽ supra 105.]

[Right margin: Contra Ale. Motiuum Ale.]

[Right margin: Idẽ supra 108.]

Tangibiles quidem igitur sunt differentiæ corporis, secundum ꝙ corpus. dico autem differentias quibus elementa determinãt: calidum, frigidum, humidum, & siccum, de quibus prius dictum est in his quę de elementis. Sensitiuum aũt ipsarum quod tactiuũ, & in quo sensus vocatus tactus est primo, quod potentia huiusmodi pars est. D

SOPH. *Tactiles igitur sunt corporis ut corpus est differentiæ: uoco autem differentias, quæ elementa distinguunt: calidum, frigidum, humidum, siccum: de quibus in libris de elementis ante diximus: Sensorium aũt ipsorum tactiuum, & in quo primo sensus is quem tactum uocamus inest, pars ea est quæ potentia est talis:*

Et tangibilia autem sunt differentiæ corporis, secundum quòd corpus. Et dico differentias, quibus determinantur elementa, s. calidum, & frigidum. & humidum, & siccum: & sunt illæ, de quib⁹ prius locuti fuimus apud sermonem de elementis. Illud autem, quod est sentiens, & tangens. & in quo est primus sensus, qui dicitur tactus, est membrum, quod est in potentia talis dispositionis. E

117 D. Et tangibilia sunt differentiæ corporis, sm ꝙ est corpus. idest tangibilia vniuersaliter sunt differentiæ existentes in omnibus corporibus, scilicet cõmunes oĩbus corporibus generabilibus, & corruptibilibus. Deinde d. Et dico differentias, &c. idest & intelligo per differentias differentias vniuersales, à quibus nullum corpus fugit: & sunt primæ differentiæ existentes in quatuor elementis, scilicet calidum, & frigidum, siccum, & humidum: & quæ fiunt ex eis, vt asperum, & durum: & aliæ differentiæ tangibiles, & quæ sunt coniunctæ cũ eis, vt graue, & leue. Deinde. d. de quibus prius locuti fuimus apud sermonem de elementis, scilicet in libro de Generatione, & Corruptione. illic enim declarauit modos tangibilium primos, & secundos. D. d. Illud autem, quod est sentiens, &c. idest illud autem, quod sentit has differentias, est membrum, quod est in potentia hæ differentiæ. i. illud, quod innatum est perfici per has differentias. & opinãdum est quòd hoc est caro, aut nerui. F

In. 2. d Ge. & Cor. t. c. 8. &. 16.

Sentire enim quoddam pati est. quare faciens quale ipsum est actu, huiusmodi illud facit, cum sit potentia. Vnde similiter calidũ & frigidum aut durum & molle non sentimus sed excellentias: tanquàm sensu velut medietate quadam existente eius quæ in sensibilibus contrarietatis. & propter hoc discernunt sensitiua sensibilia: medium enim discretiuũ est. fit enim ad vtrumqꝫ ipsorum alterum vltimorum.

Nam sentire pati quoddam est: quare id quod facit quale est ipsum actu, tali illud facit, cum sit potentia. Quamobrem id quod æque calidum

A *dum est ac frigidum aut durum & molle non sentimus, sed excessus: ut pote cũ sensus mediocritas quædã sit eius contrarietatis, quæ in sensibilibus reperitur: & propterea iudicat sensibilia: mediũ.n.uim hẽt iudicandi: fit.n. alterum extremorum, ad utrũq; ipsorum comparatum.*

Sentire enim est aliquod pati quoquo modo. Vnde necesse est vt illud, quod agit sibi simile in actu, non agat nisi illud, quod est in potentia. Et ideo calidum non sentit sibi simile, neq; frigidum, neq; durũ, neq; molle, sed ea, quæ sunt intẽsiora: qm̃ sensus quasi est medium inter cõtrarietatẽ in sensibilibus. Et iõ distinguit sensibilia. medium.n. distinguit. efficitur.n. apud vtrũq; æqualiter.

118 Cùm dixit quòd primum sentiens est illud, quod est in potẽtia istæ differentiæ, incœpit declarare hoc, & d. Sẽtire enim, &c. i. sentire enim, quia est aliqua passio fm modum dictum, & omne patiẽs habet agens, & omne B agens agit sibi simile in actu. i. necesse est vt non agat sibi simile in actu, nisi ex aliquo, quod est sibi simile in potentia, non in actu. D. d. Et ideo calidum non sentit sibi simile, &c. i. &, quia agens non agit in eo, quod est sibi simile in actu, sed in potentia: ideo necesse est vt membrum sentiens non sentiat corpus calidum sibi æquale in calore, nec membrum frigidũ corpus frigidũ æquale sibi in frigore: & similiter de duro, & molli. D. d. causam in hoc, & d. quoniam sensus est quasi medium, &c. i. & sensus tactus comprehendit tantum intensiora ex rebus tangibilibus, econtrario alijs sensibus cum suis sensibilibus. quia sensus tactus inuenitur in aliquo, quod est medium inter contrarietatem aliquam in sensibilibus: cùm impossibile est vt aliquod corpus denudetur à qualitatibus tãgibilibus ecõtrario alijs qualitatibus sensibilibus. Et intelligo q; sensus tactus impossibile est vt careat simpliciter calido, & frigido, & sicco, & humido: sicut fuit in visu colore, & in auditu carere sono. & ideo iste sensus comprehendit sua sensibilia secundum totum: sensus autem tactus comprehendit extrema. C D. d. Et ideo distinguit sensibilia. mediũ enim distinguit, &c. i. & ideo sensus tactus distinguit, & comprehendit sensibilia, quia est medium. medium enim distinguit, quia recipit vtrunque extremum, & assimilatur ei, & efficitur cum eo idem.

Documẽtũ impossibile ẽ sẽsũ tactus carere simpl'r cal'do, & frigido, & sicco, & humido: sicut vis⁹ colore, & audit⁹ sono. Id ẽ.j. cõ. sequẽti, & 3. de Aĩa cõmen. 66.

Et oportet sicut debens sentire album & nigrum, neutrum ipsorum esse actu, potentia vero vtrumq;. sic autem & in alijs & in tactu, neq; calidum, neq; frigidum.

10 PH. *Et oportet, quemadmodum id quod sensurum est album & nigrum, neutrum eorum esse actu, sed potentia utrunq;: sic & in alijs & in tactu, nec calidum esse nec frigidum.*

Et oportet, sicut diximus, vt illud, quod est innatum sentire album, & nigrum, sit neutrum, sed vtrũq; in potentia, & sic de alijs, ita in tactu debet esse neq; calidum, neq; frigidum.

119 Et,quemadmodum oportet vt illud, quod innatum est sentire album & nigrũ sit neutrũ,sed vtrunq; in potentia,& sic in vnoquoq; sensu, sic ẽt oportet vt tangens sit neq; calidum,neq; frigidum fm modũ, qui est possibilis in eo,s. vt ista sunt in eo fm medium, aut propè:cum impossẽ est vt denudet᷑ ab eis oĩno, sicut fuit possibile in illis alijs, s. vt denudet᷑ à suis sensibilibus. Et debes scire ꝙ, quia illud, quod sequit᷑ ex hoc in instrumento istius sensus,illud idem consequitur in medio, nõ possũmus dicere quòd caro sit instrumentum istius virtutis, fm ꝙ est media inter contraria, sicut existimauerunt plures. D

Documẽtum.

Amplius autem sicut visibilis & inuisibilis erat quodãmodo visus,similiter autem & reliqui oppositorum, sic & tactus tangibilis & intangibilis. intangibile autem,paruam omnino habens differentiam tangibilium, vt passus est aer, & tangibilium excellentiæ,sicut corruptiua. Secũdum vnũquenꝗ quidem igitur sensuum dictum est figuraliter. E

SOPH. *Præterea ut rei uisibilis & inuisibilis erat quodammodo uisus, cæteriq; itidem oppositorum: sic quoq; tactus, tactilis & intactilis. Intactile autem est, tum quod planè leuem habet differentiam tactilium (quod usu uenit in aere) tum tactilium excessus. cuiusmodi sunt quæ corrumpendi uim habent. Ac de sensibus quidem sigillatim disserumus adumbratione quadam.*

Et,quemadmodum visus est quoquo modo rei visibilis & non visibilis,& similiter de alijs, sic est tactus tangibilis & non tangibilis.Et non tangibile est illud,in quo est de dispositione tangibilium aliquid valde modicum, sicut aer:aut valde intensum, sicut corrumpentia. In vnoquoque igitur sensuum dictum est secundum descriptionem.

120 Cùm notificauit sensus,tactus, & naturam rerum tangibiliũ, & quomodo sit tactus, & per quot,reuersus est ad dicendum aliquid commune omnibus sensibus,comprehendunt enim alterum duorum oppositorum essentialiter, & alterum accidentaliter. Et dixit. Et quemadmodum visus, &c.idest & quemadmodum visus comprehendit visibile & non visibile quoquo modo, sicut etiam alij sensus comprehendunt priuationes suorum propriorum sensibilium, ita sensus tactus comprehendit tangibile & non tangibile. & d. quoquo modo, quia non eodem modo comprehendit habitum, & priuationem. Deinde posuit secundum quot modos dicitur non tangibile, & dixit Et non tangibile est illud, in quo est, &c. idest & non tangibile dicitur duobus modis: quorum vnus est illud, in quo existit de qualitatibus valde modicum, sicut est de aere continente nos: & alterum est illud,in quo existit de qualitatibus tangibilibus valde intensum,& corrumpens sensum. vt ignis, & glacies. F

Sensus

A *Sensus recipere sensibilia sine materia. Cur sensibilium exuperantiæ corrumpant ipsa sensoria.* Item *quo pacto non sentientia à sensibilibus patiuntur.* Cap. 8.

OPortet autem vniuersaliter de omni sensu accipere, quoniam quidem susceptiuus est spetierum sine materia. vt cera annuli sine ferro & auro recipit figuram. accipit autē aureum aut æneum signum, sed non in quantum aurum aut ęs. similiter autem & sensus vniuscuiusq; ab habente colorem aut humorem aut sonum patitur, sed non in quantum vnumquodq; illorum dicitur, sed in quantum huiusmodi & fm rationem.

SOPH. *Vniuerse autem de omni sensu hoc sumendum est: sensum id esse, quod est capax sensibilium specierum sine materia: ut cera annuli sine ferro, & auro recipit signum: sed accipit ea quidem aureum uel* B *æreum signum, non tamen quatenus æs uel aurum est: Pariter etiam sensus uniuscuiusq; ab eo patitur quod nec odorem habeat, aut saporē, aut sonum: uerum non quatenus unumquodq; illorum dicitur, sed quatenus eiusmodi est, & ex ratione.*

Et dicendum est vniuersaliter de omni sensu q̀ sensus est recipiens formas sensibilium sine materia. ver. g. q̀ cera recipit formam annuli, sine ferro aut auro. & recipit signum, quod est ex cupro aut ex auro, sed non secundum q̀ est cuprum, aut aurum. Et similiter vnusquisq; sensuum patitur ab habente colorem, aut saporem, aut sonum. sed hoc non secundum q̀ vnusquisq; eorum dicitur, sed fm q̀ est in hac dispositione, & intentione.

121 Intendit secundum descriptionem, i. vniuersaliter in libro enim de Sē-
C su & sensato loquitur de istis particulariter, Et. d. Et dicendum. est vniuersaliter de omni sensu, &c. i. & opinandum est q̀ receptio formarum sensibilium ab vnoquoque sensuum est receptio abstracta à materia. si enim recipiet eas cum materia, tunc idē esse haberet in anima, & extra animā. & ideo in anima sunt intentiones, & comprehensiones: & extra animam non sunt comprehensiones, neq; intentiones, sed res materiales, quæ non sunt comprehensæ omnino. D. d. ver. g. q̀ cera recipit, &c. i. & ista receptio, quæ est in sensibus, abstracta à materia, similis est receptioni ceræ ad figuram annuli. recipit. n. eam sine materia cū eodem modo recipiat eam, siue fuerit ferri, siue auri, siue cupri. D. d. Et similiter vnusquisq; sensuum patitur, &c. i. fm hunc modum patitur vnusquisq; sensuum ab eis, à quibus innatus est pati, siue colore, siue sono. sed non patitur ab eo, fm q̀ est color, aut sonus. qm̄, si ita esset, contingeret q̀, cùm reciperet ipsum, esset color, aut sonus, non intentio. & hoc intendebat, cùm dixit, sed non fm

Si sēsus reciperēt cū mā, tūc res idē eē haberet ī aīa & extra animam. Idē. 12. Meta. cō. 14. & 23. & 36. cōsīle de intellectu. 3. de Aīa. cō. 3S

* Intētiones, quas recipit sensus, sūt particulares sed illæ, q̄s recipit intellectus, sunt vl'es. Idē ista c. 149. & 3. de Aīa. 4. 5. 18. 19. 28 & 30.

ꝙ dicitur vnusquisq;, sed sm ꝙ est intentio. * intentio.n. coloris alia est à colore. Et dixit sed secundū ꝙ est in hac dispositione & intentione, ob seruando se ab intentionibus,† quas recipit intellectus. illæ enim sunt vniuersales: istæ autem sunt particulares. D

† Intentio coloris alia ē a colore. Idē s. c. 76. 97.

Sensitiuum autem primum est in quo huiusmodi potentia. Est quidem igitur idem, sed esse alterum est: magnitudo quidē enim quædam erit quod sensum patitur: non tñ sensitiuo esse, neq; sensus magnitudo est: sed ratio quædam & potentia illius.

SOPH. *Id uero est primum sensorium, in quo eiusmodi potentia est. sunt ergo idem, esse uero diuersum est: magnitudo enim quædam fuerit id quod sentit: non tamen sensitiuo esse, neq; sensus est magnitudo: sed ratio quædam & potentia illius.*

Et quod est ista potentia est primum sentiens. Sunt igitur idē, in esse autem diuersa. Illud enim, quod sentit, est aliqua magnitudo: & non secundum ꝙ sentit. neq; sensus est magnitudo: sed intentio, & virtus illius. E

122 Et ꝙ recipit istam virtutem, quæ est intentio abstracta à materia, est primum sentiens. & cum receperit eam, efficietur idem: sed in numero differunt. Illud.n. quod sentit, est aliquod corpus: & non sentit ꝙ est corpus. neque sensus est corpus, sed intentio & potentia illius corporis, quod est primum sentiens.

Manifestum autem ex his & propter quid excellentiæ sensibilium corrumpunt sensitiua. Si nanq; sit fortior sensitiuo motus, soluitur ratio. hoc autem erat sensus. sicut & symphonia & tonus, percussis fortiter chordis.

SOPH. *Ex quibus etiam perspicuum est, cur sensibilium excessus corrumpant instrumenta: quippe si motus instrumento ualidior fuerit, dissolui tur ratio: id autem erat sensus: ueluti etiam concentus & tonus, uehementer pulsatis fidibus.* F

Et manifesta est ex hoc causa, propter quam sensibilia intensa corrumpunt instrumenta sensuum. Quoniam, quādo motus sentientis à sensibili fuerit fortior eo, dissoluetur sua intentio. et hoc erit sensus. sicut dissoluitur consonantia chordarum, & neumata, cùm tanguntur fortiter.

123 D. & ex hoc, quod diximus, ꝙ sensus est intentio, declarabitur causa, ꝑp quam sensibilia intensa corrumpunt instrā sensuū. qm̄, qn̄ motus sentientis à sensibili fuerit fortior, q̄ sentiens possit tolerare, dissoluet' illa intētio, per quā sentiēs est sentiens, & remanebit corpus sine illa intētione, q̄ est sensus. sicut dissoluitur consonantia chordarum, & neumata, uel nete eorum

A eorum, quæ ſunt intentio exiſtens in eis, qñ fortiter tangũtur, & mouebuntur motu fortiori, quàm motu, quem poſſunt tolerare.

Et propter quid plantæ non ſentiunt habentes quandam partem animalem, & patientes à tangibilibus: & nanq; frigeſcũt & caleſcunt: cauſa.n.non habere medietatẽ neq; huiuſmodi principium poſſe recipere ſpeties ſenſibiliũ, ſed pati cum materia.

SOPH. *Conſtat etiam cur plantæ nõ ſentiant, cũ tamen habeant quandam partem animæ, atq; à tactilibus aliquid patiantur, quippe quæ & frigeſcant, & caleſcant: cauſa huius eſt, quia nõ habent mediocritatem, neq; eiuſmodi principium, quod ſit idoneum ad recipiendas ſpecies ſenſibilium, ſed patiuntur cum materia.*

Et cauſa, propter quam vegetabilia nõ ſentiunt, & in eis eſt aliqua pars animata, & recipit paſſionem à tangibilibus, quia cale-
B fit, & infrigidatur. Cauſa.n.in hoc eſt, quia non habent medium, neque principium, per quod poſſunt recipere formas ſenſibiliũ.

Laborat in hoc ſermone ad dandũ cauſam, propter quam vegetabilia
124 non hñt ſenſum tactus: licet habeãt aĩam nutritiuam, & ẽt patiunť à tãgibilib', & calefiũt, & infrigidãtur. & intendit p aliquã partem aĩatam aĩam nutritiuã. Et d. Cauſa.n.in hoc eſt, quia non hñt mediũ, &c.i.cauſa.n.in hoc nihil aliud eſt, niſi quia vegetabilia non hñt medium, quaſi carnem, neq; tale principiũ, per quod animalia poſſunt recipere formas ſenſibiliũ. &, cùm declarauit q; à tangibilibus patiť aliquid, quod non cõprehendit ea, incœpit narrare q; econtra eſt de alijs ſenſibilibus ſenſuum.

Dubitabit autem aliquis ſi patiatur aliquid ab odore quod impoſſibile eſt olfactum habere: aut a colore non poſſibile videre: ſimiliter autem & in alĳs. Si autem olfactibile, odor, ſi aliquid facit olfactum, odor facit. Quare impoſſibiliũ olfactum habere, nihil
C poſſibile pati ab odore. eadem autem ratio & de alĳs. neq; poſſibilium. ſed in quantum unum quodq; ſenſitiuum.

SOPH. *Verum quærat quiſpiam, num pati poſſit ab odore id quod olfacere non poteſt: aut à colore, quod uidere non poteſt: pari quoq; modo in cæteris: Sanè ſi odorabile eſt odor, ſi quid afficit odoratum, quatenus odor afficit. itaq; fit ut eorum quæ olfacere nequeunt, nullum ab odore pati poſſit. Eademq; ratio in cæteris eſt. Sed ne eorum quidem quæ poſſunt, ſed quatenus quodq; ſenſitiuum eſt.* † al.l. ſi qd afficit odoratũ odor afficit

Sed non patitur ab odoribus, quod nõ põt olfacere, neq; à coloribus, quod nõ poteſt videre. & ſic de alĳs. Si igitur olfactus eſt odor, contingit vt omnis res, quæ facit olfacere, facit per odorem. Vnde neceſſe eſt q; nihil ex eis, quæ non poſſunt olfacere, patia-

 tur ab

tur ab odore. & iste sermo est de alijs. neq; ẽt aliquid ex eis, quæ possunt. nisi secundum ꝙ quodlibet eorum est sentiens. D

125 Idest, & licet aliquid, quod nõ est ĩnatum tãgere patit̃ à tãgibilibus, tñ nõ patit̃ ab odorib⁹ passione propria odorib⁹, i. fm ꝙ est odor, nisi illud, quod põt olfacere: nec patit̃ à coloribus passione propria coloribus, fm ꝙ est color, nisi illud, quod põt videre: neq; à sono, nisi illud, quod põt audire. D.d. & sic de alijs. Et hoc facit existimare ꝙ sapor est hui⁹ dispõnis. sed ipse dicet post ꝙ quidã patit̃ à sapore, quod nõ est innatũ sentire ipsum. & forte fecit hoc, quia est locus dubitationis. D.d. Si igr̃ olfactus est, &c. i. si igitur nã olfactibilis, quæ nõ existit nisi in olfaciẽte, sit odor ipse, nõ intẽtio cõparata, q̃ cõtingit odori, manifestũ est ꝙ odor facit olfacere oẽ olfactũ: & oẽ, in quo odor agit, fm ꝙ est olfactus, est olfaciẽs. qm̃, si esse odoris nõ est, nisi fm ꝙ est olfactus: & olfactum non inuenitur nisi in olfaciẽte: manifestum est ꝙ oẽ, quod patit̃ ab odore, est olfaciens. D.d. Vnde necesse est, &c. i. si igitur oẽ olfaciens patitur ab odore: & oẽ, quod patitur ab odore, est olfaciens: necesse est fm conuersionẽ oppositi, vt quod non est olfaciẽs non patiat̃ ab odore. Et ipse non propalauit in sermone nisi postremum consequens, & primum principiũ: ex quo consequebatur, s. ꝙ, si odor est relatiuus, i. olfactus, necesse est vt olfactum sit olfacientis. & nõ propalauit propositionẽ dicentem ꝙ oẽ, quod patitur ab odore, est olfaciẽs, neq; propalauit conuersionem sui oppositi. Et quasi oppinatur ꝙ tactus est aliquod cõtingẽs rebus cõtrarijs tãgibilibus. & nõ opinatur ꝙ olfactibile est aliquod contingẽs odori, neq; uisibile colori, sed opinatur ꝙ olfactũ est quasi ipse odor, & visibile ipse color, & audibile ipse sonus. Et ideo fuit necesse apud ipsum vt oẽ, quod patit̃ ab odore, sit olfaciẽs, & à colore videns, & à sono audiẽs. Et non fuit necesse vt oẽ, quod patitur à tangibili, sit tangens. & hoc indiget magna inquisitione. Ipse. n. quasi opinat̃ ꝙ sensuũ quidã sunt in capitulo relationis, & quidã sunt in capitulo actionis, & passionis per se, & accidit eis relatio. E

Ari. opinatur ꝙ sensuũ quidã sunt in c. re'onis, & quidã sũt ĩ ca. actionis, & passiõis p se. vide j. c. sequenti, & cõ 140. & 143.

Simul autem manifestum est & sic: neq;. n. lumen & tenebra, neq; sonus, neq; odor, nullum facit in corpora: sed ea in quibus est. ut aer qui cum tonitruis, scindit lignum. sed tangibilia & humores faciũt. si. n. non: a quo vtiq; patient̃ inanimata & alterabũtur. F

Quod etiam perspicuum uel inde est: nã nec lumen & tenebræ, nec sonus, nec odor ullo modo afficit corpora, sed ea in quibus sunt: ut aer comitante tonitru scindit lignum. Atqui certe tactilia & sapores afficiunt: alioquin à quonam paterentur inanimata, & alterarentur? SOPH

Et cùm hoc manifestum est hoc modo. neq;. n. lux. neq; obscuritas, neq; sonus: neq; odor agunt aliquid in corporibus. sed ea, in quibus sunt ista. v. g. ꝙ aer, in quo est tonitruum, findit lignum. Sed tangibilia, & sapores agunt. quoniam. si non agunt. á quibus igitur patientur, & alterabuntur corpora non animata?

Idest

126 Idest &, cùm in hoc sermone prædicto declarauimus hoc de sensibili-
A bus, manifestum est per se. apparet enim ꝙ neq; lux, neq; obscuritas, neq; odor, neque color agunt aliquid in corporibus: sed non agunt, nisi in rebus, in quibus sunt isti sensus. D.d.v.g. ꝙ aer, in quo tonitruum, findit lignũ. sed sonus, qui est tonitruum, non est ipse motus, quem lignũ recipit à motu aeris. sed sonus est intentio, quæ nõ inuenitur, nisi in audiente: & quasi est in capitulo ad aliquid, non in qualitate. & similiter odor apud ipsum est, secundnm ꝙ exposuimus. D.d. Sed tangibilia, & sapores &c. idest sed tangibilia, & sapores magis sunt in capitulo de agere & pati, q̃ in capitulo relationis. quoniam, si ab eis non patitur, nisi quod habet sensum gustus, & tactus, à quo igitur patientur alia corpora non animata? contingit enim agere & pati non esse. quod est impossibile. Et hoc quod dixit in tangibilibus, est manifestum, sed in* saporibus indiget considera tione. Potest enim aliquis dicere quòd sapor est ipsum gustabile, sicut odor est ipsum olfactum. sed videmus, vt dicit Plato, quòd sapores habent in corporibus non animatis passiones diuersas additas calefactioni,
B & infrigidationi verbi gratia exasperare, quod est pontici: & lenificare quod est vnctuosi: & alia multa, quæ sunt dicta in Timæo, quæ Galenus laborat exponere. Istæ igitur actiones vtrum sint saporis, aut sint de sapore quasi motus aeris de sono, indigent consyderatione. sed accepit hic ꝙ sapor est modus tangibilis cùm sit similis ei.

Son⁹ quasi ẽ in ca. ad aliqd, nõ in qualitate. s; tãgibilia, & sapes, magis sũt i c. agerẽ & pati. q̃ in ca. relationis.

Digressio. Vtrum sapor agat re . . . r.

* a. l. saporosis.

Ergo ne & illa faciunt? aut non omne corpus pasiuũ ab odore & sono: & patientia indeterminata, & non manẽt, ut aer. fœtet enim sicut patiens aliquid. Quid igitur est odorare præter pati quid? aut odorare sentire est: aer aũt patiens mox sensibilis fit.

SOPH. *Num igitur illa quoq; afficiunt? An non ita natura comparatum est ut omne corpus ab odore & sono patiatur: & ea demum ipsa quæ patiuntur, carent termino, neq; perstãt, ueluti aer: redolet. n. quasi aliquid passus. Quid ergo erit olfacere, nisi pati aliquid? An olfacere quidem est sentire: aer uero ubi passus fuerit, celeriter sensibilis fit.*
C
Dicamus igitur ꝙ non omne corpus est innatum pati à sono, ab odore: & quod patitur non est determinatum, neq; permanẽs. v.g. aer enim est ventus, & propter hoc patitur. Quæ igitur est differentia inter olfacere, & pati? Dicamus igitur ꝙ olfacere, & est sentire: &, cum aer patitur, & velociter fit sensatus.

127 Cùm declarauit ꝙ non patitur ab aliquo trium sensibilium nisi sensus proprij eis, incœpit dare differentiam inter passionem corporum mediorũ ab eis, & inter passionem rerum à tangibilibus, & d. Dicamus igit' ꝙ non omne corpus, &c. i. &, si aliquis finxerit ꝙ corpora patiuntur à sono, & ab odore, & dederit rationem super hoc de passione aeris, & aquæ ab eis, dicemus ei ꝙ nõ omne corpus est innatum pati à sono, & ab odore.

re.non.n.patitur ab eis ex corporibus, nisi illud, quod est non determinatum in se, i.non habens figuram, neq; propriam constitutionem. v.g. aer enim non patitur ab eis, nisi quia est ventus: & ventus est corpus non determinatum, neq; fixum. corpora.n.quæ patiuntur à tangibilibus, sunt determinata, & fixa. D.d. Quæ igitur est differentia inter olfacere, & pati? i.si igitur aliquis quæsiuerit, & dixerit cum olfacere sit passio, & receptio odoris à medio sit passio etiam, quæ igitur est differentia inter vtranq; passionem? Dicemus ei q, cùm aer patiatur velociter à sensibili, efficitur per hanc passionem sensatum illi sensui. sensus autem fit per hanc passionem sentiens non sensibile. D

Iuxta Græcorum sectionem hic incipit liber Tertius de Anima.

SVMMA QVINTA.

Non dari sextum sensum. Curq; non unum, sed plures habeamus sensus, redditur causa. E

QVod autem non sit sensus alius præter quinque, dico autem hos, visum, auditum, olfactum, gustum, & tactũ, ex his credet aliquis. si enim omnis cuius est sensus tactus, & nunc sensum habemus. omnis enim tangibilis in quantum tangibile passiones, tactu nobis sensibiles sunt. necesse est si quidem deficit aliquis sensus, & organum aliquod nobis deficere.

SOPH. *Nullum autem alium sensum extare præter illos quinq;, intelligo autem hos, uisum auditum, olfactum, gustatum, ex his crediderit quispiam. si enim oĩs eius cuius est sensus tactus, nunc quoq; sensum habemus: omnes.n.rei tactilis ut tactilis est, passiones, tactu nobis sensibiles sunt: atq; necesse est, si deest aliquis sensus, sensorium quoque nobis deesse aliquod:* F

Quoniam autem non est alius sensus præter istos quinq;, s. visus, auditus, & olfactus, & gustus, & tactus ex istis creditur. Quoniam, si omne, quod tactus potest sentire, possumus nos sentire. quoniam passiones tangibilis, secundum quòd est tabgibile, omnes sunt sensibiles à nobis per tactum. Et necesse est, si deficiat in nobis aliquis sensus, vt deficiat nobis aliquod sentiens.

128 Cùm compleuit sermonem de vnoquoque sensuum quinque existentium in animali perfecto, incœpit declarare q impossibile est inuenire animal habens sextum sensum, & d. Quomiam autẽ non est alius sensus, &c.i. quoniam autem impossibile est inuenire animal habens sensum

sextum,

A sextum, præter istos sensus existentes in homine, & in animali perfecto ex istis demonstrationibus creditur. D. incœpit declarare hoc, & d. Quoniã si omne, quod tactus potest, &c. i. quoniam manifestũ est q omne, quod sensus tactus potest comprehendere ex sensibilibus, nos possumus cõprehendere: & nihil deficit nobis ex eis, quæ innata sunt comprehendi ab hoc sensu. & similiter de vnoquoq; sensuum, s. q non deficit nobis in aliquo animali habenti istum sensum, aliquod sensibilium, quæ innata sunt cõprehendi ab eo, ita q nullus potest dicere q potest inueniri aliquis tactus in animali, qui comprehendit tangibile, quód nos non possumus cõprehendere. Manifestum est enim per se q, omnes qualitates tangibiles, sm q sunt tangibiles, sunt sensibiles à nobis, & comprehensæ per tactum. & similiter est de qualitatibus visibilibus, & audibilibus, & olfactibilibus. Et cum posuit hunc sermonem quasi antecedens, induxit consequens. E. d. Et necesse est, si deficiat in nobis aliquis sensus, &c. i. &, cùm posuerimus q isti quinq; sensus non deficiunt nobis, nec in animali, in quo inuenitur B aliquid eorum, quæ innata sunt comprehendi ab istis sensibus, secundum q sunt isti sensus, necesse est, si deficit in nobis aliquis sensus, vt deficiat in nobis aliquod sentiens: cùm iam posuerimus q istis sensibus non deficit in nobis sentire aliquid eorum, quæ innata sunt sentiri. &, cùm ita sit, ille sensus, quẽ ponimus deficere cùm nõ deficit propter aliquem sensuum existentium in nobis, necesse est vt defectus eius sit propter hoc, quia à nobis deficit sensus sextus.

Manifestũ est p se q, oẽs qualitates tãgibiles, s; q, sunt tangibiles, sunt sensibiles a nobis, & cõprehensæ p tactũ & silr ẽ de qualitatibus visibilibus, & audibilibus. & olfactibilib9

Et quæcunq; quidem ipsi tangentes sentimus tactu sensibilia sunt quem existimus habentes: quæcunq; vero per media, & nõ ipsa tangentes, simplicibus, dico autem vt aere & aqua. habent autem sic: vt si quidem per vnum plura sensibilia existẽtia, altera ab inuicem genere, necesse habentem huiusmodi sensitiuum, esse sensitiuũ vtrorumq; . vt si ex aere est sensitiuum, & est aer soni & coloris. C si vero plura eiusdem sint, vt coloris & aer & aqua. (vtraq; enim diaphana) & qui alterum ipsorum est habens solum, sentiet illud quod per vtraq;, aut ab ambobus.

OPH. *Et quæcunque quidem ipsi tangentes sentimus, tactu sensibilia sunt quem habemus: quæ uero per intermedia, nec ipsa tangentes, simplicibus: dico autẽ ut aere & aqua. ita autem res habet: ut si per unum plura sentiri possunt genere inter se diuersa, necesse sit eũ qui eiusmodi habet sensorium, amborum sensitiuum esse: uerbi causa si ex aere sit sensorium, & aer sit & soni & coloris. quod si plura eiusdem sunt, ut coloris & aer & aqua, (ambo enim hæc, translucida sunt,) & qui alterũ duntaxat eorum habet, sentiet id quod per utrumq;.*

Et omne, quod sentimus nos tangendo ipsum, est sensibile à nobis per tactum qui est in nobis, & omne, quod sentimus p media,

non

non quia nos tangimus ipsum, est per simplicia. v.g. per aerē, aut D
per aquam. Et ita est, s. ꝙ si per vnū fiant sensibilia plura vno, quæ differunt abinuicem in genere, necesse est habens istum sensum ꝙ sentiat vtrūq;. v.g. ꝙ, si sentiens est ex aere, & aer est soni, & coloris. Et, si per plura vno sit vnum. v.g. color per aerem & aquam: sunt enim æquales: manifestum est quòd habens vnum tantū sentit, quod sentit per vtrunq;.

129 Cùm declarauit ꝙ, si deficit in nobis aliquis sensus necesse est vt deficiat aliquod sentiens: & etiam fuit manifestum ex hoc ꝙ, si deficit in nobis aliquod sentiens, necesse est vt deficiat in nobis aliquis sensus, qui differat in genere à sensibus istarum virtutum, cùm istis virtutibus nō deficit sentire aliquid ex eis, quæ innata sunt inueniri in eis: & ꝙ hæc duo conuertūtur, s. quorum vtrumlibet fuerit, erit alterum: &, si vnum auferatur, auferetur & reliquum: incœpit declarare ꝙ impossibile est sextam virtutem esse: quia impossibile est vt sit sentire extraneum in genere ab istis sensationibus. Et hoc declaratur tribus demonstrationibus. Quarum prima E
est accepta à mediis. Secunda ab instrumentis, quibus sit sentire. & causa data in his duabus demonstrationibus est quasi materialis. Tertia autem est accepta à sensibilibus ipsis: & est magis firma illis duabus, cùm causa accepta in ea sit finalis. Et incœpit à demonstratione, quæ est accepta à medio: sed tacuit quasdam propositiones, & conclusionem. Et ista demōstratio fundatur super propositiones. Quarum vna est, ꝙ † omne, quod sentit animal, aut sentit ipsum per contactum, aut mediante corpore extraneo. & omne, quod sentimus per contactum, aut sentimus ipsum mediante carne, aut per ipsam carnem, si fuerit instrumentum. Et hoc intēdebat, cùm dixit & omne, quod sentimus, &c. i. & omne, quod sentimus nō per contactum, sed mediante corpore extraneo, sentimus ipsum mediāte altero istorum duorum elementorum, aut vtroq;, s. aqua aut aere. & hoc intendebat cum d. & omne, quod sentimus per media, &c. i. &, cùm ita sit, sicut diximus, manifestum est ꝙ necessario sequitur ex hoc, ut omne habens sensum per carnem, aut per alterum istorum duorum elementorū, F
aut per vtrunq; non inuenitur ei de sensu, nisi illud, quod potest fieri per hæc duo, s. per carnem, aut per medium extraneum. omne igitur animal nō habet de sensibus, nisi qui possunt fieri per hæc duo, s. per carnem, aut per medium extraneum. Et, cùm declarauit ꝙ oē animal necesse est vt non sentiat nisi per carnem, aut per media, incœpit declarare quod sequitur ex hoc, ꝙ omne animal habens aliquod medium ex istis mediis, necesse est vt habeat de sensibilibus sensibilia, quibus seruit illud medium, & reddat ea non aliud, & d. Et ita est, s. ꝙ, si per vnum, &c. i. manifestū est ꝙ, cùm posuerimus ꝙ omne animal non sentit nisi per medium, quod est caro, aut aer, aut aqua, si per vnum istorum mediorum caderent sensibilia plura vno in genere, necesse est, vt omne animal sentiens per illud medium, non habeat de sensibilibus, nisi ea, quæ innata sunt reddi ab illo medio,

† Oē aīal vel sentit p cōtactū vel p mediū extraneū: sed si ē vera disiunctiua mēbra nō coincidūt sed oppositū patet 7 Ph. t. c. 12. & supra i hoc. 2, 113. 115. Vide cōtr. Zim.

Expō priæ ptis text⁹.

Expō scdæ ptis text⁹.

Idē supra cō. 76.

Docum.

A dio,si duo duo,si tria tria. Et intendebat per hoc ꝙ, cum media sint determinata in numero.s.aut caro,aut aer,aut aqua:& sensibilia etiam, quæ reddũt ista media,sint etiam terminata in numero:necesse est vt virtutes sint secundum numerum istorum sensibilium,quæ reddunt media animalibus,quæ innata sunt sentire per hæc media.& manifestum est ꝙ omne,quod redditur per carnem,est aut gustabile,aut tangibile.& omne, quod redditur per aerem,aut aquam,aut per vtrunq;,est aut sonus, aut color, aut odor.omne igitur sentire est aut gustare,aut tangere, aut audire, aut videre,aut olfacere. D.d.Et si per plura vno sit,&c.i. &, si per plura vno medio sit vnum sensibile,vt color per aerem aut aquam, quæ sunt æquales in hoc,manifestum est ꝙ animal habens alterum eorum sentit de sensibilibus,sicut quod habet vtrunq;.& intendebat per hoc ꝙ animal,quod est in aqua,debet habere virtutes sensus secundum numerum virtutum sensus animalis,quod est in aere,& aĩalis,quod sentit in aqua,& in aere.

B Simplicium autem ex duobus his sensitiua solum sunt, ex aere & aqua.pupilla quidem enim aquæ:auditus vero aeris: olfactus autem horum alterius est.ignis autem aut nullius est:aut communis omnibus:nihil enim sine calore sensitiuum est. terra vero aut nullius est,aut in tactu maxime miscetur. vnde relinquitur nullũ esse sensitiuum extra aerem & aquam.

OPH. *Simplicium autem ex his duobus sensoria tantummodo sunt, uidelicet ex aere & aqua:pupilla enim aquæ,auditus aeris, olfactus horum alterius est.ignis autem uel nullius, uel communis omnium est: nihil enim sine caliditate sensitiuum est. terra uero aut nullius, aut in tactu admixta præcipue est. Quapropter relinquitur nullum esse sensorium, præter aerem & aquam.*

C Et sensus ex simplicibus sunt ex aere: aut ex aqua. visus enim est ex aqua,& auditus ex aere,& olfactus ex altero istorum duorum.Ignis autem aut est nullius,aut est communis eis. quoniam nullum sentiens est extra calorem. Et terra aut est nullius eorum, aut proprie est admixta cum tactu.Remanet igitur ꝙ non est sensus extra aquam,& aerem.

130 Hæc est demonstratio accepta ex instrumentis sensuum,& d. Et sensus ex simplicibus,&c.i.& instrumenta sensuum,quæ propter suam naturam attribuuntur elementis secundum dominium sunt tria tantum,s. instrumentum,quod est ex aere,s.auditus,vt declaratum fuit prius: & instrumẽtum,quod est ex aqua,s.visus:& tertium est,quod fit ex vtroq;,s. olfactus & d.In hoc sensu,quod fit ex altero istorum duorum,s. aut ex aqua, aut ex aere:quia animalia,quæ sunt in aqua,olfaciunt in aqua, sicut olfaciũt animalia,quæ sunt in aere,per aerem. D.d.Ignis autem,&c.i.igni autem aut

aut non attribuitur aliquis ſenſus hoc modo, aut attribuitur communiter. apparet enim ꝙ nullus ſenſus poteſt facere ſuam actionem cum infrigidatur: & hoc diminute demonſtratur per quæ notat iterationem. & dixit hoc, quia reſpectus eius ad aliquid præter ignem eſt, ſicut proportio alicuius ad materiam: & proportio eius ad ignem eſt ſicut proportio alicuius ad ſuam formam. D.d. Et terra aut non eſt alicuius, &c.i. & terra aut non attribuitur alicui inſtrumento inſtrumentorum iſtorum ſenſuum, cùm non videtur ſeruire ſenſibilibus aliquo modo: aut, ſi attribuitur, attribuitur carni: quia iſtud medium, aut iſtud inſtrumentum indiget conſtitutione, & confirmatione: quapropter terra dominatur in eo. Deinde.d. Remanet igitur ꝙ non eſt ſenſus ſextus extrinſecꝰ ab aqua & aere, cùm non ſit corpus extrinſecum ab iſtis duobus corporibus. quia īpoſſibile eſt inuenire inſtrumentum ſenſus aut ex igne, aut ex terra: ſed tamen poſſibile eſt ex aqua, aut aere, aut vtroq;. Et, cùm materiæ inſtrumentorum ſenſuum ſint terminatæ in numero, neceſſe eſt, vt ſenſus ſint ita. ſi igitur eſſet ſenſus ſextus, contingeret quintum elementum eſſe. ſenſus enim, qui ſunt ex aere, aut aqua ſunt aut viſus, aut auris, aut naſus. D E

Idē.1. de Gene. 18. com.

Medium, aut īſtrm̄ tactus īdiget cōſtōne, & confirmatiōe Idē ī c 111 &.2.de p. tibus aīalium.ca.1. &.8.

Hæc autem & nunc quædam habent animalia. Omnes igitur ſenſus habentur à non imperfectis, neq; orbatis. videtur enim & talpa ſub pelle habens oculos.

SOPH. *Quæ nunc etiam nonnulla habent animalia: ergo omnes ſenſus habentur à non imperfectis neq; mutilis. nam etiam talpa ſub pelle habere oculos uidetur.*

Et hæc duo ſunt modo in quibuſdam animalibus: ita ꝙ omnes ſenſus ſunt diſtincti in eis, quæ non ſunt diminuta, neq; habent occaſionem. Talpa.n. videtur habere oculos ſub cute.

131 Et ſenſus attributi his duobus elementis non inueniuntur niſi in quibuſdam animalibus, ſ. perfectis propter melius: adeo quòd propter ſolicitudinem naturę circa hoc, oportet vt omnes ſenſus ſint diſtincti, exiſtentes in animali perfectę creationis, quod nō habet occaſionem, & ꝙ ab animali perfecto, vt homine, non deficit ſenſus. Talpa enim videtur habere oculos ſub cute, licet non videat. Et quaſi intendit per hoc ꝙ, ſi ſenſus ſextus eſſet, oporteret vt inueniretur in homine, qui eſt completiſſimum animalium. eſſet enim neceſſario propter melius. & hoc eſt manifeſtum de ſolicitudine naturæ in dando ſenſus animalibus: adeo ꝙ propter hoc dedit Talpæ oculos, & cooperit eos cutæ, cum nō indigeat eis in maiori parte ſuæ operationis, cum hoc, ꝙ materia eius non poſſet plus recipere. &, ſi poſſet, forte eſſet ſuperfluum. F

Qūo ſolicitetur nā circa iſta. vide. 12. Met.c 37.

Quare ſi non aliquid alterum eſt corpus & paſſio quæ nullius eſt eorum quæ ſunt hic corporum, neq; vnus vtiq; deficiet ſenſus.

PH. *Quare si non est aliud quidpiam corpus & paßio, quæ nullius sit cor*
A *porum eorum quæ hic sunt, utiq; nullum sensum deesse censendum est.*

Oportet igitur, si nō est aliud corpus, aut pasfio, quæ nō est alicuius corporū, quæ sunt apud nos, vt nō deficiat aliquis sensus.

132 Hæc est Tertia demonstratio, & deficit præcedens. & syllogismus sic componitur perfecte. Et, si sextus sensus sit, necesse est corpus sensibile eē aliud ab omnibus corporibus sensibilibus, quæ sentiunt quinq; sensus, & passionem eius, & qualitatem, quam sentiens reciperet à sensibilibus, vt qualificet per eam aliam ab istis qualitatibus: sed nullum corpus sensibile est aliud ab istis corporibus sensibilibus, neq; passio extra istas passiones: ergo nullus sensus est extra hos sensus quinq;.

At vero neq; communium potest esse sensitiuum aliquod pro-
B prium quæ vnoquoq; sensu sentimus non secundum accidens: vt motus, status figuræ, magnitudinis, numeri vnius. hæc enim omnia motu sentimus: vt magnitudinem motu. quare & figuram. magnitudo enim quædam & figura est. quiescens autem in eo quòd nō mouetur. numerus vero negatione cōtinui. & propriis, vnusquisq; enim vnū sentit sensus.

PH. *Neq; uero communium potest esse sensorium aliquod proprium quæ unoquoq; sensu sentimus per accidens, ut motus, status, figuræ, magnitudinis, numeri, unius. Hæc enim omnia motu sentimus, ut magnitudinem motu: quare etiam figuram. nam figura quoq; magnitudo quædā est. quod autem quiescit, eo quòd non moueatur. numerus uero negatione continui, & propriis. nam unusquisq; sensus unum sentit.*

C Et etiam imposfibile est vt aliud sentiens sit communibus, quę sentimus, nisi per vnum quinq; sensuum accidentaliter. verbi gratia motui, & quieti, & figuræ, & quantitati, & numero. Omnia enim ista sentiuntur per motum, verbi gratia quantitas per motum. quapropter figura etiam. figura enim est aliqua quantitas. quies autem non per motum. numerus vero per negationem cōtinui, & per eius proprietates vnusquisq; sensuum sentit vnum.

133 Et etiam impossibile est aliud sentiens esse à quinq; sensibus, ita q̄ sensibile eius sit aliquod vnum sensibilium communium, sub quibus sunt sensibilia propria vnicuiq; sensuum quinq;, nisi sensibilia essent communia vnicuiq; sensuum accidentaliter. & d. hoc, quia, si essent eis accidentaliter, contingeret vt essent alicui sensui essentialiter. quod enim inuenitur alicui accidentaliter, debet inueniri alii essentialiter. D. d. v. g. motui, &c. i. & sensibilia communia non sunt comprehēsa à quinq; sensibus accidentaliter,

Quod īuenit' alicui accn̄tal'r, dr̄ inueniri alij eēntial'r. Idē 4. phy. 43.

Sed uide oppositú 2 phy. cō. 48. Idem 3.cō. 65. Vide cōt. Zim.

taliter, v.g. motus, & quies, & figura, & quantitas, & numerus. omnia enim ista sentiuntur à quinq; sensibus per aliam motionem, & passionem. & quod est ita, necesse est vt sit essentialiter. D.d. ver. g. quantitas, &c. i. v. g. quantitas. sensus enim innati sunt comprehendere eam per aliquam passionem, & motus. & similiter est de figura. figura enim est quantitas cum aliqua qualitate. D.d. quies autem non per motum, &c. i. comprehensio autem quietis est per comprehensionem priuationis motus. cùm enim comprehenderint motum essentialiter, comprehendunt priuationē eius essentialiter, s. quietem. Comprehēsio vero numeri, & multitudinis à sensibus est per comprehensionem priuationis continui, quod est magnitudo: & iam declaratum est ꝙ continuum comprehenditur essentialiter: ergo & sua priuatio comprehenditur essentialiter. D

Si habitus cōprehēditur essentialiter. et priuatio. Sed vide opp. 3.c.120. Vide cōt. Zim.

Quare manifestum est quoniam impossibile est cuiuslibet sensum proprium esse horum, vt motus. Sic enim erit sicut nunc visu dulce sentimus. Hoc autem quoniam amborum habentes existimus sensum, quo quum coinciderit, cognoscimus: si vero non, nequaquam vtiq;, sed aut secundū accidens sentiebamus: vt Cleonis filium: non quia Cleonis filius est, sed quoniam albus: huic autem accidit Cleonis filius eē. Communium autem habemus iam sensum communem non secundum accidens. non igitur est proprius. nequaquam enim vtiq; sentiremus, sed aut sic sicut dictum est Cleonis filium nos videre. Ad inuicem enim propria secundū accidens sentiunt sensus: non secundum ꝙ ipsi sunt: sed secundum ꝙ vnus: cum simul fiat sensus in eodem, vt cholera quod amara & rubicunda. non enim alterius dicere, ꝙ ambo vnū. propter quod & decipitur: & si sit rubicundum choleram opinatur esse. E

SOPH.

In græco textu ē particula ḱ quā simplicius interpretatur pro καθ' ὃ idest quā ob cām.

Quare perspicuum est fieri non posse ut cuiuslibet horum proprius sit sensus, ut motus: nam hoc modo perinde fuerit, atq; nunc uisu dulce sentimus: quod eò fit, quia amborum habemus sensum, quo cum concurrunt, cognoscimus. alioquin haudquaq; nisi per accidens sentiremus: ut Cleonis filium, non quod Cleonis filius sed quod albus, cui sanè accidit filio esse Cleonis: at uero communium habemus iam sensum communem, non per accidens. non igitur est proprius: nequaquam enim sentiremus, nisi quo pacto diximus nos cleonis uidere filium. alter porrò alterius propria per accidens sentiunt sensus, nō quatenus ipsi, sed quatenus unus, cum simul factus fuerit sensus in eodem: exempli gratia bilem esse amaram & flauam: neque enim alterius est dicere, ambo hæc esse unum, quo fit ut decipiatur: & si flauum fuerit, bilem esse opinatur. F

Manifestum

A Manifestum igitur est q; impossibile est vt sensus instrumentũ sit proprium alicui istorum, verbi gratia, motui. esset enim sicut nos modo sentimus dulce per visum. & hoc est, quia est in nobis sensus, in quo est vtrunq;: &, cùm sint ambo coniuncta, scit ea ut, si non esset ita, non sentiremus ipsum, nisi accidentaliter, v.g. filium Socratis. nos enim non sentimus filium Socratis, sed album. & cõtingit huic q; fuit filius Socratis. Communia autem habẽt sensum communem, non accidentaliter. non igitur habent sensum proprium. &, nisi hoc esset, non sentiremus ea omnino, nisi sic, sicut diximus q; nos videmus filium Socratis. Et sensus quidam non sentit sensibilia quorundam nisi accidentaliter. & non est vnius, cũ sensus fuerit insimul in eodem. v.g. cholera.n. est amara, & citrina, iudicium, quod vtrunq; est eiusdem, nõ est alterius, & ideo cadit error, ita q; citrinum existimatur esse cholera.

B

134 Et, cùm declaratum est q; communia sensibilia comprehendiuntur à quinq; sensibus essentialiter, manifestum est q; impossibile est sensum proprium esse alicuius istorum sensibilium communiũ, v.g. motus, aut quãtitas, quoniam, si ita esset, tunc sentiremus motum, aut sibi similes de sensibilibus communibus, non per se, sed per medium: sicut comprehẽdimus per visum hoc esse dulce mediante colore. D.d. & hoc est, quia est in nobis sensus, &c. i. & accidit nobis talis comprehensio. s. iudicare per aliquem sensum super sensibile alterius sensus: quia contingit q; illi duo sensus fuerint coniuncti in comprehendendo illa duo sensibilia ex eodem aliquo tẽpore. &, cum post hæc acciderit vt comprehendamus per alterum duorũ sensuum alterum sensibile, ex eadem re iudicabimus per illum sensum su

C per sensibile alterius per coniunctionem præcedentem. v.g quoniam nos non scimus per visum q; hoc est dulce, nisi prius acciderit nobis in aliquo tempore quod comprehendimus per visum q;, mel est citrinum, & per gustum esse dulce. cum igitur secundo sentiemus ipsum per solum visum eẽ citrinum, statim comprehendemus ipsum esse dulce, & mel. D.d. Et, si non esset ita, &c. i. &, si non esset concessum à nobis q;, si vnum istorũ sensibilium communium haberet sensum proprium, contingeret vt sentirẽ ea, esset sicut sentire per visum q; hoc est dulce, necesse esset vt sentire ea eẽset de genere sensus, qui proprie dicitur accidentaliter. v.g sentire per visum q; iste est filius Socratis: quia sentiremus ipsum esse album: quia accidit q; filius Socratis fuit albus. D.d. Communia autem habent sensum communem, &c. i &, cum declaratum est q;, si aliquod sensibilium communium haberet sensum proprium, tunc sentiretur à nobis accidentaliter: quemadmodum sentimus per visum, istum esse filium Socratis, quia est albus: aut quemadmodum iudicamus hoc esse dulce, quia est citrinũ. Hæc enim duo sunt duo modi accidẽtaliter: & iam declaratum est q; sensibilia communia comprehenduntur essentialiter: ergo nullum sensibilium

lium communium habet ſenſum proprium.quoniam,ſi haberēt ſenſum proprium,tunc ſentiretur,aut ſicut ſentimus per viſum iſtum filium Socratis,aut ſicut quidam ſenſus ſentit ſenſibile propriū cuiuſdam. Et iſte modus eſt etiam accidentalis.ſed differt à primo modo,qui ſimpliciter dicitur accidentalis,& eſt comprehendere per viſum iſtum eſſe filium Socratis:licet vterq; numeratus ſit accidentalis.differunt ſcilicet in hoc:quia comprehendere per viſum hoc eſſe dulce,fuit,quia cum viſu fuit coniuncta in eadem re virtus vnius generis virtute viſus.ſ.ſenſus guſtus.Iudicare autem per viſum iſtum eſſe filium Socratis accidit, quia in alio tempore fuit coniuncta cum viſu alia virtus à virtute* viſus.virtus enim qua cōprehendimus iſtum eſſe Socratem,aut filium Socratis,ſuperior eſt ad virtutem ſenſus.& ideo iſte modus videtur magis accidentalis,quā ſecūdus. vnde ſimpliciter dixit ipſum eſſe accidentalem, & non ſecundum. D.d. & non eſt vnius,&c.i.& iudicium non eſt vnius virtutis,† quando duo ſenſus fuerint coniuncti ad iudicandum ſuper eandem rem ipſam eſſe eādem.ſed illud iudicium eſt vtriuſq; ſenſus,non alterius ſenſus ab eis: ſicut exiſtimare poteſt aliquis.ſed,ſi dicitur vnus ex hoc modo,dicitur accidētaliter. D.d.v.g.cholera,&c.i.v.g.hoc eſſe choleram, quia eſt amarum citrinum.iudicare.n.ꝙ hæc duo ſunt eiuſdem,ſ.choleræ, non eſt alterius virtutis ab his duabus.&,quia iudicium ſuper hanc rem eē vnam eſt duarum virtutum non vnius,accidit ei error in iudicando aliquid non choleram eſſe choleram,quia citrinum.

*a.l.ſer

Virt⁹,qua cōprehendim⁹ iſtū eē Socratē aut filiū Socratis, ſupior eſt ad virtutē ſēſus. Sed vide opp.ſ com.63. Vide cōt. Zim.

†Qñ duo ſenſus fuerint cōiūcti ad iudicādū ſup eādē rem ipſam eē eadem, illud iudiciū eſt vtriuſq; ſenſus, nō alterius ſenſus ab eis. oppoſ cō. 146.&.t. Vide cōt. Zim.

Inquiret autem aliquis cuius cauſa plures habemus ſenſus, ſed non vnum ſolum.aut quatenus minus lateant conſequentia & communia,vt motus,& magnitudo,& numerus.ſi enim eſſet viſus ſolus & ipſe albi,laterent vtiꝗ magis,& viderentur idem eſſe omnia,propter id ꝙ conſequuntur ſe ad inuicem ſimul color, & magnitudo.nunc autem quoniam in alio ſenſibili cōmunia ſunt, manifeſtum facit ꝙ aliud quiddam vnumquodꝗ ipſorum eſt.

SOPH.

Verum quærat aliquis cur plures ſenſus & non unum ſolum habeamus? an ne lateant conſequentia & communia, ut motus,magnitudo numerus.nam ſi uiſus eſſet ſolus,isq; albi,laterent magis atq; idem eſſe cuncta uiderentur:propterea quòd ſimul ſe mutuo ſequuntur color & magnitudo:at quia quæ ſunt communia in alio ſunt ſenſibili, res indicat aliud quidpiam eſſe eorum unumquodq;.

Et debet homo perſcrutari,quare habemus ſenſus plures vno, & non vnum tantum.Dicamus igitur, vt non ignoremus conſequentia communia,vt motum,& quantitatem,& numerū. Quoniam,ſi haberemus ſolum viſum, tunc ipſe viſus eſſet magis dignus,vt ignoraret album,adeo vt exiſtimaret hæc eſſe omnia. color

A lor enim & quantitas consequuntur adinuicem insimul. modo autem, quia communia sunt sensibilia ab aliquo, manifestatur quòd quodlibet eorum est aliud.

135 Vult dare causam, propter quam hæc sensibilia cõia non comprehenduntur ab vno sensu, & d. Et debet homo perscrutari, &c. i. debet homo perscrutari, quare hæc sensibilia coĩa cõprehendũtur à pluribus sensibus vno, & nõ cõprehenduntur ab vno. D. d. rationẽ, & dixit, Dicamus igitur, vt non ignoremus, &c. i. vt non ignoremus alietatem sensibiliũ cõium à sensibilibus propriis. D. d. Quoniam, si haberemus solum visum, &c. i. & hoc esset necesse. qm̃, si poneremus ꝙ solus uisus comprehendit ista, & ꝙ ipse solus est in nobis in hac intentione, tunc accideret visui vt ignoraret, & non distingueret album ab aliquo: adeo ꝙ existimaret colorem, & quantitatem, & figuram eandem esse. & hoc accideret ei, eò ꝙ color, & quantitas consequuntur sibi adinuicem, s. ꝙ color non inuenitur nisi in superficie, & superficies in corpore. D. d. modo aũt quia cõia, &c. i. modo autem, B quia videmus ꝙ cõia, vt quantitas, & magnitudo comprehenduntur per alium sensum à uisu. Secundum hoc igitur est intelligendus suus sermo in hoc loco, non secundum ꝙ sonant verba eius superficietenus, secundũ ꝙ loquitur: vt quare sensus sint plures vno. causa. n. formalis in hoc manifesta est, s. multitudo sensibilium. & hoc iam dictum est. & causa finalis est perscrutanda post in fine istius libri. Docum. 3. de Aia a t.c. 59. vsque ĩ fine.

SVMMA SEXTA.

Quæstio, an eodem, quo sentimus sensu, etiam sentire nos percipiamus: Sensusq́; quem communem appellamus, explanatio.

QVoniam autem sentimus quod videmus & audimus, necesse est visu sentire quia videt, aut altero: si autem altero, aut ipso erit quod videt, aut altero: sed idẽ erit visus & subiecti coloris. quare aut duo eiusdẽ erit: aut idẽ eiusdẽ. Amplius C autem si & alter sit sensus visus, aut in infinitum procedit: aut aliquis ipse sui ipsius erit iudex: quare in primo hoc faciendum est.

SOPH. *Quoniam autem sentimus nos uidere & audire, necesse est aut uisu sentiat se uidere, aut alio: sed idem etiam erit uisus & subiecti coloris. Quamobrem aut duo eiusdem erunt, aut ipse sui ipsius. Præterea si etiã alius sensus sit uisus, aut in infinitum procedet: aut ipse erit sui ipsius: itaq; in primo illo hoc faciendum est.*

Et, quia sentimus nos videre, & audire, necesse est quòd sentire quòd nos videmus, aut est per hunc sensum, aut per aliud. Sed illud erit visus, & coloris subiecti: aut duo eiusdem, aut idem sui. Et etiam, si sensus visionis sit alius, aut erunt hæc in infinitũ, aut erit idem sui. necesse est igitur hoc facere primo.

136 Cùm cōpleuit sermonē de quinq; sensibus, & declarauit sextū sensum D non esse, incœpit declarare q isti quinq; habent virtutem cōem. Et incœpit prius dubitare secundū suā consuetudinem: & d. Et, quia sentimus nos videre, &c.i. nos, quia videmus & sentimus nos videre, & audimus, & sentimus nos audire, & sic in vnoquoq; sensuum, necesse est vt hoc fiat per virtutem visus, aut per aliam virtutē. D.d. Sed illud erit visus, & coloris, &c.i. sed si hoc, s. sentire nos videre fuerit alterius sensus à visu, contingit vt ille sensus habeat duplicem cōprehensionē. cōprehendit. n. visum cōprehendere, & cōprehendit colorē, quē visus cōprehendit. impoſſe. n. est vt cōprehendat visum cōprehendere colorē, nisi etiam ipse cōprehendat colorē. D.d. aut duo eiusdem, aut idem sui. i. sequitur igitur ex hoc alterum duorum. qm̄, si posuerimus duas uirtutes esse, continget vt duo sensus sint eiusdem intentionis, sensus scilicet qui sentit eam, & sensus qui sentit q ille sensus sentit eam. vterq;. n. sentit illam. aut ponemus q idem sensus sentit seipsum, ita q agens est patiens. quod impoſsibile est. D.d. Et ēt, si sensus visionis. &c.i. et, si posuerimus duas uirtutes esse, s. q sensus, qui E comprehendit nos videre, est alius ab eo, qui videt, continget etiam in illo sensus, quod contingit in primo. necesse est igitur vt habeat duplicem comprehensionem, s. comprehensionem sui primi subiecti, quod sentit, & comprehensionem, quam comprehendit. &, si etiam posuerimus hoc duarū virtutū, continget in tertia quod contingit in secunda: & sic in infinitū. quod est impoſſe. quapropter necesse est nobis ponere eādē virtutē: quæ cōprehendat vtrūq;, s. suū primū subiectū. & quod cōprehēdat illud, quod ipse cōprehendit. &, cū necesse est abscindere infinitum, melius est hoc facere in primo, & ponere q per eandem uirtutē cōprehendimus colorē, & cōprehendimus q cōprehendimus ipsum. quod. n. contingit nobis posterius, faciendum est prius. & hoc intendebat, cùm dixit, necesse est igitur hoc facere primo, aut ponere q idem patitur à se, & cōprehēdit se.

Habet autem dubitationem, si enim visu sentire, videre est. videtur autem color, aut habens hunc. si videbit aliquis quod est vi- F dens, & colorem habebit primum videns.

SOPH. *Sed ambiges: nam si uisu sentire est uidere: uidetur uero color, uel quod est colore præditum: si quis uidebit id quod uidet, etiam colorem id habebit quod uidet primùm.*

Et in hoc est quæstio. Et est, quoniam, si visio est sentire per visum. & videre colorem, & homo non videt illud, quod habet colorem, nisi quando videt aliquid, continget vt illud, quod videt primo, habeat etiam colorem.

D. sed iste sermo habet quæstionem, s. ponere q per eandem virtutem comprehendimus colorem, & comprehendimus nos comprehendere colorem. quoniam, si visio est sentire per uisum, & uisus cōprehendit colorem

A rem,& homo non videt ipſum uidere colorē, niſi quando videt aliquid, continget ut illud, quod primo videt, quando iudicat ipſum videre, habeat etiam colorem.& intendebat per hoc ꝙ,ſi neceſſe eſt ut omne comprehenſibile à uiſu ſit coloratum, & uiſus comprehendit comprehenſionem coloris: ergo contingit ex hoc vt ipſa comprehenſio ſit colorata. quod eſt impoſſibile.

Manifeſtum eſt igitur quoniam non eſt vnum, viſu ſentire. Et nanq; quum non videmus, viſu diſcernimus & tenebras & lumē, ſed non ſimiliter. Amplius autem & videns tanquam coloratum eſt. ſenſitiuum enim ſuſceptiuum eſt ſenſibilis ſine materia vnumquodq;. vnde abeuntibus ſenſibilibus inſunt ſenſus & phantaſiæ quibus ſentiunt. Sēſibilis autem actus & ſenſus, idem eſt & vnus: eſſe autem ipſorum nō idem: dico autem vt ſonus ſecundū actū, & auditus ſecundum actum. Eſt enim auditum habentia non au-
B dire, & habens ſonum non ſemper ſonat: cum autem operetur poſſibile audire, & ſonet poſſibile ſonare, tunc ſecundum actum auditus ſimul fit, & ſecundum actum ſonus. quorū dicet vtiq; aliquis hoc quidem eſſe auditionem, hoc vero ſonationem.

IOPH. *Perſpicuum igitur eſt uiſu ſentire, non eſſe unum. etenim cum non uidemus, uiſu tenebras lumenq; diſcernimus, ſed non eodem modo. Quin & id ipſum quod uidet quodammodo coloratum eſt: nam ſenſorium quodq; capax eſt ſenſibilis ſine materia. idcirco uel amotis ſenſibilibus inſunt ſenſus phantaſiaq; in ſenſoriis. Actus porrò ſenſibilis & ſenſus idem eſt & unus, eſſe autem ipſis non idem: uerbi cauſa, actu ſonus actuq; auditus. fieri enim poteſt, ut auditum quis habeat, nec audiat: & quod ſonum habet, non ſemper ſonat. cum autem operatur id quod po-*
C *teſt audire, ſonatq; quod ſonare poteſt, tūc actu auditus ſimul fit, actūq; ſonus. quorū dixerit aliquis, alterum, auditionem: alterū, ſonationē eſſe.*

Dicamns igitur ꝙ manifeſtum eſt ꝙ ſentire per viſum non eſt num. iudicamus enim per viſum nos, non videndo, obſcuritatē, & lucem, ſed non eodem modo. Et etiam videns eſt quaſi coloratum. ſentiens enim recipit ſenſibile extra materiā, quidlibet quodlibet. & ideo, cum fuerint ſenſibilia abſtracta erunt ſenſus, & imaginationes exiſtentes. Et actio ſenſibilis & ſenſus eadem eſt: in eſſe autem nō ſunt eadem in eis. v.g. ſonus, qui eſt in actu, & auditus qui eſt in actu. poſſibile eſt enim vt aliquis habeat auditū, ſed nō audiat, & vt aliquid habeat ſonum, ſed non ſemper ſonet. cùm autem fecerit illud, quod eſt in ſua potentia, vt audiat, & ſonauerit illud, quod eſt in potentia ſua, vt ſonet, tunc erunt inſimul auditus

& sonus. & potest aliquis dicere ꝙ primum istorum est audire, & D
secundum est sonare.

138 Cùm dedit sermonem dubitatiuum, incœpit dissoluere eum, & d. Dicamus igitur quòd manifestum est quòd sentire, &c.i. Dicamus igitur quòd manifestum est quòd sentire per uisum, non est eiusdẽ intentionis, ita quòd consequitur ex eo vt omne comprehensibile à uisu sit coloratũ. D.d. iudicamus enim per uisum, &c. idest & signum eius est, quòd nos iudicamus per uisum, non uidendo coloratũ, cum iudicamus obscuritatẽ esse obscuritatem, & lucem esse lucem: sed neutrum habet colorem. sed non eodem modo iudicamus per visum obscuritatẽ, & lucem, iudicamus enim lucem per se, & obscuritatem, quia est priuatio lucis. Et, cùm dedit hunc modum dissolutionis, dedit secundam dissolutionem quæstioni, dicenti ꝙ visio debet esse colorata, si uirtus visibilis comprehendit visionem, & dixit. Et etiam videns est quasi coloratum, &c. idest, & etiã possumus concedere visionem esse colorem. videns enim quando comprehendit colorem, efficitur quasi coloratũ quoquo modo. Et causa in hoc est, quia sentiẽs recipit sensibile, & assimilatur ei. visus itaq; recipit colorẽ, quem recipit corpus extra animam. sed differunt in hoc, ꝙ receptio sentientis est non materialis, & receptio corporis extra animam, est materialis. D.d. quidlibet quodlibet. i. sentiens enim recipit sensibile nõ materialiter, quilibet sensuum quodlibet sensibilium. &, quia sensus recipiunt sensibilia quoquo modo, dicuntur etiam de eis quoquo modo. D.d. & ideo, cùm fuerint sensibilia abstracta, &c. i. &, quia sensus recipiunt sensibilia extra materiam, ideo, quando sensibilia fuerint abstracta à materia, efficiuntur ex sensibilibus sensus, & imaginationes non colores sensibiles, neq; sapores, neque aliæ qualitatum sensibilium, quæ sunt extra animam in materia. D.d. Et actio sensibilis, & sensus, &c. idest & actio sensibilis extra animam in mouendo sentiens, & actio sensus, qui est in sentiente, scilicet qualitas, qua sentiens qualitatur in mouendo etiam virtutem visionis, est eadem actio: licet modus esse sensibilis extra animam differat à modo sui esse in sentiente. verbi gratia ꝙ sonus, qui est in actu extra animam, ita mouet instrumentum auditus, sicut auditus, qui est in actu, mouet virtutem auditus. & similiter dispositio coloris in mouendo videntẽ est sicut dispositio qualitatis, quæ prouenit in vidente à colore in mouendo virtutem visibilem. D. dicit, possibile est enim vt aliquis habeat auditum &c. idest & hoc fuit ita, ꝙ possibile est, vt aliquis habeat auditum in potẽtia, sicut habet sonum in potentia: & vt habeat sonum in actu, sicut habet auditum in actu. et, cùm habuerit auditum in actu, habebit comprehensionem auditus in actu, idest comprehensionem ꝙ audit. & dixit, possibile est enim dicere ꝙ aliquis habet auditum, & habet sonum, licet non semper sonet, propter hoc, quia sunt sicut in potentia.

(E and F margin letters appear beside the lines "sumus concedere…" and "est eadem actio…" respectively.)

Si igitur est motus & actio & passio in eo quod agitur, necesse est & sonum & auditum qui secundum actum, in eo quod est s̄m

potentiam

A potentiam esse:actiui enim & motiui actus in patiente fit. vnde non necesse est, mouens moueri. sonatiui quidem igitur actus, sonus, aut sonatio est. auditiui autem auditus aut auditio. dupliciter enim auditus, & dupliciter sonus.

SOPH. *Si igitur motus & actio & paßio in eo quod mouetur est, necesse est & sonũ & auditum qui actu est, in eo esse qui est potentia: actiui.n. & motiui operatiô in patiente fit. quamobrẽ necesse non est ut id quod mouet, moueatur. actus igitur sonatiui sonus est aut sonatio: auditiui, auditus aut auditio: duplex enim est auditus, ac duplex sonus.*

Et, si actio, & motus sint in passiuo, necesse est vt sonus, & auditus, qui sunt in actu sint in eo, quod est in potentia. actio enim agẽtis, & mouentis sunt in patiente. ideo non est necesse vt moueatur quod mouet. Et actio sonantis aut est sonus, aut sonare. & actio audiẽtis aut est auditus, aut est audire. auditus enim est duobus modis, & sonus est duobus modis. B

139 Cùm posuit ꝙ actio sentientis & sensibilis est eadem, licet differant in esse, incœpit declarare hoc ex rebus vniuersalibus prædictis, & d. Et, si actio, & motus, &c. idest, & si necesse est vt omnis actio: quę prouenit ab agente, & omnis motus, qui prouenit à mouente non inueniantur nisi in re patiente, & mota: sensus autem patiuntur à sensibilibus, & sensibilia agunt in eos: necesse est ut actio sensibilis sit in ipso sentiente, quod est in potentia * sensibile. sonus itaq;, & auditus, qui sunt in actu, sunt in eo, quod est in potentia sonans, s. percussum: & quod est in potentia audiẽs, s. sensus audiẽs. D. d.: ideo non est necesse ut moueat quod mouet. i. &, quia motus est in patiẽte, & nõ in agente, non est necesse vt omne agens sit patiens, vt declaratum est in sermonibus vniuersalibus. & induxit omne hoc ad declarandũ ꝙ sensus mouent uirtutes, sicut sensibilia, quæ sunt extra animam, mouent sensus. D. d. & sonus est duobus modis, &c. i. & fuit necesse ꝙ ita esset de sono, sicut de auditu, s. ꝙ eodẽ modo mouent, & ꝙ actio sit in recipiente, non in agente, propter hoc, ꝙ utrunq; inuenitur duobus modis, modo in potentia, & modo in actu: C

*a. l. sentiens.

Eadem autem ratio in aliis sensibus & sensibilibus est. sicut enim actio & passio in patiente, sed non in agente: sic sensibilis actus & sensitiui in sensitiuo est. Sed in quibusdam quidem & nominatum est: ut auditio & sonatio: in quibusdam autem non nominatum est alterum. visio enim dicitur uisus actus: quæ uero est coloris innominatum est. & gustatiui gustus est: humoris autẽ non nominatum est.

SOPH. *Eadem est in cæteris sensibus ac sensibilibus ratio: ut enim actio & paßio in patiente ẽ, nõ in agẽte: sic & rei sensibilis actio in sensitiuo. uerum in nonnullis nomina quoq; sunt indita, ut sonatio & auditio: in non*

nullis, alterum caret nomine: uisio namq; dicitur uisus actio, coloris uero caret nomine: sic gustatiui gustatio, saporis uero uacat nomine. D

Et iste idē sermo est de aliis sensibus, & aliis sensibilibus. Quē admodum enim actio & passio sunt in patiente non in agente, ita actio sensuum & sensibilium sunt in sentiente. Sed in quibusdam habent nomina, vt sonare, & audire. in quibusdam autem alterū non habet nomen. actio enim uisus dicitur visio, actio autem coloris non habet nomen in lingua Græca.

140 Et iste idem sermo, quem diximus in sono, & auditu, s. ꝙ actio eorum est in patiente, est de alijs sensibilibus. D. iterauit propositionem, à qua incœpit hanc declarationem, & dixit. Quemadmodum.n. actio, & passio, &c.i. & causa in hoc est. qm̄, sicut passio, & actio sunt in patiente non in agente, ita actio sensuum & sensibilium sunt in primo sentiente: cū sensibilia sint uirtutes agentes, sensus autem agentes & patientes: primū autē sentiens est patiens tantū. Et, quia hoc latet, s. sensibilia esse virtutes agentes, E & sensus esse patientes propter nominationem: plura.n. sensibilia carent nominibus, sm̄ ꝙ sunt agentia: & nomina pluriū eorū passiua sunt in figura nominum virtutum agentium, dixit. Sed in quibusdam habent nomina, &c.i. sed in quibusdā sensibus ponebantur nomina actioni ipsius sensibilis, & passioni vtriusq; sentientis, v.g. sonare, & audire. sonare enim est actio soni: audire autem est passio auditum sentientis. & in quibusdam alterum eorum caret nomine, v.g. in visu. passio enim visus habet nomen, & est videre: licet sit in figura nominis agentis. actio enim sui sensibilis, quod est color, caret nomine in Græca lingua. Et dico ꝙ in Arabica actiones habituū sensuū prouenientiū in eis à sensibilibus in primas virtutes sentientes, non uidentur habere noīa in aliquo idiomate, cū hoc nō sciatur à vulgo. non.n. cōprehenduntur à sensu: nec in primo aspectu.

Quoniam autem vnus est quidem actus sensibilis & sensitiui. esse autem alterum est, necesse est simul corrumpi & saluari sic F dictum auditum, & sonum: & humorē igitur & gustum, & alia similiter. dicta autē secundum potentiam, non necesse est.

SOPH. *Sed cum unus actus sit rei sensibilis ac sensitiuæ, esse autem diuersum, necesse est auditū qui hoc modo dicitur, & sonum, simul corrumpi seruariq;. sic demum & saporem et gustatum, atq; itidem cætera. at uero quæ dicuntur potentia, haud est necesse.*

Et, quia actio sensibilis & sentientis est eadē, sed differūt in esse, necesse est vt insimul corrūpantur, & insimul saluentur, auditus, qui dicitur secundū hunc modū, & sonus, & similiter sapor & gustus, & alia. In eis autē, quæ dicuntur in potentia non est necesse.

141 Et, quia actio sensibilis eadem est cum actione sentientis, scilicet quód habitus, qui ab eo prouenit in sentiente, est idem cum habitu, quo sensibi-

le

A le agit in vtroq; ſentiente* in eſſentia & forma, licet differant in ſubiecto, neceſſe eſt vt corruptio duorum habituum ſit inſimul, & ſaluatio inſimul, ſcilicet habitus, per quem ſenſibile eſt mouens in actu, poſtquam fuit in potentia, & habitus per quem ſentiens eſt ſentiens in actu, poſtquã fuit in potentia. Deinde d. auditus, qui dicitur ſecundum hunc modum, & ſonus, &c. i. & hoc ſequitur in ſono, qui dicitur ſecundum hunc modũ, & ẽ ſonus in actu. & ſimiliter contingit in ſapore, qui eſt in actu, & in guſtu, qui eſt in actu, & in omnibus ſenſibus. Inſenſibili autem, quod eſt in potentia, & in ſentiente, qui eſt in potentia, non ſequitur, ſcilicet quòd, cùm alterum eorum corrumpitur, ꝙ reliquum corrũpatur: aut, quando unum fuerit, ut ſit reliquum.

*a Co. legit i ſubiecto, licet differãt in eẽntia, & forma.

Sed priores philoſophi hoc nõ bene dicebãt. nihil opinãtes, neque albũ, neque nigrũ, ſine uiſu eſſe: neque humorẽ ſine guſtu. ſic quidẽ. n. dicebant recte: ſic autẽ non recte. Dupliciter enim dicto ſenſu & ſenſibili: his quidem ſecundũ potentiã, illis vero ſecundũ

B actũ: de his quidem accidit quod dictum eſt. ſed in alteris nõ accidit. ſed illi ſimpliciter dicebant, de dictis non ſimpliciter.

Sed priſci naturales authores non recte hoc aſſerebant, quippe cum

P H. *nullum prorſus nec album nec nigrum ſine uiſu, nec ſaporem ſine guſtatu eſſe putarent. partim enim recte, partim non recte loquebantur. nam cum ſenſus & ſenſibile bifariam dicatur, tum potentia, tum actu: in his quidem fit quod diximus: in illis uero aliis non itẽ: At illi ſimpliciter loquebantur de iis quæ non ſimpliciter dicuntur.*

Sed Antiqui Naturales nõ bene dixerũt in hoc, cũ exiſtimauerũt ꝙ nihil eſt albũ, aut nigrũ abſque viſu, neq; ſapor abſq; guſtu Hoc. n. eſt uerum vno modo, & alio modo non uerum. qm̃, quia

C ſenſus, & ſenſibile dicuntur duobus modis, in potentia, & in actu, illud, quod fuit dictum ſequitur in iſtis, in illis autem non. Sed illi dixerunt ſimpliciter ꝙ non dicitur ſimpliciter.

142 Sed Antiqui naturales non recte dixerunt in hac intentione. Dicebãt . n. ꝙ nullus eſt color ſine viſu, neque ſapor ſine guſtu. & hoc dixerunt abſolute, i. quia opinati fuerunt ꝙ ſenſibile, & ſentiens ſunt relatiua ſimpliciter: &, cùm alterum fuerit, reliquum erit: &, cùm alterum corrũpitur, reliquum corrumpetur. D. d. Hoc. n. eſt verũ vno modo, &c. i. & hoc, quod Antiqui dixerunt, eſt vno modo verum, & alio modo non uerum. ſed ſermo Antiquorũ ſequitur in eis, quæ ſunt in actu: ſenſus autẽ, & ſenſibile quandoq; dicuntur in potentia, & quandoq; in actu. in eis autem, quæ ſunt in potentia, non ſequitur, ſ. vt eſſe eorum, & corruptio ſit ſemper inſimul. Sed error Antiquorũ fuit in hoc, ꝙ locuti fuerunt abſolute in eo, quod indiget determinatione.

Si autẽ ſymphonia vox quædã eſt: uox autẽ & auditus eſt ſicut vnus: & eſt ſicut nõ vnũ, aut idem. Proportio autẽ eſt ſimphonia,

necesse est & auditum rationē quandā esse: Et propter id corrumpit vnūquodq; excellēs graue & acutū, auditū: & in humoribus gustum: & in coloribus visum fortiter frigidum & opacum. & in olfactu fortis odor, & dulcis, & amarus: tanquā ratio quædam sit sensus: Vnde & delectabilia quidē sunt dū ducūtur syncera & mista entia ad rationem: ut acutum, aut dulce, aut salitum. delectabilia enim tunc. omnino autē quod mistū est, symphonia magis, quā acutū & graue. tactus autē calefactibile est & frigorabile: sed sensus ratio est. excellētia autē contristant, aut corrumpunt.

SOPH. *Si igitur concentus uox quædam est: uox autem & auditus, partim unum, partim non unum aut non idem sunt: concentusq; est ratio, necesse est & auditum rationem esse quandam: & proinde unumquodq; modum excedens, tum graue, tum acutum, corrumpit auditum: itemq; in saporibus gustatum, & in coloribus uisum quod ualde splendidum, quodq; tenebrosum est: & in odoratu uehemens odor, tam dulcis quam amarus: ut potē cum sensus ratio quædam sit. ideoq; iucunda sunt, cum syncera et non mista rediguntur ad rationem: ut acutum, aut dulce, aut salsum: tunc enim iucunda sunt. deniq; mixtum magis est concentus, quàm acutū & graue: tactui autē, calidū, aut frigidum: sensus autē est ratio. cū autē modū excedunt, aut corrūpunt, aut molestia afficiunt.*

a. l. qđ calescere & frigescere potest

Si igitur consonantia est sonus, & sonus, & auditus sunt quasi idē, & consonantia est proportio, necesse est etiā vt, auditus sit aliqua proportio. Et ideo corrūpitur quodlibet, quādo auditus fuerit intensus, s. aut acutus, aut grauis. & similiter in saporibus corrūpitur gustus. & in coloribus corrūpitur visus à luce intensa, & obscuritate. & olfactus ab odore forti, & dulci, & amaro: quia sensus est aliqua proportio. Et propter hoc acetosum, & dulce, & salsum, quādo fuerint posita cum simili, essendo pura, nō admixta, tunc erunt delectabilia. Et vniuersaliter admixta sunt magis digna vt sint consonantia, quā acutū, & graue. Et in tactu possibile est vt calefiat & infrigidetur. & sensus est similis proportio. &, cùm fuerint intensa, nocebunt, & corrumpent.

143 Dū posuit q sēsus, q. ē in actu, ē quoquo mō relatiuus, incēpit declararē hoc, & dare ex eo causas plurimū accidentiū in sensu, & dixit. Si igitur cōsonātia ē sonus, &c. i. si igit neumata, vel nete cōsonātia in auditu, i. admixta mixtione delectabili fuerit son⁹: & son⁹ in actu ē auditus in actu: & cōsonātia, q̄ est in neumatibus vel nete, nō est nisi proportio tēperata inter extrema, s. inter sonū graue & acutū, q. dicunt in respectu auditus, necesse est vt illud tēperamētū existēs inter ea; & ē cōsonātia, sit ipse auditus. cùm esse

A esse auditus in actu non est nisi in hac proportione, quæ est in temperantia. Et quia temperans & temperatum sunt relatiua, & esse auditus in actu naturale est in sono temperato, contingit quod auditus & audibile erũt in capitulo relationis. Et dixit quòd, necesse est vt auditus sit aliqua proportio, & non d. proportio simpliciter. quia existimatur quod ista proportio quamuis sit in capitulo relationis, tamẽ est proportio agens: & proportiones in eo quod sunt proportiones non sunt agentes, sed in eo quod qualitates. sensus igitur numerantur in relatione vno modo, & in qualitate alio modo. & sic intelligitur. D. d. Et ideo corrumpitur quodlibet, &c. i. & propter hoc; quod diximus, accidit vt quilibet sensuũ corrumpatur, quñ ista proportio transmutabitur intense in exeundo ad alterum extremorum. v. g.* corruptio auditus apud sonum intensum in acuitate & grauitate & corruptio gustus apud saporem intensum, & corruptio visus apud lucem intensam, & obscuritatem intensam, & corruptio olfactus apud odores intensos. Et causa in hoc est quod esse sensus naturalis est in proportione tẽperata. &, cũ illa proportio fuerit corrupta, corrũpetur sensus, cũ ista proportio sit forma sensus quẽadmodũ sanitas est in proportione terminata inter quatuor qualitates. &, cũ illa proportio corrupta fuerit, corrũpetur sanitas: cũ forma sanitatis sit in hac proportione temperata. D. d. Et propter hoc acetosum, &c. i. &, quia sensus est alia intentio & alia proportio, ideo acetosum & dulce, & salsum adiuncta ad suum simile, non admixta cum aliquo, erunt delectabilia, quoniam, cùm occurrent similibus, essendo pura, erũt delectabilia: tũc. n. erunt magis abstracta à materia. D d. Et vniuersaliter admixta sunt, &c. idest & vniuersaliter admixta ex contrarijs quæ sunt in vnoquoq; sensuũ, sunt magis digna, vt sint proportio ipsis contrariis. v. g. sonus, qui est ĩter acutũ & graue, magis dignus est, vt sit proportio, quàm acutus, & grauis. & similiter est de tactu cum calido & frigido, & humido & sicco: licet corpus tangens possit calefieri, & infrigidari e cõtrario alijs sensibus: & vt iam prædiximus temperamentum magis est dignum vt sit proportio, quam extrema.

Proportiones, in eo quod proportiones, nõ sũt agẽtes, sed ĩ eo quod qualitates

* Idẽ. 3. de Anima. t. cõ. 7.

sẽsus nũerantur in relatione vno modo, & in qualitate alio modo. ex hoc patet potẽtias aĩae distingui realiter ab anima.

B

C

Vnusquisque quidem igitur sensus subiecti sensibilis est: qui est in sensitiuo inquantum sensitiuum: & discernit subiecti sensibilis differentias: vt album quidẽ & nigrum, visus: dulce vero & amarum, gustus: Similiter autem se haber hoc & in alijs.

SOPH. *Sensus igitur quisque subiecti sensibilis est. atque ẽ in sensorio quatenus sensorium: discernitque subiecti sensibilis differentias: vt album, & nigrũ, uisus: dulce & amarum, gustus: Pari modo res habet in cæteris.*

Et vnusquisque sensuum est rei sensibilis subiectæ illi: & est existens in suo sentiente, secundum quod est sentiens, & iudicat differentias sensibilis sibi subiecti. v. g. visus album & nigrum: & gustus dulce & amarum, & sic de alijs.

Cùm

144 Cùm incœpit perſcrutari de virtute, qua ſentimus nos ſentire, vtrum ſit eadem cum virtute propria vnicuiq; ſenſui, an alia, dedit in primo ſermonem, ex quo ſequitur eam eſſe vnam, & poſt, alium, ex quo conſequitur eam eſſe plures: deinde ſermonem concludentem eam eſſe vnam, & diſſolutionem, ex qua exiuit ad declarandum ꝙ ſenſus, & ſenſibile ſunt vnum in actu, non diuerſa: propter quod contingeret vt illud, quod iudicaret ſuper ipſum ſenſum, eſſet aliud ab eo, quod iudicaret ſuper ipſum ſenſibile. Et, cùm hoc fecit, reuerſus eſt poſtea ad illam eandem perſcrutationem, & d. Et vnuſquiſque ſenſuum, &c. ideſt manifeſtum eſt per ſe quòd vnuſquiſque ſenſuum iudicat ſuum ſubiectum propriũ, quod eſt ei, ſecundum ꝙ eſt illud ſentiens: & iudicat cum hoc differentias proprias, quæ ſunt in illo ſubiecto proprio. v. g. quia viſus iudicat colorem, qui eſt proprium ſubiectum ei, quod eſt ſm ꝙ eſt viſus, & iudicat differentias contrarias exiſtentes in eo. v. g. album & nigrum & media. & ſimiliter auditus iudicat ſonum, qui eſt ſuum ſubiectum, & graue & leue & media, quæ ſunt differentiæ ſoni. D E

Quoniam autem & albũ & dulce, & vnunquodq; ſenſibilium ad unũquodq; diſcernimus quodam, & ſentimus quia differunt, neceſſe eſt igitur ſenſu, ſenſibilia enim ſunt.

SOPH. *Sed quia & album, & dulce, & unumquodque ſenſibilium cum unoquoque comparatum iudicamus aliquo, & differre ſentimus, neceſſe ſanè eſt, ſenſu: ſunt enim ſenſibilia.*

Et, quia iudicamus etiam album, & dulce, & vnumquodque ſenſibilium, comparando ea adinuicem, per quid igitur ſentimus eſſe diuerſa? neceſſe eſt quidem vt illud ſit per ſenſum. ſunt enim etiam ſenſibilia.

145 Et, cùm ſenſus comprehendit differentias contrarias, quæ ſunt in ſubiectis proprijs vnicuiq; ſenſui, per quã igitur virtutẽ iudicamus iſtas eſſe diuerſas, cùm fecerimus comparationem inter eas adinuicem? Apparet quidem ꝙ conſequitur ex hoc ſermone illud, quod à principio dictum eſt, & eſt ꝙ virtus, * qua viſus iudicat album eſſe aliud à nigro, eſt alia à virtute viſus. quemadmodum virtus, quæ iudicat ipſum videre, videtur alia à virtute viſibili. differentia enim inter ſenſibilia eſt ſenſibilis. F

*a. l. quæ iudicat album eſſe aliud a dulci.

Dria inter ſenſibilia ẽ ſẽſibilis.

Quare & manifeſtum quoniam caro non eſt ultimũ ſenſitiuũ: neceſſe enim eſſet tangens ipſum diſcernens diſcernere. Neque utique ſeparatis contingit diſcernere ꝙ alterum ſit dulce ab albo. ſed oportet uno quodam utraq; manifeſta eſſe; ſic enim & ſi hoc quidem ego, illud uero tu ſentis, manifeſtum utique erit quoniam altera ad inuicem ſunt. Oportet autem vnum dicere quoniam alterum. alterum enim dulce ab albo: dicit ergo idem: quare ſicut dicit: ita & intelligit & ſentit, Quod quidem igitur non poſsibile ſeparatis

A paratis iudicare separata palam. ꝙ autem neq; in separato tempore, hinc: sicut enim idem dicit ꝙ alterum bonum & malum. & sic quando alterum dicit, quoniam alterum, tunc & alterum, non secundum accidens ipsum quando. Dico autẽ puta, nunc dico quoniam alterum, non tamen quoniam nunc alterum. sed sic dicit & nunc, & quoniam nunc: simul ergo. Quare inseparabile & in inseparabili tempore.

9 H. *Ex quo perspicuum est, carnem non esse ultimum sensorium: necesse enim esset id quod iudicat, tangendo ipsum iudicare. Haud ergo fieri potest, ut separatis iudicet diuersum esse dulce ab albo: sed unicuipiam ambo cognita esse oportet. alioquin & si ego hoc, tu illud sentias, cognitum esset ea diuersa inter se esse. Oportet igitur, ut unum dicat diuersa esse: diuersum namq; est dulce ab albo: dicit ergo idem: quamobrem ut dicit, sic etiã intelligit & sentit. Fieri igitur non posse,* B *ut separatis separata iudicentur, perspicuum est: neq; etiam fieri posse in separato tempore, hinc patebit. ut enim idem dicit diuersum esse bonum & malum, sic & cum alterum dicit diuersum esse, & alterum, non per accidens illud quando: uerbi causa nunc dico aliud esse, nõ tamẽ aliud esse nunc: sed ita dicit & nunc, & quod nũc: ergo simul. Quare inseparabile, & in tempore inseparabili.*

Dicamus igitur ꝙ manifestum est quòd caro non est vltimum sentiens. contingeret. n. cùm tangeret quòd iudicaret. Sed impossibile est vt iudicans iudicet dulce esse aliud ab albo per duo diuersa, sed necesse est vt ambo sint eiusdem per duo instrumenta. &, nisi hoc esset, esset possibile quando ego sentirẽ hoc, & tu illud, quòd C ego intelligerem ea esse diuersa. sed necesse est vt, vnus dicat hoc esse aliud ab hoc, & dulce aliud ab albo. dicens igitur est idẽ. quapropter necesse est, sicut dicimus, sic agamus, & sentiamus. Quoniam autem impossibile est iudicare diuersa, & per diuersa, manifestum est. Quoniam vero hoc non fit in tempore diuerso, ex hoc declarabitur. Quemadmodum idem dicit bonum esse aliud à malo, sic cùm dixerit in aliquo esse aliud. in illo enim instanti dicit in alio etiam, & non accidentaliter, s. cùm dico nunc esse aliud, non quia instans est aliud. sed dico sic instans, & quod est instãs. à quo igitur erit, non erit diuisibile, & in tempore indiuisibili.

146 Dicamus igitur quòd manifestum est hoc, quod dico, quòd vltimum sentiens in tactu non est in carne, neq; in visu in oculo. q̃m, si vltimũ sentiens esset in oculo, aut in lingua in gustu, tunc necesse esset, cum iudicaremus dulce esse aliud ab albo, iudicaret per duo diuersa. illud. n. quod comprehendit

comprehendit dulce ſecundum hanc poſitionem, aliud eſt ab eo, quod D comprehendit colorem omnino. illud enim eſt in oculo, & hoc in carne, aut ſibi ſimili. ſed caro in tactu non eſt ſicut oculus in viſu. Deinde declarauit hoc impoſsibile eſſe, & dixit ſed neceſſe eſt vt ambo ſint eiuſdem, &c. ideſt ſed neceſſe eſt vt ſint comprehenſa ab eodẽ, & per duo inſtrumenta. &, niſi hoc eſſet, manifeſtũ eſt ꝙ non poterit iudicare hoc eſſe aliud ab hoc. Si enim eſſet poſsibile iudicare hæc duo eſſe diuerſa per duas virtutes diuerſas, quarum vtraq; ſingulariter comprehendit alterũ duorum illorum, tunc neceſſe eſſet, qñ ego ſentirem hoc eſſe dulce; & tu illud eſſe album, & ego non ſenſi quod tu ſenſiſti, neque tu quod ego, vt ego comprehenderẽ meum ſenſibile aliud à tuo, licet non ſentiam tuũ, & vt tu comprehenderes tuum aliud à meo: & hoc eſt manifeſte impoſsibile. Deinde dicit, ſed neceſſe eſt vt vnus dicat hoc eſſe aliud ab hoc, & quod dulce eſt aliud ab albo, &c. ideſt ſed quemadmodum neceſſe eſt vt idem homo dicat hoc eſſe aliud ab hoc, ſic neceſſe eſt vt virtus, quæ iudicat dulce eſſe aliud ab albo, ſit eadem virtus. ita enim eſt in hoc de indiuiduis, ſicut de membris ſenſus, cùm ſint etiam plura in numero. Et hoc E intendebat, cùm dicit. quapropter neceſſe eſt, ſicut dicimus, ſic agamus, & ſentiamus. ideſt quapropter neceſſe eſt vt, ſicut ille, qui dicit hoc eſſe aliud ab hoc, eſt idẽ homo, ſic illud, quod ſentit & intelligit hoc eſſe aliud ab hoc, ſit eadem virtus. Deinde d. Quoniã aũt impoſſibile eſt, &c. id eſt, manifeſtum eſt igitur ex hoc ſermone ꝙ non iudicamus diuerſa eſſe ſenſibilia per diuerſas virtutes. Qm̃ aũt iſta comprehenſio cũ hoc, quod eſt vnius virtutis, debet eſſe ẽt in eodem inſtanti, manifeſtum eſt, quoniam, quemadmodum vnus homo dicit bonum eſſe aliud à malo, ſic, cũ dixerit in altero duorum eſſe aliud in aliquo inſtanti, manifeſtum eſt ꝙ in inſtanti, in quo dicimus ꝙ alterum eorũ eſt aliud, in illo eodẽ dicit in altero eſſe aliud, cùm alietas ſit aliqua relatio, & relatiua inſimul exiſtunt in actu. Deinde d. & non accidentaliter, &c. ideſt & non intelligo per inſtans hoc inſtans, quod dicitur accidentaliter in eo, quod illud eſt indiuiſibile: ſicut inſtans, in quo dicimus ratione * intrinſeca eſſe aliud F inſtans, cùm fuerit comprehenſum ratione intrinſeca eſſe aliud inſtans enim, in quo dicitur ipſum eſſe aliud, eſt aliud ab inſtanti, in quo cõprehenditur ipſum eſſe aliud. Et hoc intendebat, cùm dixit nõ quia inſtãs eſt aliud. ideſt non quia inſtans, de quo dixi eſſe aliud, eſt inſtans, in quo comprehenditur ipſum eſſe aliud. ſed diximus hoc inſtans eſt aliud, & quod nunc eſt aliud: & illud inſtans eſt aliud ab inſtanti comprehenſionis. D. d. à quo igitur erit. i. à quo igitur erit hoc iudicium? dico erit à virtute indiuiſibili & vna, & in tempore indiuiſibili & vno.

Alietas eſt aliqua relatio.

* a.l. extrinſeca eẽ idẽ inſtans.

At uero impoſsibile eſt ſimul ſecundum contrarios motus moueri idem, ut indiuiſibile & in indiuiſibili tempore: ſi enim dulce ſic mouet ſenſum aut intellectum: amarum autem contrariẽ, & album aliter: ergo ſimul quidem & numero indiuiſibile & ſeparabile, quod

A le, quod iudicat: secundum esse autem separatum: Est igitur quodammodo quod diuisibile diuisa sentit: est autem quod indiuisibile. secundum esse quidem enim diuisibile: loco autem & numero indiuisibile.

PH. *Verum enimuero fieri non potest ut idem simul motibus moueatur contrarijs, quatenus indiuisibile est, & in indiuisibili tempore. si.n. dulce sic mouet sensum & intellectum, amarum autem contrario modo, & album diuerso, num igitur simul quidem & numero indiuisibile & inseparabile est quod iudicat, ipso esse autem separatum? quodammodo igitur ut diuisibile diuisa sentit: quodammodo ut indiuisibile: ipso enim esse diuisibile est: loco autem & numero indiuisibile.*

Sed impossibile est vt idem moueatur motibus contrarijs insimul secundum quod est indiuisibile in tempore indiuisibili. hoc.n. si B fuerit dulce mouebit sensum, aut intellectũ aliquo modo motus, amarum autem contrario, album vero alio modo. Vtrum igitur est possibile vt iudicans ea insimul est numero iudiuisibile, & in esse diuisibile? ita quod alio modo à modo diuisionis sentit diuisibilia & alio modo, s. indiuisibile. est enim secundum esse diuisibile, sed secundum locum & numerum est indiuisibile.

Cùm declarauit quod vltimum sentiẽs in omnibus sensibus debet esse ea-
147 dem virtus, incœpit quærere modum secundum quem potest esse eadẽ virtus, & iudicare omnia contraria in eodẽ tẽpore, & d. Sed impossibile est vt idẽ moueatur, &c. i. sed impossibile est ponere vt idem recipiat contraria in eodem instanti, secundum quod est idem & indiuisibile. D. d. hoc enim si fuerit dulce, &c. v. g. quod, si fuerit hoc dulce, mouebit sentiens primum aliquo genere motus: &, cùm fuerit amarum, mouebit ipsum econtrario: & similiter de C albo & nigro. Cùm igitur sensus iudicauerit hoc esse aliud ab hoc: hoc enim dulce & illud amarum essendo, eadem virtus & indiuisibilis tunc patietur à contrarijs insimul, secundum quod est vnum & indiuisibile. quod est impossibile. D. d. Vtrum igitur est possibile vt iudicans, &c. i. an igitur possibile est vt ista virtus iudicans contraria simul sit eadem subiecto & indiuisibilis, sed per intentiones, quas recipit est diuisibilis? ita quod per hoc dissoluetur quæstio sic. quoniam ista virtus, inquantum est diuisibilis, comprehẽdit res numeratas diuisibiles: & inquantum est eadẽ, iudicat ea vnico iudicio. D. d. est enim secundum esse diuisibile, sed secundum locum & numerum indiuisibile. i. forte iudicans diuersa & contraria est secundum essentiam & formam diuisibile, sed secundum subiectum, hoc est secundum materiam, est indiuisibile. vt dicimus de pomo quod est indiuisibile subiecto, & diuisibile secundum essentiam diuersam in eo, secundum quod habet colorem, & odorem, & saporem.

Indicãs diuersa & contraria ẽ secundum essentiã & formã diuisibile, sed secũdũ subiectum & materiã ẽ idiuisibile ex quo patet, idẽ secundum subm posse eẽ plura definitiõe. confirmatur 5. Ph. 47. Idẽ. 1. Ph. 15. &. 6. Ph. 24. & 4. Ph. 106. de puncto, & instãti. Idẽ hic in cõ. sequ.

Aut non possibile: potentia quidem enim idem & indiuisibile & cõtraria, & secundum esse autem, non, sed in operari diuisibile.

& impose

& impoſsibile eſt albũ & nigrum eſſe ſimul. quare neque ſpecies pati ipſorum, ſi huiuſmodi eſt ſenſus & intelligentia. D

SOPH. *An fieri non poteſt: potentia enim idem diuiſibile, & indiuiſibile, & contraria eſt: ipſo autem eſſe nequaquam: ſed patiendo diuiſibile eſt: nec poteſt ſimul album & nigrum eſſe: quare nec eorum ſpeties pati, ſi talis eſt ſenſus & intellectus.*

Dicamus igitur quòd hoc eſt impoſsibile. Eſt enim idem indiuiſibile duo contraria potentia, eſſe autem non, ſed eſt actu diuiſibile. & impoſsibile eſt ut inſimul ſit album & nigrũ. quapropter neceſſe eſt vt neq; formas eorum recipiat, ſi ſentire, & intelligere ſint talia.

148 Cùm poſuit illum modum ad diſſoluẽdum prædictam quæſtionem, reuerſus eſt modo ad narrandum ꝙ non ſufficit in diſſolutione, & d. Dicamus igitur ꝙ hoc eſt impoſſibile, &c. i. dicamus igitur ꝙ hoc eſt impoſſibile, ſ. vt iſta virtus ſit vnica in ſubiecto, & plures ſm eſſentias, & formas. E Non. n. eſt poſſibile vt idem ſit indiuiſibile ſubiecto, & recipiens cõtraria inſimul, niſi in potentia, non in actu & eſſe v. g. ꝙ idem corpus poſſibile eſt dici eſſe calidum & frigidum inſimul potentia, actu autẽ non, niſi ſm ꝙ eſt diuiſibile, ſ. quia quædam pars eius eſt calida, & quædam frigida. Et hoc intendebat, cùm d. ſed eſt actu diuiſibile, &c. Et, cùm declarauit hoc, d. quapropter neceſſe eſt vt neq; formas eorum recipiat, &c. i. quapropter neceſſe eſt vt iſta virtus non recipiat formas ſenſibilium cõtrarias, ſi iſta virtus eadem ſenſitiua eſt talis, ſ. vnica in ſubiecto, & plures in eſſentia. Et d. & intelligere: quia intelligere in hac intentione ſimile eſt ad ſentire, ſ. quia in vtroq; eſt virtus recipiens, & iudicans contraria inſimul, vt declarabimus in virtute rationali. Et intendit per omnia hæc declarare ꝙ hęc virtus non eſt eadem ſm ꝙ eſt in potentia, ſicut eſt prima materia, ſed eſt vnica in intellectu & in eſſe in actu, & multa ſecuudum inſtrumẽta, vt poſt declarabimus. F

[Margin note: Nõ ẽ poſſe ut idẽ ſit diuiſibile ſubiẽ, & recipiẽs cõtraria inſimul. niſi ĩ potentia, nõ ĩ actu. ꝓ hoc vi. 10. Meta. 13.]

Sed ſicut quod uocãt quidam punctum, aut unum, aut duo, ſic & indiuiſibile, ſic autem & diuiſibile. Secundũ ꝙ quidem igitur indiuiſibile, unum diſcernens eſt & ſimul: ſecundum uero ꝙ diuiſibile, bis utitur eodem ſigno ſimul. Inquantum quidẽ igitur pro duobus utitur termino, duo iudicat & ſeparata ſunt ut in ſeparato: inquantum vero vnum, vno & ſimul. De principio quidem igitur ſecundum quod dicimus ſenſitiuum eſſe animal, ſic determinatum hoc modo.

SOPH. *Sed ut id quod punctum nonnulli uocant, qua unum & qua duo, eatenus etiam diuiſibile eſt. ergo quatenus indiuiſibile eſt, unum eſt id quod iudicat, ac ſimul. quatenus uero diuiſibile, non unum: bis. n. eodem utitur ſigno ſimul. quatenus igitur duobus utitur termino, duo iudicat*

& ſepa-

A *& separata, cùm ipsum quodammodo sit separatum. quatenus uero unum, uno & simul. Ac de principio quidem quo dicimus animal esse sensitiuum, sic expositum sit.*

Sed illud, quod dicitur à quibusdam punctus vnius, secundum ꝙ est duo est diuisibile. Secundum igitur ꝙ est indiuisibile iudicans, est vnum: & secundum ꝙ est diuisibile utitur eodem puncto bis, Secundum igitur ꝙ vtitur extremo pro extremis duobus, iudicat duo, quę sunt diuersa. hoc igitur erit per diuisibile, & secundum ꝙ est vnũ per vnum. Hoc modo igitur determinemus principium, quo dicimus animal esse sentiens.

149 Cùm narrauit quòd imposibile est vt hæc potẽtia sit vna in subiecto, & multa in virtutibus, incœpit dare modum, secundum quem est vna, & modum secundum quem est multa. &, quia hoc difficile est ad dicẽdum, & est magis leue ad declarandum per exemplum, induxit sermonem in B via exempli, & d. Sed illud, quod dicitur, &c. idest sed ista virtus est vna & multa, vt punctus, qui est centrum circuli, quãdo ab eo fuerint ductæ multæ lineæ à centro ad circunferentiam. & hoc intendebat, cùm d. punctus vnius, hoc est punctus, qui continetur ab vna linea. D. d. fm ꝙ est duo est diuisibile. i. fm igitur ꝙ ista virtus est duo, & plures per sens⁹, qui copulant̃ cum ea: quemadmodum punctus est duo, & plures per extrema linearũ exeuntium ab ea, est diuisibile ad patiendum à sensibilibus diuersis D. d. Secundum igitur ꝙ est indiuisibile iudicans, est vnum, &c. i. & secundum ꝙ ista virtus est aliquod indiuisibile, scilicet secundum ꝙ est finis motuũ sensuum à sensibilibus, quemadmodũ punctus est indiuisibile aliquod, secundum ꝙ est finis linearum exeuntium ad ipsum à circumferentia, potest iudicare diuersa, quæ copulantur cum ea à sensibilibus. Et, cũ declarauit modum, secundum quem potest intelligi ꝙ ista virtus est indiuisibilis, & C modum, secundum quem potest intelligi ꝙ est diuisibilis, incœpit distinguere opus eius, fm ꝙ est diuisibilis, & eius opus, secundum ꝙ est indiuisibilis, & d. Secundum igitur ꝙ est diuisibile, vtitur, &c. idest, secundum igitur ꝙ ista virtus est diuisibilis per sensus, operatur per istud vnum, quod est de ipsa quasi punctus duabus operationibus diuersis insimul. & secundum ꝙ vtitur rebus, quæ sunt de ea quasi extrema de lineis, s. sensibus, inquantum habent hanc consimilitudinem, iudicat res diuersas iudicijs diuersis: & secundum ꝙ est vna, iudicat res diuersas vnico iudicio. Et quasi opinatur ꝙ virtus primi sentientis melius est vt dicatur esse vna forma, & multa instrumentis copulatis cum ea, quę transeunt motus sensibilium, quousq; copulentur cum ea, quàm dicere ipsam esse vnam subiecto, & multa secundum formam, quæ describuntur in ea. illud. n. esse est dignius ei secundum ꝙ est iudicans, istud autem fm ꝙ est recipiẽs. sed tamen, cùm non ponimus illic eandem intẽtionem propter formam, non

Hic sumit̃ ꝙ res difficiles ad dicẽdũ melius exemplo manifestant̃ ꝑ hoc uide. 1. Ph. c. 81. & quę ibi.

Qũo punctus sit indiuisibile, uid. 6. Ph. 24. & 4. Pp. 106.

non possemus inuenire aliquid, per quod iudicet diuersa esse diuersa. iudicium. n. dignius est attribui isti potentiæ secundum q est actus, quàm secundum q est potentia, quemadmodum motio eius passiua à sensibus dignior est attribui secundum q est recipiens subiectum. est enim apud ipsum vt videtur recipiens secundum sensus, & agens secundum iudicium. recipere enim aliquid est aliud à iudicare illud. & hæc duo debent inueniri in aliquo duobus modis diuersis. Et ideo videmus q ista virtus iudicat intentiones, quas proprie recipit, & earum priuationes. Et similiter est de virtute rationabili. sed differunt in hoc, q ista virtus est intentionum materialium : illa autem est intentio non mixta cum materia, ut post declarabitur. D

Recipere aliquid aliud est a iudicare illud.

SVMMA SEPTIMA.

Ponitur differentia inter intelligere, sapere, ac ipsum sentire: inuestigaturq; ipsius Imaginationis essentia.

Non esse idem intelligere, ac sapere cum ipso sentire. Cap. I.

Voniam autem duabus differentijs diffiniunt maxime animam, motu qui secundum locum, & in eo quod est intelligere, & discernere, & sentire: videtur autem intelligere & sapere tanquam quoddam sentire esse: in vtrisque enim his anima iudicat aliquid & cognoscit eorum quę sunt. Et antiqui sapere & sentire idem esse aiunt, sicut Empedocles dixit. Ad presens enim voluntas augetur in hominibus. & in alijs. Vnde eis semper sapere altera præstat. Idem autem his vult & id quod est Homeri. Talis enim intellectus est in terrenis hominibus, qualē ducit in die pater uirorumque deorumque. E

SOPH. *Quoniam autem duabus potissimum differentiis describunt animam .s. motu loci, & intelligendo, & iudicando, ac sentiendo: videtur autē intelligere & sapere quasi sentire quoddam esse: his.n. vtrisque Anima iudicat & cognoscit aliquid eorum quæ sunt. Atque etiam prisci idem esse sapere & sentire asserunt, ut etiam Empedocles dixit.* E

Nam viget ad præsens hominum sapientia semper.

& alio loco.

Effigies rerum varias prudentia monstrat.

Hoc idem sibi vult illud Homeri.

Talis enim mens semper adest mortalibus ægris,

Quales ipse dies dat diuûm hominúmque creator.

Et, quia determinabant animam his duabus differentiis proprie, s. moueri in loco, & intelligere & iudicare & sentire, existimando q intelligere quasi est sentire corpus quoquo modo. Anima. n. in his duobus modis efficitur aliquid, & cognoscit ipsum. Et Antiqui

A tiqui dicebant ꝙ intelligere idem eſt cum ſentire, ut Empe. cum dixit. Cũ conſilium in hominibus recipit ſm pręſens. & dixit in alio loco. Propter hoc tranſmutatur intellectus in eo ſemper. Et hoc idem intendebat Home. cum dixit ꝙ ita eſt de intellectu, ſ. ꝙ intelligere corporale eſt ſicut ſentire.

150 Quia antiqui conueniunt in definiendo animam per has duas differẽtias proprie, ſ. per motum localem, & per cognitionem, & comprehenſionem, quæ videtur eſſe intelligere & ſentire. D. d. exiſtimando ꝙ intelligere, &c. ideſt & exiſtimabant ꝙ intelligere eſt genus ſenſus, qui eſt aut corpus, aut corporalis. anima. n in his duobus iudicat res, & cognoſcit eas. Et, quia Antiqui dicebant ꝙ intelligere & ſentire ſunt eiuſdem virtutis, oportet nos perſcrutari de hoc, D. d. vt Empe. &c. i. vt dixit Empe. ꝙ intellect⁹ in hominibus iudicat rem præſentem ſenſibilem. & in alio loco dixit ꝙ ſenſus eſt idem cum intellectu, & propter hoc intellectus ſemper tranſmutatur in eis, ſicut tranſmutatur ſenſus. Et intendit per tranſmutationẽ B errorem qui accidit vtrique virtuti, aut obliuionem, & alia accidẽtia, in quibus exiſtimatur habere communicationem. & hoc intendebat Homerus, cum dixit ꝙ ſenſus ſimilis eſt intellectui.

Antiq cõueniũt in definiẽdo aĩam per motũ localẽ, & cognitionẽ. Idem. 1. de Aĩa. 19.

[P]rimo de [An]ia. 25.

Omnes enim hi intelligere corporeum opinantur, ſicut ſentire: & ſentire & ſapere ſimile ſimili: ſicut ſecundum principia rationibus determinauimus, & tamẽ oportuit ſimul ipſos de deceptione dicere. magis proprium enim eſt animalibus, & plurimum tempus in hoc perficit aĩa. vnde neceſſe aut vt quidã dicunt oĩa quæ videntur eſſe uera: aut diſſimilis tactum, decepti onem eſſe. hoc. n. contrariũ ei, ꝙ ſimile ſimili cognoſcere. videtur autẽ & deceptio & ſcientia contrariorum eadem eſſe.

SOPH. *Hi nanq; omnes intelligere quẽadmodum etiam ſentire, corporeum eſſe autumant: ut initio harum diſputationum expoſuimus: atqui de de C ceptione etiam oportebat eos dicere: magis. n. propria eſt animaliũ, & plus temporis in his verſatur Anima. Quare neceſſe eſt, uel ut quidam dicunt omnia eſſe uera quæ appareant, uel rei diſſimilis tactionem eſſe deceptionem. hoc. n. contrarium eſt illi ſententiæ, ſimili cognoſcere ſimile. uidetur autem & deceptio & ſcientia contrariorũ eſſe eadem.*

Omnes igitur iſti exiſtimant ꝙ intelligere eſt corporale, ſicut ſentire. & ſentire & intelligere ſunt à ſimili ad ſimile, vt prius determinauimus. Quamuis debebant dicere cum hoc in errore etiã. hoc. n. magis proprium eſt animalibus, & mora animæ in eo eſt longo tempore. Et ideo neceſſe eſt vt ſit, ſicut quidam dicunt, ꝙ omnia, quæ tranſeunt per mentem, ſunt vera, aut error ſit tangere diſſimile. hoc. n. eſt contrarium. & ſimile cognoſcitur per ſuum ſimile. & exiſtimatur ꝙ error in contrariis ſit idem.

151 Cùm declarauit q̀ oportet post sermonem de virtute sensus perscrutari de differentia inter hanc virtutem, & virtutem intellectus dixit q̀, existimatum, est intellectum esse corporalem, sicut est sensus: & est, q̀a multi Antiquorum credebant q̀ sentire, & intelligere idem sunt. Deinde narrat naturam ducentem eos ad hoc dicere, & declarat quantum deficit eis in hoc, & d. Omnes igitur isti existimant, &c. i. isti igitur homines existimabant q̀ intelligere & sentire vtrunq; corpus est: quia credebant q̀ sentire & intelligere fiunt per simile. &, quia hæ duę virtutes comprehendũt corpus, necesse est vt sint corporeæ, vt prius determinauimus de hoc in opinione Antiquorum. D. d. Quamuis debebant dicere, &c. idest, quamuis oportet eos dicere causam erroris ex hoc modo. error enim magis inuenitur in animalibus. & anima in maiori tempore inuenitur ignorans, & errans, q̃ sciens. D. d. Et ideo necesse est, &c. idest & propter hoc, q̀ dant causam in cognitione, contingit eis aut concedere hoc, quod dicũt sophistæ, q̀ omnia transeuntia per mentem, & omnia imaginata sunt vera: aut dicere q̀ verum est animam tangere simile cùm est corpus, & error tangere dissimile. dissimile. n. est contrariũ simili, & error est contrariũ uerõ. Et hoc, quod dixit, manifestum est, s. q̀ si anima comprehendit res per res existentes in ea, sicut dicunt, contingit eis, si dixerunt eam similem esse omnibus, quia in ea sunt omnia, vt non sit error omnino: aut dicere eã esse compositam ex altero duorum contrariorum existentium in rebus: & sic inueniet veritatem, quando comprehenderit contrarium simile, & errabit quando comprehenderit contrarium dissimile. D. d. impossibile, quod sequitur ex hoc, & d. & existimatur q̀ eror in contrarijs sit idem. i. sed contingit huic opinioni vt error sit in proprio cõtrario ex vnaquaq; rerum contrariarum. sed manifestũ est q̀ error potest accidere in vtroq; contrario indifferenter, & quod non est proprius vni contrario tantum.

Antiq cre debãt sẽtire & ĩtelligẽr fieri p sile. Idẽ. 1. hui⁹. 25.

D

E

Quodquidem igitur non idem sit sapere & sentire manifestũ est. Hoc quidem. n. in omnibus est, illud autem in paucis animalium est: Sed neque intelligere in quo est & recte & non recte. recte quidem. n. prudentia & scientia aut opinio uera. non recte autẽ contraria horum: neq; hoc est idem cũ ipso sentire: sensus quidem. n. propriorum semper verus est, & omnibus inest aĩalibus: intelligere aũt contingit & falso, & nulli inest cui non & ratio.

F

SOPH

Ac sentire quidem & sapere non esse idem perspicuum est: hoc. n. cuncta participant animalia, illud pauca: quinimo ne intelligere quidem in quo positum est ipsum recte & non recte. ipsum enim recte prudentia est & scientia, & uera opinio: non recte autem his contrariũ: neq; hoc inquam idem est quod sentire. Sensus enim propriorum uerus semper est, cunctisq; inest animalibus: ratiocinari aũt licet etiam falsò: nulliq; inest, cui non etiam ratio.

Dicamus

A Dicamus igitur ꝙ sentire non est intelligere. & hoc manifestũ est. hoc enim existit in animalibus omnibus, & hoc nõ inuenitur nisi in paucis animalibus. Neq; intelligere, in quo sunt verum, & non verum contraria istis, est idem cum sentire. Sentire enim propria semper est verum, & existit in omnibus aĩalibus. distinguere autem potest, falsari, & non est in aliquo animali, nisi existimet.

152 Iste sermo potest esse responsio ad hanc particulam, quia, à qua superius incœpit, cùm indiget respõsione. i. & quasi diceret, & quia Antiqui determinabant animam per motum & comprehensionem. & existimatum est ꝙ comprehensio per intellectum & sensum, est eadem, cùm vtraq; sit cognitio, & etiam multi Antiquorum credebãt hoc propter hoc, quod opinabantur ꝙ simile cognoscit suum simile: &, quia hoc dicebant, dicamus nos ꝙ sentire non est intelligere per intellectum. Et potest intelligi ita ꝙ responsio sit diminuta, & erit iste sermo principium & quasi d. Et, cùm declaratum est ꝙ necesse est perscrutari de hac intentione, dicamus ꝙ B sentire non est intelligere. D. d. & hoc manifestum est, &c. i. & hoc, † ꝙ intellectus est alius à sensu, est manifestum per se. sensus enim existit in omnib⁹ animalibus, intellectus autem in paucis, s. in homine. Et d. paucis, propter quod plura animalia cõmunicant homini in hac virtute. &, quia hoc nõ fuit manifestum in hoc loco, accepit concessum, & est ꝙ nõ possumus dicere ꝙ omnia animalia intelligunt. &, cùm hæ duæ virtutes sint in subiecto diuersæ: necesse est vt sint diuersæ in esse, quæ. n. differunt in subiecto, differunt in esse. D. d. Neq; intelligere, in quo sunt, &c. idest. neq; res intellectæ, in quibus est verum in maiori parte, & non verũ in maiori parte, secundum ꝙ sunt contraria, sunt eadem cum cõtrarijs, quę sunt in sensu, scilicet in quorum altero est verum in maiori parte, & in altero error in maiori parte. * Sensus enim semper dicit verũ in rebus proprijs, & falsum in vniuersalibus: intellectus autem econtrario, verum in C vniuersalibus, & falsum in proprijs. Et etiam sensus in rebus proprijs magis durat sua veritas quàm intellectus in rebus vniuersalibus. & ideo dixit semper, cùm d. Sentire enim propria verum est semper. & dixit post, distinguere autem potest falsari.

† Qđ ĩtellꝰ sit alius à sẽsu, manifestũ ẽ per se. sẽsus. n. existit ĩ oĩb⁹ aĩalib⁹. intellect⁹ vero ĩ paucis. Idẽ. 3. hui⁹ cõ. 1.

* Sẽsus sp̃ dicit verũ in reb⁹ ꝓpriis: & falsũ ĩ vl'ib⁹: ĩtellect⁹ autẽ ecõtrario. vid ꝑ hoc. 2. de Aĩa. cõ. 63 & . 134. & . 161. & ĩ li. de Sẽsu & Sẽsa. & 2. Met. c. 1. & 4. Met. c. 8. de intellectu. quõ nõ decipit circa ꝓpria & cõia.

Phantasia enim alterũ est & a sensu & ab intellectu: & hæc non fit sine sensu, & sine hac non est opinio. Quod autem non est eadẽ phantasia & opinio manifestum est. hæc quidem enim passio in nobis est quum uolumus: præ oculis enim est facere, sicut in recordatiuis positi, & idolum facientes: opinari autẽ non in nobis est: necesse enim falsum aut verum dicere.

SOPH. *Phantasia nanq; diuersum est tùm à sensu, tum à dianœa: atq; hæc eadem sine sensu non fit: & sine ea non est existimatio. Phantasiam autem & existimationem non esse idem, perspicuum est: nã affectio hæc, cum uolumus, in nobis est. licet. n. ob oculos ponere, quemadmodũ qui*

in mnemonicis colloeant, & imagines effingunt. opinari uero non est in nobis: necesse.n.est uel fallamur, uel ueritatem assequamur. D

Imaginatio autẽ est aliud à sensu, & aliud à distinctione. & hæc non fit sine sensu, & sine hoc non fit consilium. Quoniam autẽ nõ est cum intellectu, & consilio idem manifestum est. Ista enim passio est nobis, quando voluerimus. possumus enim ponere in directo nostrorum oculorum, sicut res depositę in cõseruatione, & fingere formas. existimari autem non est nobis. necesse.n. est aut verum aut falsum dicere.

153 Cùm declarauit ꝙ distinctio non est nisi in habentibus rationabilitatem, incepit declarare ꝙ distinctio, quæ in quibusdam animalibus reputatur esse ratio: non est nisi distinctio, quæ fit ab imaginatione, & ꝙ imaginatio non est neque sensus, neque intellectus, & d. Imaginatio .n. aliud est à sensu, &c. i. distinguere non inuenitur nisi in habenti rationem. Imaginari. n. aliud est à sentire, & à distinguere per intellectum: & imaginari non absq; sentire, & absq; imaginari non fit consiliari. Et quasi innuit hic alietatem istarum trium virtutum ſm prius & posterius in natura. si.n. sensus fuerit, non sequitur vt sit imaginatio: sed, si imaginatio erit, sensus erit. & similiter, si ĩtellectus erit, erit imaginatio, & nõ ecõuerso. D.d. Qm̃ autem non est cum intellectu, & consilio idem, &c. i. & iste sermo manifestus est. D.d. Ista enim passio est nobis, &c. i. imaginatio .n. est voluntaria nobis. cùm.n. voluerimus imaginari res depositas in virtute conseruatiua, quas prius sensimus, poterimus facere. & hoc intendebat cùm d. possumus.n. ponere, &c. i. † possumus etiam per hanc virtutem fingere formas imaginabiles, quarum indiuidua nunquàm sensimus. existimare autem non est voluntarium. & hoc intendebat, cùm d necesse est enim aut verum, aut falsum. idest contingit enim nobis necessario aut existimare verum, aut falsum: & non est sicut in imaginatione. Et ista est vna rationum, ex quibus apparet imaginari aliud esse ab intelligere. E

Oppositũ hẽt cõ. 2. hꝰ c. 20. vbi vř velle istas virtutes easdẽ eẽ. vide cõtra. Zim. Cõtradictio hic, & supra cõ. 60. ĩtelligimꝰ dũ volumꝰ. ergo imaginatiua in hoc. ꝙ imaginamur, dum volumus, nõ distinguit ab intellectu. vide cõ. Zi.

† Per virtutẽ imaginatiuã possumus fingeř formas imaginabiles, quarũ indiuidua nũq̃ sẽsimꝰ.

Amplius aũt quũ opinamur difficile aliquid aut terribile, statim compatimur. similiter aũt est & si confidendũ: ſm phantasiã aũt similiter nos habemus, sicut si essemus considerantes in pictura difficilia & confidentia. Sunt aũt & ipsius acceptionis differentię scientia & opinio & prudentia, & contraria horum: de quorũ differentia altera sit ratio. F

Præterea cum opinamur rem aliquam atrocem, aut formidolosam, statim commouemur: itemq; siquid fuerit quod fiduciam afferat: at ex phantasia perinde afficimur, atq; qui spectant in pictura terribilia & fiduciam afferentia. Sunt porrò & ipsius existimationis differentiæ scientia & opinio & prudentia, & quæ his contraria sunt: de quorum differentia alia sit disputatio.

Et, cùm

A Et, cùm etiā nos existimauerimus aliquod valde timorosum, statim patiemur. & similiter, si existimauerimus aliquod audactiuum per imaginationem, aut dispositio nostra erit, sicut dispositio nostra, si videremus res in formis rerum timorosarum, aut audactiuarū. Et drīæ ipsius consilij sunt scīa, & existimatio, & intellect⁹, & contraria istis. & sermo de drījs istorū fiet in alio loco.

154 Hoc, quod dixit, manifestum est. & est alia ratiocinatio, ꝙ imaginatio est alia à consilio, & existimatione. qm̄, cū nos existimauerimus aliquod timorosum futurum, quoquo modo nos patimur passione, ac si illud timorosum esset pręsens. & similiter, cū nos existimauerimus aliquod audactiuum futurum, statim patiemur, sed non passione, quali, illo audactiuo existēti in præsenti. cùm autem imaginati fuerimus illud timorosum, statim patiemur quasi esset præsens Et intendit hic per consilium, fidem. Et locus, in quo promisit loqui de istis differentijs, videtur mihi esse liber de Sensu & sensato. illic enim loquitur de rebus particularibus istarū virtutum, & in omnibus accidentibus earum postremis.

B

Probatur imaginationem nō esse sensum, nec scientiam, nec intellectum, nec opinionem: traditurq; eius definitio. Cap. 2.

DE eo autem quod est intelligere, quoniam alterum ab eo quod est sentire: huiusmodi autem aliud phantasia: aliud opinio esse videtur: de phantasia determinantes, sic & de altero dicendum est. Si igitur phantasia est ſm quam phantasma aliquod nobis fieri dicimus, & si non aliquid ſm metaphoram dicimus, vna quædā est potentia horum aut habitus, ſm quem discernimus, aut verum aut falsum dicimus, huiusmodi autē sunt, sensus, opinio, scientia, & intellectus.

SOPH. C *De intelligendo autem, quia diuersum est à sentiendo: huius autē aliud esse phantasia uidetur, aliud existimatio: ubi de phantasia disputauerimus, tunc demum de altero dicemus. Si igitur phantasia est, qua phantasma aliquod nobis fieri dicimus (nec loquor nunc, siquid per trāslationem dicere consueuimus) profecto una earum potentiarum est aut habituum, quibus iudicamus, uerumq; assequimur, aut fallimur. hæc autem sunt, sensus, opinio, scientia, intellectus.*

Et quia intelligere aliud est à sentire, & existimatur ꝙ intelligere aliud est imaginari, aliud consiliari, determinandum est prius de imaginatione, deinde loquemur de alia intentione. Dicam⁹ igitur ꝙ, si imaginatio est, quæ fit, quę dr̄ imaginari non ſm similitudinem, est aliqua virtus istarum virtutum, aut dispositio, per quā innuimus, & experimentamur, & dicimus verum aut falsum. & ex istis est sensus, & existimatio, & scientia, & intellectus.

155 Cùm compleuit sermonẽ de sensu, incœpit post loqui de virtute imaginatiua,& d. Et,quia intelligere,&c.i.&,quia manifestum est, aut prope ꝙ intelligere est aliud à sentire, sed non est ita manifestum ꝙ intelligere est aliud ab imaginatione:existimatur enim ꝙ actionum intellectus,quędam est imaginari,quædam credere: & ꝙ nulla est differentia inter imaginationem,& intellectum:quapropter determinandum est prius de virtute imaginationis, deinde loquemur postea de virtute rationali. D. d. Dicamus igitur ꝙ, si est imaginatio, &c.i. dicamus igitur ꝙ, si est actio, quæ fit in nobis, quæ dicitur imaginatio non ẜm similitudinem, sicut dicitur sensus falsus multotiens, necesse est vt sit, aut aliqua istarum virtutũ comprehensiuarum distinctarum, s. aut sensus, aut existimatio, aut scientia, aut intellectus, aut virtus alia ab istis virtutibus, & dispositio alia ab istis dispositionibus, per quam experimentamur entia. i. eligimus ea: & est vnum eorum, per quem debemus dicere verum aut falsum. Deinde incœpit declarare ꝙ non est aliqua istarum virtutum. Et intendit per intellectum, vt mihi videtur, primas propositiones; & per scientiam illud, quod prouenit ab eis. D E

Nota cã; quare p⁹ tractatũ đ imagitiua îcœpit tractatũ đ intellectu. Hic vr̃ uel le. Con. & Arist. quatuor eé habit⁹, qbus discernit verũ a falso. s; vide oppositũ. 6. Ethi. c. 4. Viđ ca. Zim.

Quodquidem igitur non sit sensus manifestum ex his est. sensus quidem enim aut potentia, aut actus: vt visus & visio: phantasiatur aũt aliquid & nullo horũ existente. ut quę in somnis: postea ẜm potentiam sensus quidem semper adest viuentibus & nõ orbatis, phantasia autem, non. Si vero ei quod actu idem, omnibus vtiq; contigeret bestiis phantasiam inesse. videtur aũt non, ut formicæ aũt api, aut vermi. Postea hi quidem veri semper: phantasię autem plures falsę. Amplius aũt non dicimus quum operemur certe circa sensibile, quoniam videtur hoc nobis homo. sed magis quum non manifeste sentimus, tunc aũt verus, aut falsus. Et quod quidem diximus, apparent & dormientibus uisiones.

F

SOPH. *Ac phantasiam quidem non esse sensum, ex his perspicuum est. Sensus enim aut potentia est, aut operatio: ut uisus uel uisio: at uero apparet aliquid, etiam cum neutrum horum adsit: ueluti ea quæ in somnis apparent. Deinde sensus semper adest: phantasia non item. Sin autem idem est quod operatio, fieri possit ut in omnibus bestiis phãtasia insit: quod tamen nõ uidetur: ut formicæ, aut api, aut uermi. Deinde illi semper ueri sũt, at phãtasiæ pleræq; sũt falsæ. Huc adde quod neq; dicim⁹, cum exquisite circa sensibile operamur, hoc nobis apparere hominem: sed potius cum non expresse sentimus: & tunc aut verus est, aut falsus. Ac denique (quod superius dicebamus) etiam clausis oculis uisa quædam apparere solent.*

Quoniam

A Quoniam autem non est ſenſus, declaratum eſt ex iſtis rebus. Senſus.n.eſt aut potentia, aut actus, v.g. uiſus, aut viſio. & quandoq; imaginatur aliquid, quod eſt neutrum, v.g. quod imaginatur in ſomno. Et amplius ſenſus ſemper eſt præſens, imaginatio aũt non. Et, ſi in actu eſſet idem, tunc eſſet poſſibile vt imaginatio eſſet in omnibus beſtijs, & reptibilibus. quod nõ exiſtimatur, v.g. formicis, apibus, & vermibus. Et amplius ille ſemper eſt verus, imaginatio autem eſt falſa in maiori parte. Et amplius, cùm in rei veritate ſcimus hoc ſenſibile eſſe hominem, nõ dicimus nos imaginari hoc eſſe hominem. hoc.n. non dicimus, niſi quando nõ manifeſte fuerit hõ: & tunc erit aut verũ, aut falſum. Et ex eis, quę prius diximus, eſt quia ẽt clauſis oculis imaginatᷓ imaginationibus.

156 Quoniã aũt imaginatio nõ eſt ſenſus, declarabitur ex iſtis rebus, quas dicemus. Quarum vna eſt ꝙ, quia ſenſus eſt duobus modis, aut in poten-
B tia, v.g. viſus, qñ nõ agitur: aut in actu, v.g. viſio. eſt.n. aliqua imaginatio, quæ nõ eſt ſenſus in actu neq; in potẽtia. ſ. imaginatio, quæ eſt in ſomno. manifeſtum eſt.n. ꝙ imaginatio, quæ eſt in ſomno, ſm ꝙ eſt in actu, non eſt ſenſus in potentia: & ſm ꝙ iſte actus eſt ei ſine præſentia rerum ſenſibilium, nõ eſt ẽt ſenſus in actu. D. d. Et amplius ſenſus ſemper eſt præſens, &c. Hoc eſt Scd̃m argumẽtũ. & eſt ꝙ ſenſus ſemper fit cum præſentia ſenſibilis: imaginatio aũt nõ, ſed cũ abſentia. D.d. Et, ſi in actu eſſet idẽ, &c.i. Hoc eſt Tertium argumentũ. Exiſtimatur.n. ꝙ nõ oẽ aĩal imaginatur: & eſt animal, quod non mouetur ad ſenſibilia, niſi apud præſentiã eorũ in actu: vt vermes, & muſcæ. Apes aũt, & formicæ neceſſario imaginantur. apes vero propter artificiũ: formicę aũt propter depoſitionẽ. † ſed nõ curatur de exemplo. D.d. Et amplius ille ſemper eſt verus, &c. Hoc eſt aliud argumentum: & eſt ꝙ ſenſus ſunt veri * ſemper, i. in maiori parte: imagi-
C natio autem falſa eſt in maiori parte. D.d. Et amplius, cùm in rei veritate, &c. Hoc eſt Quintum argumentum: & eſt manifeſtum per ſe. non enim dicimus, quando ſentimus aliquid eſſe tale in rei veritate, ꝙ imaginamur eũ: ſed qñ ſenſus vere non cõprehendit ipſum eſſe talẽ. &, ſi ſenſus eſſet idem cum imaginatione, oporteret ꝙ vbi dr̃ ſenſus, ibi diceretᷓ imaginatio. D. d. Et ex eis, quæ prius diximus, &c.i. & alia ratio eſt, & propinqua prædictis, ſ. quòd multotiens imaginantur formæ clauſis oculis.

Sẽſus duobus modis i actu, & in potẽtia. Idẽ ſ te.cõ. 53.158. 139.141.&. 142.

† De exẽplo nõ curatᷓ, an ſit verũ, ſ. Idẽ ſupra. cõ. 67.

* Sẽſus sũt veri in maiori parte. ſed oppoſitum. d. ſupra. c. 152. ꝙ ſenſus sũt ſp veri. vidẽ cõtra. Zim.

At vero neq; ſemper vera dicentium neq; vna erit, vt ſcientia, aut intellectus. eſt.n. phantaſia & vera & falſa. Relinquitur ergo videre ſi opinio ſit. fit.n. & opinio vera & falſa: ſed opinioni quidem inheret fides. non.n. contingit opinantẽ, de quibus videtur non credere. beſtiarum aũt nulli ineſt fides. phantaſia aũt multis. Amplius omnem opinionem ſequitur fides: fidem aũt ſuaſum eſſe: ſuaſionem aũt ſequitur ratio: beſtiarum aũt quibuſdam phãtaſia ineſt quidem: ratio vero non.

SOPH. *Neq; uero eorum qui semper ueri sunt ullus erit, ut scientia, aut intellectus: nam est etiam falsa phantasia. restat igitur spectandum an opinio sit: fit.n.opinio & uera & falsa: sed opinionem quidem, sequitur fides (neque enim fieri potest, ut is qui opinatur, ea quæ opinatur, non credat) atuero bestiarum nulli inest fides: phantasia multis. Præterea omnẽ opinionem sequitur fides: fidem persuasio: persuasionem ratio. at bestiarũ nonnullis phantasia inest, ratio non item.* D

Et etiam non est vnum istorum, quę semper iudicant, sicut scia & intellectus. est.n.imaginatio falsa. Remanet igitur consyderare vtrum sit existimatio: cùm existimatio quandoque est vera, qñq; falsa. Sed existimationem consequitur fides. impossibile.n. est vt qui existimat, non credat, quod existimat. & nullum brutum, & reptilium habet fidem. imaginatio aũt est in pluribus eorũ. Oẽm igitur existimationem consequitur fides. fidem aũt consequitur sufficientia: sufficientiam aũt rationabilitas. & reptilium & brutorum quędam hñt imaginationem, rationem autem non. E

157 Cùm destruxit imaginationem esse sensum, incœpit destruere eã esse scientiam, aut intellectum, aut existimationem, & d. Et etiam non est vnum istorum, &c.i.&, si imaginatio esset scientia, aut intellectus, semper veridicaret: sed non est ita: ergo non est scientia, neq; intellectus. D.d. Remanet igitur, &c.i. remanet igitur consyderare vtrum sit existimatio, cũ vtrunque dicatur, veridicans quandoque, & quandoque falsans. & hoc facit existimare eas esse eandem virtutem secundum duas affirmatiuas in secunda figura. D.d. Sed existimationem consequitur, &c.i. sed existimationem semper consequitur fides. Et, si imaginatio esset existimatio, contingeret q; omne imaginans haberet fidem. sed multa imaginantur, tamen non habent fidem. nullum enim brutorum habet fidem, licet plura eorum imaginentur. D.d. Omnem igitur existimationem, &c.i.&, quia omne existimans est credẽs: & omne credens sibi sufficit: & omne, quod sibi sufficit, habet rationem: necesse est vt omne existimans habeat rationem. Et, si imaginatio esset existimatio, tunc omne imaginans haberet rationem. sed multa brutorum & reptilium videntur habere imaginationem, sed non rationem omnino: ergo imaginatio non est existimatio. F

Manifestum ergo quoniam neque opinio cũ sensu: neq; per sensũ, neq; copulatio opinionis & sensus, erit phãtasia: & ꝓpter hæc & manifestum q; non alia quædam est opinio: sed illa quæ quidẽ est cuius est & sensus. Dico autem ex albi opinione & sensu copulatio, phantasia est. non enim ex opinione quidem albi est. ex sensu autem boni. Apparere igitur est opinari quod quidem sentitur non secundum accidens.

Constat

A *Constat ergo nec opinionem cum sensu, neq; per sensum, neq; connexionem opinionis & sensus, esse phantasiam: tum propter hæc, tum certè, quia nō alia quædam opinio est: sed eiusdē illius, cuius et sensus est: uerbi causa connexio ex albi opinione et sensu, phantasia est: neq; enim ex opinione quidem boni erit, sensu autem albi. Apparere igitur est opinari, quod sentit non per accidens.*

Et manifestum est q imaginatio impossibile est vt etiam sit existimatio cum sensu, neque compositio existimationis & sensus ex istis rebus. Et ex hoc manifestum est q, existimatio non est alicuius alterius ab eo, cuius est sensus ē t, s. si compositio, quę fit ex existimatione albi, & sensu eius, qd est imaginatio. impossibile est. n. vt sit ex existimatione boni, & sensu albi. sed imaginatio est existimatio eius, quod sentitur, non accidentaliter.

158 B Cùm declarauit q impossibile ē vt imaginatio sit existimatio, aut sensus, aut scientia aut intellectus, & vniuersaliter aliqua virtutum rationis, incœpit declarare & q non est compositum ex existimatione & sensu, vt dicebant quidam Antiquorum, & d. Et manifestū est, &c. i. manifestum est q imaginatio non est existimatio coniuncta cum sensu, neque virtus composita ex existimatione & sensu ex sermonibus prædictis, in quibus declarauimus q imaginatio nō est aliqua istarum virtutum, quoniā, si esset composita ex eis, contingeret vt vere dicerentur de ea proprietates illarum virtutum, ex quibus componitur modo medio. compositum enim ex aliquibus necesse est vt in eo existant quoquomodo existētia in componentibus. Et ex hoc etiam manifestum est q existimatio vere non esset alicuius, nisi eius, cuius est sensus, sed deberet esse eiusdem rationis, s. si compositio, quæ fit ex existimatione albi & eius sensu, vt quidam dicebant, esset imaginatio. & innuit Platonem opinantem, vt reputo, q imaginatio est, vt in eodem componantur nobis existimatio, & sen-C sus insimul. D. d. impossibile est enim vt sit, &c. i. existimatio enim est boni, & sensus albi. & impossibile est vt imaginatio sit compositio ex existimatione eius, quod est, idē esse album & bonū. Existimatio enim, & sensus secundum hunc modum non erunt eiusdem, nisi accidentaliter. imaginatio autem apud eos est existimatio & sensus eiusdem rei, non accidētaliter. Et est necessarium vt sit ita. quoniam, si imaginatio est eiusdem rei, & hoc manifestum est: & componitur ex existimatione & sensu: necesse est vt existimatio, & sensus sint eiusdem rei essentialiter.

Cōpositū ex aliquib⁹ necesse ē ut in eo existant quoquo mō existētia i cōponentibus. Idē 5. Ph. 6. 19. 52. Idem x. Meth. 25. Idē 2. de Ge. 31. vide cōsiste 3. Ph. ca. 43.

Apparent autem & falsa de quibus simul acceptionem ueram habent. ut videtur sol vnius pedis, sed creditur maior esse habitatione. Accidit igitur aut abiicere sui ipsius ueram opinionē quā habebat saluatam, salua re, non oblitum, neq; decredentem: aut si adhuc habet, eandem necesse est veram esse vel falsam, sed falsa facta est, quum lateat transcendens res.

SOPH. *Sed apparent etiam falsa, de quibus simul ueram habet existimationem: ut sol apparet pedalis, persuasum est tamen, maiorem eum esse uniuersa terra. uel igitur accidit ut suā opinionē amiserit, quā habebat uerā, salua re, non oblitus, neq; de sñīa depulsus: uel si adhuc hēt, necesse est eandē uerā esse et falsā. Atqui tūc falsa fit, cū res mutata latuerit.* D

Et imaginamur etiam res falsas, & cum habemus in eis opinionem veram. v. g. quoniam nos imaginamur quantitatē Solis esse pedalem, & credimus ipsum esse maiorem terra. Contingit igitur aut vt homo proiiciat existimationem, quam habebat, & est salua salute rei, sine vigilia, & sine sufficientia econtrario: aut si fuerit ꝑmanēs adhuc in ipsa, necessario, hoc idē erit verū & falsum. sed non efficitur falsa, nisi qñ res transmutatur, absq; eo ꝙ sit ꝑcepta.

159 Et signum eius, quòd existimatio, & sensus non sunt eiusdem rei compꝛehendentis, est quod, multotiens contradicunt sibi in eadem re. sentimus enim res falsas, & cū hoc habemus in eis opinionem veram. verbi gratia, quòd uisibiliter sentimus quantitatē Solis esse pedalem, & cum hoc opinamur vere Solem esse maiorem terra. D. d. contingit igitur aut vt homo proiiciat, &c. i. contingit, si æstimatio & sensus in talibus rebus sint eiusdem comprehensibilis, aut ut homo proiiciat opinionem veram in istis rebus, licet opinio sit salua, non transmutata propter transmutationem rei, de qua est opinio ab aliqua dispositione in aliam, neque propter hoc, quòd opinans etiam transmutatur propter aliquam infirmitatem, aut vigiliam, aut argumentum, quod induxit conclusionem contrarii, sed transmutata per se, cùm sensus & existimatio, quasi sint idem, quia sunt eiusdem: dico vt proijciat, aut vt remaneat in ea credendo duo contraria insimul, & erit res in se vera, & falsa insimul in eodem tempore. Deinde d. sed non efficitur falsa, nisi quādo res transmutantur. i. & impossibile est vt opinio vera reuertatur, & fiat falsa per se: & non fit falsa nisi quando res transmutatur in se, absque eo ꝙ illa sit percepta. Et, cùm impossibile est vt eadem res sit vera, & falsa: & est impossibile vt verum transmutetur ex se sine transmutatione rei; ergo impossibile est ut existimatio, & sensus sint eiusdem rei. E F

Nota ex quot cāis aliqs uerā opīonem abiicere ṗt. vide cō sise 1. Post. te. cō. 49.

Cū īpoſe sit vt eadē res ṽa sit et falsa, impoſe est vt verū transmutet ex se sine trāsmutatiōe rei.

Non ergo vnum aliquid horum est neq; ex his phantasia. sed quoniam est, moto hoc moueri alterum ab hoc, phantasia autem videtur motus esse, & non sine sensu fieri, sed in his quæ sentiunt, & quorum sensus est. est autem motum fieri ab actu sensus.

SOPH. *Nec ergo horum unum quidpiam, neq; ex his phantasiam esse perspicuum est. Verum quia fieri potest, ut moto hoc, moueatur aliud ab hoc, phantasia autem quidā esse motus uidetur, nec sine sensu fieri, sed sentiētibus: eorūq; esse quorū sensus est, pōtq; fieri motus ab actu sensus,*

Imaginatio igitur non est aliqua istarum, neq; ex eis. Sed, sicut aliquid

A aliquid mouetur per motum alterius: & imaginatio existimatur esse motus: & impos e est vt sit sine sensu, sed in eis, q̃ sentiuntur, & in eis quæ habent sensum: & fit etiam motus ab actione sensus.

160 Cùm destruxit imaginationem esse aliquam istarum virtutum, aut cõpositum ex eis, incœpit demonstrare substantiam, & essentiã eius, & d. Imaginatio igit, &c. i. declaratũ ẽ igitur ex hoc sermone q imaginatio nõ ẽ aliqua istarũ virtutũ, neq; cõposita ex eis: sed substantia istius virtutis est quod dico. Qm̃, si sint quædã, quę mouẽtur ab aliis, & mouent alia: & imaginatio videtur esse uirtus mobilis, & passiua ab alia: & impossibile vt sit sine sensu, sed est in rebus sensibilibus, & in animalibus habentibus sensum pfectũ: & possibile est vt motus fiat à sensu, qui ẽ in actu: necesse est vt imaginatio in actu nihil aliud sit, nisi perfectio istius virtutis per intentiones sensibiles existentes in sensu sm modũ, sm quẽ sensus perficiuntur p sensibilia, quæ sunt extra aĩam: & q prima perfectio istius partis

B aĩæ sit virtus, quæ innata est se assimilare sensationibus, q̃ sunt in ipso sensu cõmuni. Sed Arist. propalauit in hoc sermone præcedens, & tacuit consequens, quia est manifestum, & post declarabit ipsum modo perfectiori. & ideo dimisit eum in hoc loco.

Et hunc similem necesse est esse sensui, erit utiq; phantasia ipsa motus non sine sensu contingens, neq; non sentientibus inesse. & multa est secundum ipsam facere & pati habens: & esse veram & falsam. hoc autem accidit propter hoc, q propriorũ quidem sensus est verus, aut quampaucissimum habens falsum. Secundo autem accidere hoc. & hic iam contingit mentiri. Quod quidem .n. album, non mentitur. si autem hoc album, aut aliud mentitur. Tertio autem communium & consequentium accidentia quibus insunt propria, Dico autem vt motus & magnitudo quæ accidunt sensibilibus: circa quę est maxime iam decipi sm sensum.

C motus aũt ab actu factus differt a sensu, qui ab his tribus sensib⁹. Et primũ quidẽ præsentis sensus verus: alii aũt p̃sentis & absentis erunt vtiq; falsi. & maxime cũ procul sit sensibile. Si qdẽ igit nihil aliud habet quæ dicta sunt, nisi phantasia: hoc aũt est quod dictũ est: phantasia vtiq; erit motus a sensu secundum actum factus.

PH. *eumq; similem esse sensui necesse est, hic sanè motus eiusmodi fuerit, qui neq; sine sensu, neq; non sentientibus inesse poßit: atque fit ut id quod eam habeat, complura per ipsam & agat & patiatur, ac uera sit & falsa. quod eò fit quia sensus propriorum uerus est, aut certè quam minimum habet falsitatis. Secundo eius cui accidunt & hæc, atq; hic demum falsus esse potest. album enim esse, non fallitur: sed an illud album, sit hoc, aut aliud quidpiam, fallitur. Tertio cõmunium, et consequentium accidentia, quibus insunt propria: uerbi causa, motui*

ac magnitudo, quæ accidunt sensibilibus: in quibus demũ maxime fieri potest ex sensu deceptio. Motus igitur qui fit ab actu sensus, differens erit, uidelicet is qui ab his tribus fit sensibus. Ac primus quidem præsente sensu uerus est, cæteri uero & præsente & absente fuerint falsi, præsertim cum procul abest sensibile. Si igitur nihil aliud nisi phantasia quæ iã diximus habet: atq; hoc est quod diximus: profectò phantasia fuerit motus is, qui fit à sensu qui actu est. D

Et oportet vt iste sit similis sensui. iste enim motus impossibile est vt sit extra sensum, aut sit in carẽte sensu: & vt sit illud, quod habet ipsum agens & patiens multas res: & erit verus & falsus. Et contingit hoc propter hoc, quod narrabo. Sensus rerũ propriarum est verus, & ferè non cadit in ipsum falsitas. Deinde post sensus rei, quem sequuntur ista: & in hoc loco potest falsari. v.g. hoc esse album, in hoc enim nõ falsat: quoniam autem album est hoc, aut aliud falsatur. Deinde tertius sensus, & est communium consequentium res, quas consequuntur propria, & sunt ea, quorum esse est proprior in eis. & dico motum, & quantitatẽ, & sunt ea quæ contingunt sensibilibus. & in istis proprie cadit error. Sensus igitur, & motus, qui fiunt ab actu, differunt à sensu, & differt ab istis tribus modis sensus. primus igitur quando sensus fuerit præsens, erit verus: & alius falsatur, siue fuerit pręsens, siue absens, maxime quãdo sensibile fuerit remotum. Si igitur quod narrauimus, non est alio modo quàm diximus: & illud, quod narratũ ẽ, est imaginatio: Imaginatio igitur & motus à sensu, qui ẽ in actu. E

161 Et necesse est, si imaginatio est motus à sensu in actu, vt iste motus, qui est imaginatio, sit similis sensui in eis, quæ contingunt sensui, & quòd sit impossibile vt iste motus sit extra sensum, aut extra animalia: & sint ea, quæ habent hanc virtutem ex animalibus, agentia per illam, & patientia multas res: & si uera & falsa, sicut est de sensu. Deinde dicit. Et contingit hoc, &c. idest & contingit vt in imaginatione accidat verum & falsum, cùm sit motus à sensu, qui est in actu ex hoc, quod narrabo de hoc, quod accidit in sensu. sensus enim quidam est verus in maiori parte, & est sensus, qui est rerum propriarum, verbi gratia hoc est album, aut nigrum: & quidam est falsus in maiori parte, & est duobus modis, sensus sensibilium accidentalium, v.g. q̄ iste albus est Socrates vel Plato: & sensus sensibilium communium, verbi gratia quantitas & motus: quoniam in his duobus modis sensibilium cadit error. Et, cùm ita sit, necesse est vt imaginationi accidat de hoc illud, quod accidit sensui, & plus. Primo autem, quia motus, qui fit in imaginatione à sensu, qui est in actu, differt à motu, qui est in sensu, à sensibilibus apud absentiam sensibilium. & propter hoc accidit falsitas imaginationi. Secundo vero, quia motus istorũ trium modorum F

Vide sup̃ cõ. 134.

dorum

A dorum sensus ad uirtutem imaginatiuam differunt abinuicem. Imginatio autem, quæ est sensibilium propriorum, quando sensus cōprehendit ea prius, omni modo est vera. imaginatio autem, quæ est aliorum modorum sensibilium, licet cōprehendat ea, est falsa, cùm sensus erat in eis. Deinde dixit. Sensus igitur, & motus, qui fiunt ab actu, differūt à sensu. idest, vt mihi videtur, comprehensio igitur, & motus, qui fit à sensu in actu, quæ sunt imaginatio, differunt à sensu in actu in eo, quod inuenitur de veritate & in sensu. & intendebant per hoc ꝙ sensus est verus: &, cùm sensibile absentauerit se, forte transmutabuntur illa signa remanentia ex eo in sensu. & hoc erat causa erroris virtutis imaginatiuæ, licet sensus fuerit verus. Deinde dicit, & differt ab istis tribus, &c. idest & differt iste motus, qui fit ex tribus modis sensus in actu, scilicet qui fit in uirtute imaginatiua ab istis tribus modis sensus. Motus igitur, qui fit à sensu, qui fit à primis sensibilibus propriis, erit uerus, quādo sensus fuerit præsens, idest, quādo sensus eorum in actu præcedit imaginationem. Duo autem alii motus, qui sunt à duobus aliis modis sensus in actu, qui fit à duobus aliis modis

B sensibilium, falsatur: licet sit præsens sensus, & senserit illa ante imaginationem: & maxime, quando* tempus comprehensionis sensibilis à sensu fuerit remotum. Et, quia necesse est, si imaginatio est motus à sensu in actu, vt imaginatio sit similis sensui in omnibus dispositionibus, & vt sit possibile reddere causas omnium apparentium in ea per sensum: &, si fuerit similis sensui in omnibus dispositionibus, vt si motus à sensu in actu. & apparet ꝙ est similis. & iam apparuit etiam ex hoc sermone ꝙ causas omnium apparentium in ea possumus reddere sm ꝙ est motus à sensu, & ꝙ est impossibile reddere eas per aliam virtutem. Et tunc, quia necesse est hoc totum, congregauit omnia, quæ dixit & dedit conclusionē, quā intendebat, & dixit. Si igitur quod narrauimus, &c. idest si igitur, hoc qđ narrauimus de hac parte animæ, videtur esse, & omnia, quæ contingunt in ea, non contingunt in ea, nisi secundū ꝙ est motus à sensu, qui est in

C actu tantum, non per aliam virtutē animæ. sed, si posuerimus ipsam esse aliam virtutem virtutum animæ comprehensiuarum, aut cōpositum ex pluribus vna earum, continget impossibile: ut declaratum est ex hoc sermone: illud autē, quod narrauimus, est illud, quod dicitur imaginatio in rei veritate: ergo imaginatio est motus à sensu, qui est in actu. Et debes scire ꝙ imaginatio videtur esse motus à sensu in actu per alterū duorum. Quorum vnum est ꝙ, cum fuerit positum ꝙ nō est modus, quem possibile est dicere nisi modi prædicti, scilicet aut scientia, aut intellectus, aut existimatio, aut sensus, aut compositum ex eis, aut motus factus ā sensu: & ex omnibus accidit impossibile, nisi ab eo ꝙ sit motus à sensu: ex hoc. n. nullum accidit impossibile: necesse est vt imaginatio sit motus: à sensu in actu. Secundum autem est ꝙ, cum fuerit positum ipsam esse cum sensibili & insensibili, & similem eis in omnibus suis dispositionibus, poterimus reddere causas omnium apparentium in ea ex hoc modo. vnde necesse est vt sit motus à sensu in actu. & Aristo. congregauit ambo, & cōclusit

* a l. locus

Epilogus cōmentatoris.

Epilogus iuxta literam.

Documentum.

Prima rō.

Secūda rō

clusit ꝙ necesse est ut substantia imaginationis sit ista substantia. Et sic debemus intelligere sermonem Arist. in hoc loco.

Quoniam autem visus maxime sensus est, & nomen a lumine accepit: quoniam sine lumine non est videre: & quoniam immanent & similes sunt sensib⁹, multas secūdm ipsas operantur animalia. alia quidem quia non habent intellectum, ut bestiæ: alia vero ex velamento intellectus, aut passione, aut ægritudine, aut somno, vt homines. De phantasia quidem igitur quid est, & propter quid est, dictum sit intantum.

SOPH. *Porrò autem quia uisus præcipue sensus est, ideo etiam nomen duxit ἀπὸ τοῦ φάους, i. à lumine: nimirum quia sine lumine uidere non possumus: Ac quoniam immanent, similésq; sunt sensibus, multa per ipsas agunt animalia alia, quòd non habeant intellectum, uidelicet bestiæ: alia, quòd interdum intellectus obruitur, aut perturbatione, aut morbo, aut somno: ut homines. Ac de phantasia quidem quid sit, & quamobrem sit, tot exposita sint.* E

Et, quia visus est proprie sensus, deriuatum fuit ei nomen à luce. impossibile enim est videre sine luce. Et, quia sensationes figūtur in eo, & ipse est eodem modo, ideo animal agit per ipsum multa. quorum quædam sunt, quia non habent intellectum, ut bruta: & quædā, quia forte intellectus in eo sincopizatur ab aliquo accidente, aut infirmitate, aut somno, vt homines. Hoc igitur sit finis nostri sermonis, quid est, & quare.

162 Et, q̄a visus ꝓprie ē illud, qđ dr̄ sēsus primo, cū ē nobilissimū sensuū, & ñ pficit̄ nisi à luce, ideo nomē isti⁹ virtutis deriuat̄ a noīe lucis ī līgua Græ-
3. de Aia 63 ca. Deinde incępit narrare vtilitatē isti⁹ virtutis ī aīalib⁹, s. cām finalē, & dixit. Et, q̄a sensationes figunt̄ in eo. i. &, quia sensationes figūt̄, & remanēt in aīali imaginātí post absentiā sensibiliū in eo mō, fm quē erāt apud præsentiā sensibiliū, ideo aīal mouet̄ ab istis sensationibus per hanc uirtutē apud absentiā sensibiliū, multis motibus ad sensibilia & nō sensibilia, q̄rendo vtile, & fugiēdo nociuū, quēadmodū mouebat̄ p sensus à sensibilibus: ita ꝙ animal non caret vtilitate in præsentia sensibilium apud absentiam eorum: sed ista virtus remanet in eo modo, fm quem erat apud præsentiā sensibilium. & vl̄r vtilitas apud pręsentiā sensibilium data est huic virtuti apud absentiā sensibiliū, ita ꝙ aīal p hoc habet esse nobilissimū in habendo salutē. D. d. quorū quædā sunt, quia nō habēt intellectū, &c. i. quædā aīalia agunt p hāc virtutē, quia nō habēt intellectū, & habēt istā virtutē, loco intellectus in acquirendo salutē: & quædā agunt p illā, quando intellectus fuerit sincopizatus ab infirmitate, aut alio, & sunt animalia habētia intellectus, vt homines. tunc. n. est eis loco intellectus. Hic igitur est sermo de imaginatione, quid, & quare. & hæc duo nał̄iter sunt desyderata. F

Aristotelis

ARISTOTELIS DE ANIMA LIBER TERTIVS,

Cum Auerrois Commentarijs.

SVMMAE LIBRI.

In prima agitur de potentia Animæ intellectiua.
In secunda de potentia Animæ motiua.
In tertia, quæ Animæ potentiæ quibus animatis sint necessariæ declaratur.

SVMMAE PRIMAE *Cap. I.*

De intellectus possibilis essentia. Ipsius impassibilitatem non esse similem ei, quæ sensus: Et quando intellectus hic in actu esse dicatur.

A DE parte autem animæ qua cognoscit anima & sapit, siue separabili existente, siue non separabili secundũ magnitudnem, sed secundum rationem, considerandum quam habet differentiam, & quomodo quidẽ fit ipsum intelligere.

PH. *DE ea autem parte animæ, qua anima cognoscit & sapit, siue ea sit separabilis, siue etiam non separabilis magnitudine, sed* B *ratione; considerandum est quam habeat diffentiam, & quonam pacto fiat intelligere.*

DE parte autem animæ perscrutandum est per quam anima cognoscit & intelligit. vtrum est pars differens: aut nõ differens in magnitudine. sed in intentione. Et perscrutandum est, differentia quæ sit, & qũo est formare per intellectũ.

1 CVm cõpleuit sermonem de virtute imaginatiua, quæ sit, & quare, incœpit perscrutari de rationabili, & quærere in quo differt ab aliis virtutibus comprehensiuis, scilicet virtute sensus & imaginationis. & hoc in prima & vltima perfectione, & in actione & in passione propria: cùm necesse est vt uirtutes diuersæ diuersentur in his duobus. Et, cùm in his duobus fuerint diuersæ, manifestum est ꝙ necesse est vt, diuersentur in qualitate actionis, si fuerint actiuæ: aut passionis, si passiuæ: aut in vtroq;, si vtrunq;. Et, quia intentio eius est talis, incœpit primo demonstrare quòd esse istius virtutis, scilicet ipsam esse diuersam ab aliis virtutibus animæ, manifestum est per se: cùm per hanc virtutem differat homo ab aliis animalibus, vt dictum est in multis locis. & ꝙ hoc, quod est dubium, vtrum differat ab aliis virtutibus in subiecto, sicut in intentione, aut tantum

[Left margin: Intentio diuersa. C 2. huius cõ. 52.]

[Right margin: Intentio particularis. Idẽ. 2. huius cõ. 152. Per virtutẽ rõnalẽ differt hõ ab aliis aĩalib⁹ cõ simile 12. Met. cõm. 38. & 10. Ethi. ca. 9.]

cum differat in intentione, non est necessarium ad prȩsciendum in hac p scrutatione: sed forte ex hac perscrutatione declarabitur quomodo. Et dixit. De parte autem animæ, &c. idest pars autem animæ, qua comprehendimus comprehensione, quæ dicitur cognoscere & intelligere, cùm manifestum est esse diuersa ab aliis virtutitibus, & ignorare primo vtrũ differat ab alijs virtutibus animæ subiecto, & intentione, ut Plato, & alij dicebant quòd subiectum istius virtutis in corpore aliud est à subiecto aliarum: aut non differt ab aliis in subiecto, sed tantum in intentione, non nocet in hac perscrutatione, quam intendimus, modo perscutandũ est de differentia, qua ista virtus differt ab aliis. Deinde dixit & quomodo est formare per intellectum. idest & prius perscrutandum est, quomodo est formare per intellectum, vtrum sit actio, aut receptio. scire enim actiones animæ prius est apud nos quàm scire eius substantiam. Et uidetur ꝙ intendebat hic per cognitionem, cognitionem speculatiuam: & per intellectum cognitionem operatiuam: cùm intellectus sit communis omnibus, cognitio autem non. E

Si igitur est intelligere sicut sentire, aut pati aliquid vtiꝗ erit ab intelligibili, aut aliquid huiusmodi alterum.

SOPH. *Si igitur intelligere est quemadmodum sentire, aut pati quoddam fuerit ab intelligibili, aut aliquid eius generis aliud.*

Dicamus igitur quòd, si formare per intellectum est sicut sentire, aut patietur aliquo modo ab intellecto, aut aliud simile.

2 Continuatio. Cùm narrauit quòd principiũ pescrutationis de substantia huius virtutis est perscritari de genere huius actionis, quæ est formare per intellectum, & scire genus quod præcedit differentiam, incœpit primo dubitare in hoc, vtrum formare per intellectũ sit de virtutibus passiuis, sicut ẽ sensus, aut de actiuis. Et, si est de passiuis: vtrum est passiuũ propter hoc, quod est materiale quoquo modo, & mixtum cum corpore, idest virtus in corpore, sicut sensus est passiuus, aut nullo modo est passiuum, quia nõ est materiale, neque mixtum corpore omnino, sed de intentione passio- F

Expõ lrę. nis tantum habet receptionem. Et dicit. Dicamus igitur quòd, si formare, &c. idest dicamus igitur quòd, si posuerimus ꝙ formare per intellectum est sicut sentire, scilicet ex virtutibus passiuis, adeo quòd prima uirtus intellectiua recipiat intellecta, & comprehendat ea: quemadmodum virtus sentiens recipit sensibilia, & comprehendit ea: necesse est alterum duorum, aut ut accidat ei aliqua transmutatio, & passio ab intellecto similis transmutationi, quæ accidit sensui à sensato, quia perfectio sensus est virtus in corpore: aut vt non accidat ei transmutatio similis transmutationi sensuum, & passioni eorum à sensato, quia prima perfectio intellectus non est virtus in corpore, immo non accidit ei omnino. Et hoc intendebat, cùm dixit. aliud simile. idest aut nõ patiatur passione æquali passioni sensus, scilicet non accidit ei trasmutatio similis transmutationi,

A tioni, quæ accidit sensui: sed solum assimilatur sensui in receptione: quia non est virtus in corpore.

Impassibile ergo oportet esse: susceptiuum autem speciei, & potentia huiusmodi, sed nõ hoc: & similiter se habere sicut sensitiuũ ad sensibilia, sic intellectiuum ad intelligibilia.

PH. *Ergo impatibile ipsum esse oportet: receptiuum uero speciei, & potentia tale, sed nõ hoc: & similiter habere, ut sensitiuum ad sensibilia, sic intellectum ad intelligibilia.*

Oportet igitur vt sit nõ passiuum, sed recipit formam: & est in potentia, sicut illud, non illud. & erit dispõ eius ſm similitudinẽ, sicut sensus* apud sensibilia, sic intellectus apud intelligibilia. * a.l. sentiens

3 Cùm narrauit quòd primo necesse est perscrutari de hac actione, quæ est formare per intellectum, vtrum est passiua, aut actiua, incœpit ponere illud, quod vult declarare, scilicet ipsum esse de virtute passiua quoquo modo, & ꝙ est non trasmutabile, quia non est corpus, neque virtus in corpore. Et dixit. Oportet igitur vt sit non passiuum, &c. idest &, cum bene fuerit perscrutatum de hoc, apparebit quòd necesse est quòd ista pars animæ per quam fit formare, est virtus non transmutabilis à forma, quam comprehendit, sed non habet de intentione passionis, nisi hoc tantum, ꝙ recipit formam, quam comprehendit: & quia est in potentia illud, quod comprehendit, sicut sentiens: non quia est aliquid hoc in actu corpus, aut virtus in corpore, sicut est sentiens. Et hoc intendebat, cùm dixit. & ẽ in potentia, sicut illud, nõ illud. i. & ẽ in potentia sicut sensus: non quia illa virtus est aliquid hoc, aut corpus, aut virtus in corpore. Deinde dicit. & erit dispositio eius secundũ similitudinẽ, sicut sensus apud sensibilia, &c. potest intelligi sic. & necesse est vt sit de virtutibus passiuis: ita quòd proportio sensus ad sensibilia sit sicut proportio intellectus ad intelligibilia. & secundum hoc in ordine sermonis erit transpositio, & tunc debet legi sic. opportet igitur ut, dispositio eius sit secundũ similitudinem, sicut sensus apud sensibilia, sic intellectus apud intelligibilia: & vt sit non passiuũ passione, sicut passione sensuum: sed recipit formam, & est in potentia, sicut illud, non illud. Et potest intelligi, & dispositio eius erit secundum hunc modum, sicut sentiens apud sensibilia, sic intellectus apud intelligibilia. idest quòd ponere ipsum non passiuum nõ contradicit huic, quòd proportio eius ad intellectum sit sicut proportio sentientis ad sensatum. sed forte concedendo ipsum habere hanc proptionem, erit necesse vt sit non transmutabile. Et coegit nos ad illam expositionem hoc, ꝙ intellectum habere hãc proportionem manifestum est per se, aut propè, cũ hoc ꝙ est quasi principiũ ad sciendũ ipsum esse nõ passiuũ, neq; trãsmutabile.

Continuatio. Expositio. Pría expõ. Scda expõ. Rõ primę expõnis

B C

Necesse itaq; quoniam omnia intelligit immistum esse sicut dicit Anaxagoras, ut imperet, hoc autem est ut cognoscat. intus apparens enim prohibet extraneum & obstruit.

SOPH. *Necesse igitur est cũ omnia intelligat, non mixtũ esse, ut ait Anaxagoras, ut dominetur siue superet, idest, ut cognoscat: nam [species] se offerens impedimento est alieno & obsepit.* D

Necesse est igitur, si intelligit omnia, vt sit non mixtum, sicut dixit Anaxagoras vt appareat, scilicet vt cognoscat. si enim apparuerit in eo, apparens impediet alienum, quia est aliud.

4 Cùm posuit quod intellectus materialis recipiens debet esse de genere virtutum passiuarum, & cùm hoc non transmutatur apud receptionem, quia neq; est corpus, neq; virtus in corpore, dedit demõstrationem super hoc, & dixit. Necesse est igitur, si intelligit, &c. idest necesse est, si comprehendit omnia existentia extra animam, vt ante comprehensionem sit nominatus ex hoc modo in genere virtutum passiuarum non actiuarum: & vt sit non mixtus cum corporibus, scilicet neque corpus, neq; virtus in corpore naturalis, aut animalis, sicut dixit Anaxagoras. Deinde dixit vt cognoscat, &c. idest necesse esse vt sit non mixtus, ut comprehendat omnia, & recipiat ea. Si enim fuerit mixtus, tunc erit aut corpus, aut virtus in corpore. &, si fuerit alterum istorum, habebit formam propriam, quæ forma impediet eum recipere aliquã formam alienam. E Et hoc intendebat, cùm dixit. si enim apparuerit in eo, &c. idest si. n. habuerit formam propriam rerum, tunc illa forma impediet eum a recipiendo formas diuersas extraneas, quia sunt aliæ ab ea. Sed modo consyderandum est in his propositionibus, quibus Aristo. declarauit hæc duo de intellectu, scilicet ipsum esse in genere virtutum passiuarum, & ipsum esse non transmutabile; quia neq; est corpus, neq; virtus in corpore. nam hæc duo sunt principium omnium, quæ dicuntur de intellectu. Et, sicut Plato dicit, maximus sermo debet esse in principio. minimus enim error in principio est causa maximi erroris in fine, sicut dicit Aristoteles. F

Digreßio

Dicamus igitur quoniam, cum formare per intellectum est aliquo modo de virtutibus receptiuis, sicut est de uirtute sensus, manifestum est ex hoc. Virtutes enim passiuæ, sunt mobiles ab eo, cui attribuũtur: actiuæ autem & mouent illud, cui attribuuntur. Et, quia res non mouet nisi secundum quòd est in actu, & mouetur secundum quòd est in potentia, necesse est inquantum rerum formæ sunt in actu extra animam, vt moueant animã rationalẽ sm ꝙ comprehendit eas: quemadmodũ sensibilia inquantum sunt entia in actu, necesse est ut moueãt sensus idest, vt sensus moueantur ab eis. Et ideo anima rationalis indiget consyderare intentiones, quæ sunt in virtute imaginatiua, sicut sensus indiget inspicere sensibilia. Sed tamen videtur ꝙ formæ rerum extrinsecarum mouent hanc virtutem: ita quòd mens aufert eas à materiis, & facit eas primo intellecta in actu, postquam erant intellecta in potentia. & hoc modo videtur quòd ista anima est actiua, non passiua. Secundùm igitur quòd intellecta mouent eã, est passiua: & secundũ quòd mouentur ab ea, est actiua. &

Primo Cę. tex. cõ. 31.

Res non mouet, ni si sm ꝙ ẽ in actu. Idẽ. 3. phy. 17. & 9. Meta. 20.

Obiectio.

Solutio.

A & ideo dicit Aristoteles post, ꝙ necesse est ponere in anima rationali has duas differentias, scilicet virtutem actionis & virtutem passionis. & dicit aperte ꝙ utraq; pars eius est neq; generabilis, neq; corruptibilis, vt post apparebit. sed hic incæpit notificare substantiam virtutis passiuæ, cũ hoc sit necesse in doctrina. ex hoc igitur declaratur quòd hæc differentia, scilicet passionis, & receptionis existit in virtute rationali. Quòd autem substantia recipiens has formas, necesse est vt non sit corpus, neque uirtus in corpore, manifestum est ex propositionibus, quibus Aristoteles vsus est in hoc sermone. Quarum vna est, quòd ista substantia recipit omnes formas materiales. & hoc notum est de hoc intellectu. Secunda autem est, quòd omne recipiens aliquid, necesse est vt sit denudatũ à natura recepti: & vt sua substantia non sit substantia recepti in specie. Si enim recipiens esset de natura recepti, tunc res reciperet se, & tunc mouens esset motum. vnde necesse est vt sensus recipiens colorem careat colore: & recipiens sonũ careat sono. & hæc propositio est * vera, & sine dubio. Et ex his duabus sequitur quòd ista substantia, quæ dicitur intellectus materialis, nullam habeat in sui natura de formis materialibus istis. Et, quia formæ materiales sunt aut corpus, aut formæ in corpore, manifestum est ꝙ ista substantia, quæ dicitur intellectus materialis, non est corpus, neq; forma in corpore: est igitur non mixtum cum materia omnino. Et debes scire ꝙ illud, quod dedit hoc, necessario est: quia ista substantia est, & quia recipiens formas rerum materialium vel materiales non habet in se formam materialẽ, scilicet †cõpositum ex materia & forma. Et neq; est etiam aliqua forma formarum materialium. formæ enim materiales nõ sunt separabiles. Neque ẽ etiam ex formis primis simplicibus. illæ enim non sunt separabiles, & nõ recipiunt formas, nisi diuersas, & sm ꝙ sunt intellectę in potentia, nõ in actu. est igit᷑ aliud ens à forma, & à materia, & cõgregato ex eis. Vtrũ autem hæc substantia habeat formam diuersam in esse à formis * materialibus, adhuc non declaratur ex hoc sermone. Propositio. n. dicens ꝙ recipiens debet esse denudatum à natura recepti, intelligitur à natura speciei illius recepti, nõ à natura sui generis, & maxime remoti, & maxime eius, quòd dictũ est per æquiuocationem. Et ideo diximus ꝙ in sensu tactus inuenitur medium inter contraria, quæ comprehendit, cõtraria enim alia sunt in specie à mediis. Et, cum talis est dispositio intellectus materialis, scilicet ꝙ est unum entium, & ꝙ potentia est abstracta, & non habet formam materialem, manifestum est ipsum esse non pasiuum: cùm pasiua, scilicet transmutabilia sint formæ materiales, & ꝙ est simplex, sicut dicit Aristote. & separabilis. & sic intelligitur natura intellectus materialis apud Arist. ꝙ post loquemur de eius dubiis.

[Margin: Infra tex. cõ. 17. — Recipiens debet denudatũ a nã recepti. Idẽ 2. de aĩa 67. & 71. & 83. & 3. Cęli 67. — * al. necessaria. — Docum. — † al. qd̃ sit cõpositũ. — * a l. immaterialibus — B — C — 2. de aĩa 118. 119.]

S ij Quare

ANTIQVA TRANSL.

Quare neq; ipsius est esse naturã neq; vnã, sed aut hoc, q possibilis sit. vocat⁹ vtiq; animę intellectus, dico autẽ intellectum, quo opinat̃ & intelligit anima, nihil est actu eorũ quę sunt ante intelligere.

SOPH. *Ita ut nulla sit eius natura nisi hæc, quòd possibilis. ergo qui uocatur animæ intellectus, uoco autem intellectũ quo διανοεῖται & existimat anima, nihil est actu eorum quæ sunt, antequã intelligat.*

Et sic nullam habet naturam nisi istã, scilicet q est possibilis. Illud igitur de anima, quod dicitur intellectus: & dico intellectum illud, per quod distinguimus & cogitamus: non est in actu aliquod entium, antequam intelligat.

5 Cùm declarauit q intellectus materialis non habet aliquam formã materialium, incœpit definire ipsũ hoc modo, & d. Et sic nullam habet naturam secundum hoc, nisi naturam posibibilitatis ad recipiendum formas intellectas materiales, Et d. Et sic nullam habet naturam, &c. i. illud igitur ex anima, quod dicitur intellectus materialis, nullam habet naturam, & essentiam, qua constituatur secundum quòd est materialis, nisi naturam possibilitatis, cùm denudetur ab omnibus materialibus, & intelligibilibus.

Quid p intel'm vidẽ .j. cõ. 20. & cõ. 2.

D. d. & dico intellectum, &c. idest & intende per intellectum hic virtutem animæ, quæ dicitur intellectus vere

MANTINI TRANSL. D

Commentum hoc Quintum à viro illo doctißimo Iacob Mantino translatum, unà cum Antiqua translatione hic apposuimus, ut clarior ipsius redderetur intelligentia.

Sic ergo nullã habet naturam, nisi hanc, scilicet q est quid possibile. Ipse igitur intellectus animæ vocatus: dico autem intellectum, quo anima intelligit (seu discurrit) & opinat̃ ipsa anima: nihil actu est ipsorum entium, antequam intelligat. E

Posteaq; Arist. exposuit intellectũ materialẽ nullã obtinere formã materialẽ. incipit nũc definire eũ eo pacto, dicens. Sic ergo nullã hẽt naturã, nisi naturã possibilitatis, vt possit recipere formas intelligibiles materiales. Cũ itaq; ĩquit. Sic ergo nullam habet naturam, intelligit eam partẽ animæ, quæ intellectus materialis nuncupatur, nullam utiq; obtinere naturã, neq; essentiam, qua ipse consistat, ea ratione, s. qua materialis existit, nisi naturã potentialitatis (seu promptitudinis, vt ita loquar) cùm sit expers omniũ formarũ materialiũ, atq; intelligibilium. F

Mox cùm inquit, dico autẽ intellectum, &c. hoc est, intelligo autẽ, cùm dico intellectum, eam aĩæ vim, seu

ANTIQVA TRANSL.

A vere: non virtutem, quæ dicitur intellectus large. s. uirtutem imaginatiuã in lingua Græca: sed uirtutem qua distinguimus res speculatiuas & cogitamus in rebus operationis futuris. D. dixit, non est in actu aliquod entium, anteq̃ intelligat, idest definitio igitur intellectus materialis est illud, quod est in potentia omnes intentiones formarum materialium vniuersalium, & non est in actu aliquod entium. antequam intelligat ipsum.

B

Digressio. 2a pars. Dria inter intellm, & mãm primam.

Et, cùm ista est definitio intellectus materialis, manifestum est q̀ differt apud ipsum à prima materia in hoc, quòd iste est in potentia omnes intentiones formarum vniuersalium materialium: prima autem materia est in potentia omnes istæ formæ sensibiles, non cognoscens, neque comprehendens. Et causa, propter quam ista natura est distinguens & cognoscens, prima autem materia neque cognoscens, neque distinguens est, quia prima mate-

C ria recipit formas diuersas, scilicet indiuiduales, & istas, iste autem recipit formas vniuersales. Et ex hoc apparet quòd ista natura non est aliquod hoc, neque corpus, neque virtus in corpore. quoniam, si ita esset, tunc reciperet formas secundum quòd sunt diuersa. & ista. &, si ita esset tunc formæ existentes in ipsa, essent intellectæ in potẽtia: & sic nõ distingueret naturã formarũ secundum quod sunt formæ: sicut est dispositio in formis ĩdiuidualibus, siue spiritualibus, siue corporalibus.

Correl'iũ primum.

Et

MANTINI TRANSL.

seu facultatem, quæ vere nominatur intellectus, non eam vim, quã largo vocabulo, seu figuraliter Græci intellectũ vocãt, q̃ est ipsa potẽtia imaginaria, sed intelligo eã facultatẽ, qua discernimus, ac dignoscimus res ipsas cõtẽplatiuas, excogitamusque factiuas, seu practicas, q̃ sunt faciundæ. D. d. nihil actu est ipsorum entiũ, anteq̃ intelligat. ac si dixerit ergo definitio ipsius intellectus materialis hæc vtiq; est. nẽpe q̀ est id, quod est in potẽtia ad omnes conceptus formarũ materialium vniuersalium: & non est actu aliquid entium, antequam intelligat ipsas.

Et, si hæc est definitio ipsius intellectus materialis, sequitur ergo intellectũ ipsum differre inq̃; ab ipsa materia prima, atq; distingui, iuxta Aristotelis sententiã. Primo quidẽ, propterea quia intellectus est in potẽtia ad oẽs cõceptus formarũ vl'ium materialium. sed materia prima est in potentia ad oẽs has formas, sensibiles. Secũdo vero, quia intell's mãlis dignoscit formas, quas recipit, sed ipsa materia prima nihil dignoscit vel apprehendit. Causa aũt, ob quã hæc natura dignoscit atq; discernit, materia vero prima nihil cognoscit vel discernit, est quidẽ, quia prima materia recipit formas diuersas singulares atq; indiuiduas, intellectus vero vl'es recipit formas. Hinc colligit põt hãc naturã nihil singulare, vel indiuiduũ esse, tũ corpus, tũ ẽt aliquã potentiã in corpore. q̃m, si id fieri posset, tunc reciperet formas, quatenus sunt singulares diuersæ, atque indiuiduæ formæ, ergo, que in eo existunt, fuissent vtiq; potẽtia intelligibiles: & sic nõ dignoscere neq;

 distin

ANTIQVA TRANSL.

Secũdum correctũ.

Et ideo necesse est vt ista natura, q̃ dicitur intellectus, recipiat formas modo alio ab eo, secundum quem istæ materiæ recipiunt formas receptionis: quarum conclusio à materia est terminatio primæ materiæ in eis. Et ideo non est necesse vt sit de genere materierum istarum, in quibus prima est inclusa, neque ipsa prima materia. quoniam, si ita esset, tunc receptio in eis esset eiusdem generis. diuersitas enim naturæ recepti, facit diuersitatem naturæ recipientis. Hoc igitur mouit Aristotelem ad imponendum hanc naturam, quæ est alia à natura materiæ, & à natura formæ, & à natura congregati.

Idẽ. 1. c p. de sub a ot bis & 1. Phy. 69.

Secũda ps The. opĩo de intellis potẽs immortalitate ca. 34.

Et hoc idem induxit Theophrastum, & Themistium, & plures expositores ad opinandum quòd intellectus materialis est substantia, neque generabilis neq; corruptibilis. omne enim generabile & corruptibile est hoc. sed iam demonstratum est ꝙ iste non est hoc, neq; forma in corpore. Et induxit eos ad opinandum eũ hoc, ꝙ ista est sententia Aristo. Ista enim intentio, scilicet ꝙ iste intellectus est talis, bene apparet intuentibus demonstrationem Aristo. & sua uerba. De demonstratione autem secundum ꝙ exposuimus: de uerbis vero, quia dixit ipsum esse non passiuum, & dixit ipsum esse separabile, & simplex. Hæc enim tria verba vsitãtur in eo ab Aristote. & non est rectum, immo est

Intellis nõ passiuus, & simplex 3. đ Aia. 12 &. 6. Intellect⁹ separabilis 3. đ Aia 20. 1. de Aia. 31. 65. & 2. đ Aia. 21. 12. Met. 17. ꝙ ĩpassibilis ẽt hẽs 1. de Aia. 66. vide hoc in The. ca. 23. 24. 25. 26. 27.

MANTINI TRANSL.

D

distingueret naturas formarũ, quatenus sunt formæ: sicut in particularibus formis fieri solet, siue sint spũales, siue materiales. necessum ergo ẽ hãc naturã, q̃ intellectus noĩatur, recipe ipsas formas, mõ quidẽ diuerso ab illo, quo istæ materiæ recipiũt illas formas, quas recipiunt: quæ quidẽ ideo cõtinẽtur, ac retinẽtur in ipsa materia, quia materia ipsa prima terminat̃ p eas. Et idcirco nõ oportet ipsũ eẽ ex gñe illarũ materierũ, qbus materia prima cõtinetur, seu terminatur, neq; vt sit ipsamet materia prima. nã, si ita res se haberet, tũc *eius generis esset res eas recipere. qm̃ diuersitas naturæ rei receptæ facit diuersitatẽ in natura recipientis. Hoc igit̃ coegit Aristotelẽ ponere hãc naturã distinctã a natura materiæ, atque à natura formæ, atque à natura compositi ex ipsis.

E

*a. l. receptio forarũ i itellu eẽt ex gñe receptiõis formarũ mãliũ.

Et hac eadem rõne inducti sunt Theophrastus, ac Themistius, aliiq; plures expositores credere ĩtellectũ materialẽ esse substãtiã ingenitã & ĩcorruptibilẽ, ꝑpterea quia oẽ genitũ & corruptibile est singulare indiuiduũ. sed neminẽ latet ipsum intellectũ nõ esse quid indiuiduũ & singulare, & neq; corpus, neq; potẽtiã in corpore. Immo ex hoc etiã inducti sunt, ut credant hãc esse Aris. sententiã. Hanc autẽ sñiam, nẽpe ꝙ is intellect⁹ ita se habeat, affirmãt illi, qui demonstrationẽ Aristo. intelligũt, atq; eius uerba. Demonstrationẽ autẽ, eo mõ, quo nos iã exposuimus: verba vero eius: quia dixit ipsum eẽ ĩpassibilẽ, & immixtum, atq; sĩplicẽ. Tribus. n. his vr̃ Ari. denominare intellectũ atq; describere. quod quidẽ non videtur esse recte dictũ, immo

F

A ANTIQVA TRANSL.

est remotum vti aliquo eorum in doctrina demonstratiua de generabili & corruptibili.

Sed, cum post viderũt Arist. dicere ꝙ necesse est, si intellectus in potẽtia est, ut etiã intellectus in actu sit, scilicet agens, & est illud, quod extrahit illud, quod est in potentia, de potentia ad actũ: & vt sit intellectus extractus de potentia in actum, & est ille, quẽ intellectus agens ponit in intellectum materialem, secũ-

B dum ꝙ artifex ponit formas artificiales in materia artificii. Et cum post hoc viderunt, opinati sunt ꝙ iste tertius intellectus, quem ponit intellectus agens in intellectum recipientem materialem, & est intellectus speculatiuus, necesse est vt sit æternus. cum enim recipiens fuerit æternum, & agens fuerit æternum, necesse est ut factum sit æternum necessario.

C

†Agens, & factũ ñ intelligunt, nisi cũ generatione & tpe, idẽ 8. Phy. 15. 2. Phy. cõ. 74. & 4. Ph. c. 129. Agẽs, & factũ i reb9 æternis est ſm silitudinẽ. confile. 4. cœ. c. 1. vide ẽt p hoc. 12. Me. c. 44. vid. j. c. 36

Et, quia opinati sunt hoc, contingit vt in rei veritate non sit intellectus agens, neque factum: cum agens† & factum non intelligãtur, nisi cũ generatione, & tempore. Aut dicatur ꝙ dicere hoc agens, & hoc factum non est nisi secundum similitudinem. & ꝙ intellectus speculatiuus nihil aliud est, nisi perfectio intellectus materialis per intellectũ agentem: ita ꝙ speculatiuus sit aliquod compositum ex intellectu materiali, & intellectu, qui est in actu. Et

MANTINI TRANSL.

immo videtur absurdum describere his descriptionibus, ac denominare ipsum generabile & corruptibile in scientia demonstratiua.

At, quoniam viderũt post hoc Aristotelem dicere ꝙ, si datur intellectus in potentia, oportet etiam vt detur intellectus in actu, qui scilicet est ipse intellectus agens, qui quidem est, qui extrahit illum intellectum, qui est in potentia de ipsa potentia ad actum: & vt detur intellectus eductus de potentia ad actum, qui quidem est ille scilicet, quem intellectus agens* ponit intellectum materialẽ esse intellectum in actu, ea ratione, qua ipsa ars ponit formas artificiales in materiam ipsius artis. Ex hoc præterea inducti quoque sunt, vt credant hunc tertium intellectum, quem intellectus agens efficit, atq; reddit intellectum recipientem materialem, qui quidem est ipse intellectus speculatiuus, necessario esse æternum. quoniam, cum ipsum recipiens sit æternum, agens quoque æternum, necessario id, quod ex eis effectum est, erit quoq; æternũ. Sed ex huiusmodi opinione eorũ sequeretur reuera ut nullus reperiretur intellectus agẽs, vel intellectus factus, seu adeptus, cũ & agẽs ipse, atq; adeptus, & ꝓductus nõ possint intelligi nisi cũ ipsa generatione, & tẽpore. Vel ꝙ dicatur, ꝙ noĩare illũ agentẽ, illũ uero factum & adeptũ, non nisi similitudine quadam ita nominetur. & ꝙ intellectus speculatiuus nihil aliud sit quã ꝑfectio, siue actu ipsius ĩtellectus materialis per ipsum intellectum agentẽ habita: ita vt intellectus agẽs sit quid cõpositum ex intellectu mãli

*a. l. facit

ANTIQVA TRANSL.

*Vide pro hoc The. 3. de Aïa cap. 30. & 39.

Et hoc, quod* videtur, ꝙ intellectus agens quãdoq; intelligit quãdo fuerit copulatus nobis, & quandoq; nõ intelligit, accidit ei propter mixtionem, s. propter mixtionem eius cum intellectu materiali, & ꝙ ex hoc modo tantum fuit coactus Aristo. ad ponendum intellectum materialem, non quia intelligibilia speculatiue sint generata & facta.

Et confirmauerunt hoc per hoc, ꝙ propalauit Arist. ꝙ quando intellectus agens existit in anima nobiscum, videmur denudare vniuersaliter formas à materiis primo, deinde intelligere eas. & denudare eas nihil aliud est nisi facere eas intellectas in actu, postquam erant in potentia. quemadmodum comprehẽdere eas nihil aliud est quàm recipere eas.

Et, cùm viderunt hanc actionẽ, quæ est creare intellecta, & generare ea, esse reuersam ad nostram voluntatem, & augumentabilẽ in nobis secundum augumentationẽ intellectus, scilicet qui est in nobis, scilicet speculatiui: & iam fuit declaratum ꝙ intellectus, qui creat, & generat intelligibilia & intellecta, est intelligentia agens, ideo dixerunt ꝙ intellectus, qui est in habitu, est ipse intellectus. sed accidit debilitas quãdoque, quandoque additio propter mixtionẽ. Hoc igitur mouit Theophrastum, & Themistium, & alios ad opinandum hoc de intellectu speculatiuo, & ad dicendum ꝙ hęc erat opinio Aristotelis.

Impugnatio Them. & Theophrasti.

Et

MANTINI TRANSL.

D

& intellectu actu existente. Et ꝙ intellectus agens cũ videatur qñq; intelligere videlicet qñ ẽ coniunctus nobis, qñq; vero nõ intelligat, id quidẽ contingere propterea quod ẽ immixtus: nempe quia ipsi intellectui materiali immixtus ẽ. & ꝙ ob hanc tm̃ rõnẽ fuit coactus Aristoteles ponere intellectũ m̃alẽ: nõ propterea, qđ ipsa intelligibilia speculatiua sint nouiter genita & fcã. Quã sñiam, s. ꝙ intellectus speculatiuus nihil aliud sit q̃; intellectus in actu, ideo cõfirmant, quia inueniunt Aristotelẽ affimare intellectũ agentẽ reperiri in anima nr̃a* cũ videamur expoliare primo formas ab ipsis materiis, mox eas intelligere, q̃ expoliatio nihil aliud est, q̃; efficere eas intelligibiles actu, postquã erãt intelligibiles in potẽtia. quẽadmodũ & cognoscere eas nihil aliud est q̃; recipere eas. E

*a.l. videtur

Et, cùm viderint huiuscemodi actionem, videlicet creandi, ac generandi ipsa intelligibilia, reuerti ac reduci ad nostram uoluntatem, oririq;, ac augeri in nobis ad ortũ, atq; incrementũ ipsius intellectus, qui in nobis existit, hoc est intellectus speculatiui: &, cùm iam sit notum ꝙ intellectus, qui creat, ac generat illa intelligibilia, q̃ sunt in potentia, ita ut ea actu intelligibilia reddat, sit intellectus agens: ideo dixerũt ꝙ intelllectus, qui habitu existit (seu adeptus) est illemet intellectus. sed efficitur quandoque imbecillior, quandoque vero ualidior propter ipsam mixtionem. Hoc itaque est, quod induxit Theophrastum, & Themistiũ, & alios opinari hæc de intellectu speculatiuo, affirmareque hanc esse Aristotelis sententiã. F

Sed

ANTIQVA TRANSL.

A Et super hoc sunt quæstiones nō paucæ. Quarum prima est, quòd hæc positio contradicit huic, quod Aristo. posuit, scilicet quòd proportio intellecti in actu ad intellectum materialem est sicut proportio sensati ad sentiens. Et contradicit veritati in se. Si enim formare per intellectum esset æternum, oporteret vt formatum per intellectum esset æternum: quapropter necesse esset vt formæ sensibiles essent intellectæ in actu extra animam, & non materiales omnino. & hoc est contra hoc, quod inuenitur in istis formis.

B Et etiam Aristot. aperte dicit in hoc libro quòd proportio istius virtutis distinguentis rationalis ad intentiones formatū imaginatarum est sicut proportio sensuum ad sensata. & ideo anima nihil intelligit sine imaginatione: quemadmodū sensus nihil sentit sine præsentia sensibilis. Si igitur intentiones, quas intellectus comprehendit ex virtutibus imaginatiuis, essent æternæ, tunc intentiones virtutum imaginatiuarum essent æternæ. &, si essent æternæ, tunc sensationes essent ęternæ: sensationes enim sunt de hac virtute, sicut intentiones imaginabiles de virtute rationabili. &, si sensationes essent æternę, tunc sensata essent æterna: aut sensationes essent intentiones aliæ ab intētionibus rerum existentium extra animam in materia. impossibile enim est ponere

cda rō.

nfra. 59. c supra. t. 2.

MANTINI. TRANSL.

Sed contra hoc non pauca insurgunt dubia. Primū, ꝙ hæc positio, & sententia contradicit dictis Arist. qui dicit ꝙ eadē est rō ipsius intelligibilis actu existētis ad intellectum materialē, quæ est ipsius sensibilis ad ipsum sensitiuū, (seu sentiens.) Contradicit quoque id ipsi veritati. Nā, si ipsa cōceptio, quę p intellectū fit, esset æterna, tunc oporteret vt id quoq;, quod ab intellectu conceptū est, esset æternū, & ob hoc oporteret ipsas formas sensibiles esse actu intelligibiles extra aīam, atq; penitus immateriales. quod quidē est cōtra id, quod de huiuscemodi formis apparet. Aristoteles præterea expresse d. in hoc lib. ꝙ eadē est rō huius virtutis distinctiuæ rōnalis ad conceptus, seu imagines, formarum imaginatarum, quæ est ipsorū sensoriorū ad sensibilia. & ideo aīa nihil ītelligit sine ipsa imaginatiua vi. quemadmodū ipsi sensus, seu sensoria nihil sentiunt, nisi res sensatæ, seu sensibiles reperiātur corā sensu. Si igit illę imagines (seu intentiones) quas intellectus ipse adipiscitur ab ipsis* virtutib⁹ imaginatiuis eēnt æternæ, tunc intentiones illæ, seu imagines ipsarū virtutū imaginatiuarū eēnt æternæ. &, si hæ essent æternæ, ipsæ quoq; sensationes eēnt æternę. quia ita se hñt sensationes ipsæ ad hāc virtutē, sicut intentiones seu imagines imaginatæ ad virtutē rōnalem. ꝙ si sensationes eēnt æternæ, & ipsa quoq; sensibilia essent æterna: vel ipsæ sensationes essent aliæ intētiones q̃ sint imagines rerum extra aīam existētium in ipsa mā. quia impōe est ponere easdemmet intentiones, vel imagines qñq; esse æternas & incorruptibiles,

*a. l. formis imaginis.

re eas easdē intentiones quandoque æternas, & quandoq; corruptibiles: nisi esset possibile quòd natura corruptilis transmutaretur, & reuerteretur eterna. Et ideo necesse est, si istæ intentiones, quæ sunt in anima, fuerint generabilium & corruptibiliū. vt illæ etiam sint generales & corruptibiles. & in hoc fuit prolixus sermo in aliquo loco.

Hoc igitur est vnum impossibilium, quæ videntur contradicere huic opinioni, scilicet huic, quod posuimus, ꝙ intellectus materialis est virtus non facta de nouo. Existimatur enim ꝙ impossibile est imaginari quomodo intellecta erunt facta, & ista non erunt facta. quando enim agens fuerit æternum, & patiēs fuerit æternum necesse est vt factum sit æternum. Et etiam, si posuerimus factum esse generatum: & est intellectus, qui est in habitu, quomodo possumus dicere in eo quòd generat, & creat intellecta?

Seda qō. Et est secunda quæstio magis difficilis valde. & est quod, si intellectus materialis est prima perfectio hominis, vt declaratur in definitione animæ: & intellectus speculatiuus est postrema perfectio: homo autem est generabilis & corruptibilis, vnus in numero per suam postremam perfectionem ab intellectu: necesse est vt ita sit per suam primā perfectionē, s. ꝙ per postremā perfectionem de intellectis sum alius à te, & tu alius à me. Et, si non, tu esses per esse mei, & ego per esse tui. & vniuersaliter homo eēt ens, antequam

ruptibiles, qñq; vero corruptibiles. nisi forte esse posse vt nā ipsius rei corruptibilis trāsmutaret, & efficeretur æterna, & incorruptibilis. Et iō, si huiuscemodi intētiones in aīa existētes, sint intētiones (seu imagines) rerū gñabilium & corruptibiliū, necessum erit vt ipsæ quoq; sint generabiles & corruptibiles. sed de hoc iam alibi factus fuit longus sermo.

Hoc igr̄ est vnū ex īpossibilibus & incōmodis, q̄ vident̄ cōtradicere illi snīæ, q̄ asserebat intellectū mālē esse virtutē nō factā. Qm̄ impōe videt̄ imaginari ipsa intelligibilia eē E nouiter facta ac * genita, & ipse, s. intellectus mālis, non sit nouiter factus. cū necesse sit, si agens sit æternū, & recipiēs æternū, vt id, qđ nouiter factū est, sit quoq; æternum. Ad hæc, si ponamus ꝙ id, quod est factū, sit genitū de nouo, quod quidē est ipse intellectus in habitu existēs (seu adeptus) quo pacto ergo poterimus dicere ipm gñare & creare ipsa intelligibilia? Scđm argumētum, & dubiū difficilius valde est. Qm̄, si intellectus materialis est actus primus ipsius hoīs, vt ex definitione animæ declaratū fuit: intellectus vero speculatiuus est vtiq; vltimus actus: hō aūt est gñabilis & corruptibilis, & vnus numero propter vltimū actum eius, quē ab ipso intellectu obtinet: ergo oportet ipm ita reperiri propter eius actum primū: nēpe ꝙ pp vltimū actum (seu perfectionē) vltimā ipsius ītellectus ego sū aliquid, qđ nō es tu, & tu quoq; eris aliquid aliud, qđ nō sū ego. Als enim tu esses pp esse meū, & ego essem pp tuū esse. & tandem hō erit, anteq̄ sit. Hac ergo ratione hō esset ingenitus

* a. l. intelligibilia.

A ANTIQVA TRANSL.

quam esset. Et sic homo non esset generabilis & corruptibilis in eo quod homo: sed, si fuerit, erit in eo quod animal Existimatur enim quod quemadmodum necesse est quòd, si prima perfectio fuerit aliquid hoc, & numerabilis per numerationem indiuiduorum, vt postrema perfectio sit huiusmodi: ita etiam necesse est econuerso, scilicet quod, si postrema perfectio est numerata per numerationem indiuiduorum hominum, vt prima perfectio sit huiusmodi.

Et alia sunt multa contingentia impossibilia huic positioni. Quoniam, si prima perfectio esset eadē
B omnium hominum, & non numerata per numerationem eorum, contingeret quod, cùm ego acquirerem aliquod intellectum, vt tu etiam acquireres illud idem: & quando ego obliuiscerer aliquod intellectum, vt etiam tu. Et multa impossibilia essent contingentia huic. Existimatur enim quod nulla differentia est inter vtranque positionē in hoc, quod contingit de impossibilibus, scilicet ex hoc, quod ponimus quod postrema, & prima perfectio sunt huiusmodi, s.
C non numeratæ per numerationem indiuiduorum. Et, cùm nos finxerimus omnia ista impossibilia, continget nobis ponere quod prima perfectio est hæc intentio, scilicet indiuidualis in materia numerata per numerationem indiuiduorum hominis, & generabilis & corruptibilis. Etiam declaratum est ex demonstratione Arist. prædicta quod non est aliquid hoc, neque corpus, neq; virtus in corpore. quomodo igitur possumus euadere ab hoc errore: aut qualis est via dissolutionis istius q̃onis?

Alex.

MANTINI TRANSL.

ingenitus & incorruptibilis quatenus est hō: sed, si eēt gñabilis & corruptibilis, id qdé, rōne, qua est Aīal, fiet. Nā existimari posset, quod queād modū vr̄ esse necessariū, si primus actus sit aliqd singular̄, & indiuidū, ac numerabile ad nūeratione ē īdiuiduorū, vt actus quoq; vltimus ita se habeat, sic quoq; sit necessariū hui⁹ oppositum, nēpe quod, si vltimus actus cōnumeretur ad cōnumeratione indiuiduorū hoīs, vt actus ēt primus ita quoq; se habeat. Multaque alia incōmoda insurgūt cōtra hanc positionē, inter cæteraq; hoc vnum est. Qm̄, si primus actus esset vnicus in oībus indiuiduis, & nō cōnumeraretur ad cōnumerationē eorum, tunc sequeretur quod, si ego assequerer aliqđ intelligibile, tu quoq; illud idē assequaris: &, si ego obliuiscerer alicuius ītelligibilis, tu quoq; illiusmet ītelligibilis nō eēs memor. Multaq; ī cōueniētia seq̄rent̄ ad hāc pōnē. Nā existimari pōt, quod hæ duę pōnes cōicāt īter se circa illa impoīa, q̄ cōtra ipsas īsurgūt, nihilq; circa id īter se differāt, nēpe si ponam⁹ primū atq; vltimū actū ita se hr̄e, s. quod non cōnumerent̄ ad numeratione ē indiuiduorū. At, si voluerim⁹ euitare oīa hæc incōmoda, erimus vtiq; coacti dicere ipsū actū primū ita se habere, videlicet vt sit quid singulare indiuidū, exiſtēs in ipsa mā̄, numerabileq; ad numeratione ē indiuiduorū hoīs, ac gñabile & corruptibile. Sed ex demōstratione ipsius Arist. prædicta iā probatū fuit ipsū nō eē qđ indiuiduū singulare, neq; corp⁹ aut potētiā in corpore. Quo igr̄ pacto poterim⁹ euitar̄ hoc dubiū: aut qua via vl̄ rōne posset hmōi dubiū solui?

Alex.

ANTIQVA TRANSL.

Tertia pe digressionis. Op. Alex. vid. p ea et prio de Aia, co. 88.

Alexander autem ſuſtentatur ſuper hunc ſermonem poſtremum, & dicit quòd magis conuenit naturalibus, ſcilicet ſermonem concludentem, ſcilicet quòd intellectus materialis eſt virtus generata, ita quòd exiſtimamus de eo quòd opinatur in eo, & in alijs virtutibus animæ eſſe præparationes factas in corpore per ſe à mixtione, & complexione, & dicit hoc non eſſe impoſſibile, ſcilicet vt mixtione elementorum fiat tale eſſe nobile mirabile: licet ſit remotum à ſubſtantia elementorum propter maximam mixtionem.

Et dat teſtimonium ſuper hoc eſſe poſſibile, ex hoc, ꝙ apparet quòd compoſitio, quæ primo cecidit in elementis, ſcilicet compoſitio quatuor qualitatum ſimplicium, cùm hoc ꝙ eſt parua illa compoſitio, eſt cauſa maxime diuerſitatis in tantū, ꝙ vnum eſt ignis, & aliud eſt aer.

2. de Gñatione. 16.

Et, cùm ita ſit non eſt remotum vt per multitudinem compoſitionis, quæ eſt in homine, & in animalibus, fiant illic virtutes diuerſæ in tantum à ſubiectis elementorum.

Et hoc aperte, & vniuerſaliter ꝓpalauit in initio ſui libri de Anima, & præcepit vt conſyderans de anima, primo debet præſcire mirabilia compoſitionis corporis hominis. Et dixit etiam in tractatu, quem fecit de intellectu ſecundum opinionem Ariſt. ꝙ intellectus materialis eſt virtus facta à complexione. & hæc ſunt verba eius.

Cùm

MANTINI TRANSL.

Alexander tñ adhæret huic vltimæ rōni & dicit ipsā magis cōuenire rebus nālibus, ſ. eā rōnem, quæ affirmat intellectū mālem eſſe quādam vim genitā, ita vt idē exiſtimemus de hac virtute, qđ de reliquis aīæ facultatibus exiſtimať, nēpe ꝙ reperiātur quædā præparationes, ac diſpōnes in ipſis materijs ꝑ ſe à tēperatura, & mixtiōe effectæ. Inquitq; hoc facile exiſtimari, ac imaginari poſſe: nēpe vt ex hmōi elementorū miſcella, oriatur hmōi ens nobile, atq; admirabile. licet enī huiuſcemodi ſubſtātia admodū diſtet à ſubſtātia elementorū, tñ ꝑꝑ maximā elemētorū mixtionē, nihil prohibet id fieri poſſe. Quòd aūt id fieri poſſit, ipſe conať probare teſtimonio eoꝝ, quæ ex cōpoſitione elementorū, prima inuicē oriri ſolent, nēpe ex cōpoſitiōe quatuor qualitatū ſimpliciū. quę quidē cōpoſitio, licet ſit exigua, nihilo ſecius illa ꝑfecto cōſtitutio eſt cauſa diuerſitatis maximæ, ita vt eius gratia factum eſt vnum elementorum ignis, alterum vero aer.

E

Si ergo ita res ſe habet, nihil profecto prohibet quin orianť virtutes tā diuerſæ ac variæ ex ſubſtantia elementorū ꝑꝑ multas cōpoſitiones, q̄ in homine atq; in aīantibꝰ reperiūtur. Hanc aūt expoſitionē tradidit ipſe Alex. in initio ſui libri de Aīa, vbi præcipit vt ille, qui de aīa tractare, ac contēplare aggreditur, primo debeat præſcire & cognoſcere mirabilē illā humani corporis cōſtitutionē. Inquit inſuper in eo tractatu, quē edidit, de Intellectu, iuxta ſententiā Ariſt. ꝙ intellectus materialis eſt quædam virtus orta ex ipſa temperatura, in his verbis.

F

Ex

A ANTIQVA TRANSL.

" Cúm igitur ex hoc corpore, quã " do fuerit mixtum aliqua mixtione, " generabit aliquid ex vniuerso mix- " ti, ita ꝙ sit aptum vt sit instrumen- " tum istius intellectus, qui est in hoc " mixto, cum sic existit in omni cor- " pore, & istud instrumentum est e- " tiam corpus, tunc dicetur esse intel- " lectus in potẽtia: & est virtus facta à " mixtione, quæ cecidit in corporib⁹, " præparata ad recipiendum intelle- " ctum, qui est in actu.

B

op. Alex. 1.2. d aĩa .3. d aĩa .20.1. d a.31. 65. d aĩa.11. Me.17. t.cõ.4.

Et ista opinio in substantia intellectus materialis maxime distat à verbis Arist. & ab eius demonstratione. A verbis autem, vbi dicit ꝙ intellectus materialis est separabilis, & ꝙ non habet instrumentum corporale, & ꝙ est simplex, & non patiẽs, idest non transmutabilis, † & vbi laudat Anaxagoram in hoc, quod d. ꝙ est non mixtus cũ corpore. A demonstratione vero, sicut scitum est in hoc, ꝙ scripsimus.

C

Iasio Alex. ĩ expo ndo demõstratio Phi. ĩ t. 4. cap. de intellectu actico, specula io.

Alexan. aut exponit demonstrationem Arist. à qua conclusit intellectum materialem esse non passiuum, neq; aliquid hoc, neque corpus, neque virtutẽ in corpore, ita ꝙ intendebat ipsã præparationẽ, non subiectum præparationis. Et ideo dicit in suo libro de Anima ꝙ intellectus materialis magis assimilatur præparationi, quæ est in tabula non scripta, quàm tabulæ præparatæ: & dicit quòd ista præparatio potest dici vere quòd non est aliquid hoc, neque corpus, neque virtus in corpore, & ꝙ non est passiua.

Sed

MANTINI TRANSL.

Ex hoc itaq; corpore, cum fuerit " aliqua mixtione ĩmixtum, orietur " quidẽ ex vniuersa illa temperatura, " vel constitutione aliquid, quod erit " prõptum, aptumq; vt sit instrumen " tũ huius intellectus, qui in huiusce- " modi mixto existit, queadmodũ re " perit in quolibet corpore, & hmõdi " instrumẽtũ est quoq; corpus, & tũc " dicetur esse intellectus in potẽtia: & " est quædam potẽtia orta ex ipsa cõ " positione, facta in illis corporibus, q̃ " sunt parata, ac prõpta recipere intel- " lectum illum, qui actu existit. "

Hæc tñ sententia, quæ habet dę essentia intellectus mãlis, est vtique aliena valde à verbis Arist. ac ab ei⁹ demrõne. A verbis aũt eius, quia ipse dicit intellectũ mãlẽ eẽ separabilẽ, nullũq; habere corporeũ instrm̃, esseq; simplicem, & impassibilẽ, hoc est inalterabilẽ, seu ĩmutabilẽ cum laudet quoq; Anaxagorã dicentẽ ipsum non esse mixtum cũ corpore. Deuiat vero ab Arist. demonstratione, vt ex his, quæ superius diximus, perspicuũ est. Sed Alex. cum exponit demonstrationẽ Aristo. ex qua concludit intellectum mãlem esse impassibilem, & non esse quid indiuiduũ, neq; corpus, neq; potentiam in corpore, vult ꝙ Arist. intelligat hoc de essẽtia ipsius aptitudinis & prõptitudinis, nõ de subiecto illi⁹ aptitudinis. Et ideo dixit in suo libello de Aĩa ꝙ intellectus materialis similatur magis illi aptitudini, q̃ inest tabulæ rasæ, quàm similat ipsi tabulæ aptæ ac prõptæ: & dicit ꝙ huiusmodi aptitudo põt vere dici ꝙ non est aliquod indiuiduũ singulare nec corpus, neque potẽtia in corpore, neque passibilis quidem est.

Hoc

ANTIQVA TRANSL. MANTINI TRANSL. D

Impu. eius dem. Sed hoc, quod dicit Alexan. nihil est. hoc enim vere dicitur de omni præparatione, s. φ neque est corpus neque forma hæc in corpore. Quare igitur appropiauit Arist. hoc præparationi, quæ est in intellectu, inter alias præparationes, si non intendebat demonstrare nobis substantiam præparati, sed substantiã præparationis? si possibile est dicere φ præparatio est substantia, cum hoc, quod dicimus, quòd subiectũ istius præparationis neq; est corpus, neq; virtus in corpore. & illud, quod conclusit demõstratio Aristot. alia intẽtio est ab ea, secundum quam dicitur quòd præparatio neque est corpus, neque virtus in corpore.

Secta 16. Et hoc manifestum est ex demõstratione Aristo. Propositio enim dicens φ omne recipiẽs aliquid necesse est vt in eo non existat in actu aliquid ex natura recepti, manifesta est, ex eo φ substãtia preparati, & natura eius quærit habere hoc prædicatum, secundum φ est præparatũ. præparatio enim non est recipiens, sed esse præparationis à recipiente est sicut accidentis proprij. & ideo, cùm fuerit receptio, non erit præparatio, & remanebit recipiens. Et hoc manifestum est, & intellectum ab omnibus expositoribus ex demonmonstratione Arist.

Aliquid

Hoc tamen, quod dicit Alex. nihil veri vtiq; habet. qm̃ illud idem, qđ de hac aptitudine dicit, potest vtiq; dici de qualibet aptitudine. nẽpe φ de qualibet aptitudine potest dici, s. φ ipsa non est corpus, neque forma indiuidua seu singularis, in corpore existens. Cur igitur Aristoteles voluit hoc esse proprium huic aptitudini, quæ in intellectu existit potius quàm reliquis aptitudinibus, si ipse Arist. his verbis suis nolebat declarare nobis substantiam ipsius rei, quæ est subiectum ipsius aptitudinis, sed essentiam ipsius aptitudinis, atque substantiam ei⁹: si ipsam aptitudinẽ liceat substãtiã nominare. cunq; ergo dicit, subiectum huius aptitudinis non esse corpus, neq; virtutẽ in corpore, quod quidem concludebat demonstratio Arist. aliud quidem significat. q̃ dicere, aptitudinem ipsam nõ esse corpus, neq; virtutem, seu potentiam in corpore. E

Et hoc ex demõstratione Arist. aperte dignosci potest. Nam illa ꝑpositio, quæ dicit φ quicquid recipit aliquid, non debet habere in se actu aliquid naturæ ipsius rei receptæ, est vtique manifesta, propterea quia substantia ac essentia ipsius rei F aptæ, & promptæ, atq; eius nã̃ exposcit, vt in reperiatur illud prędicatũ, ea ratione, qua est apta, & parata. nã ipsa aptitudo, non est ipm recipiẽs, sed natura ipsius aptitudinis se habet ad ipsum recipiens veluti accidens proprium. idcirco, dum ipsa receptio reperitur, nõ reperietur ipsa aptitudo, cum tamẽ remaneat ipsum recipiens. Et hoc quidem perspicuũ est, ac maxime cõstans apud expositores demõstrationis Aristo.

At, cum

ANTIQVA TRANSL.

Aliquid enim esse non corpus, neque virtutem in corpore dicitur quatuor modis diuersis. Quorum vnus est subiectum intellectorum, & est intellectus materialis, cuius esse demonstratum est quòd sit. Secundus est ipsa præparatio existens in materijs. & est propinquus modo, secundum quem dicitur ꝙ priuatio simpliciter neque est corpus, neq; virtus in corpore. Tertius autem est prima materia, cuius etiam esse demonstratum est. Quartus est formæ abstractæ: quarum esse est etiam demonstratum. & omnia ista sunt diuersa.

errotis ex. Fun- mérum ex. i suo . de aia 5. 2. de 1. t. c. 7.

Et induxit Alexan. ad hanc expositionem remotam manifesti erroris fugere, s. á quæstionibus prædictis. Et etiam videmus Alexan. sustentari in hoc, ꝙ prima perfectio intellectus debet esse virtus generata sup vniuersales sermones dictos in definitione animæ, scilicet quia est prima perfectio corporis naturalis organici. Et dicit ꝙ ista definitio est vera de omnibus partibus animæ eadem intentione. & dat rationem super hoc: quoniam dicere quòd omnes partes animę sunt formæ, est vniuocum, aut prope: &, quia forma, in eo, quod est finis habentis formam, impossibile est vt separetur, necesse est, cũ primæ perfectiones animæ sint formæ, ꝙ non separentur. & per hoc destruit vt in primis perfectionibus animæ sit perfectio separata: sicut dicitur de nauta cũ naue. aut niuersaliter erit in ea aliqua pars, quæ dicitur perfectio intẽtione diuersa ab intẽtione, q̃ dr̃ in alijs. Et hoc quod ipse fingit, ꝙ ma-

rma est iis hñtis rmá. 1. 4. com 23.

āsio ad um mo iũ Alex.

MANTINI TRANSL. D

At, cũ dicimus aliquid eẽ nõ corpus, neq; potẽtiã in corpore, id quidem quatuor dr̃ modis diuersis. Primo q̃dẽ mõ dr̃ de subiecto ipsorũ ĩtelligibiliũ, qđ quidẽ est ipse intellectus mãlis, cuius eẽ iã fuit declaratũ quale nã sit. Scđo dr̃ de ipsa aptitudine, & prõptitudine, q̃ in materijs existit. & is modus nõ ẽ absimilis valde ab eo mõ, quo dicim⁹ ipsã priuationẽ absolutã nõ esse corp⁹, neq; potẽtiã in corpore. Tertio mõ dr̃ de mã prima: q̃ quidẽ ꝙ sit iã probatũ fuit. Quarto mõ dr̃ de formis sẽparatis: quæ ẽt ꝙ sint iã probatũ fuit. ij itaq; quatuor modi oẽs inter se differũt. E

Lapsus tñ fuit Alex. in hmõi expositionẽ dissonã, atq; manifeste falsam, ut euitaret illa dubia prætacta. Adde ẽt ꝙ ipse Alex. vr̃ posse se tueri, ac sibi ipsi faueri per id, quod dr̃, ꝙ actus primus ipsius intellect⁹ debet esse virtus, atq; facultas genita, ac nouiter orta, iuxta illa, quę vl'r in definitione aïæ dicta sunt. nẽpe ꝙ ipsa est actus primus corporis physici organici. Et d. hanc definitionẽ vere dici de oĩbus partib⁹ aïe fm eãdẽ rõnẽ. qđ quidẽ hac rõne probat, videlicet, q͞a, cũ dicimus oẽs partes F aïæ eẽ formas, id quidẽ est vniuoce, vel ꝑprię dictũ: sed, cũ ipsa forma, ea rõne, qua ẽ finis rei, cui⁹ ẽ forma, nõ possit separari, ergo & ipsi actus primi ipsius aïæ, cũ sint formæ non pñt vtiq; separari. & ex hoc affirmat nõ posse reperiri inter ipsos primos actus, seu ꝑfectiones aïæ aliquẽ actũ separabilẽ, vt dr̃ đ nauta respectu nauis. vel vt possit reperiri ĩ ipsa aïa in vl'i vna pars, quę possit dici actus seu perfectio vario modo ab eo, quo dr̃ act⁹ vel perfectio de reliq̃s partibus.

Id

ANTIQVA TRANSL.

ꝙ manifestum est de sermonibus vniuersalibus in anima, manifeste, d. Aristo. ꝙ non est manifestum in omnibus partibus animæ. dicere. n. formam, & primam perfectionem est dicere æquiuoce de anima rationali. & de alijs partibus animæ.

2. de aïa. 3. cō. 11.

intellectum vt tu scires etiam illud ipsum, & alia multa, impossibilia. Et, si posuerimus eum esse multa, continget vt res intellecta apud me & apud te sit vnum in specie, & duæ in indiuiduo. & sic res intellecta habebit rem intellectam. & sic procedit in infinitum. Et sic erit impossibile vt discipulus addiscat à magistro, nisi scientia, quæ est in magistro, sit virtus generãs, & creans sciẽtiam, quæ est in discipulo, ad modũ secundum quem iste ignis generat alium ignem sibi similẽ in specie, quod est impossibile. Et hoc, quod scitum est idem in magistro, & discipulo, ex hoc modo fecit Plat. credere ꝙ disciplina esset rememoratio. Cùm igitur posuerimus rem intelligibilem, quæ est apud me & apud te multa in subiecto, secũdum ꝙ est vera, s. formam imaginationis vnam in subiecto, secundum ꝙ est vna, per quod est intellectus ens, & est materialis, dissoluuntur istę quęstiones perfectè.

Modus autem, quem existimauit Auen pace dissoluere quæstiones aduenientes super hoc, quòd intellectus est vnus aut multa, scilicet modum, quem dedit in sua epistola intitulata, Continuatio intellectus cũ homine, non est modus conueniẽs ad dissoluendum istam quæstionẽ.

Intellectus

MANTINI TRANSL.

D

præterea quia, si id, quod est intelligibile apud me & apud te, esset idem vndequaq;, tunc sequeretur ꝙ ego scirem aliquod intelligibile, tu quoq; scires illudmet intelligibile, & plura alia incõmoda sequerentur. At, si diceremus ipsum ĩtelligibile* multiplicari ad multiplicationẽ ipsorũ scientiũ, tũc sequeretur ꝙ ipm intelligibile eẽt apud me & apud te vnũ spẽ, & duo numero. & sic vna res ĩtelligibilis haberet aliã rem intelligibilem. & sic res procederet in infinitũ. Et tũc discipulus non posset discere à præceptore. sed ipsa scientia, quę existit in præceptore, erit quędam vis generans, & producens scientiã ipsam, q̃ existit in discipulo, ea. s. ratiõe, qua ignis generat alium ignẽ sibi similem specie, quod quidem est absurdum. Essetq; præterea id, quod sciretur, idem vtiq; in præceptore & in discipulo. & hæc rõ induxit Platonem, vt crederet ipsum scire esse reminisci. Sed, si concedamus illam rem intelligibilem, quam ego & tu cognoscimus, esse plura subiecto, ea ratione, qua vera existit in eo, quæ videlicet est ipsa forma imaginaria, vnũ vero subiecto, ea ratione, qua est* intellectus existens, & est materialis, sic omnia illa argumenta integre soluentur.

E

F

Modus vero, quo putauit Auen pace soluere illa argumenta, quæ insurgunt circa id, quod proponebatur, vtrum. s. intellectus sit quid vnum vel plura, non est satis pro solutiõe huius dubii: videlicet illa via, qua ipse processit in eo tractatu suo, cui titulum dedit, De copulatione intellectus cum ipso homine, nõ est profecto sufficiens vt soluat hoc dubiũ.

Quoniam

*a l. esse multa.

*a.l. vnũ, quo ẽ intelligibile quoddam & est materiale.

A ANTIQVA TRANSL.

intellectus enim, quem demonstrauit in sua epistola esse vnum, quando laborauit in dissoluendo istam quæstionem alius est ab intellectu, quem demonstrat etiam illic multa: cùm intellectus, quem demonstrauit esse vnũ, est intellectus agẽs, inquantum est forma necessariò intellectus speculatiui. intellectus vero, quem demonstrauit esse multa in specie, est intellectus speculatiuus. Hoc autem nomen, scilicet intellectus, æquiuocę dicitur de speculatiuo, & agente.

B Et ideo, si illud, quod intelligit de hoc nomine intellectus in duobus sermonibus oppositis, s. concludenti intellectum esse multa, & concludendi intellectum esse vnum, est intentio non æquiuoca, tunc illud, quod post dedit in hoc, scilicet ꝙ intellectus agens est vnus, & speculatiuus multi, non dissoluit hanc quæstionem. Et, si illud, quod intelligitur in illis duobus sermonibus oppositis de hoc nomine intellectus, sit intentio æquiuoca, tunc dubitatio erit sophistica, non disputatiua.

C Et ideo credendum est ꝙ quæstiones, quas dedit ille vir in illa epistola, nõ dissoluunt, nisi ex hoc mõ. si illæ dubitationes non sunt sophisticæ, sed disputatiuæ. Et per istũ modum dissoluetur quæstio, in qua dubitabat in intellectu materiali, vtrũ sit extrinsecus, aut copulatus. Et, cũ hoc sit declaratum, reuertamur ad exponendum sermonem Arist.

MANTINI TRANSL.

Quoniam ille intellectus, quem in ea epistola probauit esse vnum, quãdo conatur soluere hoc dubiũ, est vtique alius intellectus, quàm sit ille, quem probauit ibidem esse plura. nam ille intellectus, quem probat ibi esse vnum, est ipse intellect⁹ agens, ea ratione, qua est omnino forma ipsius intellect⁹ speculatiui. sed ille intellectus, quem probauit esse plura specie, est intellectus speculatiuus. Hoc autem nomen intellectus æquiuoce dicitur, de intellectu speculatiuo, & de intellectu agẽte. Et idcirco, si id, quod significatur per hoc nomen intellectus in vtraque oratione contraria, nempe in illa, in qua concluditur quod intellectus est quid vnum, & in qua concluditur ꝙ sit plura, nõ sit quid æquiuocè dictum, tunc, cũ dicit intellectum agentem esse vnum, & intellectum speculatiuum esse plura, non solueret hoc dubium. Et, si in illis duabus orationibus oppositis id, quod significatur per hoc nomen intellectus, sit æquiuoce dictũ tunc illud dubium erit sophisticũ, non dialecticum. Et ideo existimandum est ꝙ illa argumẽta, quæ Auẽpace attulit in illo tractatu suo, non soluantur nisi hoc modo dicto, si illæ rationes seu argumẽtationes nõ fuerint sophisticæ: sed dialecticæ. Et hac quoq; ratione soluetur illud dubium, quo dubitabatur vtrum intellectus materialis* sit exterus vel cõnexus. His itaque sic expositis reuertamur ad expositionem nostrã in verba Aristotelis.

*a. l. siue ꝺ foris ueniat aut sit nobis copulatus.

Vnde neq; misceri rationabile est ipsum corpori: qualis enim aliquis utiq; fiet, calidus aut frigidus, si organum aliquod erit, sicut sensitiuo: nunc autem nullum est. Et bene iam dicentes sunt animam esse locum specierũ: nisi quod non tota sed intellectiua: neq; actu sed potentia species. D

SOPH. *Itaq; nec admixtum corpore eum esse, rationi consentaneum est: fieret enim cuiusdammodi, nimirũ calidus aut frigidus: atq; etiam instrumentum aliquod adesset, quemadmodum sensitiuo: nunc uero nullum est. Atque præclare sanè censent qui dicunt animam esse locum specierũ: nisi quòd neq; tota, sed intellectiua: neq; actu, sed potẽtia species.*

Et ideo fuit necesse vt non sit mixtus cum corpore: si enim esset amixtus cum corpore, tunc esset in aliqua dispositione, aut calidus, aut frigidus, aut haberet aliquod instrumentum sicut habet sentiens. sed non est ita. Recte igitur dixerunt dicentes animam esse locum formarum. sed non vniuersa, sed intelligens. & formæ non in perfectione, sed in potentia. E

6 Hæc est alia demonstratio quod intellectus materialis nõ est aliquid hoc, neque corpus, neque virtus in corpore. Et d. Et ideo fuit necesse, &c. i. &, quia natura eius est ista, quam narrauimus recte, & necesse fuit vt non admisceretur cum corpore. i. quòd non est virtus in eo fm quod admiscetur cum corpore, vt declaratum est. D. d. secundam rationem sup hoc, & d. si .n. esset admixtus, &c. i. si. n. esset virtus in corpore, tunc esset aliqua dispositio & aliqua qualitas. &, si haberet qualitatem, tunc illa qualitas, aut attribueretur calido, aut frigido, scilicet complexioni in eo quod est complexio: aut esset qualitas existens in complexione tantum addita complexioni, sicut est de aĩa sensibili, & sibi similibus: & sic haberet instrumentum corporale. D. d. sed non est ita. i. sed non habet qualitatem attributam calido F & frigido neq; hẽt instrm: ergo non est mixtum cum corpore. Et considerare debemus in consecutione, & destructione, vtrum indigeant demonstratione, aut non. Dicamus igitur. qm̃ consecutio consequentis ad præcedens est vera, manifestum est ex prædictis. Declaratum enim est quod omnis virtus in corpore composito, aut attribuitur primis qualitatibus, s. formæ complexionis, aut erit virtus existẽs in forma complexionali, & sic necessario erit anima organica. Destructio uero manifesta est ex prædictis etiam. Declaratum est enim quod nullum est instrumentum aliud ab instrumentis quinq; sensuũ, vbi fuit declaratum quod nullus est sensus sextus. & vl't, si intellectus esset virtus animalis in corpore, tunc aut esset sextus sensus, aut consequens sextum sensum, scilicet aliquid, cuius proportio ad sextum sensum esset sicut imaginatio ad communem sentientem. Quoniam autem intellectus materialis non est uirtus attributa

com-

A complexioni, manifestum est ex prædictis. quoniam, cum anima sensibilis non est virtus attributa complexioni, quanto magis intellectus. Et si esset attributa complexioni, tunc, sicut dicit Aristot. esse formæ lapidis in anima, esset idem cum eis esse extra animam, & sic lapis esset comprehendens. & alia multa impossibilia contigentia huic positioni. Et quidam dubitabit in hoc, quod fuit dictum, scilicet quòd intellectus non habet instrumentum, ex hoc, quod dicitur, quòd virtus imaginatiua est in anteriori cerebri, & cogitatiua in medio, & rememoratiua in posteriori. & hoc non tantum dictum est à Medicis, sed dictum est in Sensu & sensato, Galenus autem, & alij Medici raciocinantur super hoc, quod istæ virtutes sunt in istis locis per locum concomitantiæ. & est locus faciens existimare, non verus. Sed declaratum est in libro de sensu, & Sensato, quòd talis est ordo istarum virtutum in cerebro per demonstrationem dantem esse & causam. Sed istud non contradicit illi, quod dictum est, hic. † Virtus enim cogitatiua apud Aristo. est virtus distinctiua indi-
B uidualis, scilicet quod non distinguit nisi indiuidualiter, non vniuersaliter. Declaratum est enim illic quòd virtus cogitatiua non est nisi virtus, quæ distinguit intentionem rei sensibilis à suo idolo imaginato. & ista virtus est illa, cuius proportio ad has duas intentiones, scilicet ad idolum rei, & ad intentionem sui idoli, est sicut proportio sensus communis ad intentiones quinque sensuum. virtus enim cogitatiua est de genere virtutum existentium in corpore. Et hoc aperte dixit Aristo. in illo libro, cùm posuit virtutes indiuiduales distinctas in quatuor ordinibus. In primo posuit sensum communem, deinde virtutem imaginatiuã, deinde cogitatiuam, & postea rememoratiuam. Et posuit rememoratiuam magis spiritualem, deinde cogitatiuam, deinde imaginatiuam, & postea sensibilem. Licet igitur homo proprie habeat virtutem cogitatiuam, tamen hoc non facit hanc virtutem esse rationabilem distin-
C ctiuam. illa enim distinguit intentiones vniuersales non indiuiduales. & hoc fuit aperte dictum ab Aristo. in illo libro. Virtus igitur distinctiua rationalis, si esset virtus in corpore, contingeret vt esset vna istarum virtutum quatuor. quapropter haberet instrumentum corporale: aut esset alia virtus indiuidualis distincta ab istis quatuor. sed iam declaratum est illic hoc esse impossibile. Et, quia Galenus existimauit quòd virtus cogitatiua est rationalis materialis, fecit ipsum errare in hoc locus consequentis. quia enim virtus rationalis appropriatur homini: & cogitatiua appropriatur ei: existimatur propter conuersionem affirmatiuæ vniuersalis quòd cogitatiua est rationalis. & vnus eorum, qui errauerunt in hoc, est Albelfarag Babyloniensis, in suo commento in lib. de Sensu & sensato. Deinde dicit. Recte igitur dixerunt dicentes animam esse locum formarum idest cùm declaratum sit quod nõ est mixtus alicui corpori, tunc recte dixerunt describentes animam esse locum formarum, cũ non acceperunt in notificando substantiam eius propinquam, istam consimilitudinem, & conuenientiã, quæ est inter ipsam ad spẽs, & locũ ad locatum.

Dubiũ an intell's sit virtus organica.

Solutio vi de p illa demrone dãte cãm & esse Auer. super cõ. lib. de Memoria & reminiscentia.

†Virt9 cogitatiua distinguit idiuidualiter. Idẽ .j. cõ. 20. &. 33. Idẽ 2 d aia cõ. 65.

Error Gal.

Secta pars expositiua tex.

D.d.ſed non vniuerſa, ſed intelligens.i. ſed iſta conſimilitudo non debet accipi in intelligendo oẽs partes animæ,ſed tm̃ in anima rationali.alię.n. partes animæ ſunt formæ in materijs, rationalis aũt non. D. d. & Formæ non in perfectione,ſed in potentia. ſed locus differt ab anima diſtinctiua intelligente in hoc, ꝙ locus nihil eſt eorum, quæ ſunt in eo:anima autem rõnalis materialis eſt formæ exiſtentes in ea non actu,ſed potentia. Et fecit hoc, ne aliquis intelligat ex hac deſcriptione ꝙ genus acceptũ in ea ſit genus verũ,non Rhetoricũ.ſed cogetur hõ in talibus rebus, quæ non intelligũtur niſi per cõſimilitudinẽ, vt notificet ea per talia gñа Rhetorica. D

Res q̃ non ĩtelligunt̃ niſi p cõſimilitudinẽ, notificari pñt p gña Rhetorica.cõſiľe.j cõ 14 & 1.Ph. 81 Idẽ.4. Ph. cõ. 84. &. 2. de anima.149

Quoniam autem non ſimilis ſit impasſibilitas ſenſitiui & intellectiui,manifeſtum eſt ex organis & ſenſu:ſenſus enim non poteſt ſentire ex valde ſenſibili:vt ſonum ex magnis ſonis: neq; ex fortibus odoribus & coloribus neq; videre,neq; adorare.ſed intellectꝰ quum intelligat aliquid valde intelligibile,nõ minus intelligit infima,ſed & magis.Senſitiuum quidem enim non ſine corpore eſt: hic autem ſeparatus. E

SOPH. *Non eſſe autem ſimilem impatibilitatem ſenſitiui & intellectiui, perſpicuum eſt in ſenſuum inſtrumentis,& in ſenſu.nam ſenſus poſt uehemens ſenſibile ſentire non poteſt:uerbi cauſa,ſonum poſt magnos ſonos:nec etiam poſt uehementes colores & odores, uidere aut olfacere: at uero intellectus ubi aliquid intellexerit uehementer intelligibile, nihilo minus inferiora intelligit, imo etiam magis.nam ſenſitiuum non eſt ſine corpore: hic uero ſeparabilis eſt.*

Quoniam autem priuatio pasſionis in ſentiente, & in formatione per intellectum non eſt conſimilis, manifeſtum ineſt ſenſu. Senſus.n.non poteſt ſentire poſt forte ſenſatum: ver.g.poſt ſonos maximos,aut poſt colores fortes,aut poſt odores fortes.Sed intellectus,quando intellexerit aliquod forte intelligibilium, tunc nõ minus intelliget illud,quod eſt ſub primo,imo magis.ſentiens.n. non eſt extra corpus:iſte autem eſt abſtractus. F

Hęc ẽ cõditio neceſſaria d̃nioſtratiõibꝰ neceſſariis,vt apparẽtia sẽſui nõ d̃rant ab eo, qd̃ vr̃ p rõnẽ. Idẽ.1. Cœ. cõ. 22. &. 8.Phy. 22. & 26.

Cùm declarauit ꝙ intellectus materialis non admiſcetur materiæ, incœpit notificare ꝙ hoc conuenit apparentibus. Hæc enim eſt conditio neceſſaria neceſſarijs demonſtrationibus,ſ. vt apparentia ſenſu non differant ab eo,quod videtur per rationem. Et dixit. Qm̃ autem priuatio pasſionis,&c.i.qm̃ priuatio tranſmutationis exiſtentis in ſenſu non eſt ſimilis priuationi tranſmutationis exiſtentis in intellectu, vt demonſtratum fuit ratione,manifeſtum eſt ex apparentibus. Priuatio enim tranſmutationis in intellectu debet eſſe pura.& non eſt ita priuatio tranſmutationis in ſenſu,cùm ſenſus ſit virtus materialis.D.d.ſenſus enim non poteſt ſentire, &c.ideſt & ſignum eius eſt,quoniam ſenſus nõ poteſt ſentire ſua ſen- 7

ſibilia

A sibilia conuenientia sibi, quando senserit aliquod forte, & recesserit ab eo, subito ad illud aliud sensibile. v.g. quando sensus auditus recesserit a magno sono, aut visus à forti colore, & olfactus à forti odore. Et causa in hoc est passio, & trasmutatio, quæ accidunt sentienti à forti sensato. Et causa huius transmutationis est, quia est virtus in corpore. Et, cùm demonstrauit hoc, quod videtur de transmutatione in sensu, incœpit notificare q̄ contrarium est de intellectu, & dixit, Sed intellectus, quando intellexerit aliquod forte, &c. i. intellectus, quando intellexerit aliquod forte intelligibile, tunc facilius intelliget intelligibile non forte. vnde scimus q̄ non patitur, neque transmutatur à forti intelligibili. Et, cùm demonstrauit eos esse diuersos, in hoc dedit causam, & d. sentiens enim nō est extra corpus: iste autem est abstractus. idest & causa in hoc est, q̄ prius fuit declaratum, scilicet q̄ sentiens non est extra corpus, intellectus autem est abstractus. Et possumus ponere hunc sermonem demonstrationem tertiā per se, scilicet demonstrationem, quòd, cùm diximus quòd, si intellectus trāsmutatur essentialiter, non accidentaliter, & mediante alio: hoc enim con-
B cessum est in intellectu: necesse est vt transmutatio contingat ei apud suam actionem propriam, quę est intelligere, sicut est in sensu. Et, si non transmutatur per se & essentialiter, necesse est vt nō sit virtus in corpore omnino. oīs. n. virtus recipiens in aliquo corpore, debet transmutari fm̄ q̄ est recipiens. Et ideo non oportet obijcere huic argumento ex eo, qd̄ accidit in intellectu de transmutatione propter transmutationem virtutum imaginationis, & maxime cogitatione. in intellectu enim existimatur accidere fatigatio hoc modo. Et non est ita, nisi accidentaliter. Virtus enim cogitatiua est de genere virtutum sensibilium. Imaginatiua autem, & cogitatiua, & rememoratiua non sunt nisi in loco virtutis sensibilis, & ideo non indigetur eis nisi in absentia sensibilis. & omnes iuuant se ad repræsentandum imaginem rei sensibilis, vt aspiciat eam virtus rationalis abstracta, & extrahat intentionem vniuersalem, & postea recipiat
C eam, idest comprehendat eam. Et forte, sicut diximus, īducit hunc sermonem ad verificandum prædictas demonstrationes.

Oīs virtus recipiēs in aliquo corpore, d̄bet trāsmutari fm̄ q̄ ē recipiens. Idē. 2. de aīa. tex. 6. 123. 143.

Quū autem sic singula fiat ut sciens dicitur qui secundū actū, Hoc autem confestim accidit cum possit operari per se ipsum, est igitur & tunc potentia quodammodo, non tamen similiter & ante addiscere, aut inuenire: & ipse autem se ipsum potest intelligere.

IOPH. *Vbi autem eo modo singula factus fuerit, quo qui actu est sciens appellari solet (quod tum accidit cum per se ipsum potest operari) est quidem tunc etiam quodammodo potentia, non tamen æque ac prius quam didicisset, aut inuenisset: atq; tunc etiā ipse se potest intelligere.*

Et, cum quodlibet eorum fuerit sic, s. sicut dicitur scientia in actu: & hoc continget, quando poterit intelligere per se: tunc etiā

erit in potentia quoquo modo,sed non eodem modo, quo ante e-rat antequã sciuit,aut inuenit. Et ipse tunc potest intelligere ꝑ se. D

8 Et cùm in eo fuerit vnumquodque intellectorum tali modo,sicut dicitur in sciente quòd est sciens in actu,idest quando intellecta fuerint in eo entia in actu. & hoc continget intellectui, quando poterit intelligere per se,non quando intellexerit per aliud. Et hoc,quod dixit.est differentia inter virtutes agentes propinquas & remotas. Propinquæ enim actui sunt, quæ agunt per se: & non indigent extrahente eas de potentia in actum.: remotæ autem indigent. & ideo dixit ꝙ, cùm intellectus fuerit in hac dispositione,tunc erit potentia quoquo modo,idest tunc dicetur de eo hoc nomẽ potentia non vere,sed modo simili. Deinde dicit.Et ipse tunc poterit intelligere per se.idest &,cùm intellectus fuerit in hac dispositione,tũc intelliget se,secundum quòd ipse non est aliud nisi formæ rerum,inquantum extrahit eas à materia.quasi igitur se intelligit ipse modo accidentali,vt dicit Alexan.i.secundum ꝙ accidit intellectis rerum ꝙ fuerint ipse,i. essentia eius. Et hoc est ecõtrario dispositioni in formis abstractis.illæ.n. cùm intellectus earũ non est aliud ab eis in intentione, per quã sunt intellecta isti⁹ intellectus, ideo intelligũt se essentialiter,& nõ accidẽtaliter. & hoc perfectius inuenitur in primo intelligente,quod nihil intelligit extra se. Et possumus exponere istum locum, secundum quod Alfarabius dicit in suo tractatu de intellectu,& intellecto.& est ꝙ, cùm intellectus fuerit in actu, erit unũ entiũ, & poterit intelligere seipsum per intentionẽ, quam abstrahet à se,secundum ꝙ abstrahit intentiones rerum, quæ sunt extra animam.& sic intellectum habebit intellecta.& nos perscrutabimur de hoc, vtrum sit possibile,aut non. E

Dñia inter virtutes agẽtes ꝓpinquas & remotas.

Intellect⁹ intelligit seipm mõ accidẽtali viđ ꝓ hoc cõ. 51.12. Met.

Vide ĩfra cõ. 15. & 36.

Quo pacto intellectus potestatis materialia, ac eorum formas, similiter & ea, quæ sunt in abstractione intelligat. Quo etiam pacto intelligat, si est impassibilis. Quomodo se ipsum intelligit. Et cur non semper intelligat. F

Cap. 2.

QVoniam autem aliud est magnitudo & magnitudinis esse,& aqua & aquæ esse : & sic in multis aliis. non autem in omnibus.in quibusdam enim idẽ est esse carnis, & carnem.aut ergo alio,aut aliter habente discernit. Caro.n.non sine materia, sed sicut simum, hoc in hoc.

SOPH. *Cum autem aliud sit magnitudo, & magnitudini esse: & aqua, & aquæ esse: & sic in multis alys, sed non in omnibus: in nonnullis.n. idem est carni esse & carnem: aut alio, aut aliter se habente indicat intellectus.caro enim non est sine materia: sed sicut simum,hoc in hoc.*

Et,quia

A Et quia magnitudo est aliquid & esse magnitudinis aliud, & aqua, est aliquid & esse aquæ aliud, & sic in multis alijs: sed non in omnibus, in quibusdam enim esse carnis idem est cum carne: necesse est vt experimentetur aut per duo, aut per diuersam dispositionem. Caro enim non est extra materiam, sicut simitas est aliquid hoc, & in aliquo hoc.

9 Cum compleuit sermonem de notificatione substantiæ intellectus materialis, & dedit differentiam iter ipsam & substantiam sentientis materialis, incœpit dare etiam differentiam inter intellectum in actu, & imaginationem in actu. Existimatur enim quòd imaginatio ipsa est intellectus: & præcipue, cùm dicimus quòd proportio eius ad intellectũ est sicut proportio sensibilis ad sensum, scilicet quòd mouet ipsum: & existimatur quod motor & motum debent esse eiusdem speciei. Et incœpit dicere, Et, quia magnitudo est aliquid, &c. idest &, quia hoc indiuiduum est aliquid, & in-
B tentio per quam hoc indiuiduum est ens, scilicet quiditas, & forma eius, est aliud. verbi graria quòd hæc aqua est aliquid, & intentio, idest forma, per quam hæc acqua est ens, aliud est ab aqua. D. d. & sic in multis alijs. i. & hoc accidit similiter in multis rebus, scilicet in omnibus compositis ex materia & forma. & dixit. sed non in omnibus ad excipiendum res abstractas, & quæ sunt res simplices, & non compositæ. Deinde dicit in quibusdam enim esse carnis idem est cum carne. i. & causa, propter quam hę duę intentiones non inueniuntur in omnibus entibus, est quod quiditas & esse essentia in entibus simplicibus est idem verbi gratia quod esse carnis idem est cum carne: quia intentio carnis in eis non est in materia. Et, cùm induxit præcedens in hoc sermone, dedit consequens, & dixit, necesse est vt experimentetur, &c. idest &, cùm fuerit declaratum quòd entia sensibilia diuiduntur in duplex esse, scilicet in hoc singulare, & suam formam, necesse est vt virtus experimentatiua, idest comprehensiua comprehendat eã,
C aut per duas virtutes, aut per vnam, sed duabus dispositionibus diuersis. cum duabus autem virtutibus erit, quando comprehenderit vtrunq; per se, scilicet formam singulariter, & indiuiduum singulariter: per vnam vero virtutem & dispositionem diuersam erit, quando comprehenderit alietatem, quæ est inter has duas intentiones. † Quod enim comprehendit alietatem inter duo, necesse est, vt declaratum est, vt sit vnũ vno modo, & multa alio modo.* & ista est dispositio intellectus in comprehendendo alietatem, quæ est inter formam & indiuiduum. comprehendit enim formam per se, & comprehendit indiuiduum mediante sensu. Comprehendit igitur alietatem inter ea per dispositionem, quæ diuersatur. quemadmodum sensus communis comprehendit alietatem inter sensibilia per dispositionem diuersam, scilicet sensus pluralitatem. sed quia istas formas non comprehendit intellectus nisi cum materijs, ideo comprehendit eas per dispositionem, quæ diuersatur. Et, cum notificauit quòd necesse est vt anima comprehendat has duas intentiones per virtutem diuersam,

† Qđ cõpręhẽdit alietatẽ inter duo, necesse ẽ vt sit vnũ vno modo, & multa alio mõ. Idẽ 2. đ aĩa. 149
* aduerte, hic quia vr cõ. dicere quod intellect⁹ non cõprehendit singulare, nisi i cõparatione ad vsa.

& comprehendat alietatem earum per vnicam virtutem, sed secundum diuersam dispositionem, dedit causam, propter quam indiget anima in comprehendendo has duas intentiones diuersa dispositione, & dixit. Caro enim non est extra materiam.i.causa, propter quam forma non comprehenditur ab intellectu nisi cùm materia, ꝙ facit ipsum intellectum cõprehendere eam diuersa dispositone, est ꝙ formæ non sunt extra materiam. Forma enim carnis non denudatur à materia, sed semper intelligiť cum materia: sicut simitas cum naso, cũ simitas sit aliquid hoc in aliquo hoc. & sic est de formis sensibilibus, s.ꝙ sunt aliquid hoc in aliquo hoc. D

Sensitiuo quidem igitur calidum & frigidum iudicat: & quorum ratio quædam caro, alio autem aut separato, aut sicut circun flexa se habet ad se ipsam, quum extensa sit, carnis esse discernit.

SOPH. *Calidum igitur & frigidum sensitiua parte iudicat, & quorum ratio quædam est caro. alio autem, uel separabili: uel ut flexa se habet ad se ipsam cum extensa fuerit, carni esse iudicat.* E

Ipsa igitur per sentiens experimentatur calidum & frigidum. & res, quæ sunt in carne, assimilantur eis, quæ sunt illius. Et experimentatur per aliud. aut secundum dispositionem lineæ sphæralis ꝙ̃ diu durat quid est esse carnis.

10 Dicit. Ipsa igitur, &c.i. & cum necesse est experimentare res diuersas per virtutes diuersas, & per sentiens autem, & per sibi similia experimẽtať aĩa calidum & frigidum, & sibi similia, necesse est secundum exemplum vt res existens in carne, per quam caro est quod est, & non illud, per quod est calida aut frigida, sit similis virtuti comprehendenti eam & vt experimentetur per aliam virtutem. Et dixit, assimilantur eis, quæ sunt illius, quia necesse est vt proportio, quæ est intentionis ad intentionem, s. indiuidualis ad vniuersalem, sit sicut proportio virtutis comprehendentis alteram earum ad uirtutem comprehendentem alteram. Et, cũ necesse est vt duæ intentiones sint diuersæ, necesse est vt virtutes sint diuersæ. Intelligens igitur non est imaginatiua: cum iam declaratum est ꝙ comprehensio virtutis imaginatiuæ & sensibilis idem est. D.d. Et experimentatur ꝑ aliud, aut ꝭm dispositionem lineæ, &c.i. & necesse est vt forma experimentetur per aliquam virtutem. & hoc erit ex hac virtute, aut per dispositionem similem lineæ rectæ, cùm intellexerit primam formam existentem in hac re singulari: aut ꝭm dispositionem similem lineæ sphærali, quando fuerit reuersa, quærendo intelligere etiam quiditatem illius formæ, deinde quiditatem illius quiditatis, quousque perueniat ad simplicem quiditatem in illa re. v.g. ꝙ primo intelligit quiditatem carnis, deinde quærit intelligere quiditatẽ isti⁹ quiditatis, deinde quiditatẽ istius quiditatis: & hoc erit, dũ ĩueniet quiditatẽ in q̃ditate, & nõ cessabit quousq; perueniat ad formã simplicẽ. Et hoc intẽdebat, cũ dixit, q̃ diu durat.i.ꝙ istud intelligeř ĩtellectũ erit siľr ĩ carne, dũ erit poře ĩ carne ꝙ q̃ditas ei⁹ hẽat q̃ditatẽ. F

Cũ duæ ĩtentiones sint diuersæ, necesse ẽ vt virtutes sint diuersæ. Idẽ 2. de aĩa. t. cõ. 33.

Iterum

A Iterum autem in his quæ in abstractione sunt, rectum sicut simum: cum continuo enim est. quod autem quid erat esse, si est alterum recto esse & rectum, alio: sit enim dualitas: altero itaque aut aliter se habente iudicat. Omnino ergo sicut separabiles res à materia, sic & quę circa intellectum sunt.

OPH. *Rursus in iis quæ in abstractione consistunt, rectum est ut simum: cũ continuo enim est. ipsum autem quid erat esse, si diuersum est recto esse & rectum, aliud est: sit enim dualitas: alio ergo aut aliter se habente iudicat. Omnino ut res separabiles sunt à materia, sic etiã intellectus.* a l. alio

Et etiam in rebus existentibus in Mathesi, rectum est sicut simitas. est enim cum quanto continuo. Secundum autem esse, esse recti aliud est ab eo. Si igitur experimentatur, tunc igitur per aliud, & quia dispositio eius sit alia. Et vniuersaliter dispositio rerũ, quę
B sunt in intellectu, currit sicut res abstractæ à materia.

11 D. Et istud intelligere intellectus non tm̃ inuenitur in rebus * materialibus, sed in mathematicis. Rectum enim quia est in continuo, sicut in simitas in naso, necesse est quemadmodum intellectus intelligat simitatẽ cõpositam ex naso, ita intelligat quiditatem recti compositã cum continuo. Et dixit. Et etiã in rebus, &c. i. & rectum, & esse eius similis ex rebus mathematicis est simile ad esse simitatis in naso. rectum enim est in continuo, sicut simitas in naso. Deinde dixit. Secundum autem esse, esse in recto est aliud à quiditate continui: licet alterum eorum non inueniatur nisi in alio. D. d. Si igitur, &c. idest, cũ igitur posuerimus ꝙ in mathematicis etiam sunt duo, quorũ vnum est in altero, tunc anima nõ experimentat ea, nisi per aliam virtutem: aut per eandem, sed tamen per dispositionem, quæ diuersatur, cum non intelligit ea nisi cum re: licet non intelligat ea cum materia sensibili. Sciendum est enim, ꝙ dispositio habita ab intellectu, quæ diuersatur in eo, quando comprehendit formas re-
C rum primas sensibiles, est ei per sensus: & dispositio, quæ diuersatur in eo per comprehensionem quiditatis & formæ, est ei dispositio diuersa in se non per sensus. Et ideo assimilat Arist. ipsum lineæ sphærali in hac dispositione: Plato autem lineæ gyratiuæ. & per hanc dispositionem intelligit formas rerum mathematicarum, cum non accepit intelligendo eas * magnitudinem sensibilem. D. dixit. Et vniuersaliter dispositio rerum, &c. idest, vt mihi videtur, & vniuersaliter dispositio rerum, quas comprehẽdit intellectus, inuenitur in eo in modo, fm quem sunt in se in propinquitate, & distantia, ab abstractione à materia. Quod igitur eorũ fuerit remotum à materia, poterit abstrahi ab intellectu absque materia: licet non habeat esse nisi in materia: sicut est in mathematicis. & quod eorum fuerit propinquum materiæ non poterit. cum igitur dixit secundum ꝙ res abstractæ à materia, intendit fm modum essendi in rebus abstractis à mã in ordine, in quo sunt de abstractione, si iste sermo sit completus in scripto.

*a. l. naturalibus.

*a l. materiam.

Quod fuerit mot à mã, poterit abstrahi à b intellectu à mã licet non hẽat esse

Dubitabit

nisi ĩ mã, sicut est i mathematicis. & qđ fuerit propinqu m materiæ nõ poterit

Dubitabit autem vtiq; aliquis, si intellectus simplex est & impassibilis, & nulli nihil habet commune, sicut dicit Anaxagoras, quomodo intelliget: si intelligere pati aliquid est? Inquantum enim aliquid commune vtrisque est, hoc quidem agere, illud vero pati videtur. D

SOPH.

Sed quærat quispiam, si intellectus est simplex & impatibilis, nec cum ullo quidquam habet commune, ut dixit Anaxagoras, quomodo intelliget, si intelligere pati quoddam est? nam quatenus commune quidpiam utrisq; inest, alterum agere, alterum pati uidetur.

Et dubitat homo q intellectus est simplex, non patiens, & q impossibile est vt habeat aliquam communicationem cũ alia re, sicut dixit Anaxa. quomodo igitur intelligitur q formare per intellectum est aliqua passio. qm̃ pp hoc, q aliquid est commune vtriq;, existimatur q alterum eorum agit, & alterum patitur. E

12 Cùm dedit differentiam inter intelligere & imaginari, reuersus est ad dubitandum de intellectu passibili, & dixit. Et dubitat homo, &c. idest & dubitat homo in hoc, quod dictum est, q intellectus materialis est simplex & non passibilis: quia non existimatur ipsum habere communicationem aliquam cum re materiali, sicut dixit Anaxa. & sicut declaratum fuit prius. Questio autem est: quomodo intelligatur q formare per intellectum sit passio, idest de genere virtutum passiuarum, & nullam habeat cõmunicationem cum re, à qua patitur: quoniam per aliquod commune agenti & patienti existimatur hoc agere, & hoc pati. Nisi enim esset materia non esset passio. &, cum posuerimus intellectum non esse materiam neq; in materia: quomodo igitur intelligemus cũ hoc q intelligere est passio, non actio. Sumus igitur inter duo, aut ut non ponamus q intelligere est in capitulo passionis: aut ponamus quòd intellectus materialis communicat corpori, quemadmodum forma imaginationis mouens ipsum communis est corpori. F

Nisi esset mã nõ eẽt passio. sed qũo hoc fit intelligẽdũ vide isra c. 28. & in cõ. 14.

Amplius autem si intelligibilis & ipse: aut enim aliis inerit intellectus: si non secundum aliud ipse intelligibilis est, vnum autẽ aliquid intelligibile est specie: si autem sit mistum, aliquid habebit quod facit intelligibilem ipsum, sicut alia.

SOPH.

Præterea an ipse quoq; intelligibilis sit: uel enim cæteris etiam inerit intellectus, si nõ ipse per aliud est intelligibilis, ac intelligibile unũ quoddam est specie: uel aliquod mixtum habebit, quod eum ut reliqua reddat intelligibilem.

Et etiam vtrum est in se intelligibile. qm̃ autem intellectus erit aliarum rerum, si non est intellectum alio modo, sed illud forma-

tum

A tum per intellectum fuerit vnum in sua forma, aut erit mixtio in eo ab aliquo, quod ipsum fecit intellectum, sicut est de aliis.

13 Ista est secunda dubitatio de intellectu materiali: & est vtrum est in se intelligibilis, non per naturam existentem in eo, adeo quòd intellectus & intellectum in eo idem erit omnibus modis, sicut est dispositio in rebus abstractis: aut intellectum ex eo est aliud quoquo modo ab ipso. Et dixit. Et etiam vtrum est in se, &c.i. & etiam vtrum ipsum est illud, quod est intellectum ex eo. necesse est enim alterum duorũ, aut vt aliæ res, quæ sunt extra animam, habeant intellectum, si intellectus est intellectum ex eo omnibus modis, & non est alius modus de intelligere res, sed intelligere est idẽ in omnibus rebus: aut vt non sit intellectum per se, sed per intentionem in eo, quæ fecit ipsum intelligibilem: sicut est dispositio in rebus, quæ sunt extra animã. & tacuit, vt videtur, illud, quod consequitur hanc positionem: & est quòd intellectus in se est non intelligens. Et abbreuiatio dubitationis est talis, vt videtur, aut enim erit intellectũ sicut aliæ res abstractæ intellectę: & sic res, quæ sunt extra animam, erunt intelligentes: B aut erit intellectum, sicut aliæ res, quæ sunt extra animam; & sic erit in se non intelligens, neq; comprehendens.

Intelligẽs. & itellĩm sunt idẽ i abstractis oib⁹ modis. Idea in 12. Me. 39. 51.

Aut pati quidem secũdum cõmune aliquid diuisum est prius: quoniam potentia quodammodo est intelligibilia intellectus: sed actu nihil, ante quam intelligat. oportet autem sic, sicut in tabula nihil est actu scriptum: quod quidem accidit in intellectu.

D P H. *An ipsum quidem pati communi quadam notione superius explicatum est, quòd intellectus potentia quodammodo est intelligibilia, actu uero nullum, antequam intelligat. oportet autem ueluti in codice nihil esse actu descriptum: quæ res accidit in intellectu.*

*a. l. pinde aũt oportet atq; in codice in qua nihil actu descriptum est.

Dicamus igitur ꝙ passio, secundum ꝙ prius vtebatur, est vniuersalis: & quòd intellectus est in potentia quoquo modo intellecta, perfectione autem non est, quousq; intelligat. Et ꝙ accidit in C intellectu, debet currere tali cursu, s. sicut tabula est aptata picturæ, non picta in actu omnino.

14 Cùm dedit has duas quæstiones de intellectu materiali, incœpit dissoluere eas, & primo primã dicens, quomodo intelligimus quòd intellectus materialis est aliquid simplex, & non mixtum cum aliquo, opinando ꝙ intelligere est aliqua passio: & iam declaratum est in vniuersalibus sermonibus quòd ea, quæ agunt, & patiũtur, communicant in subiecto. Et dixit. Dicamus igitur quòd passio, &c. idest ista quęstio dissoluetur in sciendo quòd passio, qua prius vtebamur in quæstione, est magis vniuersalis quàm aliquod dictum in rebus naturalibus quòd sit passiuum. Deinde exposuit quid significat hoc nomen passio in intellectu, & dixit quòd, intellectus

1. de Gñone t. cõ. 43

tellectus est in potentia, &c. idest & ista intentio vniuersalis de passione in intellectu nihil aliud est, nisi quod est in potẽtia intellectum, nõ in actu, quousque intelligat. Et dicere etiam ipsum esse in potẽtia, est alio modo ab eis, secundum quos dicitur ꝙ res materiales sunt in potentia. & hoc est quod diximus prius, quod intelligendum est hic quòd hæc nomina, scilicet potentia, & receptio, & perfectio modo æquiuoco dicuntur cum eis in rebus materialibus. Diuersitas enim istius intentionis, scilicet receptionis, quæ est in intellectu, à receptione, quæ est in rebus materialibus res est, ad quam ducit ratio. Vnde non est opinandum ꝙ prima materia est causa receptionis, sed causa receptionis transmutabilis: & est receptio huius singularis. causa autem receptionis simpliciter est ista natura. Et ex hoc modo fuit possibile ꝙ corpora cœlestia reciperent formas abstractas, & intelligerent eas: & fuit possibile vt intelligentiæ abstractæ † perficerentur per se ad inuicem. Et, si non, non esset possibile vt illic intelligeretur recipiens, neque receptibile. unde videmus ꝙ illud ꝙ est liberatũ ab hac natura est, primum intelligens. E Et ponendo istam naturam, dissoluetur quæstio dicens, quomodo intelligitur multitudo, & quomodo intelliguntur multæ ex formis abstractis, & intellectus idem est eis cum intellecto. Et, cum notificauit modum passionis in intellectu & ꝙ æquiuoce dicitur in intellectu in rebus materialibus, incœpit dare ex rebus sensibilibus exemplum, per quod intelligitur ista intentio in intellectu materiali. &, licet non sit verum, tñ est via ad intelligendum. Et iste modus doctrinæ necessarius ẽ in talibus rebus, licet si rhetoricus. Et dixit. Et quod accidit in intellectu, &c. i. & intelligendũ est hoc, quod diximus de hac intentione vniuersali, scilicet passione, quæ est in intellectu, quæ est tantũ receptio sine transmutatione, sicut receptio picturæ in tabula. Quẽadmodum. n. tabula nõ patitur à pictura, neq; accidit ei ab hac transmutatio: sed tñ inuenitur in ea de intẽtione passionis, quod perficitur per picturã, postquã erat in potentia picta, ita est dispositio in intellectu materiali. Et hoc exemplũ, quod induxit, valde est simile dispositioni intellectus, qui est in potentia, cum intellectu, qui est in actu. Quẽadmodum. n. tabula nullam picturam habet in actu, neq; in potẽtia propinqua actui: ita in F intellectu materiali nõ est aliqua formarum intellectarum, quas recipit, neq; in actu, neq; in potentia propinqua actui. Et voco hic potentiã propinquam actui, dispositionem mediam inter remotã potentiã & postremam perfectionem, & hoc est vt non sit in eo intentio, quæ sit in potentia intellecta. & hoc est propriũ soli intellectui. Perfectio enim prima sentientis est aliquid in actu respectu potentiæ remotæ: & est aliquid in potentia respectu postremæ perfectionis. Et ideo assimilauit Arist. primam perfectionem sensus Geometræ, quando non vtitur Geometria. scimus enim certe ꝙ habemus uirtutem sensibilem existentem in actu, licet tũc nihil sentiamus. Declaratus est igitur modus consimilitudinis istius exẽpli huic, quod dictũ fuit ab Arist. in intellectu materiali. Dicere autem quòd intellectus materialis est similis præparationi, quæ est in tabula, nõ tabulæ

Põtia, receptio, & pfectio æquoce dñr ĩ reb⁹ mãlibus, & abstractis.

Nõ ẽ opinãdum ꝙ pria mã ẽ cã receptionis, sed causa receptionis trãsmutabilis: & est receptio huius singularis. sed cã receptionis simpliciter ẽ ista nã.

Idẽ supra c. 5. idẽ infra. c. 28.

a Quomõ formæ abstractæ ad inuicẽ pficiantur, Vid c. 44 12. Meta.

Sermo rhetoric⁹ ĩ rebus difficilibus ẽ necessarius. 1. phy. 81. & 4. phys. 84. idem sup. cõ. 6.

Digressio cõtra Alc. de eo ꝙ intellectus nõ sit ppãratio tm-

A tabulæ secundum quod est præparata, vt exposuit Alexand. hunc sermonē, falsum est. Præparatio enim est priuatio aliqua, & nullam habet naturā propriam nisi propter naturam subiecti. & propter hoc fuit possibile vt præparationes diuersentur in vnoquoque ente. O Alex. reputas Aristo. intendere demonstrare nobis naturam præparationis tantum, non naturam præparati: & non est natura istius preparationis, propria ei, si fuerit possibile cognosci sine cognitione naturæ præparati: sed naturam præparationis simpl'r in quocunque sit. Ego autem verecundor ex hoc sermone, & ex hac mirabili expositione. Si enim Aristo. intendebat demonstrare naturam p̄parationis, quæ est in intellectu per omnes sermones prędictos in intellectu materiali, necesse est aut vt intendat demonstrare per eos naturam præparationis simpliciter, aut naturā præparationis proprie. Natura autem præparationis proprie in intellectu impossibile est demonstrare sine natura subiecti: cùm præparatio propria vnicuiq; subiecto currit cursu perfectionis, & formæ ex eo: sed oportet necessario per cognitionem nāæ præparationis scire nā̄m pręparati. Et, si intendebat per illos sermones demonstrare naturam præparationis simpliciter, tunc illud non
B est id proprium intellectui. & omne hoc est perturbatio. Omnis enim præparatio in eo quod est præparatio, vere dicitur nihil esse in actu ex eis quæ recipit: & quod est non passibile: & vere dicitur esse non corpus, neque virtus in corpore: quomodo igitur possumus exponere illud, qđ Aristoteles intendebat hic demonstrare nobis de natura intellectus materialis, illud, quod est commune omnibus recipientibus, scilicet in quibus est pręparatio ad recipiendum vnumquodque genus formarum, & nō ad demonstrandum naturam præparati per cognitionem naturæ præparationis proprie ei, * nisi intellectus materialis esse solummodo præparatio sine aliquo subiecto: quod est impossibile. præparatio enim ostendit præparatum. Vnde Aristote. cum inuenit præparationem, quæ est in intellectu esse diuersam ab aliis, iudicauit præcise quòd natura subiecta ei
C differt ab aliis naturis præparatis: & quod est proprium isti subiecto pręparationis, scilicet intellectui, est quòd non est in eo alia intentionum intellectorum in potentia, aut in actu. Vnde necesse fuit ipsum non esse corpus, neq; formam in corpore. &, cùm non fuerit corpus, neq; virtus in corpore, non erit ēt formæ imaginationis. illæ.n. sunt virtutes in corporibus, & sunt intentiones intellectæ in potentia. Et, cùm subiectum istius præparationis neq; est forma imaginationis, neq; mixtum ex elementis, vt Alex. intendit: neque possumus dicere quòd alia præparatio denudetur à subiecto, recte videmus quod Theophrastus, & Themistius, & Nicolaus, & alii Antiquorum Peripateticorum magis retinent demonstrationē Arist. & magis conseruant verba eius. Cum enim intuerentur sermones Arist. & eius verba, nullus potuit ferre ea super ipsam præparationem tantum, neque super rem subiectam præparationi: si posuerimus ipsam esse virtutem in corpore, dicendo eam esse simplicem, & abstractam, & non passibilem, & non mixtam corpori. Et, si istud non esset opinio Aristote.

*al. si.n. intell's mālis eēt solummodo pręparatio, esset sine aliquo subiecto.

oporteret

oporteret opinanari eam esse opinionem veram, sed propter hoc, quod D dico, nullus debet dubitare quin ista sit opinio Arist. Omnes.n. hoc opinã tes non credunt nisi propter hoc, quod dixit Aris. qm̃ ita est difficile hoc: adeo ꝙ, si sermo Arist. non inueniretur in eo, tunc ualde esset difficile cadere super ipsum, aut forte impossibile, nisi inueniretur aliquis talis, vt Arist. credo.n. ꝙ iste homo fuerit regula in natura, & exẽplar, quod natura inuenit ad demonstrandum vltimam perfectionem humanam in materiis. Et forte opinio attributa Alex. fuit ficta ab eo solo: & in tempore eius erat inopinabilis, & abiecta ab omnibus. Et ideo videmus Themistiũ dimittentem eam omnino, & fugere eam, sicut cauentur inopinabilia. Et est contrarium ei, quod contingit modernis. nullus enim est sciens, & perfectus apud eos, nisi qui est Alexandreus. & causa in hoc est famositas isti' viri. & quia credimus, & vere scimus ꝙ fuit vnus de bonis expositoribus. licet Alfarabius, cum hoc ꝙ maximus erat in istis, sequitur Alexã. in hac intentione: & addidit huic opinioni quoddam inopinabile. In li. enim de Nichomachia videtur negare continuationem esse cum intelligentiis abstractis: & dicit hanc esse opinionem Alex. & quòd non est opinandum ꝙ finis humanus sit aliud quã perfectio speculatiua. E Auempace autem exposuit sermonem eius, & dixit ꝙ opinio eius est opinio omnium Peripateticorum, s. ꝙ continuatio est possibilis, & ꝙ est finis. Et forte hæc est vna cãrum, pp quam videmus ꝙ consuetudo, & mos plurium dantiũ se Philosophiæ in hoc tempore sunt corrupti. & hoc habet alias causas non latentes considerantes in Philosophia operatiua.

Laus magna de Aristo. uide cõsi're ĩ pœmio Auer. sup. 1. ph. & 1. de Gen. c. 38. & 3. Meteoro. ca. de Iride.

De opinione alfarabii uide ĩ c. 36. & Auẽpace ẽt ibidem & 9. Met. cõ. 22.

Et ipse autem intelligibilis est sicut intelligibilia. In his quidẽ enim quæ sunt sine materia, idem est intelligens, & qđ intelligit. Scientia autem speculatiua & scibile, idem est.

SOPH. *Atq; etiam ipse intelligibilis est, quemadmodum intelligibilia: in iis enim quæ sine materia sunt, idem est id quod intelligit, & quod intelligitur: nam contemplatiua scientia & quod ita scibile est, idẽ sunt.* F

Et est etiam intellectum, sicut intellecta. Formare enim per intellectum, & formatum per intellectum, quæ sunt extra materiã, idem sunt. Scientia enim speculatiua, & scitum secundum hunc modum idem sunt.

15 Cũ dubitauit de intellectu materiali, vtrum intellectum ex eo est ipse intellectus, aut aliud aliquo modo, & oportet, si intellectus ĩ eo est ipsum intellectum, vt sit intell'm per se non per intentionẽ in eo, &, si fuerit aliud aliquo modo vt sit intell'm per intentionẽ in eo, incœpit declarare ꝙ est intellectum per intentionem in eo, sicut aliæ res intellectæ: sed differt ab eis in hoc, ꝙ illa intentio est in se intellectus in actu, & in aliis rebus est intellectus in potentia. Et dixit. Et est etiam intellectum, sicut intellecta. i. & est intellectum per intentionem in eo, sicut res aliæ intellectæ. D. dedit demon-

A demonstrationem super hoc,& dixit Formare enim per intellectum,&c. i.& necesse est vt intellectum sit per intentionem in eo, quia formare per intellectum,& formatum idem sunt in rebus non materialibus. Et,si iste intellectus esset intellectus per se,contingeret vt scientia speculatiua,& scitum essent idem;quod est impossibile.

Non autem semper intelligendi causa consideranda est. In habentibus autem materiam,potentia solum unumquodque intelligibilium. Quare quidem illis non inerit intellectus: sine materia n.potentia est intellectus talium. Illud autem intelligibile erit.

O P H. *Causa porrò cur non semper intelligat consideranda est. In iis autem quæ habent materiā potentia est unūquodq; intelligibilium. quare illis quidem non inerit intellectus: nam intellectus horum talium potentia*

B *est sine materia: illi autem intelligibile inerit.*

Et perscrutanda est causa,propter quam non semper intelligit. In eo autem,quod habet materiam, quodlibet intellectorum est in potentia tantum. Istis igitur nō est intellectus. intellectus enim ad ista,non est nisi potentia istorum abstracta à materia. isti autē quia est intellectum.

16 Et oportet perscrutari de causa, pp quam non semper intelligit, ita q intellecta eius sint in se. Et cā in hoc est,q illud ex intellectis,quod nō habet materiam,suum intellectum est intellectus in se,& ipse semper intelligit:q autem habet materiam,vnumquodq; intellectorū est in ipso in potentia:& ideo res intellectæ materiales non intelligunt. Et hoc intendebat,cum dixit. Istis igitur non est intellectus.i.& ideo intellecta materia-

C lia non habent intellectum.& quod diminuitur à sermone intelligit per suum oppositum,& per hanc particulā,aūt,quæ notat diuisionē. &. q.d. & cā in hoc est,quia intellectum eius,qd non habet materiam est semper, & in actu. intellectū aūt eius,qd habet materiā,est in potentia. D.d. Istis igitur non est intellectus &c.i.ista igit intellecta pp hoc,s.quia sunt intellecta in potentia,non habent intellm. Intells enim attributus istis nō est nisi formæ istorum abstractæ à materia,& ideo istæ formæ respectu eorum non erunt intellectæ in actu.i.non comprehensæ ab eis, neq; per eas erunt intelligentia:& in respectu illius,quod abstrahat ea à materiis suis, erunt intellecta in actu,& per ea erit intelligens,& illa per illam eandē intentionem erunt non intelligentia. Et hoc est complementum sermonis in dissolutione prædictæ quæstionis. Ille enim sermo coegit nos ad alterū duorū. Si.n.intells fuerit idem cū intellecto in intellectu materiali, necesse est vt sint aliæ res,quæ sunt extra aīam intelligentes. Si vero aliud, vt sit intellm per intentionem in eo. quapp indiget in essendo intellectū intellectu.& hoc procedit in infinitum. Dissolutio igitur istius qōnis est, qm intentio,per quā intellectus materialis fit intellectus in actu, est quia est

Resumit qōnē ppositā s.t.cō. 131

Solutio eiusdem.

est intellectum in actu. Intentio vero, per quam res, quæ sunt extra animam, sunt entia, est quia sunt intellectæ in potentia. &, si essent in actu, tunc essent intelligentes. D

De intellectu agente. Cap. 3.

QVoniam autem sicut in omni natura est aliquid, hoc quidem materia vnicuiq; generi, hoc autem est potentia omnia illa: alterum autem causa & factiuum, quod in faciendo omnia, ut ars ad materiam sustinuit; necesse & in anima has esse differentias.

SOPH. *Quoniam autem ut in uniuersa natura est aliquid, alterum materia cuiq; generi: quod ideo sic est, quòd potentia est illa omnia: alterum causa & effectiuum, eo quòd omnia efficiat: quæ res usu uenit in arte si cum materia comparetur: ita etiam in anima hæc adsint differentiæ necesse est.* E

Et quia, quemadmodum in natura est aliquid in vnoquoque genere, quod est materia, & est illud, quod est illa omnia in potentia: & aliud, quod est causa, & agẽs, & hoc est illud, propter quod agit quidlibet, sicut dispositio artificii apud materiam; necesse est vt in anima existant hæ differentię.

17 Cùm declarauit naturam intellectus, qui est in potentia, & qui est in actu, & dedit differentiam inter ipsum & virtutem imaginationis, incœpit declarare quod necessariũ est tertium genus intellectus esse; & est intelligẽtia agens, quæ facit intellectum, qui est in potentia, esse intellectũ in actu. Et dixit, quod ita est in ponendo intelligentiam agentem in hoc genere entium sicut est dispositio in omnibus rebus naturalibus. quemadmodum enim necesse est in unoquoque genere rerum naturalium generabilium & corruptibilium esse tria ex natura illius generis, & ei attributa, agens, s. patiens, & factum, ita debet esse in intellectu. Et dixit. Et quia, quemadmodum in natura. i. & quia ita est hoc sicut in rebus naturalibus. i. & quia consyderatio de aĩa ẽ cõsyderatio naturalis, quia anima est vnum entium naturalium: rebus autem naturalibus commune est vt habeant in vno quoq; genere materiam, & est illud, quod est in potẽtia omnia, quæ sunt in illo genere, & aliud, quod est causa & agens, & est illud, propter quod generatur omne, quod est illius generis, sicut est artificium apud materiã; necesse est, vt hæ tres differentiæ sint in anima. F

Et est intellectus, hic quidem talis, in omnia fieri: ille vero, in omnia facere: sicut habitus quidam, sicut lumen. quodam. n. modo & lumen facit potentia existentes colores, actu colores.

Atq;

10 PH. *Atq; est quidam intellectus talis, quòd omnia fiat: quidam, quòd*
A *omnia faciat, ueluti habitus quidam, perinde ac lumen: nam lumen quoque quodammodo facit actu colores, eos qui sunt potentia colores.*

Oportet igitur vt in ea sit intellectus, qui est intellectus, secundum quòd efficitur omne: & intellectus, qui est intellectus, secundum quod facit ipsum intelligere omne. & intellectus, secundum ꝙ intelligit omne, est quasi habitus, qui est quasi lux. lux.n. quo quo modo etiã facit colores, qui sunt in potentia: colores in actu.

18 D. Et, cùm necesse est inueniri in parte aĩæ, quæ dr̃ intellectus, istas tres differentias, necesse est vt in eo sit pars, quæ dicitur intellectus, ſm ꝙ efficitur omne, modo similitudinis, & receptionis: & ꝙ in ea sit etiam secunda pars, quæ dicit̃ intellectus, secundũ quòd facit istum intellectum, qui est in potẽtia. intelligere omnia in actu. Causa.n. propter quã facit intellectũ, qui est in potentia, intelligere omnia in actu, nihil aliud ẽ nisi ꝙ sit ĩ actu.
B hoc enim, quia est in actu, est causa vt intelligat in actu omnia: & ꝙ in ea etiam sit tertia pars, quæ dr̃ intellectus ſm ꝙ facit oẽ intellm̃ in potẽtia eẽ intellm̃ in actu. Et dixit. Oportet igit̃, &c. & intendit per istum intellectũ materialem hęc igit̃ est sua descriptio prædicta. D.d. & intellectus secundũ ꝙ facit ipsum intelligere oẽ. & intendit per istum, illud quod fit, quod est in habitu. Et hoc pronomẽ, ipsum, potest referri ad intellectum materialem, sicut diximus: & potest referri ad hominẽ intelligentẽ. & oportet addere in sermone secundũ ꝙ facit ipsum intelligere omne ex se, & quando voluerit. hæc enim est definitio huius habitus.s. vt habens habitum intelligat per ipsum illud, quod est sibi propriũ ex se: & quando voluerit, absq; eo quod indigeat in hoc aliquo extrinseco. D.d. & intellectus, secundum ꝙ intelligit, &c. & intendit per istũ intelligentiã agentẽ. & per hoc, quod dixit intelligit omne, quasi aliquis habitus, intendit ꝙ facit oẽm rem intellectã in actu, postquã erat in potentia, quasi habitus & forma. D.d. qui
C est quasi lux, &c. modo dat modũ, ex quo oportuit ponere in aĩa intelligentiã agentẽ. nõ enim possumus dicere ꝙ proportio intellectus agentis in aĩa ad intellectũ generatũ est, sicut proportio artificij ad artificiatum omnibus modis. ars enim imponit formã in tota materia absq; eo ꝙ in materia sit aliquid existens de intentione formæ, antequã artificium fecerit eam. & non est ita in intellectu. qm̃, si ita esset in intellectu tunc homo non indigeret in cõprehendẽdo intelligibilia sensu, neq; imaginatione: immo intellecta peruenirẽt in intellectũ materialẽ ab intellectu agente, absq; eo ꝙ ĩtellectus materialis ĩdigeret aspicere formas sensibiles. † Neq; etiã possumus dicere ꝙ intẽtiones imaginatæ sint solæ mouẽtes intellectũ materialẽ, & extrahentes eũ de potentia in actũ. Quoniã, si ita esset, tunc nulla differentia esset inter vle, & indiuiduum: & tunc intellectus esset de genere virtutis imaginatiuæ. Vnde necesse est cũ hoc, quod posuimus quòd proportio intentionum imaginatarum ad intellectum materialẽ est

Intell9 possibilis efficit oĩa mõ similitudinis, & receptiõis. Idẽ 3 t.c. 6: & 38.

Definitio habitus.

Ars ĩponit formã ĩ tota mã, absq; eo ꝙ in mã sit aliqd exñs d intẽtione foræ, añq̃ artificiũ fecerit eam. idẽ 6. Eth. ca. 5. & 2. phy. 1. 2. & 3. & 86 c. Idẽ 12. Me. c. 13. Idẽ 7 Me. c. 2?.

†Intentiones imaginatæ non sunt solę mouentes intellm̃.

est sicut proportio sensibilium ad sensus, vt Aris. post dicet, ponere alium motorem esse, qui facit eas mouere in actu intellectum materialē: & hoc nihil est aliud quàm facere eas intellecta in actu, abstrahendo eas à materia. Et, quia hæc intentio cogens ad ponendum intellectum agentem alium à materiali, & formis rerum, quas intellectus materialis comprehēdit, est similis intentioni, propter quam visus indiget luce: cum hoc q̧ agens & recipiens alia sunt à luce: contentus fuit in notificando hunc modum per hoc exemplum. & quasi d. & modus, qui coegit nos ad ponendū intellectum agentem, idem est cum modo, propter quem indiget visus lūce. Quemadmodum enim visus non mouetur à coloribus, nisi quādo fuerit in actu: quod non completur nisi luce præsente, cum ipsa sit extrahens eos à potentia in actum: ita etiam intentiones imaginatæ non mouent intellectum materialem, nisi quando fuerint intellectæ in actu: quod nō pficitur eis nisi aliquo præsente, quod sit intellectus in actu. Et fuit necesse attribuere has duas actiones in nobis aīæ, s. recipere intell'm, & facere eū, quāuis agens & recipiēs sint subst ātiæ æternæ, pp hoc, quia hæ duæ actiones reductæ sunt ad nr̄am voluntatē, s. abstrahere intellecta, & intelligere ea. Abstrahere. n. nihil est aliud q̄ facere intētiones imaginatas in actu, postquā erant in potentia. Intelligere aūt nihil est aliud quā recipere has intētiones. Cùm enim inuenimus idem transferri in suo esse de ordine in ordinem, s. intētiones imaginatas, diximus q̧ necesse est vt hoc sit à cā agente, & recipiente. recipiens igitur est materialis, & agens est efficiens. Et, cùm inuenimus nos agere per has duas virtutes, cùm voluerimus: & nihil agit nisi per suam formā: ideo fuit necesse attribuere nobis has duas virtutes intellectus. Et intellectus, qui est abstrahere intellectum, & creare eum, necesse est vt præcedat in nobis intellectum, qui est recipere eum. Et Alex. † dixit quod rectius est describere intellectum, qui est in nobis per suam virtutem agentem, non per patientem: cum passio, & receptio commune sint intellectui, & sensibus, & virtutibus distinctiuis. actio. n. ē propria ei: & est melius vt res describatur per suam actionem. Dico etiā hoc non esse necesse omni modo: nisi hoc nomen passio diceretur in eis modo vniuoco: non enim dicitur nisi modo æquiuoco. Et omnia dicta ab Arist. in hoc sunt ita, q̧ vniuersalia nullum habent esse extra animam: quod intendit Plato. qm̄ si ita esset, non indigeret ponere intell'm agētē.

[Left margin: Digressio. Hæ duę actiones reductæ sūt ad nram voluntatē s. abstrahere intellecta & ītelligere ea. Idē 2. de aīa, 60. & 3. c. 36. — [...]uim legit respicere. — Nihil agit nisi p suā formā. idē 7. ph. 17. 2 de Ge. 53. 9. Me. 20. vide pro hoc. 2. de aīa c. 24. idē. j. i hoc 3. c. 36.]

[Right margin: D — E — F — † Idē infra 36. — Oīa dicta ab Aristo. sunt ita. q̧ vl'ia nullū hn̄t eē extra aīa; qđ itēdit Plato. idē 1. đ aīa. c. 8. 2, de aīa c. 60. 1. Metā. 6. 26. 27. 3. Me. cō. 20. 7. Me. 57. 12 Me. 4. & 14. 21. 27. 28. idē 10. Me. c. 6.]

Et hic intellectus separabilis & impassibilis & immistus, substantia actu ens: semper enim honorabilius est agens patiente: & principium materia. Idem autem est secundum actum sciētia, rei.

SOPH. *Et hic intellectus separabilis est, & non mixtus, & impatibilis, & sui substantia operatio. semper enim agens patiente, & principium materia nobilius est. Idem autem est scientia quæ actu est, quod res ipsa.*

Et iste intellectus etiam est abstractus, non mixtus, neque passibilis, & est in sua substantia actio. Agens enim semper est nobilius

A lius patiente, & principium nobilius materia. Et scientia in actu eadem est cum re.

19 Cùm declarauit secundum genus esse intellectus, & est agens, incœpit facere comparationem inter eum & materialē, & dixit. Et iste intellectus etiam, &c. i. & iste etiam intellectus est abstractus, sicut materialis: & est etiam non passibilis, neq; mixtus, sicut ille. Et, cùm narrauit ea, in quibus communicant intellectui materiali, dedit dispositionem propriam intellectui agenti, & dixit & est in sua substātia actio. i. q; nō est in eo potentia ad aliquid, sicut in intellectu recipiente est potentia ad recipiendum formas. intelligentia enim agens nihil intelligit ex eis, quæ sunt hic. Et fuit necesse vt intelligentia agens sit abstracta. & nō mixta, neq; passibilis, secundū quòd est agens omnes formas intellectas. Si igitur esset mixta, non esset agens omnes formas: sicut fuit necesse vt intellectus materialis, sm q; est recipiens omnes formas, sit etiam abstractus, & non mixtus. qm̄, si non B esset abstractus, haberet formam hanc singularem: & tunc necesse esset alterum duorum, scilicet aut vt reciperet se, & tunc motor in eo esset motum, aut vt non reciperet omnes species formarum. Et similiter, si intelligentia agens esset mixta cum materia, tunc necesse esset aut vt intelligeret & crearet se, aut non crearet omnes formas. Quæ igitur est differētia inter has duas demonstrationes in considerando per eas: sunt enim valde consimiles. & mirum est quomodo omnes concedunt hanc demonstrationem esse veram de intellectu, scilicet agente, & non conueniunt in demonstratione de intellectu materiali: & licet etiam sint valde consimiles, ita q; oportet concedentem alteram etiam concedere aliam. Et possumus scire q; intellectus materialis debet esse non mixtus ex iudicio, & eius comprehensione. Quia enim iudicamus per ipsum res infinitas in numero in propositione vniuersali: & est manifestum q; virtutes animæ iudicantes, scilicet indiuiduales, & mixtæ non iudicant nisi intentiones finitas, contingit sm conuersionem oppositi q; illud, quod non iudicat intentio-C nes finitas, necesse est vt non sit virtus animæ mixta. &, cùm huic coniunxerimus q; intellectus materialis iudicat res infinitas & non acquisitas à sensu, & q; non iudicat intentiones finitas: continget vt sit virtus non mixta. Auempace autem videtur concedere hanc propositionē esse veram in epistola expeditionis, scilicet q; virtus, per quā iudicamus iudicio vniuersali est infinita: sed existimauit hanc virtutem esse in intellectum agētem sm manifestum sui sermonis illic. Et non est ita. iudicium enim, & distinctio non attribuitur in nobis nisi intellectui materiali. & Auic. certè vtebatur hac propositione: & est vera in se. Et, cùm notificauit q; intellectus agens differt à materiali, in eo q; agens semper est pura actio, materialis aūt est vtrūq;, pp res, quæ sunt hic, dedit cām finalem in hoc, & d. Agēs n. semper est nobilius patiente. i. & iste semp est in sua substantia actio: & ille inuenit in vtraq; dispōne. Quia iam declaratū est q; proportio intell's agentis ad intellectum, patientem est sicut proportio principii mouentis

Intelligentia agens nihil intelligit ex eis q̄ sūt hic. Idē Them. hic ca. 51.

Per itell'm mālē iudicamus infinita i ppositione vli. Vid. p hoc 2. Me. 11. & 4. c. & 12. Me. 14. & 51.

quoquomodo ad materiam motam. agens enim semper nobilius est patiente, & principium nobilius materia. Et ideo opinandum est secundũ Aristo. ꝙ vltimus intellectus abstractorum in ordine est iste intellectus materialis. Actio enim eius est diminuta ab actione illorum: cum actio eius magis videtur esse passio quàm actio: non quia est aliud, per quod differat iste intellectus ab intellectu agente, nisi per hanc intentionem tãtum. Quoniam, quemadmodum nõ scimus multitudinem intellectuum abstractorum, nisi per diuersitatem actionum eorum, ita etiam non scimus diuersitatem istius intellectus materialis ab intellectu agẽte, nisi per diuersitatem suarum actionum. Et, quemadmodum intellectui agenti accidit vt quandoq; agat in res existentes hic, & quandoq; non, ita isti accidit vt quandoq; iudicet res existentes hic, & quandoq; non. sed differũt tantum in hoc, ꝙ iudicium † est aliquid in capitulo perfectionis iudicis: actio autem non est secundum illum modum in capitulo perfectionis agentis. Consydera igitur hoc, quoniam est differentia inter hos duos intellectus. &, nisi hoc esset, nulla esset alietas inter eos. O Alex. si hoc nomen intellectus materialis non significasset apud Aristo. nisi præparationem tantum, quomodo faceret hanc comparationem inter ipsum & intellectum agentem, s. in dando ea in quibus conueniũt, & ea in quibus differunt? D.d. Et scientia in actu idem est cum re. & innuit, vt reputo, aliquod proprium intellectui agenti, in quo differt à materiali, s. ꝙ in intelligentia agente scientia in actu eadem est cum scito. & non est sic in intellectu materiali, cùm suum intellectum est res, quæ non est in se intellectus. Et, cũ notificauit ꝙ sua substãtia est sua actio, dedit cãm sup hoc, & dixit. D E

† Iudiciũ est aliqd ĩ c pfectionis iudicis actio vero nõ ẽ i ca. pfectionis agentis. cõ lit'e. 3. ph. 19. & 2. d Aĩa. 139.

Exclamatio contra Alex.

Quæ vero secundum potentiam prior in vno est: omnino autẽ neq; tempore. sed non aliquando quidem intelligit: aliquando vero non intelligit. Separatus autem est solum hoc quod vere est: & hoc solum immortale & perpetuum est. Non reminiscimur autẽ; quia hoc quidem impassibile: passiuus vero intellectus corruptibilis, & sine hoc nihil intelligit anima. F

SOPH. *Ea uero quæ potentia est, prior tempore est in uno: omnino uero ne tẽpore quidem. sed non interdum intelligit, & interdum nõ intelligit. ubi autem separatus fuerit, tunc est solum id quod reuera est: & hoc solum est immortale & æternum: sed non meminimus: quia hoc quidem impatibile est: intellectus autem passiuus corruptibilis, & nihil sine eo intelligit.*

*al. legunt simplr.

Et quod est in potentia, est prius tempore indiuiduo. vniuersaliter autem nõ est neq; in tẽpore. neq; est qñq; intelligens, & qñq; non intelligens. Et, cũ fuerit abstractus, est quod est tm̃, non mortalis. Et non rememoramur, quia iste est non passibilis. & intellectus passibilis est corruptibilis, & sine hoc nihil intelligit.

Istud

10 Istud capitulum pōt intelligi tribus modis. Quorum vnus est fm opi-
A nionem Alex. Et secundus fm opinionem Theophrasti, & aliorum expo Expō alex.
sitorum. Et tertius fm opinionem, quam nos narrauimus: & est magis manifestū fm verba. Potest.n. intelligi fm Alex. ꝙ intendebat per intellectum in potentia præparationem existentem in cōplexione humana. s. ꝙ potentia & præparatio, quæ est in hoīe ad recipiendū intell'm in respectu vniuscuiusq; indiuidui, ē prior tpe intellectu agente: simpl'r aūt intellectus agens est prior. Et, cùm dixit. neq; est qñq; intelligens, & qñq; nō. intendit intellectum agentem. Et, cùm dixit. Et, cùm fuerit abstractus, est quod est tantum, non mortalis. intendit ꝙ iste intellectus, cùm fuerit copulatus in nobis, & intellexerimus per illum alia entia, fm quòd est forma nobis ipse solus, tunc inter partes intellectus est nō mortalis. D.d. Et non rememoramur, &c. hæc est quæstio circa intellectum agētem, fm ꝙ copulatur nobis, & intelligimus per illum. Potest.n. quis dicere ꝙ, cùm intellexerimus per aliquod æternum, necesse est vt intelligamus per illud
B idem post mortem, sicut ante. & dixit respondendo ꝙ intellectus iste non copulatur nobis, nisi mediante esse intellectus materialis generabilis & corruptibilis in nobis: &, cū iste intellectus fuerit corruptus in nobis, neq; rememorabimur. Forte igitur Alex. ita exposuit hoc capitulum: licet nō viderimus expositionem suam in hoc libro. Themistius autem intelligit per intell'm, qui est in potentia, intell'm materialem abstractum, cuius esse demonstratum est. Et intelligit per intell'm, cuius fecit comparationē cum hoc intell'm agentem, fm ꝙ continuatur cum intell'u, qui est in potentia, & hoc quidem est intellectus speculatiuus apud ipsum. Et, cùm dixit. & non qñq; intelligit, & qñq; non intelligit. intelligit agentem, fm ꝙ non tangit intell'm materialem. Et, cū d. Et, cùm fuerit abstractus, est ꝙ ē tantum non mortalis, intendit intellectum agentem, fm ꝙ est forma intellectui materiali. & hoc est intellectus speculatiuus apud ipsum. & erit ista qō contra intellectum agentem, fm ꝙ tangit intell'm materialem: & est
C speculatiuus, fm ꝙ est forma intellectui materiali: & hoc est intellect' speculatiuus. Sed, cùm dixit. Et non rememoramur. dicit ꝙ remotum est vt ista dubitatio ab Arist. sit circa intellectum, nisi fm ꝙ intellectus agēs est forma in nobis. Dicit enim ꝙ ponenti intellectum agentem esse æternū, & intellectum speculatiuum esse non æternum, non contingit hæc qō. s. quare non rememoramur post mortem, quod intelligimus in vita. Et est, sicut dixit. ponere enim istam qōnem circa intellectum agentem, fm ꝙ ē adeptus: vt Alex. dicit, remotū est. Scientia enim existens in nobis in dispositione adeptionis æquiuoce dicitur cum scientia in nobis existente per naturā, & disciplinam. Ista igitur qō, vt apparet, non est nisi in sciētia existente per naturā. Impossibile est.n. vt ista qō sit nisi circa cognitionē æternam, existentem in nobis, aut per naturam, vt dicit Themistius, aut p intell'm adeptū in postremo. Quia igit hęc qō apud Themist. est circa intell'm speculatiuū, & initiū sermonis Arist. est de intellectu agēte, iō opinatus fuit ꝙ intell's speculatiuus est agens apud Arist. fm ꝙ tangit intell'm

Expō Th. 3. de Aīa ca. 26.

Sciētia existēs in nobis in dispōne adeptiōis æquiuoce dr cū sciā existēte ī nobis p nām & disciplinam.

materialem. Et testatur super oĩa ista ex hoc, quod dixit in primo tractu de intellu speculatiuo. Fecit enim illic eandem qõnem, quã hic: & dissoluit eam per hanc eandẽ dissolutionẽ. Dicit.n. in principio istius libri. Intells aũt vr̃ esse aliqua substantia exñs in re, & nõ corrũpi. qm̃, si corrũperet, tunc magis esset hoc apud fatigationem senectutis. Et postea dedit modum, ex quo possibile est vt intellectus sit nõ corruptibilis, & intelligere per ipsum erit corruptibile, & dixit. Et formare per intellm̃, & cõsyderare sunt diuersa: ita q̃ intus corrũpetur aliquod aliud, ipsum aũt in se nullã habet occasionem. Distinctio aũt & amor non sunt cãæ illius: sed istius, cuius est hoc s̃m q̃ est eius. Et ideo ẽt, cùm iste corrumpetur, non rememorabimur, neq; diligemus. Themistius igr̃ dicit q̃ sermo eius in illo tractatu, in quo dicit, intellectus aũt vr̃ esse substantia aliqua existẽs in re, & nõ corrũpi, idem est cum illo, in quo dixit hoc. &; cũ fuerit abstractus ẽ quod est tantum nõ mortalis, æternus. & quod dixit hic, & nõ rememoramur, quia iste est non passibilis. & intellectus passibilis est corruptibilis. & sine hoc nihil intelligit, idem est cum eo, quod illic dixit, s. & formare per intellectum, & consyderare diuersantur, &c. Et dixit pp hoc q̃ intẽdebat hic per intellectum passibilem partem concupiscibilem animæ. ista enim pars vr̃ habere aliquã rõnem. auscultat enim ad concedendum illud, quod respicit aĩa rõnalis. Nos aũt, cũ videmus opinionem Alex. & Themistii esse impossibiles, & inuenimus verba Arist. manifesta s̃m nostram expositionem, credimus q̃ ista est opinio Arist. quam nos diximus, & sunt verba in se uera. Qm̃ aũt verba eius apparentia sunt in hoc capitulo declarabitur sic. Cùm enim dixit. Et iste intellectus etiã est abstractus, nõ mixtus, neq; passibilis, loquitur in intellectu agente. & nõ possumus aliud dicere. & hæc particula etiam ostendit aliũ intellm̃ esse non passibilem, neq; mixtum. Et silr̃ comparatio inter eos est, vt manifestum est, s̃m q̃ est inter intellm̃ agentẽ & intellm̃ materialẽ, s̃m q̃ intells materialis cõicat agenti in multis istarũ dispositionum. & in hoc conuenit nobiscum Themistius & differt Alex. Et, cùm dixit. Et quod est in potentia, est prius tempore in diuiduo. potest intelligi per tres opiniones eodem modo. Secundum n. nostram opinionem, & Themistii, intellectus, qui est in potentia prius cõtinuatur cum nobis, quàm intellectus agens. & secundum Alex. intellectus, qui est in potentia erit prior in nobis secundum esse, aut generationem, & non secundum continuationem. Et, cùm dixit. vniuersaliter autem non est neq; in tempore, loquitur de intellectu, qui est in potentia. quoniam, cùm fuerit acceptus simpliciter non respectu indiuidui, tunc non erit prior intellectu agente aliquo modo prioritatis, sed posterior ab eo omnibus modis. & iste sermo cõuenit vtriq; opinioni, s. dicenti q̃ intellectus, qui est in potentia, est generabilis, aut non generabilis. Et, cùm dixit. neq; est quandoq; intelligens, & quandoq; nõ intelligens. impossibile est vt iste sermo intelligatur s̃m suum manifestum, neq; s̃m Themistium, neq; s̃m Alex. Qm̃ hoc verbum est, cũ dixit, neq; qñq; est intelligens, & quandoq; non intelligens, secũdũ eos refertur ad intellectum agẽtem. sed Themistius

[Margin notes:]
D
1. de Aĩa t.c.: 65. & 66.
Vid. The. in. 3. de aĩa. ca. 35.
E
Expõ Cõ.
Expõ. t. 19
F
Expõ. t. 20
Intells, q est in potẽtia, prius cõtinuatur cũ nobis, q̃ intells agẽs. oppositũ dixit s in c. 18. & t. 36.
Vide cõt. Zim.
Pria expõ sup illis vbis neq; ẽ qñq; intelligẽs, &c.

A Themistius, sicut diximus, opinatur q intellectus agens est speculatiuus, sm q tangit intellectum materialem. Alex. autem opinatur quòd intellectus, qui est in habitu, & est speculatiuus, est alius ab intellectu agente, & hoc oportet credere. Artificium enim aliud est ab artificiato & agẽs aliud ab acto. Secũdum aũt q nobis apparuit sermo, est iste secundum suum manifestum: & erit illud verbum, est, relatum ad propinquissime dictũ: & est intellectus materialis, cùm fuerit* actu simpliciter, non in respectu indiuidui. Intellectus enim, qui dicitur materialis, sm q diximus, non accidit ei vt qñq; intelligat, qñq; non, nisi in respectu formarum imaginationis existentium in vnoquoq; indiuiduo, non in respectu speciei. v. g. q non accidit ei, vt qñq; intelligat intellectum equi, & qñq, nõ, nisi in respectu Socratis, & Platonis. simpliciter autem & respectu speciei semper intelligit hoc vl'e: nisi species humana deficiat omnino. quod est impossibile. & sm hoc sermo erit sm suum manifestũ. Et, cùm dixit. vniuersaliter autem non est neq; in tpe, intendit q intellectus, qui est in potentia, cùm non fuerit acceptus in respectu alicuius indiuidui, sed fuerit acceptus simB pliciter, & in respectu cuiuslibet indiuidui, tunc non inuenitur aliqñ intelligens & aliquando non, sed semper inuenitur intelligens. Quemadmodum intellectus agens, cùm non fuerit acceptus in respectu alicuius indiuidui, tunc nõ inuenitur qñq; abstrahens, & qñq; nõ abstrahens: sed semp inuenitur abstrahere, cùm acceptus fuerit simpliciter. idem enim modus est in actione duorum intellectuum. Et sm hoc, cùm dixit. Et, cùm fuerit abstractus, est illud, q est tantum nõ mortalis, intẽdit. &, cùm fuerit abstractus sm hunc modum, ex hoc modo est tm̃ nõ mortalis, nõ sm q accipitur in respectu indiuidui. Et erit sermo eius, in quo dixit. Et nõ rememoramur, &c. sm suum manifestũ. Cõtra enim hanc opinionẽ surgit quęstio perfecte. Dicet enim quærens. Cũ intell'a cõia sint nõ gñabilia, neque corruptibilia sm hunc modum, quare nõ rememoramur post mortẽ coC gnitionum habitarũ in hac vita. Et dicetur dissoluẽdo, quia rememoratio fit per virtutes cõprehensiuas passibiles. s. materiales: & sunt tres virtutes in hoĩe, quarum esse declaratũ est in Sensu & sensato, s. imaginatiua, & cogitatiua, & rememoratiua. istæ enim tres virtutes sunt in homine ad præsentãdam formam rei imaginatæ, qñ sensus fuerit absens. Et ideo dictum fuit illic q, cũ istæ tres virtutes adiuuerint se ad inuicẽ, forte repræsentabũt indiuiduum rei, sm q est in suo eẽ, licet aũt nõ sentiamus ipsum.

Et intendebat hic per intellectum passibilem formas imaginationis, sm q in eas agit virtus cogitatiua ppria homini. Ista. n. virtus est aliqua rõ, & actio eius nihil est aliud quã ponere intẽtionẽ formæ imaginationis cum suo* indiuiduo apud rememorationem, aut distinguere eam ab eo apud formationẽ. Et manifestũ est q intellectus, qui dicitur materialis, recipit intẽtiones imaginatas post hanc distinctionẽ. Iste igit' intell's passibilis necessarius est in formatione. Recte igitur dixit, Et nõ rememoramur, quia iste ẽ nõ passibilis. & intellectus passibilis ẽ corruptibilis, & sine hoc nihil ĩtelligit. i. & sine v'tute imaginatiua, & cogitatiua nihil ĩtelligit

Artificiũ aliud est ab artificiato, & agẽs aliud ab acto.

*a. l. acceptus.

Intellect⁹ mãlis, vt diximus nõ accidit ei qñq; intelligere, & qñq; non, nisi respectu indiui dui: nõ respectu spẽi Idẽ s c. 5. & 19.

Virtus cogitatiua ẽ aliqua rõ, & actio eius ẽ ponere intẽtionẽ formæ imaginationis cũ suo ĩdiuiduo apud rememorationẽ: aut distinguere ea; apud formationẽ. Vide cõti inde s cõ. 6.

*a. l. idolo

Scda expõ

intellectus,qui dicitur materialis.hæ enim virtutes sunt quasi res,quæ præ parant materiam artifici ad recipiendum actionem artificii. hæc igitur est vna expositio. Et potest exponi alio modo,& est q,cùm dixit,& non est quandoq; iste intelligens,& quandoq; non intelligens, intendit cùm non fuerit acceptus,secundum q intelligit,& formatur à formis materialibus generabilibus & corruptibilibus,sed fuerit acceptus simpliciter,& secundum quòd intelligit formas abstractas liberatas à materia, tunc non inuenitur quandoq; intelligens & quandoq; non intelligens, sed inuenietur in eadem forma.v.g.in modo,per quem intelligit intellectum agentem:cuius proportio est ad ipsum,sicut diximus,sicut lucis ad diaphanū. Opinandum est enim q iste intellectus,qui est in potentia, cùm declaratum est q est æternus,& q innatus est perfici per formas materiales , dignior est vt sit innatus perfici per formas non materiales, quæ sunt intellectæ in se:sed non in primo copulatur nobiscum ex hoc modo,sed in postremo,quando perficitur generatio intellectus,qui est in habitu , vt declarabimus post. Et secundum hanc expositionem,cùm dixit. Et,cū fuerit abstractus est,q est tantum non mortalis,innuit intellectum materialem,secundum q perficitur per intellectum agentem , quando fuerit copulatus nobiscum ex hoc modo,deinde abstrahitur. Et forte innuit intellectum materialem in sua continuatione prima nobiscum.s.continuatione,quæ est per naturam. & appropriauit ipsum per hanc particulā tm̄; annuendo ad corruptionem intellectus,qui est in habitu ex modo , p quē est corruptibilis. Et vīr,quando quis intuebitur intellectum materialem cum intellectu agente,apparebunt esse duo vno modo,& vnum alio modo.Sunt enim duo per diuersitatem actionis eorū. actio enim intellectus agentis est generare:istius autem informari.Sunt autē vnum,quia intellectus materialis perficitur per agentem,& intelligit ipsum . Et ex hoc modo dicimus q intellectus continuatus nobiscum apparent in eo duæ virtutes.quarum vna est actiua,& alia est de genere virtutum passiuarum. Et quā bene assimilat illum Alex.igni. Ignis enim est innatus alterare oē corpus per virtutem existentem in eo:sed tamē cum hoc patitur quoquō modo ab eo,quod alterat:& assimilatur cum eo aliquo modo similitudinis.i.acquirit ab eo formam igneam minorē forma ignea alterante. hæc enim dispositio valde est similis dispōni intellis agentis cū passibili,& cum intellectis,quæ generat.est enim agens ea vno modo , & recipiens ea alio modo. Et fm hoc erit sermo,in quo dixit,& non rememoramur,&c.dissolutio qōnis,quæ fecit Antiquos expositores credere intellectum, qui est in habitu,esse æternum:& fecit Alex.opinari intellm materialem esse generabilem & corruptibilem,in qua dicebatur qūo intella à nobis sunt nō æterna cum hoc q intellectus est æternus,& recipiens est æternū.Et quasi d.respondēdo q cā in hoc est,quia intellectus materialis nihil intelligit sine intellu passibili,licet sit agēs,& recipiēs sit sicut cōprehendere colorē. color.n.nō est,licet lux sit & visus sit,nisi coloratū sit. Et tūc fm quā istarū expōnum dicat litera erit cōueniens verbis Arist.& suis demonstrationibus

Hic innuit dari reactionē idē 1.d Ge. 53 &.3.ph.8. & 4. Meteor. c.10

A bus sine aliqua contradictione, aut exitu à manifesto sui sermonis. Et iō non est rectè vti in doctrina verbis æquiuocis, nisi in eis, quæ licet sint diuersa, tamen conueniunt in omnibus intentionibus, de quibus possunt dici. Et demonstrat quòd intendebat hic per intellectum passibilem virtutem imaginatiuam humanam hoc, quod cecidit in alia translatione loco eius, quod dixit, quòd est non passibilis, & intellectus passibilis, est corruptibilis. Dicit.n.in illa translatione, & quod induxit nos ad dicendum q iste intellectus non alteratur, neq; patitur, est q existimatio est imaginatio intellectus passibilis, & quod corrumpitur & non comprehendit intellectum, & nihil intelligit sine imaginatione. Hoc nomen igitur intellectus secundum hoc dicitur in hoc li. quatuor modis. dicitur.n. de intellectu materiali: & de intellectu, qui est in habitu: & de intellectu agente: & virtute imaginatiua. Et debes scire quòd nulla differentia est secundum expositionem Themistij, & Antiquorum expositorum, & opinionem Platonis in hoc q intellecta existentia in nobis sunt æterna, & ad discere est rememorari. sed Plato dixit q ista intellecta sunt in nobis qñq;, & quandoque non, propter hoc, quòd subiectum præparatur quandoq;

Nō est rectū vti in doctrina v̄bis æqui uocis, nisi in eis, quę licet sint diuersa tñ cōueniūt ī oībus intētionib⁹ de quibus pñt dici. cōsi se. 2. d aīa. cō. 30. Hoc nomē intellectus dr̄ quatuor modis.

B ad recipiendum ea quandoque, & quandoque non: & ipsa in se ita sunt: antequàm recipiamus, sicut post: & ita sunt extra aīam, sicut in anima. Themistius autem dixit. & hoc scilicet q quandoque sunt copulata, & quandoque non, accidit eis propter naturam recipientis. Opinatur.enim quòd intellectus agens non est innatus continuari nobiscum in primo, nisi secundum q tangit intellectum materialem. & ideo accidit ei ex hoc modo diminutio ista, cùm continuatio cū intentionibus imaginatis est vno modo quasi receptio, & alio modo quasi actio: & ideo intellecta sūt in eo in dispositione diuersa à suo esse in intellectu agente. Et fiducia in intelligendo hāc opinionem est q causa mouens Arist ad ponendum intellectum materialem esse non est, quia est hic intellectum factum: sed cā in hoc est, aut quia, cū fuerit inuenta intellecta, quæ sunt in nobis secundum dispositiones non conuenientes intellectibus simplicibus, tunc fuit

C dictum q iste intellectus, qui est in nobis, est compositus ex eo, quod est in actu, s. intellectu agente, & ex eo, quod est in potentia: aut quia continuatio eius secundum hanc opinionem est similis generationi, & assimilatur agenti & patienti, s. in sua continuatione cū intentionibus imaginationis. Secundum igitur hanc opinionem agens, & patiens, & factum erūt idem. & est dictum ab istis tribus dispositionibus per diuersitatem, quæ accidit ei. Nos autem opinamur q non mouit ipsum ad ponendum intellectum agentem nisi hoc, q intellecta speculatiua sunt generata secundum modum, quem diximus. Considera ergo hoc, quoniam est differentia inter istas tres opiniones, scilicet Platonis, & Themistij, & opinionem nostrā. & s̄m expositionē Themistij, nō indiget in istis intellectis nisi ad ponendum intellectum materialem tantum, aut intellectum materialem, & agentem secundum modum similitudinis. vbi.n. non est vera generatio, non est agens. Et nos conuenimus cum Alex. in modo ponendi

Scd᷒ Themist. idem est agens, patiens, & factū. Vid 3. de Aīa cap. 25. in Themist.

di intellectum agẽtem:& differimus ab eo in natura intellectus materia- D
lis.& differimus à Themistio in natura intellectus,qui est in habitu, & in modo ponendi intellectum agentem.& nos etiam quoquo modo conuenimus cum Alexan in natura intellectus,qui est in habitu, & alio modo differimus. Hæ igitur sunt differentiæ, quibus diuiduntur opiniones attributæ Arist. Et debes scire ꝙ vsus,& exercitium sunt causæ eius, quod apparet de potentia intellectus agentis,qui est in nobis ad abstrahendum, & intellectus materialis ad recipiendum: sunt(dico)causæ propter habitũ existentem per vsum, & exercitium in intellectu passibili,& corruptibili; quem vocauit Arist.passibilem & dicit aperte ipsum corrumpi.&,si non, contingeret vt virtus, quæ est in nobis agens intellecta esset materialis, & similiter virtus passibilis. Et ideo nullus potest rationari per hoc super hoc ꝙ intellectus materialis admiscetur corpori. Illud enim quod dixit opinans ipsum esse admixtum in responsione istius sermonis in intellectu agente, dicimus nos in responsione eius in intellectu materiali.† Et per istum intellectum,quem vocat Arist. passibilem, diuersantur homines in quatuor virtutibus dictis in Topicis,quas Alfarabius numerauit in E
Elenchis. Et per istum intellectum differt homo ab aliis animalibus.&,si non,tunc necesse esset vt continuatio intellectus agentis & recipientis cũ animalibus esset eodem modo. Intellectus quidem operatiuus differt à speculatiuo per diuersitatem preparationis existentis in hoc intellectu.his igitur declaratis reuertamur ad nostram viam,& dicamus.

Primo Topic.c.i.ubi numerãt quatuor grad⁹ probabiliũ. vl' 1.Topi.ca. 12.& 3.Topi.ca.3 vbi numerãt quatuor virtutes morales.

† Per intellectũ, quẽ vocat Aristo.passibi ẽ diuersant ĩ quatuor virtutib⁹ dictis in Top. & p istũ itellectũ ẽt hõ differt ab aliis aĩalibus.

De intelligibilibus, ipsius intellectus obiectis, quibusq; ipsius intellectus operationibus intelliguntur. Cap. 5.

Indiuisibilium quidem igitur intelligentia,in his est, circa quę non est falsum:in quibus autem & falsum iam & verũ est,compositio quędã iam intellectuum est,sicut eorum quæ vnũ sĩt, quemadmodum Empedocles dixit. vere multorum quidem ca- „
pita sine ceruice germinauerunt.postea composita sunt cõcordia: „
sic & hæc,separata,composita sunt:ut assymetron & diametros. F

In iis igitur indiuisibilium intellectio est, in quibus non reperitur falsitas:in quibus aũt reperitur falsitas & ueritas, in iis demum compositio quædam est conceptuum, quasi sint unum:atq; ut Emped. dixit.
„ *Pullulat ampla seges capitum ceruice carentum;*
deinde componi Amore: sic etiam hæc cum separata sint,cõponuntur; ut in commensurabile,& diameter.

Formare autem res indiuisibiles erit in istis rebus, s. in quibus non est falsitas. Res autem, in quibus est verum, & falsum, illud est aliqua cõpositio tunc ad res intellectas,secũdum, ꝙ sunt entia.

Sicut

A Sicut dixit Empedocles, ꝙ multa capita, & colla disponuntur in postremo per compositionem amicitię: ita etiam sunt separata per compositionem. verbi gratia dicere assimetrum & dicere diametrum.



B

21 Cùm compleuit notificare substantiam trium intellectuũ, scilicet materialis, & eius, qui est in habitu, & agentis, incœpit consyderare de actionibus, & proprietatibus intellectus. & hoc est, quod remansit de cognitione istius virtutis. Et, quia famosior differentiarum, per quas diuiditur actio intellectus, sunt duæ actiones, quarum vna dicitur formatio, & alia fides, incœpit hic notificare differentiam inter has duas actiones, & dixit. Formare autem res indiuisibiles, &c. i. apprehendere autẽ res simplices non compositas erit per intellecta, quæ non falsantur, neque verificantur: quæ dicuntur informatio. comprehendere autem ab eo res C compositas erit per intellecta, in quibus est falsitas & veritas. & contentus fuit prima diuisione sine secunda: cùm oppositum intelligatur per suum oppositum. Deinde dicit, Res autem, in quibus inuenitur verum & falsum. &c. idest intellecta autem, in quibus inuenitur veritas & falsitas, est in eis aliqua compositio ab intellectu materiali. Intellectus quidem primo intelligit simplicia. Si igitur hæc compositio fuerit conueniens enti, erit vera: si non, erit falsa. Et ista actio intellectus ad intellecta similis est ei, quod Empedo. dicit de actione amicitiæ in entia. Quemadmodum enim dixit Empedo. quòd multa capita erant separata à collis, deinde amicitia congregauit ea, & composuit simile cum simili: ita intellecta existunt primo diuisa in intellectu materiali. verbi gratia dicere diametrum quadrati, & dicere assimetrum laterum. intellectus enim intelligit ista primo simplicia, deinde componit ea, scilicet simetrum, aut assimetrum. si igitur composuerit secundum ens, est verum si non, falsum.

Famosior driarũ, p quas diuidit actio itells, sunt duę actiones: quarũ vna dr formatio, & alia fides. Idẽ. 5. Meta. 34.

Opposit intelligit p suũ oppositũ. Idem primo Cœ. 101. & Cœli. 45. cõsimi... de aia. 65.

Si autem factorum & futurorum tempus cointelligens est & D
componens:falsum enim in compositione semper est. & nanque si album,non albo:aut si non album albo,componit.contingit autẽ & diuisionem dicere omnia. Sic ergo est non solum falsum aut uerum quod albus Cleon est,sed & quod erat,aut erit: vnum autem faciens hoc intellectus est vnumquodque.

SOPH. *Sin autem præteritorum uel futurorum,tempus insuper intelligens & componens:semper enim falsitas in compositione consistit:etenim si album non album dixerit, non album composuit: porrò autem licet ẽt diuisionem omnia dicere: attamen non solum falsum est aut uerum album esse Cleonem,sed fuisse uel fore.quod autem unumquodque unum facit, id intellectus est.*

Et si fuerint præterita aut futura, tunc cum hoc intelligit tempus,& componit ipsum. Falsitas enim semper est in compositione.quoniam,cùm dixeris album esse non album, iam composuisti non album cum albo,sicut dicens non album. Et possibile est dicere omnia esse diuisionem. Sed non istud solum est verum & falsum,scilicet Socratem esse album, seu cùm hoc fuit,aut erit. Et quod facit hoc,& suum simile vnum est intellectus. E

22 Idest &, si illa intellecta simplicia fuerint rerum,quæ innatæ sunt esse aut in præterito tem pore,aut in futuro,tunc intellectus intelligit cũ illis rebus tempus,in quo sunt, & postea componet ipsum cum eis, & iudicabit quod illæ res fuerunt,aut erunt, sicut iudicat quod diametrum est assimetrũ costæ. Et,quia narrauit primo quod veritas & falsitas inueniuntur in compositione,incœpit declarare quod falsitas est compositio,& non inuenitur in aliqua actionum intellectus,& d. Falsitas.n.semper est in cõpositione. & ratiocinatio super hoc est,quoniam,cùm dicitur hoc in re alba quod non est alba,est compositio similis ad dicere in re alba quod est alba:licet illud sit falsum, & hoc verum. Et,quia apparet quod affirmatio est magis digna compositioni, & negatio diuisioni,dixit. Et possibile est dicere in eis omnibus,quod sunt diuisio.i.& sic possumus dicere negationem & affirmationem esse compositionem,sicut possumus dicere vtrunque esse diuisionem: licet affirmatio magis videatur habere hoc nomen cõpositio,& negatio hoc nomen diuisio.quoniam in affirmatione componitur prædicatum cum subiecto: in negatione aũt primo diuidit intellectus prædicatum à subiecto,& post componit ea. Et,cum declarauit quod veritas,& falsitas accidunt compositioni rerum adinuicem,declarauit ẽt quod hoc idem accidit, quando componit eas cum tempore,& dixit. Sed non istud solum est verũ & falsum,&c.i.& veritas & falsitas non accidunt solum compositioni in propositionibus, in quibus prædicatum est nomen,sed ẽt in eis,in quibus prædicatum est verbum,ver.g. Socrates fuit aut erit. D,d. Et quod facit hoc, &c.i. & quod facit hæc intellecta F

A intellecta singularia esse vnum per compositionem, postquàm erant multa, est intellectus materialis. Iste.n. distinguit intellecta simplicia, & cōponit consimilia, & diuidit diuersa. Oportet enim vt virtus comprehendēs simplicia & composita sit eadem. qm̄ proportio istius virtutis ad intentiones formarum imaginatarum debet esse sicut proportio sentientis cōmunis ad sensibilia diuersa, non fm q apparet de verbis Auempace in initio sui sermonis de virtute rationali, scilicet quòd virtus compositiua debet esse alia ab imaginatiua. Oportet vt uirt⁹ cōprehēdēs simplicia, & cōposita sit eadē.

Indiuisibile autē quoniam dupliciter dicitur, aut actu, aut potētia, nihil prohibet intelligere indiuisibile quum longitudinem intelligat. (indiuisibilis.n. actualiter est) & in tempore indiuisibili. Similiter enim tempus diuisibile & indiuisibile, lōgitudini est. Non igitur est dicere aliquid in medio intelligere utrunqꝫ. non.n. est nisi diuidatur, sed aut potentia: seorsum autē utrunqꝫ intelligēs dimidiorum, diuidit & tempus simul. tunc autem ut si longitudi
B nes. si vero est sicut ex vtrisque, & in tempore est quod in vtrisqꝫ.

OPH. *Cum autem indiuisibile bifariam dicatur, nihil prohibet quominus indiuisibile intelligat, cum longitudinem intelligit (est enim actu indiuisibilis) & in tempore indiuisibili: similiter enim tempus diuisibile & indiuisibile est, atqꝫ longitudo. non igitur dicere potest quid in utroqꝫ dimidio intelligebat: non enim est si non diuidatur, nisi potentia. at cum seorsum utrumqꝫ dimidiorum intelligit, una etiam tempus diuidit: tunc uero quasi longitudines. quod si ut ex utrisqꝫ, & in tempore quod in utrisque.* a.l. intelligit.

Et, quia indiuisibile est duobus modis, aut in potentia, aut in actu, nihil prohibet hoc, q quando intellexerit longitudinem, vt intelligat indiuisibile, & illud indiuisibile in actu, & in tempore indiuisibili. tempus.n. fm hunc modum est diuisibile, & indiuisi
C bile, in lōgitudine. Nullus.n. potest dicere qꝫ intelligit vtrunqꝫ modum esse aliquod, cùm non sit, quousque diuidatur, sed in potentia. Sed, cum intellexerit vtrunque duorum per se, tunc diuidetur tempus etiam. & tunc erunt quasi duæ longitudines: congregatæ autem in tempore, quod est super eas.

25 Cùm declarauit q actio intellectus indiuisibilis est in rebus indiuisibilibus, incœpit hic declarare ex quo modo contingit ei intelligere diuisibilia, habentia quantitatem intellectione indiuisibili, & in tēpore indiuisibili: & ex quo modo contingit ei vt intelligat ea indiuisibiliter, & in tempore diuisibili, sicut est dispositio in intelligendo res multas, & dixit. Et, quia indiuisibile est, &c.i. & quia indiuisibile dicitur duobus modis, potentia, & actu, possibile est dicere q intellectus intelligit res ex rebus diuisibilibus

bus potentia: indiuisibilibus actu, sicut longitudo, & tempus latens, quod D
est in eis, est indiuisibile in actu: & hoc sic intellectione indiuisibili, & in tempore indiuisibili: quẽadmodum intelligit res indiuisibiles vtroq; mõ. necesse est.n. vt intelligat intentionem indiuisibilẽ indiuisibiliter: siue illa intentio fuerit diuisibilis aliquo modo, aut nullo modo. Et, cùm dixit vt intelligat indiuisibilem, &c. intendit vt intelligat intentionem indiuisibilem: & illud intellectum est indiuisibile, & in tempore indiuisibili. D.d. tẽpus.n. s̃m hunc modum est diuisibile, & indiuisibile. i. tempus.n. inuenitur etiam vno modo diuisibile, & alio modo indiuisibile, sicut in longitudine. Et, cùm declarauit ꝙ intellectus intelligit magnitudinem & tempus, & vniuersaliter omne, quod est indiuisibile in actu, & diuisibile potẽtia per intellectionem indiuisibilem, & in tempore indiuisibili: declarauit etiã ꝙ impossibile est aliquem dicere ꝙ intelligere talia fit per intellectionẽ diuisibilem, & in tpe diuisibili, & d. Nullus.n põt dicere, &c. i. nullus igĩ põt dicerẽ ꝙ, cùm intellectus intelligit lineã, nõ subito intelligit eã; sed primo aliquã partẽ, & secũdo aliã. illæ.n. duæ partes nõ sunt duæ actu in linea, donec linea diuidatur, sed tantum sunt duæ in potentia. &, cùm E
d. vtrunq; modum, intendit vtranq; partem lineæ, & quasi d. nullus igitur potest dicere ꝙ quãdo intellectus intelligit lineam, primo intelligit vtranq; partem per se, deinde totum. illæ.n. duæ partes non sunt in actu, quousque linea diuidatur: sed sunt duæ in potentia. D.d. Sed, cùm intellexerit vtrunq;, &c. i. sed accidit ei vt intelligat vtranque partem longitudinis per se, quando diuidit longitudinem. & tunc ita intelligit illam longitudinem, sicut intelligit duas longitudines. & hoc intellexit, cùm d. & tũc erunt quasi duæ longitudines. D.d. congregatæ autem, &c. i. qñ enim intelligit eas congregatas, i. partes, & quasi vnam longitudinem, intelligit eas in eodẽ tempore indiuisibili in eodem instanti, in quo sunt insimul; non in duobus instantibus diuersis. & hoc intendebat, cùm d. vt mihi videtur, in tempore, quod est super ea.

Quod autem non secundum quantitatem indiuisibile est, sed specie, intelligit indiuisibili tempore, & indiuisibili animæ: secũdum accidens autem, & non inquantum illa diuisibilia: quod intelligit & in quo tempore: sed inquantum sunt indiuisibilia. inest autem vtiꝗ his aliquid indiuisibile, sed forte nõ separabile, quod facit tempus vnum, & longitudinem. & hoc similiter est in omni continuo & tempore & longitudine. F

SOPH. *Quod porro non quantitate sed specie indiuisibile est, id in tempore indiuisibili, & indiuisibili animæ intelligit: per accidens autem, &* *a.l.quod *non quatenus illa diuisibilia sunt, quo intelligit & in quo tempore, sed quatenus indiuisibilia: nam in his etiam inest aliquid indiuisibile, sed forte non separabile, quod unũ & tẽpus & magnitudinẽ efficit: & hoc peræque in omni cõtinuo reperitur, tum tẽpore tũ longitudine.*

Illud

A Illud autem, quod non est indiuisibile per quantitatem, sed per formam, intelligit ipsum in tempore indiuisibili, & per indiuisibile animæ, sed accidentaliter. sed ista duo sunt diuisibilia, scilicet illud, per quod intelligit, & tempus, in quo intelligit, quia sunt indiuisibilia. In his etiam est aliquod indiuisibile, sed dignius est vt sit nō separabile ab eis. & est illud, quod facit tempus esse vnum, & longitudinem esse vnam. & hoc eodem modo est in omni continuo, & in tempore, & in longitudine.

24 Cū declarauit modū, fm quē intelligit intellectus qd est indiuisibile p quantitatē, & est illud, quod est indiuisibile in actu. & diuisibile potētia, incœpit ēt declarare modū, fm quē intelligit illud, qd est indiuisibile per formā, & hoc ē indiuisibile actu, & pñia, nisi accñtaliter. & dixit. Illud aūt, qd nō est indiuisibile, &c. i. quod aūt est indiuisibile forma & qualitate, nō quātitate, qm̄ indiuisibile dr̄ duob⁹ modis, cōprehendit ab intellectu B in tpe īdiuisibili, & p intellectionē indiuisibilē. D. d. sed accñtaliter, &c. i. & iste sermo est diminutus, & trāspositus, & sic debet legi. sed ista duo sūt diuisibilia non essentialiter, sed accñdentaltier. s. tempus in quo intelligit. & res qua intelligit, aut per quod intelligit D. dedit causam in hoc, q̄ sunt diuisibilia accidentaliter, & d. quia sunt indiuisibilia, &c. idest &, quia tempus, in quo intelligit, & res, quā intelligit, sunt indiuisibilia in se, sed tamen sunt in diuisibilibus. s. instās, in quo intelligit, & formā, quā intelligit. instās. n. est indiuisibile, & ē in tpe, qd est diuisibile: & forma ēt est in diuisibilis, & est in magnitudine, q̄ est diuisibilis. D. d. In his ēt est aliquod indiuisibile. i. in magnitudine & in tpe. D. d. sed dignius est ut sit nō separabile ab eis. sed illud, quod est indiuisibile in tpe, & in magnitudine, est nō separabile ab eis: & iō fuit diuisibile per accñs. D. d. & est illud, quod facit tps esse vnū, &c. i. & hoc indiuisibile exñs in istis rebus facit longitudinē esse vnā, & tps esse vnum. &, si non, non intelligeretur hæc vna longi- C tudo, neq; vnū tempus, si non esset hæc nã in eis. Hæc igr̄ natura est causa in hoc, q̄ istę res sunt vnæ, cū hoc q̄ sunt diuisibiles. &, quia sūt in istis rebus, ideo contingit eis vt sint diuisibiles per accñs. & hoc, q̄ hæc natura est exñs in rebus materialibus, est causa q̄ intelligere fuit in non tpe. hoc est summa eius, quod intendebat in hoc capitulo. Et Deinde, d. & hoc eodem modo est in omni continuo, &c. i. & ista natura existit eodem modo, s. in tēpore, & in lōgitudine, & in alijs speciebus, non separabilis ab eo, in quo existit. qm̄, si separetur, tunc diuisio per accidens non accideret.

Punctum autem & omnis diuisio, & sic indiuisibile, monstratur sicut priuatio: & similis ratio in aliis est: ut quomodo malum cognoscit aut nigrum: cōtrario. n. aliquo modo cognoscit. Oportet autem potentia esse cognoscens, & esse in ipso. Si vero alicui non inest contrarium ipsum seipsum cognoscit, & actu est, & separabile.

Punctum

Punctum autem, omnisq; diuisio, & quod ita indiuisibile est, sicut priuatio cognoscitur. quæ ratio similis est in cæteris, scilicet qua malum aut nigrum cognoscit: nam contrario, quodammodo cognoscit. Oportet autem id quod cognoscit potentia esse, & inesse in ipso. Quod si causarum alicui nihil est contrarium, ipsa se ipsam cognoscit, & actus est, & separabilis. D

Punctus autem, & omnis differentia, & quod est indiuisibile hoc modo intelligitur, quasi accidens. & sic de aliis. & secundnm hunc modum cognoscit nigredinem, & nigrum. quoniam, quasi per contrarium cognoscit ipsum. Et cognoscens potentia debet esse vnum in se. Si igitur aliquod rerum est, in quo non est contrarietas, illud intelligit se tm̃, & est in actu abstractum.

25 Cùm declarauit quomodo intellectus intelligit indiuisibilia in actu, & diuisibilia potentia, s. magnitudines & quomodo ẽt intelligit indiuisibilia essentialiter diuisibilia accidentaliter, s. qualitates, & formas, incœpit hic declarare etiam qũo intelligit indiuisibilia, neq; essentialiter, neq; accidentaliter, neq, potentia, neq; actu, v.g. pũctum, & instans, & vnitatem, & dixit P, ũnctus aũt, &c. i. intelligere aũt pũctum, & sibi simile ex eis, quæ dicuntur esse indiuisibilia, & vniuersaliter omnem dr̃iam priuatiuam, est per accidens, s. fm ꝙ ei accidit carere re priuatiua. punctus. n. non intelligitur, nisi ꝙ contingit ei de priuatione diuisibilitatis existentis in magnitudine. & similiter de instãti, & aliis. D. d. & fm hunc modum cognoscit nigredinem, & nigrum. ipse. n. quasi per contrarium cognoscit. sic cecidit ablatio in exemplari, s. inter hanc particulam fm modum, & hanc particulam cognoscit. & est sermo completus per se. sed si aliquid deficit forte est sic, fm hunc modum intellectus, aut visus cognoscit nigredinem aut nigrum: & vniuersaliter omnes priuationes non cognoscuntur nisi per contraria, s. per cognitionem habitus, & per cognitionem defectus habitus. Et hic intendebat per nigredinem priuationem albedinis. ita. n. est de sensibus in istis rebus, sicut de intellectu. Quẽadmodum. n. dictum fuit illic ꝙ visus comprehendit obscuritatem per comprehensionem defectus lucis, ita intellectus comprehendit priuationem per comprehensionem defectus formæ. D. d. Et cognoscens potentia debet esse vnũ in se. i. & oportet vt intellectus cognoscens habitum, & suam priuationem, sit eadẽ virt⁹ in se. quemadmodum cognoscens obscuritatem, & lucem est eadem virtus visus: & ꝙ ista virtus cognoscens comprehendat priuationem cõprehendendo se esse in potentia, cùm fuerit in potentia, comprehendit ex se vtrunq;, scilicet esse potentia & esse actu. & ista est dispositio intellectus materialis. Possumus igitur dicere talem esse præparationem tantum, & nihil aliud, vt dicit Alex. D. d. Si igitur aliquod rerum, &c. i. si igitur fuerit aliquis intellectus, in quo non est potentia contraria actui existenti in eo. i. si fuerit aliquis intellectus, qui non inuenitur quandoque intelligens

in

A in potentia,& quandoque intelligens in actu, tunc ille intellectus non intelligeret priuationem omnino: imo nihil intelligeret extra se. & hoc est vnum eorum, quibus diuiditur iste intellectus ab intellectu agente, scilicet quod in hoc intellectu inuenitur vtrunq;, in agente autem actus tantum, non potentia & ideo recte vocauit Arist. istum intellectum materialem, non quia est mixtus,& habens materiam, vt Alex. opinabatur.

Est autem dictio quidem aliquid de aliquo, sicut affirmatio. & vera aut falsa omnis. Intellectus autem non omnis: sed qui est ipsius quid est, secundum quòd aliquid erat esse, verus est: & non aliquid de aliquo: sed sicut uidere proprii verum est, si autem homo albus, aut non, non verum semper: sic autem se habent quæcunq; sine materia sunt.

SOPH. *Est autem dictio quidem aliquid de aliquo, quemadmodum affirmatio: estq; uera uel falsa omnis: at intellectus non omnis, sed qui est ipsius Quid est ex ipso Quid erat esse, uerus est: & nõ aliquid de aliquo.* B *sed ut uisus proprii uerus est, an uero hoc album, homo sit, nec ne, non uerum semper est: sic se habent quæcunque sine materia sunt.*

Et dicere aliquid de aliquo, sicut affirmatio, & omne compositum est verum uel falsum. Et non omnis intellectus, sed qui dicit quiditatem rei est verus, non qui dicit aliquid de aliquo. Sed quẽadmodum actiones propriæ sunt ueræ, vtrum autem nigrũ, aut album est homo, non semper est verum, ita etiam est dispositio eius, quod est abstractum à materia.

26 Idest & prædicare per intellectum aliquid de aliquo, sicut affirmatio & negatio, est compositio per actionem intellectus. & omne compositũ est verum, aut falsum in intellectu. i. in materiali semper inueniuntur veritas & falsitas admixtæ. & hoc est proprium huic intellectui. D. incœpit C declarare quod hoc non est proprium omnibus actionibus istius intellectus, sed tantum actioni, quæ dicitur fides, non formatio,& dixit. Et nõ omnis intellectus,&c. i. & non in omni actione istius intellectus inueniuntur falsitas,& veritas admixtæ: † sed actio quæ est informatio, est semper vera, non actio, quę est prædicare aliquid de aliquo. D. incœpit narrare quòd hoc quod accidit intellectui, est simile ei, quod accidit sensui, & quòd eadem est causa in hoc,& d. Sed quemadmodum actiones,&c. i. sed causa in hoc est eadem cum causa in sensu. Quemadmodum. n. actiones propriæ visui, s. comprehendere colorem sunt veræ in maiori parte: sentire autem album esse Socratem, aut Platonem non semper est vernm, sed multotiẽs accidit in eo falsitas: ita erit dispositio intellectus, scilicet quod semper est verus in sua actione propria. fides. n. accidit ei, nisi quia intellectum eius est materiale, i. compositum. Et, cũ d. ita est dispositio eius, quod est abstractum à materia. intendebat ita est dispõ intellectus materialis, qui est ab-

[Margin, left: Idẽ. 2. de Aĩa. 63. I-34. 152. I-61. vid cõ. Zim.]

[Margin, right: † Actio intell's, q̃ est formatio, ẽ sẽp vera Sed vid op po. s c. 21. vbi. d. quod nõ ẽ vera, neq; falsa. Si'rvid op po. 5. Met. t. cõ. 34. vbi dr̃ quod ẽ aliqua rõ in se falsa, nõ sclũ ẽ aliquo falsa.]

[Margin, right: Pria expõ.]

ſtractus à materia in ſuis cõprehenſionibus, ſ. quia veridicat in propriis ſi C
Sc'da expō bi, ſ. in formatione, & falſat in eis, quæ non ſunt propria. Et pôt intelligi ſic. ita eſt diſpoſitio intellectuũ, quorum intellectum eſt abſtractũ à materia in hoc, ꝙ ſemper veridicat: cùm non inueniatur in eis actio, quæ eſt per accidens, quia ſuum intellectum eſt abſtractum à materia.

Idem aũt eſt ẜm actũ ſcĩa, rei: quę uero ẜm potẽtiã, tpe prior eſt in vno. oĩno aũt neqꝫ tempore. Fiunt. n. ex actu ente oĩa quæ fiũt.

SOPH. *Scientia autẽ quæ actu eſt, idem eſt quod res: ea uero quæ potentia eſt, in uno prior eſt tempore: omninò uero ne tempore quidem: cuncta enim quæ fiunt, ex eo ſunt quod actu exiſtit.* a. l. ſimpl'r

Et ſcientia, q̃ eſt in actu, eſt ipſa res ſcita. & quæ eſt in potẽtia, ẽ prior tẽpore indiuiduo. Sed vniuerſaliter, neqꝫ in tempore. omne enim quod generatur, generatur ab eo, quod eſt in actu.

27 Ideſt & ſcientia, quæ eſt in actu, eſt ipſum ſcitum: & ſcientia, quæ eſt in potentia, eſt prior tempore indiuiduo, q̃ ſcientia, quæ eſt in actu. vniuerſaliter autem & ſimpliciter ſcientia, quæ eſt potentia, non eſt prior ſcientia, quæ eſt in actu: cùm ſcientia exiens de potentia in actum, eſt generata: & omne generatum generatur ab eo, quod eſt in actu ſpeciei illius generati. vnde neceſſe eſt vt ſcientia, quæ eſt in actu, ſit prior omnibus modis ſcientia, quę eſt in potentia. Et forte intendebat hic per hunc ſermonẽ inuenire cauſam, propter quam comprehenſio intellectuum ſeparatorũ eſt formatio tantum, & veritas in eo nunquam admiſcetur cum falſitate: & eſt quòd ſcientia illorum eſt ipſum ſcitum omnibus modis, econtra diſpoſitioni in ſcitis intellectus materialis. E

Scĩa gñat a ſcĩa in actu. oppo. 3. de aĩa ĩ c. 5. ĩ ſolõne 3. quęſtionis. Vide cõtra. zim.

In multis intellectum ſenſumq; conuenire. De intellectu practico, ac ipſius à ſpeculatiuo differentia. Quo etiam pacto ea, quæ abſtractione dicuntur, intelligantur. Cap. 5. F

VIdetur autem ſenſibile ex potẽtia exiſtente ſenſitiuo, actu agens: non enim patitur, neqꝫ alteratur. vnde alia hæc ſpẽs motus. motus. n. imperfecti actus. ſimpliciter aũt actus, alter eſt, qui perfecti. Sentire quidem igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum, & intelligere: quum autem delectabile, aut triſte, aut affirmans, aut negans, proſequitur aut fugit.

SOPH. *Videtur autem ſenſibile ex eo quod eſt potentia, ſenſitiuum actu efficere: non enim patitur nec alteratur. quamobrem alia eſt hæc motus ſpẽs. motus enim, actus erat imperfecti, at uero qui ſimpliciter eſt actus, alius eſt: is ſcilicet qui perfecti eſt. Sentire igitur ſimile eſt ipſi dicere ſolum & intelligere: cum aũt iucundum aut moleſtum iudicauerit, non ſecus ac ſi affirmaſſet aut negâſſet, perſequitur aut fugit.*

Et

A Et videmus sensibile facere sentiens in actu, postq̃ erat in potẽtia, neq; patiendo alterationem. Et ideo iste est alius modus motus. motus.n. est actio non perfecta. actio aũt simpliciter est alius motus, & est actio perfecti. Sentire igitur simile est vt tantum dicatur uerbis, & vt intelligatur per intellectum. Si igitur fuerit delectabile, aut tristabile, sicut affirmatio & negatio eius, quæretur, aut fugietur.

28 Plus, quod hic vult dare de dispositione istius virtutis, s. rationalis, est propter assimilationẽ eius sensui. hęc.n. in quibus assimulatur, manifestiora sunt in sẽsu, q̃ in intell'u. Et primo incœpit cõparare inter eas in re, q̃ dr̃ in eis motus, & passio. & d. Et videmus sẽsibile facer̃, &c. i. &, quia videm' sensibile facere sentiẽs in actu, postq̃ fuit in potẽtia: nõ ita q; sentiẽs apud exitũ de potentia in actum transmutatur, aut alteratur, fm q; res materiales exeuntes de potentia in actum transmutantur, aut alterantur: sed q; B res materiales exeuntes de potentia in actum transmutantur: ideo opinandum est alium modum esse motus, & passionis à modo, qui est in rebus mobilibus. quapropter non est inopinabile hoc, quod dictum est in intellectu, s. q; est exitus de potentia ad actum sine trãsmutatione, & alteratione. D. d. motus.n. est actio nõ perfecta &c. i. & causa, propter quã isti motui contingit transmutatio & alteratio, illi autẽ non, est quia iste motus, cui accidit transmutatio, est actio non perfecta, & via ad complementum. ille aũt est actio perfecta, immo complementum. Et quasi intendebat q;, cùm ita sit, motum esse actionẽ imperfectam, accidit ei propter materiam, non fm q; est actio. Et cũ hoc accidit actioni, necesse est aliquam actionem esse liberatam ab hoc accidente. quod.n. accidit alicui per accidens, necesse est vt non sit ei fm q; est. &, si non fuerit ei fm q; est, necesse est vt separetur ab eo. Et hoc, quod induxit hic, quasi est dissolutio quæstionis, maxime omniũ quæstionum aduenientiũ in hac opinione. Potest.n. aliquis dicere qũo possumus imaginari receptionem in substantia C nõ mixta cum mã: cum declaratum est q; causa receptionis est mã. Et quasi innuit dissolutionem, dicendo q; materia non est causa receptionis simpl'r, sed causa receptionis transmutabilis, s. receptionis huius entis indiuidualis. vnde necesse est vt illud, quod nõ recipit receptione indiuiduali, non sit materiale aliquo modo. & sic nõ remanet locus quæstioni. Et cùm declarauit modũ consimilitudinis inter sensum & intellectũ, in hoc modo passionis, & motus, s. q; in vtroq; est actio perfecta, incœpit notificare consimilitudinem inter sentire & intelligere, & d. Sentire igitur simile est vt tm̃ dicatur verbis, & vt intelligatur per intellectum, i. & hoc, q; sentire sit per se actio perfecta, & sine tempore, & absq; eo q; precedat ipsum actio diminuita, simile est ad intelligere intentionem intellectã, qñ illa intentio pronũciatur ab aliquo, s. quia fit ab hoc actio perfecta, absq; eo q; præcedat ipsum actio diminuta. & quasi intendit cum hoc declarare causam, propter quam intellectus intelligit sine tempore. Deinde. d. Si

Sẽsibile facit sẽtiẽs ĩ actu, postq̃ fuit ĩ potẽtia. Idẽ. 2. de anima. 60. Vide cõsimile dictõnẽ de motu. 2. de aĩa te. cõ. 57. Idẽ. 3. Ph. 4. & 6. Idẽ 5. Phy. 4. & 9.

Vide p̃ ill. lo. 1. Cœl. 14. & 4. Ph. 31. 4. 67. & 2. de Aĩa. 133.

Mã nõ est cã receptionis simpl'r sed solũ ẽ cã receptionis trãsmutabil'. Idẽ supra. cõ. 5

igitur fuerit delectabile,&c.idest, si igitur illud comprehensum fuerit de D
lectabile apud sensum,aut tristabile, erit quasi intell'm affirmare hoc esse hoc,aut negare hoc nõ esse hoc:& tũc aut quæret,aut fugietur p cõprehẽsionẽ intellualem , sicut quæret aut fugietur per cõprehẽsionẽ sensibilẽ.

Et est delectari aut tristari, agere sensitiua medietate ad bonũ, aut malum,inquantũ talia: & fuga aũt & appetitus hæc,quæ sm actum:& non alterum appetitiuum & fugitiuum,neque ab inuicem,neque a sensitiuo: sed esse aliud est.

SOPH. *Atque est uoluptate aut dolore affici, operari sensitiua mediocritate ad bonum aut malum,quatenus talia sunt: & fuga demum & appetitus qui actu est,hoc sunt:nec diuersa sunt appetitiuum & sensitiuũ neq; inter se,neq; à sensitiuo:sed eorum esse diuersum est.*

Et delectatio,& contristatio sunt actio mediante sensibili circa E
bonum aut malum,sm q sunt sic. & hoc est fugere & desyderare quæ sunt in actu. & desyderans, & fugiens non sunt diuersa vnũ ab altero; neque à sentiente, sed esse difert.

29 Et contristatio, & delectatio animæ est actio ei mediante virtute sensibili.& motus eius ex hoc modo circa bonum, aut malum est, sm q malũ est contristabile,& bonum delectabile:non sm q bonum est bonum,aut malum est malum: sicut est dispositio in quærere aut fugere intellectus. D.d.& hoc est fugere, & desyderare quæ sunt in actu.i.in hoc est desyderare rem præsentem,sm q est præsens & indiuidualis,& fugere eam,s.desyderium sensibile.qm̃ hoc est proprium desyderio sensibili, s.q non mouetur nisi cum præsentia sensati in actu, econtrario desyderio intellectuali. D.d. † & desiderans & fugiẽs nõ sunt diuersa,&c.i.& pars animæ,quæ quærit,& fugit,est eadem pars,non duæ diuersæ,neq; in intellectu,neque in sensu:sed est eadem pars in subiecto,& diuersę in actione. & hoc intendebat,cum d.sed esse differt.&intendit per hoc animam concupiscibilem. F

Idem.j.te. cõ.51.

Propriũ desyderio sẽsibili q ñ mouetur nisi cũ p̃sentia sensati ĩ actu. ecõtrario desyderio ĩtellectuali vide tñ istãtiã.2 de aĩa cõ. 20.

† Pars desyderãs & fugiẽs nõ sũt duę diuersę neq; in sẽsu,neq; ĩ intellu : sed ẽ eadẽ ps ĩ subiecto, & diuersæ ĩ actione.

Intellectiuæ autem animæ phantasmata vt sensibilia sunt.quũ autem bonum aut malum affirmat, aut negat, fugit aut prosequitur. propter quod nequaquam sine phãtasmate intelligit anima.

Dianoeticæ autem animæ phantasmata ueluti sensibilia sunt. Cũ autem bonum aut malum affirmauerit uel negauerit , tunc fugit aut persequitur. Quapropter nunquàm anima sine phantasmate intelligit. SOPH.

Et in aĩa sensibili inueniuntur imagines secundum modos sensuum. &, cũm diximus in aliquo ipsum esse malum , aut bonum non secundum affirmationem,& negationẽ,tunc aut quærimus, aut fugimus, Et ideo nihil intelligit anima sine imaginatione.

Idest

A Ideſt & in anima ſenſibili, i. in ſenſu communi inueniuntur imagines, quarum modi ſunt ſecundum modos ſenſuum, & ſenſibilium: ita ꝗ proportio iſtarum imaginum ad intellectum materialem eſt, ſicut proportio ſenſibilium ad ſenſus. & hoc inuenitur in alia trãslatione manifeſtius. dicit enim, apud autem animam rationalem imago eſt quaſi res ſenſibiles. D. d. & cùm diximus, &c. i. & cum anima rationalis diſtinguit imaginem, & iudicat eam eſſe bonam, aut malam: non ſecundum ꝗ eſt nota eſſe talis, aut non talis tantum: & eſt differentia propria intellectui ſpeculatiuo: tunc anima concupiſcibilis, aut quæret illud, ſi anima rationalis iudicauerit imaginem eius eſſe bonam, aut fugiet, ſi malam. & hoc eſt ſimile ei, quod accidit ſenſui de contriſtabili, aut delectabili. Deinde dixit. Et ideo nihil intelligit anima ſine imaginatione. ideſt &, quia proportio imaginum ad intellectum materialem eſt, ſicut proportio ſenſibilium ad ſenſum, ideo neceſſe fuit vt intellectus materialis non intelligat aliquod ſenſibile abſque imaginatione. Et in hoc. d. expreſſe ꝗ intellecta vniuerſalia colligata ſunt cum imaginibus, & corrupta per corruptionem earum. Et expreſſe etiam dicit ꝗ proportio intelligibilium ad imagines non eſt ſicut proportio coloris ad corpus coloratum: ſed ſicut proportio coloris ad ſenſum viſus: non ſicut exiſtimauit Auempace. Sed intellecta ſunt intẽtiones formarum imaginationis abſtractæ à materia, & ideo indigent neceſſario in hoc habere materiam aliam à materia, quam habebant in formis imaginationis. & hoc manifeſtum eſt per ſe intuentibus, Et, ſi intentiones imaginatæ eſſent recipientes intellecta, tunc res reciperet ſe, & motor eſſet motum. Et declaratio Ariſto. ꝗ neceſſe eſt vt in intellectu materiali non ſit aliqua intentionum exiſtentium in actu, ſiue fuerit intentio intellecta in actu, aut in potentia, ſufficit in deſtructione opinionis. Sed illud, quod fecit iſtum hominem errare, & nos etiam longo tẽpore eſt, quia moderni dimittunt lib. Ariſtot. & conſyderant li. expoſitorum, & maxime in anima, credendo ꝗ iſte liber impoſſibile eſt vt intelligatur. & hoc eſt propter Auicen. qui non imitatus eſt Ariſt. niſi in Dialectica: ſed in aliis errauit, & maxime in Metaphyſica. & hoc, quia incœpit quaſi à ſe. 30

Digresſio.

B (margin letter at "ſalia colligata ſunt")

C (margin letter at "rum, & maxime in anima")

Cõtra dimittentes text. Ariſt. ꝓ quo vide cõ. 8. Phi. cõ. 78. vide cõſilſe cõtra Aui. 3. cœ. c. 67

Sicut enim aer pupillam huiuſmodi fecit & ipſa autem alterũ: & auditus ſimiliter: ſed ultimum vnũm: & vna medietas: eſſe autem ipſi plura. quo autem diſcernit quo differũt dulce & calidũ, dictum eſt quidem & prius. dicendum autem & nunc, Eſt enim aliquid unum: ſic autem vt terminus.

SOPH. *Quemadmodum autem aer puppillam talem fecit: ipſa uero aliud: ſic etiam auditus. extremum autem unum eſt, & una mediocritas: eſſe autem eſt ipſi plura. quo autem iudicat, qua ratione differat dulce ab albo, & ſuperius dictum eſt, & dicendum etiam eſt, ſic: eſt enim unũ quidpiam: & ita unũ, ut terminus.*

Et quemadmodum aer est illud, quod facit visum talis dispositionis, & hoc ab alio, & similiter auditus. vltimum.n. est vnum, & medium vnum, in esse aũt multa. Et iã dictũ est prius p quod iudicamus illud, per quod dulce differt à calido aeri. dicamus igr̃ ẽt ſm hunc modum, qm̃ sicut in esse est vnum, ita in definitione. D

51 Cùm demonstrauit similitudinem inter intellectum & sensum in indigentia subiecti, à quo recipiunt intentiones: quas comprehendunt, incœpit modo declarare ꝙ proportio istius intellectus materialis ad imagines numeratas secundum species sensibiliũ est, sicut proportio sensus communis ad diuersa sensibilia, & d. Et quemadmodum aer, &c. i. & sicut declaratũ est ꝙ aer mouet visum, & mouetur ab alio: & similiter auditus mouetur ab aere, & aer ab alio, quousq; perueniat motus in omnibus sensib᷒ ad vnum finẽ, qui est in illis motibus, quasi punctus, qui est mediũ circuli de lineis exeuntibus à circunferentia: ita est de intellectu m̃ali cum intentionibus imaginantium intellectis. D. d. vltimum enim est vnum, & medium vnum. i. vltimus enim motuum sensibilium est vnus, & illud, quod est ex eis quasi medium de circulo, est etiam vnum. & hic est sensus communis. D. d. Et iam dictum est prius, &c, idest & vniuersaliter dictum est prius quid est illud, per quod iudicamus diuersitatem sensibilium diuersorum, ver. g. diuersitatem dulcis à calido, & coloris à sono. ergo secũdum illum modum, quo consequebatur illic tale esse in sensu, oportet hic esse in comprehendendo res diuersarum imaginum ab intellectu. Et hoc intendebat, cùm d. quoniam sicut in esse est vnum, ita est in definitione. i. quoniam demonstratum est à sermone prędicto ꝙ sicut iudicans esse diuersum apud sensum debet esse vnum, ita iudicans imagines rerum diuersarum debet esse vnum. Et potest intelligi sic. & sicut in esse rerum diuersarum est vna intentio, quæ facit vt comprehendens eas sit vnum: & est proportio, quam accipit virtus comprehensiua, quando facit comparationem inter duas res diuersas: ita in imaginibus diuersis est vna intentio, quæ facit ꝙ iudicans eas sit vnum. Et potest intelligi sic. idest & causa in hoc, s. in similitudine inter intellectum & sensum in hoc est. quoniam sicut in hoc esse singulari est unum, quod est ens apud sensum, ita imaginatio est vnum apud intellectum, quod est imaginatum. &, cùm multa fuerint apud imaginatum, erunt multa apud imaginationem, & hoc cõuenientius est sermoni sequenti. E F

Vide. 2. h᷒ cõ. 149.

Pria expõ.

Vide 2. de Aĩa. 149.

Scda expõ ꝑ qua vid 2. de Anima. 146.

Tertia expõ ꝑ qua Vid. 2. de Aĩa. 33.

Et hoc in proportionali aut numero ens vnũ, hẽt se ad vtrũqꝫ, sicut illa ad inuicẽ. Quo. n. differt non homogenea iudicare, aut cõtraria: ut albũ & nigrũ? Sit igr̃ sicut. A. albũ, ad. B. nigrũ. G. ad. D. sicut illa ad inuicem. Quare & permutatim: si igitur. G. D. vni sunt existẽtia, sic hẽbunt sicut & A. B. idẽ quidẽ, esse aũt non idẽ: & illud similiter. Eadem aũt ratio est si. A. quidẽ dulce sit. B. uero album. Spẽs quidẽ igit᷑ intellectiuũ in phãtasmatibus intelligit᷑.

Et hæc

A *Et hæc unum sunt proportione & numero quem habet ad utrunq;, ut illa inter sese, quid enim refert dubitare quomodo ea quæ eiusdẽ generis sunt, iudicet, aut cõtraria: ut albũ ac nigrũ: sit igitur ut A quod est album ad B quod est nigrum, C ad D, ut illa inter se: quare etiam cõmutato ordine. Si igitur C D unum sunt, ita se habebunt, sicut & A B: idem. s. & unum, esse uero non idem: & illud similiter: Eadem etiam ratio est, si A quidem dulce sit. B. uero album. Intellectiuum igitur species in phantasmatibus intelligit.* a. l. illa.

Et hoc inuenitur in numeris proportionalibus: & dispõ eius apud eos est sicut dispositio eorum adinuicem. Nulla.n.est differentia inter figuram, & qualitatẽ consyderationis rerũ inęqualiũ in genere, aut rerũ contrariarũ, v. g. albi & nigri. Sit igitur dispõ
B A albi ad B nigrũ, & C ad D, sicut dispõ illorũ adinuicem, vt inuenitur in rebus contrarijs. Si igitur C. & D, existentes in eadem in re non inueniuntur nisi per A, & B, & sunt in hoc idem. Et, si A fuerit quasi dulce, & B quasi album, tunc intellectus erit quasi intelligens. Intelligit enim formas per primas imaginationes.

82 Idest & hæc cõsecutio manifesta inuenitur in eis fm proportionalitatem eorum in numero, & dispositio iudicantis ex anima apud utrunque esse. s. sensibile & imaginabile, est sicut dispõ vtriusq; esse adinuicem. D. d. Nulla.n.est differentia, &c. i. & indifferenter, siue iudiciũ fuerit de rebus contrarijs, aut diuersis. figura.n. & qualitas consyderationis debet esse vna eadem apud uirtutem sensibilem, & rationalem in rebus diuersis in genere, & in contrarijs. Et, cum declarauit q̃ nulla est differentia in cõsyderatione illorum duorum generum apud virtutem sensibilem & ra-
C tionalem, dedit demonstrationẽ super hoc ex proportionalitate, & æqualitate, quam habent in numero secundum imagines rerum cum suis indiuiduis, & d. Sit igitur dispositio A. albi. i. sit igitur A album, & B nigrũ, & C imago albi, & D. imago nigri. erit igitur proportio A ad B, sicut album ad nigrum: & proportio C ad D, sicut imago albi ad imaginem nigri. & hoc intendebat, cùm d. vt mihi videtur, dispositio C apud D, est sicut dispositio illorum adinuicem, ut inuenitur in duobus contrariis, i. vt inuenitur in duobus contrarijs ex imaginibus veris. Et, cúm declarauit q̃ talem proportionalitatẽ debent habere, dedit consequens conclusionem, & d. Si igitur C, & D, &c. idest &, cùm proportio A ad B est sicut C ad D: & A & B comprehenduntur ab eadem virtute: ergo C & D debent comprehendi ab eadem virtute. & istam conclusionem diminuit ex suo sermone. Deinde dicit consequens illam, & d. Si igitur C & D, &c. idest si igit' C, & D comprehenduntur ab eadem virtute, quia A, & B sunt eiusdem virtutis, tunc duæ virtutes in hac intentione, & ex hoc modo sunt idem, & non diuersantur omnino: licet diuersentur in suis naturis.

Figura, & qualitas cõsyderationis dẽt eẽ vna & eadẽ apud virtutẽ sẽsibilẽ rõnalẽ i reb' diuersis genere, & in cõtrariis. Idẽ supra cõ. præcedenti.

ris.& per hanc similitudinem inter virtutem rationalem, & sensibilem existimauerunt plures Antiquorum, secundum ꝙ Arist. narrauit in secũdo tractatu ꝙ duæ virtutes sunt eædem. Et, cùm declarauit quòd dispositio earum in comprehendendo res contrarias est eadem, declarauit ẽt ꝙ ita est in comprehendendo res diuersas in genere, & dicit. Et, si A fuerit quasi dulce, &c.i.&, si posuerimus loco contrariorum duas res diuersas in genere, verbi gratia dulce & album, tunc etiam intellectus comprehendet eas modo simili comprehensioni earum à sensu. tunc enim intelliget formas earum mediantibus primis suis imaginibus, idest veris: quemadmodum sensus comprehendit intentiones earum per presentiam indiuiduorum ipsorum sensibilium. D

In.2.d' aĩa t.cõ.152.

Et sicut in illis determinatum est ipsi, imitabile & fugiendum: & extra sensum quum in phantasmatibus fuerit, mouetur: ut sentiens fugibile, quia ignis communi cognoscit videns quod mouetur, quoniam impugnans est. Aliquando autem quæ sunt in anima phantasmatibus aut intellectibus tanquam videns ratiocinatur, & deliberat futura ad presentia. E

SOPH. *Et quemadmodum in illis præfinitum est ipsi quid persequendum, quidq; fugiendum sit, ita etiam extra sensum, cum in phantasmatibus fuerit, mouetur: ut sentiens facem ignem esse, communi cognoscit uidens eam moueri, hostilem esse. Aliquando autem iis quæ sunt in anima phantasmatibus, aut mentis conceptibus quasi uidens ratiocinatur, & consultat de futuris ad præsentia respiciens.*

Et ita est de quæsito, & fugito secundum hunc cursum determinatum in his rebus. & quandoque mouetur sine vsu sensus, cùm fuerit existens in imaginatione. vt quando imaginatur ꝙ ignis inflammatur in turribus ciuitatum. commune est enim ꝙ mouens est ignis, & ipse nunciat præliatori. cogitat enim, quasi videns rem per modos imaginationis, & cogitatio eius in rebus futuris est secundum res presentes. F

33 Idest, & ita est de quæsito, & de fugito apud intellectum, sicut de comprehensione. quoniam, quemadmodum comprehendit res mediantibus formis imaginum, & sensus cõprehendit per præsentiam rerũ sensibiliũ, ita intellectus mouetur à rebus quærendo, aut fugiendo quando formæ imaginum earum sunt presentes. quẽadmodum sensus quærit, aut fugit apud præsentiam ipsius sensibilis. D.d. & quandoque mouetur sine vsu sensus, &c. idest & quandoq; mouetur homo ad aliquid, licet non sentiat ipsum, quando imaginabitur ipsum: sicut prçliator mouetur, qñ imaginatur ignem inflammari in turribus, licet ignis nõdũ inflãmatus sit. D.d. cõmune.n.est quòd moueus est ignis, & est principium prælationis. idest

tia expõ.

&, cùm

A &,cùm præliator intrinsecus imaginabitur ignem in turribus, statim cogitabit in destruendo illum ignem,& præliator oppositus in inflammando ipsum.& communem habent cogitationem in hoc,scilicet quòd ignis est finis positus,& quæsitus apud ipsos,sed secundum modos duos diuersos. Et potest intelligi hoc,quod dixit,commune enim,idest* propositio enim communis,ex qua possumus scire omnia consequentia, est primum consequens existentiam ignis in turribus.& ideo.d.est principium per experientias præliatoris,idest principium consyderationis. Deinde d.cogitat enim,quasi videns.idest principium enim suæ cogitationis in rebus erit præsentando modos imaginum imaginationum possibilium esse in illa re,de qua cogitat,adeo ac si videret illud,de quo cogitat. Deinde d.& cogitatio eius in rebus futuris,&c.i.& causa in hoc est, quia homo ponit principium suę consyderationis in rebus possibilibus de rebus præsentibus,quas videt.& ideo possibile est vt homo cogitet in alia re, adeo quòd inueniet ex eo aliquod indiuiduum,quod ante non sensit: sed

B sensit ei simile,non ipsum idem. Et innuit per hoc modum,fm quem potest inueniri per cognitionem imago vera:cuius indiuiduum nunquam fuit sensatum aliquo cogitante.Iam enim posuerat quòd imagines veræ sunt numeratæ secundum indiuidua sensibilia. & quasi declarauit ꝙ iste modus imaginationum inuenitur à cogitatione ex imaginationibus quę sunt indiuidua sensibilia:Virtus enim cogitatiua, sicut declaratum est in lib.de Sensu & sensato,quando iuuabit se cum informatiua,& rememoratiua innata est præsentare ex imaginibus rerum aliquam,quam nunquã sensit in ea dispositione, secundum quam esset,si sensisset eam fide, & informatione,tunc intellectus iudicabit illas imagines iudicio vniuersali. Et intentio cogitationis nihil est aliud,quàm hoc, s. vt virtus cogitatiua ponat rem absentem à sensu,quasi rem sensatam.& ideo comprehensibilia humana diuiduntur in hæc duo:s.in comprehensibile,cuius principiũ est sensus,& comprehensibile,cuius principium est cogitatio. Etiam diximus quòd virtus cogitatiua non est intellectus materialis, neq; intelle-

C ctus qui est in actu,sed est virtus particularis materialis.& hoc manifestũ est ex dictis in Sensu & sensato.& oportet scire hoc:quoniam consuetudo est attribuere intellectui virtutem cogitatiuam. Et non debet aliquis dicere ꝙ virtus cogitatiua componit intelligibilia singularia:& iam declaratum est quòd intellectus materialis componit ea. Cogitatio enim non est,nisi in distinguendo indiuidua illorum intelligibilium,& præsentare ea in actu,quasi essent apud sensum.Et ideo,quando fuerint præsentia apud sensum,tunc cadet cogitatio,& remanebit actio intellectus in eis. Et ex hoc declarabitur quòd actio intellectus est alia ab actione virtutis cogitatiuæ,quam Aristo. vocauit intellectum possibilem,& dixit eam esse generabilem & corruptibilem.& hoc est manifestum de ea, cùm habet instrumentum terminatum,scilicet medium ventriculum cerebri:& homo non est generabilis & corruptibilis nisi per hanc virtutem:& sine hac virtute,& virtute imaginationis nihil intelligit intellectus materialis.& ideo

Secũda expõ

*a.l. ꝓportio.

Hõ ponit principiũ suę cõsyd̃rationis ex reb⁹ possibus ex reb⁹ pñtibus quas uidet.

Digressio.

Virt⁹ cogitatiua, qñ iuuabit se cũ informatiua, & rememoratiua innata est pñtare ex imaginibus rerũ aliquã, quã nunq̃ sensit, tũc intell's iudicat illas imagines iudicio vli.

Idẽ c.5. & 20. tertii huius.

Cõprehẽsibilia hũana diuidũtur ĩ duo.

cogitatiua ñ cõponit oppositũ vi dicere com. 2. Vide cõ Zim.

Hõ nõ est gñabilis & corruptibilis, nisi p hãc virtuté. i. cogitatiuam.

ideo, sicut dicit Arist. non rememoramur post mortem: non quia intellectus est generabilis & corruptibilis, sicut aliquis potest existimare. D

Et quum dixerit vt ibi lætum aut triste, hic fugit aut imitatur, & omnino in actione. & quod sine actione autẽ verum & falsum, in eodem genere cum bono & malo est: sed in eo quod simpliciter differt, & quodam.

SOPH. *Et cum dixerit ibi esse rem iucundam aut molestam, tum fugit aut persequitur, & omnino in actione uersatur. Quinetiam uerum & falsum quæ sine actione sunt, in eodem sunt genere quo bonum & malum: sed ipso simpliciter differunt, & aliquo.*

Et, cùm iudicamus ꝙ delectabile est illic aut hic, tunc contristabile erit aut fugitum, aut quæsitum: & sic vniuersaliter in actionibus. Falsitas enim & veritas sunt sine operatione, & sunt ambo in eodem genere, & in bono & in malo; sed differũt, quia dicitur simpliciter, & per terminum. E

Idest Et, cùm iudicaueris per sensum quòd delectabile est illic aut hoc,
34 tunc contristabile apud intellectum erit, aut fugitum, si intellectus existimauerit illud esse malum, aut quæsitum, si existimauerit illud esse bonũ. & sic vniuersaliter accidit intellectui cum sensu in omnibus actionibus, scilicet aut contradicere ei, dicendo quòd contristabile est bonum, & quęrendo illud, quod fugit sensus: aut conuenire in eo ĩ dicẽdo delectabile esse bonum. Deinde dicit.* Falsitas enim, & veritas sunt sine operatione. & sunt in eodem genere. ita cecidit ablatio in scriptura. & potest esse. falsitas enim & veritas sunt, &c. idest falsitas enim & veritas existentes in intellectu speculatiuo, sunt aliæ à falsitate, & veritate existentibus in intellectu operatiuo. Deinde dicit & sunt ambo in eodem genere, & in bono & in malo. potest intelligi quòd hæc duo sunt in eodem genere, quia vtrunq; est cognitio: & quia veritas est in genere boni, & falsitas in genere mali. Et potest intelligi hoc, quod dixit in bono & malo, vt sit expositio eius, quod dixit, & sunt in eodem genere. & quasi dicit, & sunt in eodem genere, idest in bono & malo. Et, cùm declarauit quòd ambo collocantur sub bono, & malo, declarauit illud, per quod diuiduntur, & dicit. sed differunt, &c. idest, sed tamen diuiduntur, quia veritas est in intellectu speculatiuo bonum absolute: & falsitas est in eo malum simpliciter. in operatiuo autem veritas est bonum in respectu, & secundum conditionem. & hoc intendebat, cùm dixit & per terminum. falsitas vero est malum in respectu illius finis, qui est inueniẽdus. Et potest intelligi per hoc, quod dixit & per terminum, idest, per finem. s. & diuiduntur, quia hoc est bonum simpliciter, & hoc bonum in respectu finis positi. & intentio propinqua est in istis duabus. F

* Falsitas & veritas sunt sine opẽne. idẽ. 2 Me. t. c. 3.

Falsitas, & ỽitas exñtes ĩ itellũ speculatiuo aliæ sũt ab his, quę sunt in intellũ pratico.

Bonũ & malũ; & verũ & falsum sunt in eodem gñe. Vide opposi. 6. Me. t. c. vltimi. vbi hr ꝙ bonũ & malũ sunt in rebus. Vide con, Zim.

Abstra-

A Abstractione autem dicta, intelligit, sicut simum secundum quod simum, non separatum: inquantum autem curuum si aliquod intellexit, actu sine carne vtique intellexit. in qua curuum: sic & mathematica non separata tanquã separata sint, intellexit cum intelligat illa.

SOPH. *Quæ uero in abstractione uocantur intelligit perinde quasi simum: quatenus quidem simum, non separate: quatenus uero curuum, si quid actu intelligeret, sine carne intelligeret in qua curuum est: sic mathematica quanuis non separata, ueluti separata intelligit, cum illa intelligit.*

Et sciuntur etiam res, quæ dicuntur negatiue. Vt simus, in eo quod est simus, non diuiditur: in eo autem quod est concauum, si intellectus intellexerit, tunc intelliget intentionem concauitatis B denudatam à carne. sed intentiones mathematicæ non sunt singularia hoc modo: & sicut res abstracta intelligit, intelligit istas res.

35 Intendit per res, quæ dicuntur negatiue, res mathematicas. & intendit per negationem abstractionem à materia. & intendit quòd, quando intellectus intelligit res secundum abstractionem à materia, non facit hoc, quia sunt in se, non in materia, sicut quidam existimauerũt. sed hoc, quod facit, scilicet quòd intelligit ea non in materia, licet sint in materia, est ac si intelligeret simum, in eo quòd est simum, diuisum à materia. sed simus Pythagoras. 1. Met. in eo quòd est simus. impossibile est vt diuidatur à materia. genus autem 19. vel Pla eius, quod est concauitas possibile est vt diuidatur à materia. Et innuit to. 1. Met. per hoc quòd ista possibilitas in abstractione istorum ab intellectu est cõ 35. sequens naturas, & quiditates earum: non quia accidit eis, quia sunt non in materia. Deinde dicit. sed intentiones mathematicæ, &c. idest & modus essendi intentionum mathematicarum extra animam, non est sicut C modus, secundum quem sunt in anima. Et iste sermo potest legi sic. & intellectus etiam potest scire res mathematicas per aliquem modum definitionis. Intelligere enim diuersatur secundum diuersitatem naturæ intellecti. verbi gratia quòd simus, in eo quòd est simus, non diuiditur quan- Intelliger diuersat do intelligitur: in eo autem quòd est concauitas, tunc, si intellectus intel- secundum diuer lexerit eum singularem per se, non intelliget intentionem concauitatis, sitatẽ na nisi denudatam à carne. Et exemplum, quod induxit, supplet illud, quod turæ intel diminuitur à sermone. lecti.

Omnino

ANTIQVA TRANSL.

Omnino autē intellectus est qui fm actum res est intelligēs. vtrum autem cōtingat aliquid separatorum intelligere ipsum existentem nō separatum à magnitudine, aut non: considerandum posterius.

SOPH. *Omnino intellectus qui actu intelligit, est res ipsæ. an uero fieri possit ut ipse à magnitudine non separatus, separatorum aliquod intelligat nec ne, post cōsiderādū est.*

Illud.n.quod est in actu vlr, est intellectus, qui est in actu. Et cogitatio nostra in postremo erit. vtrum possit intelligere aliquas rerum abstractarum, cum hoc ꝙ ipse* est abstractus à magnitudine, aut non.

*a.l.nō est abstract9.

36 Expositio D.& quemadmodum res, quam intellectus abstrahit, fit intellectus, quādo abstrahit, & intelligit ipsam cùm necesse est vniuersaliter in intellectu vt illud, quod est intellectū in actu, sit intellectus in actu, oportet nos perscrutari, & cogitare in postremo, vtrum iste intellectus, qui ē in nobis, possit intelligere aliquid, quod est in se intellectus, & abstractus à materia: sicut intelligit illud, quod facit ipsum intellectū in actu, postquam erat intellectum in potētia, Et d.cum hoc, quòd ipse est abstractus à magnitudine. ita cecidit ī hac scriptura. &, si est vera, sic debet intelligi. idest debemus ī postremo cogitare, vtrum sit possibile, quòd intellectus, qui est ī nobis, intelligat res abstractas à materia, fm ꝙ sunt abstractæ à magnitudine, non fm compa-

MANTINI TRANSL. D

Trigesimumsextum etiam commentum, quod transtulit Iacob Mantinus unà cum antiqua eiusdem commenti translatione hic apponere uisum fuit opportunū.

Intellectus autem est omnino qui actu res ītelligit. Vtrum autem contingat ipsum intelligere aliquid separatorum, ipso existente separato à magnitudine, vel ne, post hoc consydrabitur. E

*a.l. non existente

Inquit. & quemadmodū id, quod intellectus abstrahit, efficitur intellectus, cū diuidit ipsum, atq; intelligit ipsum, cū vlr sit necessariū hoc de ipso intellectu, s. vt id, quod est intelligibile actu, efficiatur intellect9 actu, idcirco cogimur inquirere, & consyderare in posterum, vtrum is intellectus, qui inest nobis, possit intelligere aliquid, quod sit de se intellectus quidam, & separatus à materia. quemadmodū ītelligit id, quod ipse efficit actu intelligibile, quod quidem erat antea potentia intelligibile. Et cū d. ipso existente separato à magnitudine iuxta vnā translationem textus, quā habuimus, quæ si vera sit, sic debēt intelligi verba ei9. Postremum vero perquirendū erit vtrum intellectus, qui inest nobis, possit intelligere res abstractas à magnitu- F

A ANTIQVA TRANSL.

comparationem ad alterum. Et cecidit in alia scriptura loco istius sermonis sic. Et in postremo perscrutabimur vtrum intellectus essendo in corpore, non separatus ab eo, possit comprehendere aliquod eorũ, quæ separantur à corporibus, aut non. & ista quæstio est alia à prædicta. Ista enim quæstio est concedentis quòd intellectus, qui est in potentia, intelligit formas abstractas à materia simpliciter, non secundum q est copulatus nobiscum. & secundum hãc intentionem erit perscrutatio vtrũ
B potest intelligere formas, secũdum quòd est copulatus nobiscum: non vtrũ possit intelligere formas simpliciter. & illa intẽtio est dicta à Themistio in suo libro de Anima. & prima quęstio, quam intendebat in postremo, est dimissa.

3. de Aīa cõ. 51.

Digressio, & est prima pars tãquã prooemium, vtrum sit poss̃e intelligere ĩtellectũ mãẽ res abstractas.

Oportet igitur prius perscrutari vtrum sit possibile q intellectus materialis intelligat res abstractas, aut
C non. Et, si intelligit eas, vtrum est possibile vt intelligat eas, secundum quòd est copulatus nobiscum, aut non. Et ideo possibile est quòd in exemplari, à quo transtulimus hũc sermonem, ceciderit hæc particula, non, ita quòd sic debeat legi, Et cogitatio nostra erit in postremo utrum possit intelligere aliquam rerum abstractarum cum hoc, quòd est non abstractus à magnitudine, idest secundum quòd est tangens magnitudinem, & copulatus nobiscum, ita q nos intelligamus illum intel-

MANTINI TRANSL.

gnitudine, seu à materia, quatenus sunt abstractæ à magnitudine, non quatenus habent rõnem ad aliud. Sed in alia translatione, quam habuimus, litera ita habet. Postremũ uero perquiremus vtrum is intellectus, dum in corpore existit, & non separatur ab eo, possit attingere aliquam ex rebus separatis à corporibus, vel non possit. Et iuxta hanc literã differt hoc dubiũ ab illo p̃ori. nam hoc dubiũ contingit apud eũ, qui concedit intellectum potentialẽ (seu potentia existentẽ) intelligere formas abstractas à materia simpl'r, & absolute, & non ea rõne, qua est copulatus nobis. Et iuxta hanc sententiam sic fiet vtiq; q̃situm, videlicet vtrũ intell's nobiscũ existens, possit intelligere formas, quatenus est cõiunctus nobis: & tunc nõ quæretur vtrum possit intelligere simpl'r formas. & hmõi sententia vr̃ esse Themistii in lib. suo de Aīa tradita. & tũc illud dubiũ, qđ promiserat scrutari posterius, esset vtiq; p̃termisũ.

At primo inuestigandũ vr̃, vtrũ intellectus materialis possit intelligere res abstractas à materia, vel nõ possit. Et, si eas intelligat, vtrum possit eas intelligere, quatenus est copulatus nobis, vel non. Et ideo forte tota hæc pars scripturæ deerat in illo exẽplari translationis, quã habuim' ex qua transtulimus hanc orõnem, & debebat sic legi. Et nr̃a consydera tio in postremo, atq; scrutatio erit, vtrũ possit intelligere aliquod abstractorũ, cũ tñ ipse sit nõ separatus à magnitudine, hoc est, cũ ipse contangat magnitudinẽ, & sit nobis cõiunctus, ita vt nos simus intelligẽtes illud intelligibile (seu illum intell'm quem

ANTIQVA TRANSL. | MANTINI TRANSL. D

intellectum, quem ipse intelligit. & ista perscrutatio. quam intēdit, valde est difficilis, & ambigua. & oportet nos perscrutari de hoc secundū nostrum posse.

Secunda pars, ī qua incipit soluere qōnē sm opīonē aliorū & primo sm Alex.

Dicamus igitur ꝙ, qui ponit intell'm materialem esse gñabilem & corruptibilē, nullū modū, vt mihi vr̄, pōt inuenire naturalē, quo possumus continuari cū intellectibus abstractis. Intell's.n. debet esse intell'm oībus modis, & maxime in rebus liberatis à materia. Si igit' pose eēt ꝙ substantia gñabilis, & corruptibilis intelligeret formas abstractas, & reuerteret' idem cum eis, tunc pose esset vt natura possibilis fieret necessaria: vt Alfarabius dixit in Niconiachia. & hoc necessarium est secūdū fundamenta sapientum.

*a.l. nisi aliquis dixerit.

*Si igitur aliquis dixerit ꝙ illa intentio, quam ītēdit Alex. s. de existētia intellectus adepti, non est informatio facta de nouo ī intellectu materiali, quæ ante non erat. sed ipse copulatur nobiscū copulatione, adeo ꝙ sit forma nobis, per quam intelligimus alia entia, sicut apparet ex sermone Alex. licet nō appareat ex eo modus, ex quo ista continuatio sit pos'is. Qm̄, si posuerimus ꝙ ista cōtinuatio est facta postquā non erat, sicut est necessariū, cōtinget vt in illa hora, in qua ponitur eē, fit transmutatio in recipiēte, aut in recepto, aut in utroq;. &, cùm impossibile ē vt sit in recepto, remanet vt sit in recipiente. &, cùm in recipiente fuerit transmutatio existens, postquā non erat, necessario erit illic receptio facta de nouo, & substantia recipiens facta de nouo, postquā nō erat. Cū igitur posuerimus receptionem factam

Pro hoc vid. 8. ph. 6. 7. & 8. cō.

quē ipse intelligit. & hoc quæsitum quod ipse proposuit scrutari, est admodū difficile, & dubiū. quare nr̄m erit officium pro virili nostra ipsū examinare, ac indagare.

Dicam' itaq; ꝙ, q asserit intell'm materialē esse generabilē & corruptibilē, haud quaquā poterit inueni re aliquē modū naturalem, vt mea fert sententia, quo possimus cōiungi cū intelligētiis abstractis. qm̄ ipse intell's debet vndequaq; eē intelligibilis, oībusq; modis, pręsertim in rebus materiæ exptibus. Quare, si substātia gñabilis & corruptibilis posset intelligere formas abstractas, & effici qd vnū cū ipsis, tūc oporteret vt ipsa nā pos's efficeret' necessaria vt d. Alfarabius in Nicomachia. & hoc qdē seq̄t' ex fūdamētis sapiētū. E

Quòd si aliqs rn̄dēs dixerit ꝙ id, quod Alex. opinat', intell'm adeptū existere, nō intelligit id eē aliquē cōceptū nouiter factū ī intell'u mā'li, q antea nō reperiret', sed ꝙ cōiūgitur nobis ita vt sit forma in nobis,* qua adipiscamur reliqua entia, vt ex verbis Alex. colligi pōt, licet ex eis non appareat mod', quo hmōi cōiūctio & copulatio sit pos'is. Dicam' ergo ꝙ, si cōcedamus hmōi cōiunctionē eē factā, postquā nō erat, vt necessario res se habet, tūc sequeret' vt ī eo instāti, in quo ponit' ipsum eē, & reperiri, oriat' trāsmutatio (seu alteratio) in ipso recipiente, aut in re recepta, aut in vtroq;. sed, cū hmōi alteratio nō possit oriri in re recepta, relinquit' igr̄ ut sit in ipso recipiente. sed, si reperiret' trāsmutatio aliqua ī ipso recipiēte, q̄ prius nō erat, tunc oportebit reperiri ibi receptionem de nouo factā, atq; sub̄am recipiētis de

*a.l. post adepti fi rimus. F

A

ANTIQVA TRANSL.

Occurrit tacitæ rñsioni.

ctã de nouo, cõtinget prædicta quæstio. Et, si non posuerimus receptionem propriam nobis, non erit differentia inter continuationem eius nobiscum, & continuationem eius cum omnibus entibus, & inter continuationem eius nobiscum in hac hora, & in alia hora: nisi ponamus continuationem eius nobiscum esse secundum modum alium à modo receptionis. quis igitur est iste modus?

B

Ondit cõtradictionem in dictis Alex.

Et pp latentiam istius modi fm Alex. videmus ipsum ambigere in hoc. qñq; igitur dicit ꝙ illud, quod intelligit intellectum abstractũ, nõ est intellectus materialis, neq; intellectus, qui est in habitu. Et hec sunt verba eius in libro de Aĩa.

In cap. de intellectu agente.

Intellectus igitur, qui intelligit hoc, est ille, qui non corrumpit̃: non intellectus subiectus, & materialis. intelľus enim materialis corrũpitur p corruptionem aĩæ, qui est vna virtus illius. &, cũ iste intellectus fuerit corruptus, corrumpetur sua virtus, & sua perfectio.

C

Deĩde, postquã declarauit ꝙ necesse est vt intellectus, qui est in nobis, qui intelligit formas abstractas, sit nõ generabilis neq; corruptibilis, narrauit ꝙ iste intellect⁹ est intellectus adeptus fm opinionẽ Arist. & dixit Intellectus igitur, qui non corrumpitur, est iste intellect⁹, qui est in nobis abstractus, quẽ vocat Aristo.* deforis, qui est in nobis ab extrinseco: non virtus, quæ est in anima, neq; habitus, per quem, aut per quam intelligimus alias res, & intelligimus etiam istum intelľm.

*a. l. adeptum

Si

MANTINI TRANSL.

de nouo factã, quæ antea non fuerat. Si concedamus ergo dari receptionẽ de nouo factã, tunc sequet̃ illud dubiũ superius positũ. Et, si nõ cõcedamus receptionẽ propriã in nobis, tunc nihil differet, siue coniungatur nobis, siue cõiungat̃ cum reliquis oĩbus entibus, & siue copulet̃ nobis in vno tpe, siue in alio tpe, nisi dixerimus aliũ esse modũ copulationis, quo copulatur nobis, & modum receptionis. quis ergo erit huiuscemodi modus?

Et, qm̃ hic modus inter alios modos receptionis latuit Alex. ideo videmus eum circa hoc ambigere: ita vt qñq; inueniamus eum dicentẽ ꝙ id, quod intelligit ipse intellectus abstractus, non est ipse intellectus materialis, neq; ipse intellectus adept⁹. Inquit. n. ipse in lib. de Aĩa c. Intellectus aũt, qui hoc intelligit, est intellectus incorruptibilis, neq; est intellectus materialis, quia intellectus materialis corrũpitur ad corruptionẽ aĩæ, quia ipse est vna ex eius potentiis, seu virtutibus. cũ igit̃ is intellectus fuerit corruptibilis, corrũpetur etiã eius actus & perfectio, eiusq; virtus & potentia. Et, postquã declarauit ꝙ necesse est vt ille intelľs, qui inest nobis, qui quidem intelligit formas abstractas, sit ingenit⁹ & incorruptibilis, notificauit ꝙ hmõi intelľs iuxta sñiam Arist. est ipse intellectus adeptus, & inquit. Ergo intelľs incorruptibilis est is intellectus, qui ĩ nobis existit abstract⁹, ac separat⁹, quẽ vocat Arist. adeptũ, qui deforis venit, & non est potentia, seu vis in aĩa existens. neq; est ẽt habitus, quo intelligimus reliquas res, & intelligimus quoq; hunc intellectum.

Si

ANTIQVA TRANSL.

Si igitur intendebat per intell'm adeptum, per quē intelligimus intelligentias abstractas intelligētiā agētem, tunc sermo in modo continuationis istius intellectu nobiscū adhuc remanet. Et, si intendebat intellectum abstractū aliū ab agente, vt apparet ex opinione Alfarabii in sua ep'la de Intell'u, & sm etiā q̃ possumus intelliger ex manifesto isti⁹ sermonis, tunc q̃ō etiam in modo continuationi istius intellectus nobiscum eadē est cum q̃ōne in modo continuationis intellectus agētis apud opinatem q̃ agens est idem cum adep⁹. & hoc est manifestius de sermone Alex. Hæc igitur dixit de mod continuationis intell's, q̃ ē in actu nobiscū, in suo lib. de Aīa.

,, Quod autem dixit in quodā tra- ,, ctatu, quem fecit de Intellectu sm ,, opinionem Aristo. vr̄ contradicere ,, ei, quod dixit in lib. de Aīa. Et hæc ,, sunt verba eius. Et intellectus, qui ē ,, in potentia, cùm fuerit completus, ,, aut augmentatus, tunc intelligent ,, agentem. qm̄, quemadmodum po- ,, tentia ambulandi, quam homo ha- ,, bet in natiuitate, venit ad actū post tempus, quando perficitur illud, per quod fit ambulatio, ita intellectus, cùm fuerit perfectus, intelliget ea, quæ sunt per suam naturam intellecta, & faciet sensata esse intellecta, ,, quia est agēs. Et manifestum istius ,, sermonis contradicit sermoni eius in libro de Anima, & est q̃ intellectus, qui est in potentia, intelligit illum, qui est in actu.

Sed

MANTINI TRANSL. D

Si igr̄ intelligebat p intell'm adeptū, quo intelligim⁹ intelligētias abstractas, seu separatas, ipsum ītell'm agētē, tūc ei⁹ snīa de copulatione h⁹ intell's in nobis remaneret adhuc indeterminata. Sed, si intelligebat p id aliā intelligētiā separatā diuersā ab ipso intell'u agente, vt hr̄i pōt ex snīa Alfarabii ī suo tractatu, quē de Intell'u edidit, & vt nos ēt possum⁹ cōiicere ex apparētia verborū eius, tūc idē eēt dubiū adhuc de mō copulationis h⁹ intell's nobiscū cū dubio, quod accidit de mō copulationis ipsi⁹ intell's agētis apud illos, qui E putāt intell'm agentē eē ipsummet intell'm adeptū. & hoc q̃dē vr̄ eē id, quod est magis apparens ex verbis Alexan. de modo coniunctionis intellectus in nobis actu existentis in suo lib. de Anima.

agẽte. & hoc quidem fiet, vel cũ ipsæ propositiones se habuerint veluti instr̃m, & intellectus agens se habuerit ueluti efficiẽs: aut cũ ipsæ propõnes se habuerint veluti m̃a, & intellect⁹ agens veluti forma. & in hoc res est satis similis. Verũ, si cõcedamus ipsas propõnes se h̃re vt instr̃m, tũc sequetur vt actio ęterna, oriat̃ ex duabus reb⁹, quaꝝ vna ẽ ęterna, & altera nõ ęterna: aut cõcedamus instr̃m eẽ æternũ: & sic ipsa intelligibilia speculatiua, seu cõtemplatiua erũt vtiq; æterna. Et hoc quidẽ potius cõtinget, si ponamus illas propõnes se h̃re ueluti m̃a. q̃m qđ gñabile est atque corruptibile, non põt esse materia ipsius rei æternæ. Quo pacto ergo poterimus euitare hoc dubium? Nos aũt dicimus ꝙ, si id, qđ dicebam⁹, s. oportere ipsas propõnes se h̃re ad intellectũ agentẽ veluti m̃a, aut veluti instr̃m,* si habeant ingressum in eẽ ipsorũ intelligibiliũ speculabilium, tũc hoc dictũ nõ esset necessario inferẽs conclusionẽ, ea rõne, qua m̃a ẽ m̃a, & instr̃m instr̃m, sed quatenus est necessarium vt reperiat̃ aliqua proportio, & rõ inter intellectũ agẽtẽ, & ipsas propõnes, quæ similantur cuidã materię & alicui instrõ, nõ ꝙ sit ver̃ materia, aut vere instr̃m. & ex hoc vr̃ nobis posse nos scire modũ, quo intellectus adeptus se habeat velut materia, & subiectũ ipsius agẽtis. Hac itaq; via sic nobis posita, fortasse poterimus facile scire modũ, quo copulatur cũ intelligentiis separatis. Et idcirco, cũ dr̃ ꝙ, si propõnes sint nobis acquisitæ & traditæ p intell̃m agẽtẽ, & per propõnes, tunc oporteret ipsas propõnes se h̃re ad intellectum agentẽ veluti vera materia & ueluti

*a. l. q̃n ingrediũ

A ANTIQVA TRNSL. | MANTINI TRANSL.

tamen necesse est illic esse respectũ, ſm quem ĩtellectus, qui est in habitu assimiletur materiæ, & intellect⁹ agẽs assimiletur formæ. Quid igitur est iste respectus, & ex quo accidit intellectui agenti habere hũc respectum cum intellectu, qui est in habitu, cùm vnus est æternus, & alius generabilis & corruptibilis? Omnes enim horum cõcedunt hunc respectum esse. & quasi coget eos hoc, ꝙ intellecta speculatiua sunt existentia in nobis ex his duobus intellectibus, scilicet qui est in habitu, & intellectu agente.

B

Sed Alexan. & omnes opinantes intellectum materialem esse generabilẽ & corruptibilem, nõ possunt reddere causam huius respectus. Ponentes autem ꝙ intellectus operans est intellectus, qui est in habitu, cõtinget vt intellecta speculatiua sint æterna: & alia multa ĩpossibilia consequentia hanc positionem.

Nos aũt cũ posuerimus intell'um mãlem esse æternũ, & intellecta speculatiua esse gñabilia & corruptibilia eo mõ, quo dixim⁹: & ꝙ intell'us materialis cõprehendit vtrũque, s. formas materiales, & formas abstractas: manifestũ est ꝙ subiectũ intellectorũ speculatiuorum, & intell'us agentis ſm hunc modũ est idem & vnũ, s. mãlis. Et simile huic est diaphanũ, quod recipit colorem, & lucẽ in simul: & lux ẽ efficiens colorẽ.

C

Et, cũ fuerit verificata nobis hæc continuatio, quæ est inter intellectum agentem, & intellectum* materialẽ, poterimus reperire modũ, secundum quem dicimus ꝙ intellectus

*a. l. qui ẽ in habitu.

veluti verũ instrm, dico ꝙ hmõi dictum nõ est necessariũ: sed hoc tantũ est necessariũ, nẽpe vt der' aliqua proportio & ratio, qua intellectus adeptus similet' materiæ, & intell'us agens similet' forã. Quæ nã ergo est hmõi proportio & rõ pp quã cõtingat intellectũ agentẽ hr̃e illũ respectũ, & cõpationẽ cũ intell'u adepto, cũ vnus eorum sit æternus, & alter sit gñabilis & corruptibilis? Oẽs aũt illi cõcedunt reperiri hmõi ꝓportionẽ & cõparationem. Et forte hoc cogit eos dicere ꝙ intelligibilia speculabilia ĩsint nobis pp hos duos intellectus, nẽpe intell'um adeptum, & intell'um agentem. Sed Ale. & quicunq; putant intell'um mãlem esse gñabilẽ & corruptibilem, non poterunt redder' cãm illius cõparationis atq; respectus. Sed qui asserũt intellectũ practicum esse ipsum intellectũ habitu exñtem (seu adeptũ) tũc seq̃ret' ex hoc ipsa intelligibilia speculatiua esse æterna: & multa alia ĩpossibilia sequerẽtur ex hac sẽtẽtia.

Nos vero, cũ affirmemus intellectũ mãlem esse æternũ, & intelligibilia speculatiua esse genita eo mõ, quo diximus: & ꝙ ĩtell'us materialis intelligat vtrunq;, videlicet formas materiales & formas abstractas: tũc perspicuũ erit ꝙ subiectũ intelligibiliũ speculatiuoꝝ & intell'us agẽtis hac quidẽ rõne erit vtiq; idẽ atque vnũ, s. ipse materialis. In hoc. n. ita se hẽt res sicut in ipso trãsparẽte, qđ quidẽ recipit colores, & lumẽ simul: lumẽ autem colores efficit. Cũ aũt verificata fuerit nobis copulatio illa, quæ inter intell'um agẽtẽ & intellectum* adeptũ habitu exñtem extat, poterimus vtiq; inuenire illum mo-

*a. l. materialem.

ANTIQVA TRANSL.

agens est similis formæ, & q intellectus in habitu similis est materiæ.

Oia duo, quorũ subiectũ est vnum, & quorũ vnũ ẽ perfectius alio, necesse est vt rspect9 pfectioris ad ĩpfectius sit sicut respectus forẽ ad mãm. Cõsis. 2 h9. c. 24. &. 4. Cœ. t.cõ.34.

Omnia enim duo, quorum subiectum est vnũ, & quorum alterũ est perfectius alio, necesse est vt respectus perfectioris ad imperfectius sit sicut respectus formę ad materiam, Et fm hanc intẽtionem dicimus q proportio primæ perfectionis virtutis imaginatiuæ ad primam perfectionem communis sensus est, sicut proportio formæ ad materiam.

Iam igitur inuenimus modum, fm quem possibile est vt iste intellectus continuetur nobiscũ in postremo: & causam, quare non copulatur nobiscum in principio. quoniã hoc posito, continget necessario vt intellectus, qui est in nobis in actu, sit compositus ex intellectis speculatiuis & intellectu agente: ita q intellectus agens sit quasi forma intellectorum speculatiuorum, & intellecta speculatiua sint quasi materia. Et per hunc modum poterimus generare intellecta cùm voluerimus. Quoniam illud, per quod agit aliquid suam propriam actionem, est forma: nos autem, quia agimus per intellectum agentem nostram actionẽ propriam, necesse est vt intellectus agens sit forma in nobis.

3.Phy. 17. 2.de Gña. t.cõ.53.

Et nullus modus est, fm quẽ gñatur forma in nobis nisi iste. Qm, cũ intellecta speculatiua copulant̃ nobiscũ per formas imaginabiles: & ĩtellectus agens copuletur cum intellectis speculatiuis: illud.n. quod cõprehẽdit eas, est idẽ.s. intellectus materialis: necesse est vt intellectus agẽs copuletur nobiscum per continuationem intellectorũ speculatiuorũ.

Et manifestum est, quando omnia

MANTINI TRANSL. B

modum, quo possumus dicere intellectũ agentem esse similem formæ, & intellectum adeptum silẽm materiæ. Nã quæcunque duæ res, quarũ subiectũ est vnũ, & vna eaꝝ est perfectior altera, oportet quidẽ vt ita se habeat perfectior ad imperfectiorẽ, sicut se habet forma ad materiã. Et hac ratione dicimus ẽt ita se hr̃e primũ actũ ipsius virtutis imaginatiuæ ad primũ actũ ipsius sensus cõmunis, sicut se habet fořa ad mãm.

Iã ergo inuenimus modum, quo possit iste intellectus copulari nobis in fine. Causa vero, ob quã nõ copula- E tur nobis in initio, est quidẽ propterea, quia ex hac positione sequeret̃ omnino, vt intellectus, qui in nobis actu existit, esset cõpositus ex ipsis intelligibilibus speculatiuis & ex intellectu in actu, ita vt intellectus agens sit ueluti forma ipsorũ intelligibiliũ speculatiuoꝝ, & ipsa ĩtelligibilia speculatiua erunt veluti mã. Et hac ratione poterimus generare ipsa intelligibilia cũ voluerimus. Nã id, quo aliqua res agit aliquid suã propriã actionẽ, est ipsa forma: nos aũt agimus nostrã propriã actionem ipso intellectu agente: ergo oportet vt in F tellectus agẽs sit nobis forma. Et nullus ali9 modus põt reperiri, quo possit gñari ipsa forma in nobis præter hunc. Qm̃, cũ ipsa intelligibilia speculatiua copulentur nobis per forãs imaginarias: & intellectus agẽs coniungitur cum intelligibilibus speculatiuis: & ille intellectus, qui cognoscit ea, est idẽ, hoc est ipse intellectus materialis: ergo oportebit ut intellectus agens copuletur nobis per copulationem intelligibiliũ speculatiuoꝝ.

Palam aũt est, quotiẽscunq; oĩa in-

A

niā ītellēa speculatiua fuerint exñtia in nobis in potentia, ꝙ ipse erit copulatus nobiscū in potētia, & cū oīa intellecta speculatiua fuerint existētia in nobis in actu, erit ipse tunc copulatus nobis in actu. & cū q̄dā fuerint ī potētia, & q̄dā ī actu, tūc ipse erit copulatus fm partē, & fm partē non: & tūc dicimur moueri ad continuationem. Et manifestum est, cùm iste motus complebitur, ꝙ statim iste intellectus copulabitur nobiscum omnibus modis. Et tunc B manifestū est quòd proportio eius ad nos in illa dispositione est sicut proportio intellectus, qui est in habitu, ad nos. Et, cùm ita sit, necesse est vt homo intelligat per intellectum sibi proprium omnia entia, & vt agat actionē sibi propriā ī oībus entibus: sicut intelligit per intellectum, qui est in habitu, quando fuerit cōtinuatus cū formis imaginabilibus, oīa entia ītellectione propria.

Primum cor. Homo igr̄ fm hunc modū, sicut dicit Themist. assimilatur Deo in hoc, ꝙ est oīa entia quoquo modo, & sciens ea quoquo modo. Entia.n. nihil aliud sunt nisi scīa eius, neque causæ entium aliud sunt nisi sciētia eius. & quā mirabilis est iste ordo, & q̄ extraneus est iste modus essēdi,

Sec. cor. Et fm hunc modū verificabitur opinio Alex. in hoc, quod d. ꝙ intelligere res abstractas fiet per cōtinuationē

intelligibilia speculatiua extāt ī nobis in potentia, ꝙ ipse quoq; est coniunctus nobis potentia. & quotienscunq; omnia intelligibilia inerint nobis actu, ipse quoq; copulabit̃ tūc nobis actu. ꝙ si aliqua eorū fuerint potentia, aliqua vero actu, copulabitur ipse quoq; tunc nobis fm vnam partem eius, fm vero aliam partem nō: & tunc nos dicemur moueri ad copulationem. Manifestū aūt est ꝙ, cū hmōi motus fuerit complet⁹, ꝙ statim copulabitur nobis intellectus iste omni ex parte. † [Constat igitur, ꝙ eadem erit tunc proportio & rō illius intellectus in ea re ad nos, q̄ est ipsius intellectus adepti ad nos.] His itaq; sic concessis, oportebit vt hō intelligat omnia entia per intellectum sibi proprium, & vt agat in cuncta entia actionē sibi propriam: quēadmodum intelligit oīa entia p intellectum habitu existentem, qn̄ est copulatus cū formis imaginarijs propria intellectione. Homo ergo, vt inquit Themistius, in hoc est similis Deo, quia ipse est omnia entia quodam modo, & scit ea etiam quoquo modo. Entia.n. nihil sunt præter eius scientiam. causa quoq; entium nihil est præter eius scientiam, quam scilicet ipse de ea habet. & huiusmodi ordo est vtique admiratione dignus: hocque genus essendi est valde alienum. Et hac via verificabitur sententia Alexandri, quę affirmat intellectionem rerum abstra-

† a.l. Constat igr̄, ꝙ talis erit tūc rō ītellectus ad nos ī ea re, qualis est ipsius forę acquisitę ī intellectu mālī p intelligibilia speculatiua, quę fuit genita & acquisita p formas mālēs in ipso intellū mālī p actionē ipsius agētis de nouo ī ipm ītelligibile. hoc.n. vocat̃ intellūs adeptus, seu ī habitu, cui ipse intellectus agēs ē veluti fora ꝓpria & hoc.s. fit, qn̄ ītellūs adeptus ē pfectus. & tunc intellectus materialis intelliget omnia entiā per illum intellectum agentem, sicut intelligit per propriam formam. & ob hoc talis erit proportio & ratio formarū abstractarum absolute a materia ad nos in ea re, qualis est ratio ipsius intellectus adepti ad nos.

ANTIQVA TRANSL.

tionē intellꝰis nobiſcū: non ꝙ intelligere inuenitur in nobis poſtquam nō erat, quod eſt cā in cōtinuatione intellectus agētis nobiſcum, vt intēdebat Auēpace: ſed cā intellectionis eſt continuatio: & non ecōtrario.

Tertium cor.

Et per hoc diſſoluitꝰ quæſtio Antiquorum, quomodo intelligit intellectione noua. Et eſt etiam manifeſtum ex hoc, quare non continuamur cum hoc intellectu in principio, ſed in poſtremo. qm̄, dum fuerit forma nobiſcum in potētia, erit continuatus nobiſcum in potētia: & dum fuerit continuatus nobiſcū in potentia, impoſſibile eſt vt intelligamus per illum aliquid. cum igitur efficietur forma nobis in actu, quod erit apud continuationem eiꝰ in actu, tunc intelligemus per illum omnia, quæ intelligimus, & agemꝰ per illum actionem ſibi propriam.

Quartum cor. Intellꝰio in ſtatu adeptionis nō currit curſu ſciētiarū ſpeculatiuarū. Idē ſupra ī hoc c. & 9. Met. cō. ultimo.

Et ex hoc apparet quòd ſua intellectio non eſt aliquid ſcientiarum ſpeculatiuarum, ſed eſt aliquid currens curſu rei generatæ naturaliter à diſciplina ſcientiarum ſpeculatiuarū. Et ideo non eſt remotum vt homines adiuuent ſe in hac intentione, ſicut iuuant ſe in ſcientiis ſpeculatiuis: ſed neceſſe eſt vt inueniatur illud currens à ſcientiis ſpeculatiuis non ab aliis. intellecta enim falſa impoſ-

MANTINI TRANSL.

D

abſtractarum fieri per copulationem huius intellectꝰ in nobis: † [nō quòd gignatur nouiter in nobis ipſa intellectio, ſeu ipſum intelligere, poſtquam non erat.]

Hinc poterit ſolui illud dubiū, quod cōtra hoc inſurgebat, videlicet quo pacto ipſum æternū poſſit intelligere nouam intellectionē. Et hinc quoq; patebit, cur non copulemur cū hoc intellectu ab initio, ſed in fine propterea quia, dum eſt forma exiſtens in nobis potentia eſt cōiunctus nobis potentia: &, dum eſt coniunctus nobis potētia, nō poterimus intelligere quicquam per ipſū, niſi efficiatur forma in actu. quod quidem fit, cū actu coniungitur: & tunc intelligemus per ipſum omnia illa, quæ intelligimus, & agemus per eum actionē ſibi propriā.

† [Et hinc poteſt haberi ꝙ eius * intellectio nihil ſcientiarum ſpeculatiuarū exiſtat, ſed eſt quid procedens proceſſū rei natura generatæ ex diſciplina ſcientiarum ſpeculatiuarum. Et ideo non eſt remotū, vt homines adiuuent ſeſe in hoc negocio, ſicut ſe adiuuant in ſcientiis ſpeculatiuis:] ſed oportet ut reperiatur illa res, quæ procedat proceſſu ſcientiarū ſpeculatiuaꝝ & non aliarum.

† a. l. ſ. non ꝙ copulet intellꝰus agēs in nobis p nouā intellectionē rerū abſtractarū, vl' aliarū rerū ea rōne, q̄ cōiūgitur intellꝰs mālis cū agēte iuxta ſētētiā Ariſt.

E

p nouā intellectionē rerum imaginatarū. imo res oppoſito mō ſe hēt. nēpe ꝙ per itellꝰm agētē, qui copulatꝰ cū itellectu mālí p ipſa itelligibilia ſpeculatiua efficiētia, fit ī nobis intellectio foraꝝ abſtractarum, & aliarū, non q, nouiter gignatur in nobis ipſa intellectio, poſtq̄ non erat. illud.n. non eſt cauſa, ob quam intellectus agens copuletur nobiſcū, ut voluit Auēpace: imo ipſa copulatio eſt cauſa ipſius intellꝰionis, & nō ecōtra.

† a. l. Hinc haberi poteſt ꝙ ſuū intelligere non ē aliquid ex ſciētijs ſpeculatiuis, ſed eſt quid procedens tenore rei genitę nāliter ex diſciplina ſcientiarum ſpeculatiuarum. & illę ſcientiæ ſpeculatiuæ perficiunt intellectum adeptum per ipſa intelligibilia ſpeculatiua, adepta & genita in intellectu materiali virtute illa efficiēte ipſa intelligibilia, quę ſunt potentia vt efficiantur intelligibilia actu. quæ, cum fuerit in intellectu adepto perfecta, tunc efficietur intellectus agens forma ī actu. & per illum intellectum agentem ipſa anima intelligit tunc omnia entia ſeparata & non ſeparata. & ideo non eſt remotum, vt ipſę omnes ſe adiuuent inter ſe ſe in huiuſcemodi intellectione, vel in hoc negocio, quemadmodū ſe adiuuabāt in ipſis ſcientiis ſpeculatiuis.

* a. l. intelligere.

A ANTIQVA TRANSL.

impossibile est vt habeant continuationem: quoniam non sunt aliquid currens cursu naturali: sed sunt aliquid, quod non intendebatur, sicut digitus sextus, & monstrum in creatura.

Quintum cor.

Sextum cor.

Et est etiam manifestum q;, cùm posuerimus intellectum materialẽ esse generabilem & corruptibilem, tunc nullam viam inueniemus, sm quam intellectus agens copuletur cũ intellectu, qui est in habitu copulatione propria, scilicet copulatione B simili continuationi formarum cũ materijs.

Settimũ cor.

Et, cum ista continuatio non fuerit posita, nulla erit diuersitas inter comparare ipsum ad hominem, & ad omnia entia, nisi per diuersitatẽ suæ actionis in eis. Et secundum hunc modum respectus eius ad hominem non erit nisi respectus agentis ad hominem, nõ respectu formę. & contingit quæstio Alfarabij, quã dicit in Nicomachia, Fiducia enim in possibilitate continuationis intellectus nobiscum est in declarando, quòd respectus eius ad hominem C est respectus formæ & agentis, non respectus agentis tantum. Hoc igitur apparuit nobis in hoc quæsito modo. &, si post apparuerit nobis plus, describemus.

MANTINI TRANSL.

aliarum. quoniam intelligibilia falsa non possunt copulari, seu habere copulationem, quia non sunt quid procedens processu naturali: sed sũt res, quæ nullo proposito reperiuntur, vt est sextus digitus in aliquo natura mutilato & monstro.

Manifestum quoque est quòd, si concedamus intellectum materialẽ esse generabilem & corruptibilem, tunc nullum inueniemus modum, quo intellectus agens copuletur, cũ intellectu adepto vera copulatione, hoc est copulatione, quæ sit similis copulationi formarũ cum ipsis materijs. Et si huiusmodi copulatio non detur, tunc nihil differret, siue referatur ad hominem, siue ad cuncta entia referatur, nisi ratione diuersitatis actionis eius in ipsa. & hoc pacto eius ratio ad hominẽ nõ erit ratio & proportio ipsius formæ, sed ratio ipsius agentis ad ipsum hominem. & sic insurget illud dubiũ Alfarabij positum in Nicomachia. Certificare igitur possibilitatem copulationis ipsius intellectus in nobis consistit in hoc, vt declaretur q; eius ratio & proportio ad hominẽ est ueluti ratio formæ & agentis, nõ veluti ratio agentis tantum. Hoc itaque est id; quod nunc nobis visũ fuit dicere circa hoc quęsitum. & si aliquid aliud, post hoc dicendum nobis videbitur, illud quidem iterum scribemus.

Animam quodammodo esse, omnia, & rerum formas: ipsamq; non sine phantasmatibus intelligere. Cap. 5. D

NVnc autem de anima dicta recapitulantes, dicamus iterũ, ꝙ omnia ea quæ sunt quodammodo est anima: aut enim sensibilia, quę sunt, aut intelligibilia. est autem scientia quidem scibilia quodammodo: sensus autem sensibilia.

SOPH. *Nunc quæ de anima dicta sunt in pauca conferamus, rursusq; dicamus, animam esse quodammodo omnia ea quæ sunt: Cuncta enim quæ sunt, aut sensibilia sunt aut intelligibilia. ac scientia quidem est quodammodo scibilia: sensus autem sensibilia.*

Congregemus igitur secundum summam, ea quę dicta sunt in anima. Dicamus igitur ꝙ anima est quoquo modo alia entia. Entia enim aut sunt intellecta, aut sensata. Scire vero res intellectas est s̄m modum sentiendi rem sensatam. E

37 Et, cùm declaratum est quę sunt genera virtutum comprehensiuarum animæ, & ꝙ sunt duo modi, s. sensus, & intellectus, oportet nos modo facere vnam summam de anima, & dicere s̄m descriptionem ꝙ est quoquo modo omnia entia. Omnia enim entia aut sunt sensibilia, aut intelligibilia. Dispositio autem sensibilium ad sensum est sicut dispositio intelligibilium ad intellectum, & sensus ad sensatum. ergo contingit necessario vt anima sit entia omnia uno modorum, secundum quos possibile est dicere animam esse omnia entia.

Dispõ sensibiliũ ad sẽsum ẽ sicut dispõ ĩtelligibiliũ ad ĩtellectũ. Idẽ 3. huius t. cõ. 3.

Qualiter autem hoc, oportet inquirere. Secatur igitur scientia & sensus in res, quæquidem potentia, in ea quæ sunt potentia: quæ vero actu, in ea quæ sunt actu. animæ autem sensitiuum, & quod scire potest, potentia hæc sunt, hoc quidem scibile: illud autem sensibile. Necesse autem est ipsa, aut species esse. ipsa quidem igitur non. non enim lapis in anima, sed species. Quare anima sicut manus est: Manus enim est organum organorum: & intellectus species spetierum: & sensus species sensibilium. F

SOPH. *Quod quomodo se habeat quærendum est. secatur igitur scientia & sensus in res, quæ potentia est, in ea quæ sunt potentia, quæ actu, in ea quæ sunt actu. sensitiuum autem animæ est scientiale, potentia hæc sunt, alterum scibile, alterum sensibile. Necesse est autem, uel ipsa esse, uel species. at ipsa quidem, nequaquam: non enim lapis in anima est, sed species. itaq; anima quasi manus est: nam manus instrumentum est instrumentorum, & intellectus quoq; species specierum, & sensus species sensibilium.*

Et

A Et sciendum est quomodo. Dicamus igitur q̀ scire, & sentire diuiduntur ſm diuisionem entium. si igitur fuerint in potentia, erunt potentia: si actu, actu, intellectum, & sensatum. Necesse est enim vt entia sint aut ista, aut formæ. & non sunt istę. lapis enim non existit in anima, sed forma. Et ideo anima est quasi manus. manus enim est instrumentum instrumentis: & intellectus forma formis: & sensus forma sensatis.

38 Cùm declarauit q̀ anima est quoquo modo omnia entia, incœpit declarare illum modum, & d. Dicamus igitur q̀ scire, &c. i. q̀ differentiæ entium, quibus diuiduntur, sunt eædem cum differentijs animę: & sunt potentia & actus. Quemadmodum enim sensus, & intellectus aut sunt potentia aut actu, ita omne sensibile, & intelligibile aut est in potentia: aut in actu. Et cum ita sit, si sentiens fuerit in potẽtia, sensatum erit in potentia: &, si fuerit in actu, sensatũ erit in actu: & similiter est de intellectu cũ intellecto: necesse est vt vere dicat̃ q̀ illa pars animæ est illa pars entiũ. Res. n. B quarum differentiæ sunt eædẽ, ipsæ sunt eædem in illo mõ, ſm quẽ habẽt easdem differentias. Intellectus igitur est intellectum: & sensus est sensatum. D. d. Necesse est enim, &c. i. quia non sunt nisi duo modi, aut vt intellectus sit intellectum existens extra animam, aut forma eius: & sīr sensus cũ sensato: & est impossibile vt ipsum ens sit intellectũ, aut sensatũ. s. per suam formam, & suam materiam, vt Antiqui opinabantur: tunc. n. quando lapidem intelligeret: anima esset lapis, & si lignum, esset lignum: remanet igitur vt illud, quod existit in anima de entibus, sit forma tantum, non materia. Et hoc intendebat, cum d lapis enim non existit in anima, sed tantum forma eius. Deinde narrauit q̀ ista est causa, quare anima recipit multas formas diuersas: vt manus, quę est instrumentum recipiens omnia instrumenta, & d. Et ideo anima est quasi manus, &c.

[Margin: De sensu in potentia & actu vide. 2. de aīa. 53. & 55. De intellectu vero vid' hic 16. & 18.]

[Margin: Res quarũ differentiæ sunt eædem, ipsæ sunt eædem in illo mõ, ſm quẽ habẽt easdẽ differentias.]

[Margin: Vide opinionẽ Antiquorũ. 1. de Aīa. 25 & 27.]

Quoniam aũt neq; res nulla est præter magnitudinem sicut vñr sensibilia separata, in speciebus sensibilibus intelligibilia sunt, & C quæ in abstractione dicuntur, & quæcunq; sensibilium habitus & passiones: & ob hoc neq; non sentiens nihil utiq; addiscet, neq; intelliget: & quum speculetur, necesse simul phantasma aliquod speculari. phantasmata autem sicut sensibilia sunt: pręter q̀ sunt sine materia. Est autem phantasia alterum a dictione & negatione. compositio enim intellectionum est verum aut falsum. primę autem intellectiones quo differẽt ut non phantasmata sint: aut neque alia phantasmata, sed non sine phantasmatibus.

OPH. *Quoniã aũt nulla res, ut uidetur, est præter sensibiles magnitudines, separata, in spẽbus sẽsibilibus intelligibilia sunt, tũ quæ in abstractione uocãtur, tũ quæcũq; sensibiliũ habitus & passiones sũt. quãobrẽ si nõ sẽtiat, nihil discere aut intelligere poterit: & cum speculatur, necesse est*

[Margin: * Structura verborũ græcorũ ambigua ē itaq; ex simplicij]

sentia sic uertendū, est. qm̄ āt nulla res ē ꝑter magnitudīes separata, cuiusmodi videnť eē sensibilium.

una cū phātasmate speculetur: phantasmata.n.sicut sensibilia sunt: nisi quod sine materia sunt. porrò autem phantasia aliud est à dictione, & negatione: nam uerum uel falsum connexio est mentis conceptuum. at primi conceptus quo different ut non phantasmata sint? an ne reliqua quidem phantasmata sunt, attamen non sine phantasmatibus. D

*a.l. an ne hęc quidē.

Et, quia secundum ꝙ existimatur magnitudo extra sensibilia esse sensibilium, & est species sensibilium singulariter. & intelligibilia sunt, quæ dicuntur modo velocis: res autem existētes in sensibilibus sunt ꝑm modum habitus, & passionis. Et ideo qui nihil sentit, nihil addiscit, & nihil intelligit. Si igitur viderit necessario, videt imagines aliquas. imagines enim similes sunt sensibilibus, sed sine materia. Imago enim aliud est ab affirmatione, & negatione. fides enim & non fides inueniuntur per compositionem quarundam creditionum cum quibusdam. Primæ autem creditiones per quid distinguuntur, ita ꝙ non sunt imagines? Istæ enim & si non sint imagines, tamen non fiunt sine imaginibus. E

39 Corpꝰ qđ ē vl'ius genus rerū sēsibiliū existit in sensibilibus. *a.l. sensibilium.

Et quia secundum quòd existimatur quòd corpus, quod est uniuersalius genus rerum sensibilium, existit in ipsis sensibilibus, & est vniuersalis forma sensibilibus; secundum quòd intellectus distinguit, & abstrahit eam à sensibilibus. Deinde dicit, & intelligibilia sunt, &c.i.&, cùm corpus, quod est vniuersalius* intelligibilium, abstrahitur ab intellectu, sed est existens in rebus sensibilibus, necesse est vt formæ sint existentes in intellectu secundum velocitatem, & rem velocis transmutationis non fixā; & quòd illæ eædem formæ sint existentes extra animam in rebus sensibilibus, secundum quòd habitus existit in habente habitum, & res fixa in re patiente. Deinde dicit. Et ideo qui nihil sentit, nihil addiscit.i.&, quia intentio intellecta eadem est cum re, quam sensus comprehendit in sensato, necesse est vt qui nihil sentit, nihil addiscat secundum cognitionem, & distinctionem per intellectum, Deinde dicit. Si igitur viderit, &c. F

† Imagīes sūt aliqua sensibilia ītellectui, & sūt ei loco sensibiliū apud absentiā sēsibiliū. Idē supra. cō.33.

idest & ista eadem est causa, quare intellectus, qui est in nobis, cùm viderit aliquid, aut viderit aliqua, & intellexerit, ipse non intelliget ipsum nisi coniunctum cum sua imagine. † imagines enim sunt aliqua sensibilia intellectui, & sunt ei loco sensibilium apud absentiam sensibilium: sed sunt sensibilia non materialia. Deinde dicit. Imago enim aliud est, &c. idest & diximus quòd imagines sunt de genere rerum sensibiliū, & non sunt intellectus, quia intellectus habet propriam affirmationem & negationem. affirmatio autem & negatio est aliud ab imaginatione: fides autem, & incredulitas existentes in intellectu non à sensu, sed à ratione fiunt secundum compositionem creditionum, habitarum à sensu adinuicem. Et d. hoc, quia est dubium de propositionibus naturalibus, quas nescimus vnde veniant, aut quando, vtrum sint prouenientes à sensu,

Vtrū prīæ propōnes sint a sensu.

A ſu, aut non. & dicit forte non proueniunt à ſenſu, ſicut multæ concluſiones. D.d. Primæ autem creditiones per quid diſtinguuntur? i. vt mihi videtur, per quid poteſt aliquis dicere ꝙ primæ propoſitiones diſtinguuntur à ſenſibilibus, & non indiget eis omnino. & ideo ſunt aliæ ab imaginatione. primæ enim propoſitiones, & ſi conceſſerimus ꝙ non ſunt imaginatio, tamen videntur eſſe cum imaginatione, & hoc oſtendit eas indigere ſenſu. Et hic eſt completus ſermo de rationali.

SVMMA SECVNDA.

De potentia Animæ motiua.

Redarguitur quædam animæ diuiſio, ac dubitatur quid id eſſe poßit, quod motu locali animal mouet. Cap. I.

Voniam autem anima ſecundum duas diffinita eſt potētias, quæ animalium eſt: & diſcretiuo, quod intellectiuæ opus eſt, & ſenſus: & adhuc in mouendo ſecundum B locum motu, de ſenſu quidem & intellectu determinata ſint tanta. De mouente autem quid forte ſit animæ ſpeculandū eſt. vtrum vna quædam pars ipſius ſit ſeparabilis, aut magnitudine, aut ratione, aut omnis anima. & ſi pars aliqua, vtrū propria ſit præter conſuetas dici, & dictas: aut harum vna aliqua ſit.

SOPH. *Quoniam autem animalium anima duabus definita eſt potentiis; tum ea quæ iudicat, (quod dianœæ & ſenſus officium eſt) tum ea quæ mouet motu loci: de ſenſu quidem & intellectu tot expoſita ſint. De eo autem quod mouet, quid tandem ſit animæ, conſiderandum eſt: utrum una quædam ſit eius pars, aut magnitudine aut ratione ſeparabilis, an tota anima: & ſi pars aliqua, utrum peculiaris quædam, præter eas* C *quæ dici ſolent, & quæ dictæ ſunt: an earum una quædam.*

Et quia animæ animalium definiuntur per duas virtutes: quarum vna eſt diſtinguens, quod eſt ad actionem ſenſus & intellectus, & alia ad motum localem: et iam diſtinximus ſermonem de ſenſu, & intellectu: & modo oportet loqui in motore, quid ſit de anima: & vtrum ſit pars vna eius diſtincta per magnitudinē, aut per definitionem, aut eſt tota aīa. & ſi eſt pars eius, vtrum eſt aliquod proprium aliud à rebus aſſuetis dici, aut iſta dicta non ſunt aliquid iſtorum.

40 Cùm compleuit ſermonem de virtutibus diſtinguentibus, reuerſus eſt ad ſermonem de virtute motiua in loco, & incœpit dare cauſam, quare incœpit loqui de hac virtute, & d. Et quia animæ animaliū, &c. i: & quia Vide. I. de Aia. 15.

Anti-

Antiqui assueti sunt definire animas animalium duabus virtutibus: quarum vna est comprehensiua distinctiua, alia autē motiua in loco: & iam determinauimus sermonē de virtute distinctiua per hoc, quod diximus de virtute sensus & intellectus: oportet nos modo dicere de motore in loco quid sit de anima. D.d.& vtrum est pars, &c.i. & quærendum est etiā de hac virtute, vtrum sit pars animæ, aut tota anima. &, si est pars animæ, vtrum est separata ab aliis in quiditate & loco, vt multi Antiqui opinabātur: aut tantum differt in quiditate, & diffinitione. Deinde.d.& si est pars eius, &c.i. & si ista virtus est pars animæ, vtrum est pars earum partium, quæ dictæ sunt ab Antiquis: aut non est aliqua illarum, sed alia. D

Quō ista etiā mota fuit.1. de a̅ia.90. & in hoc.3.t. cō.1.

Habet autem dubitationem mox, quomodo oportet partes animæ dicere, & quot. modo enim quodam infinitę videntur: & non solum quas quidam dicunt determinantes, rationatiuam, irascibilem, & appetitiuam. hi autem rationem habentem, & irrationabilem. Secundum enim differentias per quas separant has: & aliæ videntur partes maiorem differentiam his habentes, de quibus & nunc dictum est: vegetatiua autem, quæ & plantis inest & omnibus animalibus: & sensitiua, quam neq; sicut irrationabilem, neque sicut rationem habentem ponet quis vtiq; facile. adhuc autē & phantastica, quæ per esse quidem ab omnibus altera est. E

SOPH. *Sed oritur statim quæstio, quomodo partes animæ, quót q; dicendæ sint: modo enim quodam infinitæ uidētur esse, nec eæ solum quas nonnulli inquiunt distinguentes, ratiocinatiuam, & irascitiuam: alii autem ratione præditam & rationis expertem. nam pro differentiis, propter quas eas distinguunt, etiam aliæ uidentur esse partes, his magis distantes, de quibus nunc quoq; diximus: nutritiua scilicet, quæ & plantis, & cunctis inest animalibus: & sensitiua, quam neq; ut rationis expertem, neq; ut rationem habentem quispiam facile statuat. phātasticaq; item, quæ ipso quidem esse ab omnibus diuersa est,* F

Et cum hoc sermone etiā oritur quæstio, & est quomodo sunt partes animæ, & quot sunt. Videntur einm quoquo modo esse infinitę, & q; non sunt illæ partes, quas homines numerant apud definitionem. s. rationabilis, & irascibilis, & desyderabilis: & quidā diuidunt eas in rationabilem, & non rationabilem. Diuiduntur enim secundum differentias diuidētes eam etiam in partes diuersas: inter quas existit diuersitas maior q̄ inter istas, de quibus loquimur. s. uirtutem Nutritiuam existentem in vegetabilibus, & virtutem Sensibilem, quā nullus vult numerare. non est enim irrationabilis, neq; etiam rationabilis. Et virtus etiam, per quam fit imaginatio, differt per se ab aliis.

In

41 In hac perscrutatione oritur quæstio communis omnibus virtutibus
A animæ:& est quomodo partes animæ sunt plures,& vnde,& quot sunt. D.d. modum ex quo difficile cognoscitur quot sunt partes eius,& d. Videtur enim, &c.i. videntur enim, quando aliquis voluerit numerare eas, ꝙ magis sunt infinitæ quàm finitæ, partes enim eius non sunt partes illæ, quas homines assueti sunt numerare, quando definiunt animam. Et.d. quoquo modo. quia, si aliquis voluerit numerare animam concupiscibilem secundum numerum rerum, quas concupiscit, tunc videtur esse illã infinitam. & innuit Platonem dicentem partes esse tres, rationabilem, & irascibilem, & desyderatiuam. & posuit irascibilem & desyderatiuã duas: & sunt vnius virtutis, s. animæ concupiscibilis. Deinde d. & quidam diuidunt, &c.i. & faciunt in hoc errorem, & peccatum. videtur enim ꝙ anima diuiditur secundum differentias habendas in partes, inter quas est maior diuersitas, quã inter istas partes, in quas diuidunt animam. Deinde nu-
B merauit illas partes, & dixit. s. virtutem nutritiuam, &c.i. ver. g. hoc, ꝙ anima diuiditur in virtutem nutritiuam & sensibilem. Nullus enim potest ponere animam sensibilem in virtutem rationabilem, neq; in virtutem irrationabilem, cùm non sit de eis, quæ carent ratione, quia est aliquid cõprehendens: neq; de habentibus rationem, ratio enim non existit in omnibus animalibus. Et intendebat per hoc notificare errorem duorum diuidentium. s. diuidentis eam in rationabilem, & irascibilem, & desyderatiuam: & diuidentium. s. diuidentis eam in irrationabilem, & non rationabilem. Qui enim diuidit eam in hæc duo, difficile potest ponere in vtraque illarum virtutes multas, v.g. sensum, & imaginationem. Qui autem diuidit eam in illas tres, peccauit duobus modis. dimisit enim multas differentias. v.g. nutriri, & imaginari. & etiam diuisit eandem virtutem. s. cõcupiscibilem in plures vna. &, cùm anima fuerit diuisa tali diuisione, tũc partes animæ erunt infinitæ, sicut innuit primo.

Si quis numeraret animã concupiscibilẽ sm numerũ rerũ quas côcupiscit, inueniret eã infinitã eẽ

C

Cui autem harum eadem vel altera sit habet multam dubitationem, si aliquis ponat separatas partes animæ. Adhuc autem appetitiua, & q̃ rõne & potentia altera videtur vtiq; esse ab omnibus, & inconueniens vtiq; hanc sequestrare. in rationatiua enim voluntas fit, & in irrationabili concupiscẽtia & ira. Si autem tria in anima, in vno quoq; erit appetitus.

IO. PH. *à quanam autem harum diuersa aut eadem sit, magna quæstio est, si quis separatas partes animæ statuet. Appetitiuaq; item, quæ & ratione & potentia diuersa ab omnibus esse uideatur, & certe absurdum est eam diuellere. nã & in ratione prædito uoluntas fit, & in rõne carẽte cupiditas & ira. Quòd si aĩa tria est, in uno quoq; erit appetitus.*

Et contingit magna quæstio in quacũq; istarum fuerit accepta & vtrum est eadem, aut diuersa: & maxime, si aliquis posuerit ꝙ

tres

tres partes animæ sunt diuersę. Et inopinabile est etiam cum hoc, D
quod diximus, distinguere hoc, quod existimatur esse diuersum ab omnibus in definitione, & actione. principale enim existit in parte cogitatiua. desyderium autem, & ira inueniuntur in non rationabili. Si igitur anima habet tres partes, tunc desyderiũ inueniẽtur in vnaquaq; illarum.

41 Et contingit nobis quęstio in quacunq; istarum trium virtutum, aut duarum numerauerimus virtutem imaginationis, s. vtrum ista virtus sit vna illarum virtutum, in quas diuisimus partes animæ, aut est diuersa ab eis. & maxime, si aliquis posuerit q partes animæ sunt diuersæ in definitione, & loco. D.d. Et inopinabile est, &c. i. & inopinabile est diuidere hanc virtutem, quæ existimatur esse diuersa ab omnibus in actione, & definitione: & intendit virtutem desyderatiuam: & ponere eam in habente rationem, & in carente ratione, & non ponere eam propriam alteri duorum modorum, sicut est dispositio de aliis virtutibus animæ, sed in vtro- E
*a.l.alali. que. Virtus enim principalis non existit nisi in * anima rationali. & hoc intendebat, cùm dixit, in parte cogitatiua: & non principalis sicut desyderium, & ira existit in non rationabili. Sed nos videmus istam virtutem numerari secundum numerum virtutum: ita quòd, si partes animæ fuerint tres, tunc desyderium inuenietur in omnibus earum. Et hoc intendebat, cùm d. Si igitur anima, &c.

Et etiam de quo nunc sermo instat quid forte mouens secundũ locum animal est: secundum quidem enim augumentum & decrementũ motu, quod omnibus inest videbitur vtiq; mouere, generatiuum & vegetatiuum. De respiratione autem & expiratione, & somno & vigilia posterius perspiciendum: habent enim & hæc dubitationem multam.

SOPH. *Iam uero de quo nunc instituta est disputatio, quid est quod loco mouet animal? motu enim auctionis et diminutionis, qui omnibus insunt,* F *id quod omnibus inest, nempe generatiuum & nutritiuum, mouere uideatur: De respiratione autem & expiratione post considerandum est: nam de his quoq; non leuis est quæstio.*

Illud autem, ad quod peruenimus in sermone, est quid est illud quod mouet animalia de loco in locum Et existimatur q motus, qui est secundum augmentum & diminutionem existit in omnibus. & illud, quod existit in omnibus est illud, quod existimatur mouere generatiuũ & nutritiuũ. Et post consyderabimus de anhelitu, & somno & vigilia. in istis enim sunt multæ qõnes.

43 Idest, sed nos non intendebamus istas quæstiones in hoc loco. intentio enim nostra est perscrutari illud, quod mouet animal in loco, quid sit.

D.d.

A D.d. Et existimatur q motus,&c.i.& existimatur q motus animalis secũdum augmentum,& diminutionem existit in omnibus animalibus: & quod est tale,attribuitur virtuti,quę mouet ad generandum , & ad nutriẽdum. Et intendebat per hoc notificare q iste motus est alius à motu locali existenti à motu locali:licet vterq; sit in loco:&,q motor in eis é diuersus. D.d. Et post cõsyderabimus,i.& postquã locuti fuerimus de hac virtute,consyderabimus de anhelitu,& somno & vigilia: cùm vtrunq; sit ab anima motus,& habeat multas quæstiones. Idẽ 2. de Aīa. 42.& 2.deGe.39 &.41.

1 Sed de motu secundum locum quid mouens animal secundum processiuum motum,considerandum.qd quidem igitur non vegetatiua potentia manifestum.semper enim propter aliquid motus hic:& aut cum phantasia,aut cum appetitu est. nihil enim nõ appetens,aut fugiens,mouetur,sed aut violentia. Amplius & plantæ vtiq; essent motiuæ:& vtiq; haberent aliquam partem organi B cam ad motum hunc.

SOPH. *Verum de motu loci quid sit quod moueat animal motu incessus,cõsiderandum est. Constat igitur non esse nutritiuam potentiam: semper enim alicuius gratia motus hic est: atq; uel cum phantasia,uel cum appetitu:nihil enim nisi appetat uel fugiat,mouetur,nisi ui. Præterea ẽt plantis hic inesset motus,ac partem aliquam organicam ad hunc motum haberent.*

Cõsyderemus igitur de motu locali,& quid est illud,quod mouet animal motu locali. Et manifestum est q hoc non est à virtute nutritiua. Ista enim virtus semper attribuitur illis: ista autem aut est cum imaginatione,aut cum desyderio. nihil enim mouetur nisi aut per desyderium ad aliquid,aut per fugam ab ipso: nisi mot9 C eius sit violentus. Et,si ista esset etiam dispõ plantarum,essent motæ,& haberent membrum organicum iuuans hunc motum.

44 Idest,& quia actio virtutis nutritiuæ est semper, & attribuitur vegetabilibus: actio autem istius virtutis non est semper neq; est in vegetabilibus: & iste motus,qui est in loco,semper est cum imaginatione,& desyderio ad aliquid. nihil enim mouetur voluntariè , nisi aut desyderando aliquid,aut fugiendo ipsum. Si igitur iste motus esset ab anima nutritiua,cõtingeret vt ista anima esset desyderans,& imaginans. Et,si virtus nutritiua esset mouens in loco,contingeret vt plantæ mouerentur in loco. & si plantæ mouerentur in loco,tunc haberent hãc dispositionem,scilicet imaginationem , & desyderium , & haberent etiam membrum organicum, per quod fit motus. Vide 2.h9 cõ.5.& 8. 10. Nihil mouet vo luntarie, nisi aut desiderãdo aliquid aut fugiẽdo ipsum.

Similiter autem neq; sensitiuum. multa enim animalium sunt quæ sensum quidem habent,manentia autem & immobilia sunt per

per finem. Si igitur natura nihil facit frustra: neq; deficit in necef- D
sariis, nisi in orbatis & in imperfectis: huiusmodi autem animaliũ perfecta & non orbata, signum autem est quia generatiua sunt & augmentum habent & decrementum: quare & haberent vtique partes organicas processionis.

SOPH. *Pari quoq; modo nec sensitiuum: extant enim pleraq; animalia, quæ sensum quidem habent, attamen stabilia ac immobilia perpetuo sunt: Quòd si natura neq; facit frustra quidquam, nec aliquid necessariorum prætermitit, nisi in mutilis & imperfectis: ac eiusmodi animalia perfecta & non mutila sunt, argumento quòd generandi uim habeant & statum & diminutionem, sanè ēt organicas incessus partes haberent.*

Et etiam secundum hunc modum est aliud à sensu. multa animalia enim habẽt sensum, & sunt quiescentia in eodẽ loco, & non E
mouentur omnino. Si igitur natura nihil facit ociose, & perfecte operatur in rebus necessariis, nisi sit in rebus monstruosis, quę nõ sunt perefectæ, talia.n.animalia sunt perfecta, non monstruosa: & signũ eius est, ꝙ generant, & habent ascensum & descensum: & iō non habent membra organica, per quæ fit motus localis.

45 D. Et oportet etiam ſm hunc modum vt ista virtus mouens in loco sit alia à sensu. multa enim animalia sentiunt, sed non mouentur omnino. Et necesse est vt ista animalia non moueantur omnino. quoniam, cũ natura nihil facit ociose, i. nullum membrum facit sine iuuamento, neq; diminuit in rebus necessariis, i. neq; abstulit animali membrum, in quo habet iuuamentum necessarium, nisi hoc sit propter occasiones contingen
tes in minori parte, vt digitus sextus. Et ista animalia non mota non ha F
bent instrumentum ambulandi, & sunt cum hoc perfecta non monstruosa. & signum eius est, ꝙ generant sibi similia, & habent in sua vita ascensum & descensum, sicut alia entia naturalia, quorum esse est naturale. ergo necesse est vt sint animalia non mota: & ideo non habẽt membra motus. Et debes scire ꝙ non vtitur in loco cõmunicantiæ in destruendo has virtutes esse motiuas, nisi ita, quia suum quæsitũ est causa propinqua motus. &, si non, tunc sensus est vna causarum istius motus, sed cā remota.

Oīa entia nālia. quorũ eēē nāle, habent ascensum & descensum. Vide ꝑ hoc 2. đ Ge. & cor. t.c. 57. & ī 2. Meteor. ca. 1. Auer.

At vero neq; rationatiua & vocatus intellectus est mouens. speculatiuus quidem enim nihil speculatur actuale: neq; dicit de fugibili & prosequibili. semper autem motus aut fugientis, aut prosequentis aliquid est. sed neq; quum speculatus fuerit aliquid huiusmodi, iam præcipit aut prosequi, aut fugere: puta multotiens intelligit terribile aliquid aut delectabile, non iubet autem timere: sed cor mouetur. si autem delectabile, altera aliqua pars.

SOPHI. A *Quin ne intellectiuum quidem & qui uocatur intellectus est is qui mouet. Contemplatiuus enim nihil agendum contemplatur, neq; de fugiendo & persequendo quidquã dicit: at motus semper aut fugientis aliquid, aut persequentis est. Neq; uero cum aliquid eiusmodi considerat, iã iubet uel persequi uel fugere: uerbi causa sæpe intelligit aliquid formidolosum aut iucundum, nec iubet timere, cor autem mouetur: sin iucundum, pars aliqua alia.*

Sed illud, quod mouet, non est pars cogitatiua, neq; illa, quæ dicitur intellectus. Pars enim cogitatiua non videt illud, quod facit, neq; dicit aliquid in fugito, neq; in quæsito. motus.n. semper inuenitur aut in fugiente, aut in quærente. Neq; est etiam ex eis, quę quando viderint rem talem, mittent ad quærendum, aut fugien- B dum. vt multotiens opinamur aliquid esse delectabile, aut timorosum, & non mittimus ad timorem. cor autem mouetur, quando aliud membrum delectatur.

46 Potest intelligi per partem cogitatiuam, intellectus speculatiuus: & p partem, quę dicitur intellectus, intellectus operatiu?. Et ideo d. pars enim cogitatiua non videt, &c. i. pars speculatiua non consyderat de rebus operatiuis, neq; de aliqua re vtili quæsita, neq; de aliqua re nocẽte fugita: motus autem in loco non inuenitur nisi aut in quærente, aut in fugiente. D.d. Neq; est etiam ex eis, &c. i. neq; est etiam pars intellectus, qui innatus est consyderare in quæsito, & fugito: & excitat membrum mobile ad motum ad rem delectabilem, aut membrum mobile in timore ad motũ vt accidit nobis, qñ imaginamur aliquod delectabile aut timorosum, q membrum proprium illi delectabili mouetur in nobis, & cor constringitur tunc ex illo timoroso: & intellectus nihil videt ex hoc: sed videmus ipsum moueri ex illo timoroso, aut ad aliud delectabile. Et hoc intendebat C cùm d. cor autem, &c. ita cecidit in scriptura. Et forte diminuitur ex ea tantum, q intentio esset ista, scilicet cor autem mouetur ex timore, aut ex delectatione, quando aliud membrum delectatur. & demonstrat hoc, q inuenimus in alia translatione. scilicet multotiens cogitat intellectus in aliquo timoroso, aut in aliquo delectabili, sed nõ propter hoc erit timor, aut delectatio, cor autem mouetur motu timoris, sed non ex intellectu, & cùm cogitauerit in aliquo delectabili, tunc membrum aliud à corde mouetur motu delectationis.

Idẽ, 2. Me. t.c. 3.

Amplius & præcipiente intellectu, & dicente intelligentia fugere aliquid, aut prosequi: non mouetur, sed secundum concupiscentiam agit, vt incontinens. Et totaliter autem videmus quoniam habens medicatiuam non sanatur: tanquam alterius quidem sit proprium agere secundum scientiam, sed non scientiæ.

Præterea

SOPH. *Praeterea quãuis intellectus iubeat moneatq; dianœa fugere aliquid aut persequi, non mouetur: sed ex cupiditate agit, quemadmodum incõtinentes. deniq; uidemus eum qui medendi scientiam teneat, non mederi, utpote cum aliud quidpiam sit quod habeat potestatem agendi ex scientia, & non scientia. Neq; uero penes appetitum est huius motus potestas: nam continentes quanuis appetant & cupiant, non tamen ea agunt quæ appetunt, sed parent intellectui.* D

Et, cũm intellectus miserit, & cognitio affirmauerit fugere aliquid, aut quærere aliquid, non mouebitur, sed facit illud, quod cõuenit delectationi, s. quod non potest se retinere. Et vniuersaliter videmus habentẽ artem Medicinæ non sanare: quia aliud est principale actionum, quæ fiunt per cognitionem.

47 Et videmus etiam quod intellectus multotiens mittit ad quærendum aliquid aut fugiendum, sed tamen homo nõ mouetur ab eo, quod affirmat intellectus, sed ex eo, quando conuenit delectationi: vt accidit viro voluptuoso, qui non refrenat se vt deberet. D.d. Et vniuersaliter, &c.i. & vniuersaliter videmus multotiens quod multi scientes aliquam artem, non agũt per illam artem, sicut videmus multos Medicos, qui non curant se, cùm infirmantur. & hoc non est, nisi quia alius motor est principalis actionis illarum actionum, quæ aguntur per cognitionem, & artem. &, si non, contingeret vt omne habens cognitionem alicuius operationis, non ageret nisi illam rem, quam scit. E

At vero neque appetitus huiusmodi motus dominus est. abstinẽtes enim, appetentes & concupiscentes non operantur, quorum habent appetitum: sed sequuntur intellectum.

Quòd intellectus, ac uoluntas causa sint localis motus in animalibus. Item quo pacto fiat iste motus. Cap. 2. F

VIdentur autem duo hæc mouentia, aut appetitus, aut intellectus: si quis phantasiam posuerit sicut intelligentiam quãdam. multa enim præter scientiam sequuntur phantasias: & in aliis animalibus non intelligentia, neque ratio est, sed phantasia. vtraque ergo motiua secundum locum, intell's & appetitus.

SOPH. *Videtur igitur duo hæc mouere, aut appetitus aut intellectus: si quis phantasiam statuat uelut intellectionem quãdam. in multis enim posthabita scientia sequimur phantasias: & quidem in cæteris animalibus, nec intellectio inest, neq; ratio, sed phantasia. Ambo igitur hæc motiua sunt motu loci, intellectus & appetitus.*

Principalitas

A Principalitas igitur in hoc motu non est cognitionis, neq; etiã desyderii. eremitæ enim desyderant, & concupiscunt, sed non agunt ea, ad quæ mouentur per desyderium, quia consequuntur intellectum. Apparet igitur ꝙ illud, quod facit motum, est hæc duo, desyderium. s. & intellectus, & si aliquis posuerit ꝙ imaginatio est similis desyderio. in pluribus enim rebus cõsequimur imaginationem sine cognitione. alia enim animalia nõ habent existimationem, neq; cognitionem, sed imaginationem. Hæc igit̃ duo, s. desyderium, & intellectus, sunt mouentia de loco in locum.

48 Quid igitur dominatur in isto motu, & appropriatur ei non est cognitio, cũ multotiens moueamur à desyderio, licet intell's videat nos non debere moueri. Neq; ẽt ꝙ dñatur in isto motu est desyderium: quia multi hoĩes desyderant, sed non prosequuntur desyderiũ, sed intellectũ. Et, cùm declarauit ꝙ motus localis, impossibile est attribui alteri istarum virtutũ B singulariter, & apparet etiam ꝙ vtraq; illarum habet introitũ in mouendo: motus. n. non fit sine desyderio, neq; sine intellectu, aut imaginatione. d. d. Apparet, &c. i. apparet igit̃ ex hoc, quod diximus, ꝙ agens motum est duo, intellectus, scilicet & desyderium, aut imaginatio, quæ est similis desyderio. In pluribus enim rebus mouemur ab imaginatiõe sine aliqua cogitatione, sicut animalia mouentur. alia enim animalia non habẽt cogitationem, sed in loco cogitationis habent imaginationem. Istæ igitur duæ virtutes sunt mouentes de loco in locum, scilicet desyderium, aut intellectus, aut imaginatio.

Intellectus autem qui propter aliquid ratiocinatur, & qui practicus est: differt aũt à speculatiuo, fine. & appetit⁹ pp aliquid oĩs est. cuius. n. appetitus, hoc principium practici intellect⁹. vltimũ autem principium actionis est. quare rationabiliter hæc duo vñr C mouentia, appetitus & intelligẽtia practica. Appetibile enim mouet: & propter hoc intelligentia mouet: quia principium huiusmodi quod appetibile.

SOPH. *Intellectus (inquam) qui alicuius gratia ratiocinatur, et actiuus: differt autem à contemplatiuo fine. Appetitus etiam omnis, alicuius est gratia: cuius enim est appetitus, id principium est actiui intellectus: at quod ultimum est, principium est actionis. Quamobrem meritò hæc duo uidentur esse ea quæ moueant, appetitus & dianœa actiua. nam appetibile mouet, & propterea dianœa mouet: quia principium eius est *appetibile.* *a.l. appetitiuum.

Et intellectus operatiuus, & est cogitans in re, differt à speculatiuo in perfectione. Et omne desyderiũ est desyderiũ ad aliquid. desyderiũ. n. non est principiũ intellectus speculatiui, sed ille alius

est principium intellectus. Et ideo necessario apparet ꝙ hæc duo sunt mouentia.s.desyderiū, & cogitatio apud actionē. desyderatū enim mouet: & ideo cogitatio mouet, quia est desyderatiua. D

sensibilibus, s. quod exprimitur ab eis, & expellitur ad omne, ad quod peruenit expressionis virtus: & est permanens in suo loco non motum. D. d. lapis aũt, &c. i. & iste motus non adaptatur in omni corpore: lapis autem, & sibi simile non exprimitur omnino, sed exprimitur illud, quod est sicut aqua. aqua. n. vr̃ exprimi in remoto spatio, & similiter aer. multotiens. n. vr̃ agere & pati ab expressione, qñ fuerit fixus fm totũ, non motus neq; diuisus. D. d. Et pp hanc cãm melius est vt aer patiat̃, &c. i. &, quia in medio possibilis est hæc impressio, iõ melius est dicere in cõuersione, q̃ fit in audibilibus & uisibilibus, quod nihil aliud est nisi quia aer conuertitur per illũ motum, qui est in eo, & illã passionẽ, quæ fit ex sensibilibus & visibilibus, qñ occurrerit aliquid, in quo non potest pertransire ille motus fm rectitudinem ad sensus, melius est quàm dicere conuersionem esse corporũ extra visum: sicut dicunt quidam Antiquorum, & concedunt Perspectiui, cùm nulla sint illic corpora extrinseca. Deinde dicit. & est idem in istis rebus lenibus, &c. idest & iste motus est idem in rebus humidis. & hoc intendebat per lenibus. & ideo aer mouet visum etiam. quemadmodum si sigillum existens in cera redderetur ad postremum finem, adeo quòd moueret aerem in parte secunda, ita sensibile mouet aerẽ, ita quod pertransitur p ipsum ad superficiẽ tangentem sensum, & sic mouet sensum. D E

Animalis corpus simplex esse minime posse: cùm sensus tactus sit ei necessarius, alij uero sint ad bene esse. Cap. 2.

QVod autem impossibile sit simplex aĩalis corpus esse, manifestũ est. Dico aũt puta igneum, aut aereũ. Sine quidẽ. n. tactu, neq; vnum contingit animalium sensum habere. corpus. n. tactiuum, animatũ omne, sicut dictum est. Alia autem per altera sensitiua quidem vtiq; fierent, omnia autem eo quod per alterum sentire, faciunt sensum, & per medium. tactus autem est in tangendo ipsa. propter quod & habet hoc nomen. & tñ alij sensus tactu sentiunt, sed per altera. hic autem videtur solus per ipsum. Quare huiusmodi elementorum nullum vtiq; erit corpus animalis: neq; itaq; terrenum. Omnium. n. tangibilium tactus est sicut medietas, & susceptiuus sensus non solũ quæcunq; differentiæ terræ sunt: sed calidi & frigidi & aliorum omniũ tangi possibilium. & propter hoc ossibus & capillis, & hmõi partibus, nõ sentimus, quia terræ sunt. & plantæ etiam ob hoc neq; unum habent sensũ, quia terræ sunt. sine aũt tactu, neq; vnũ possibile est esse aĩalium. hic aũt sensus non est, neq; terræ, neq; alius elementorũ nullius. F

SOPH. *Perspicuum igitur est fieri non posse ut simplex sit corpus animalis, uerbi causa igneum aut aereum: nam sine tactu, nullus alius sensus haberi potest: omne enim animatum corpus, tactiuum, ut diximus est. Reliqua uero præter terram sensoria quidem fieri possunt, cuncta uero*

per

A *per aliud sentiendo sensum efficiunt, & per intermedia. at tactus in tangendo ea consistit. quamobrem etiam nomen hoc habet. at qui et alia sensoria tactu sentiunt, sed per alia: hic aūt uidetur solus per se. Quare nullum eiusmodi elemētorum fuerit corpus animalis. Neq; uero terreum. tactus. n. quasi mediocritas est omnium tactilium. atq; sensorium hoc, non solum differentiarum, quæ terræ sunt receptiuum est, uerum etiam calidi & frigidi, ac reliquorum omnium tactilium. quo fit ut nec ossibus nec pilis nec id genus aliis partibus sentiamus, quia terræ sunt. & plantæ, propterea nullū habent sensum, quia terræ sunt: at sine tactu, nullus alius esse potest. hoc autem sensorium neq; terræ est, neq; ullius alterius elementorum.*

Manifestum est igitur ꝙ impossibile est vt corpus animalis sit
B simplex, sicut ignis, aut aer. Impossibile est. n. vt habeat vnū aliū sensum præter tactum. oē. n. corpus animatum est tangibile, ſm ꝙ diximus. Et illa alia sunt instrumenta sensus præter terram. oīa. n. faciunt sensus, quia sentiunt per aliud, & per medium. tactus. n. fit tangendo: & ideo vocatur hoc nomine. Et hoc est, ꝙ alia instrumēta sensus non sentiant, nisi mediante tactu. sed hoc est per alia media: illud autem existimatur contentū per se. Et ideo nullum istorū elementorum est corpus animalis. Neq; terra. tactus. n. est quasi medium aliis sensibilibus. & instrm̄ recipiens non congregat tātum mutationes terrestres, sed ēt calidum, & frigidum, & alia tangibilia. Et ideo non sentimus per ossa, & pilos, & per tales partes. Et ideo vegetabilia nō habent aliquem istorū sensuum, quia sunt ex terra. Impossibile est. n. vt alius sensus sit sine tactu. & hoc in-
C strumentum, qđ est sensui, non est ex igne, neq; ex aliquo illorum aliorum elementorum.

66 D. Impossibile est vt corpus animalis sit simplex. impossibile est enim vt animal habeat aliquem trium sensuum sine tactu. omne enim animatum debet esse tangēs. D. d. Et illa alia, &c. i. & corpora simplicia sunt instrumenta trium sensuum, præter terram, quæ non est instrumentum alicuius sensus. & hoc fuit, quia omnes isti sensus. s. tres, agunt sensum, quia indigent simplicibus instrumentis, & medio extrinseco. i. denudatis à sensibilibus. s. vt instrumentum in visu, & medium non habeat colorem, neque in olfactu odorem, neq; in auditu sonum. Et quæ denudātur ab istis, aut sunt corpora simplicia, aut in quo dominantur corpora simplicia. sed tactus differt ab istis sensibus, quia comprehendit suum sensibile sine medio. & ideo nullo elemento medio vtitur in extrinseco. Et, cùm declaratū est hoc de sensu tactus, necesse est vt suum instrumentum nō sit simplex. Et vniuersaliter vult declarare hoc, quòd tactus in hoc differt ab aliis sensibus.

Idē. 2. de Aia. 15 c.

Tactus cōprehendit suū sensibile sine medio.

Opp. 2. d.

Ari. 107. 108. vsq; ad. 115. Vide cōt. Zim. sibus. Alii enim sensus, si possent denudari à tactu, tunc possibile esset q corpus animalis habentis illos sensus esset simplex. tactus autem est econtrario. s. q impossibile est q suum instrumentum sit simplex. Omne. n. instrumētum debet denudari à sensibili. &, quia impossibile est vt aliquod corpus denudetur à quatuor qualitatibus, necesse est vt instrumentum istius sensus sit medium. i. admixtum ex elementis. Et, cùm ita sit, contingit vt ista virtus sit causa essentialis, quare corpus animalis est compositū. D.d. Et hoc est, q alia instrumenta sensus, &c. i. &, cùm alii sensus vtunt elementis tribus pro instrumentis & mediis, necesse est vt tactus non vtatur aliquo eorum, & q suum instrumentum sit compositū non simplex: licet instrumenta, quibus illi vtuntur, non possint denudari à tactu, & ex hoc modo sunt composita. &, si hoc nō esset, necesse essent vt esset simplicia. D.d. sed hoc est per alia media. i. sed indigentia eorum à tactu non est indigentia eius, quod comprehendit suum sensibile per illum sine medio, sed per alia media, & per alia instrumenta. D.d. Et ideo nullum istorum elementorum, &c. i. & propter hoc, quod diximus, nullum istorum est corpus animalis. Neq; terra etiam, fm q est simplex; aut proprie simplex. cùm alii sensus vtantur elementis quasi instrumēto, & medio: & ista est alia virtus ab illis: quapropter non vtitur elementis pro instrumento, cùm suum instrumentum debet esse medium inter tangibilia, cùm non possit denudari à qualitatibus tangibilibus, neque posset comprehendere tangibilia, si esset tangibilis simplex. i. in fine alicuius qualitatis tangibilis. D.d. & instrumentum recipiens non congregat, &c. i. & instrumentum recipiens tactum non de necessitate habet qualitates terrestres tantum, sed calidum, & frigidum, & alia tangibilia. & ideo necesse fuit, vt recipiens tāgibile sit medium: cùm non possit denudari ab omnibus: neq; etiam posset sentire, si aliqua alia qualitatum tangibilium denudaretur in eo. & iō non sentimus per ossa, neq; per pilos propter dominium qualitatum terrestrium in his corporibus. Et ideo vegetabilia nō habent sensum tactus, quapropter neq; aliquos sensus: quia impossibile est alios sensus inueniri sine tactu: & instrumentum tactus neq; est ignis, neq; aliud corpus elemē torum, neq; est corpus attributum eis secundum dominium.

Vide. 2 de Aia. 118.

quare pili et vegetabilia careant sensu tactu

Manifestum igitur qm̄ necesse hoc solo priuata sensu animalia, mori. neq3. n. hunc impossibile est habere, non aīal existens: neq3 cum sit animal, alium necesse est habere præter hunc. Et propter hoc quidē alia sensibilia excellentiis non corrūpunt animal, vt color & odor & sonus, sed solū sensus: nisi fm accidens. puta si simul cum sono, depulsio fiat, & ictus: & à visis & odore alia mouentur quæ tactu corrumpunt. & humor autem fm q accidit simul tactiuū esse, sic corrumpit. tangibilium aūt excellentia vt calidorū & frigidorum & durorum corrumpit animal.

SOPH. *Non ergo dubium est quin animalia, cum hoc solo sensu priuantur, necessario moriantur. neq; enim fieri potest ut eum habeat quod non sit* animal:

A *animal: neq; si sit animal alium præter eum habeat necesse est. Quamobrem cætera quidem sensibilia animal excessibus non corrumpũt suis, ut color, ut odor, ut sonus, sed sensoria tantummodo: nisi forte per accidens, uerbi causa si unà cum sono, pulsus fiat & ictus: & à quibusdam uisis & ab odore alia moueantur, quæ tactu corrumpant. Quinetiam sapor, qua simul accidit ut tactilis sit, eatenus corrumpit: at tactiliũ exuperantia, ut calidorum, frigidorum, durorum, corrumpit animal.*

Declaratum est igitur q̃ aĩalia moriuntur necessario, quando caruerint hoc sensu tantũ, & q̃ est impossibile vt non sit in animalibus. aĩalia.n. non de necessitate habent alium sensum, nisi istum. Et ideo alia sensibilia non corrũpunt animalia per dominiũ, v.g. color, & sonus: & olfactus: sed tantum corrũpunt instrumenta sen
B sus, nisi hoc sit per accidens. v.g. q̃ cum sono sit magna percussio. oẽs.n. isti corrumpunt animalia, sed per accidens. & ideo sapores etiam nocent animalibus mediante gustu. gustus.n. est aliquis tactus. Dominium autem tangibilium, v.g. calidi, & frigidi, & duri corrumpunt animalia.

67 D. Declaratum igitur est ex hoc sermone q̃ animalia moriuntur, quando caruerint tactu, & q̃ impossibile est vt iste sensus non existat in animali, dum animal est animal: quod non est de aliis sensibus. non enim est necessarium vt animal habeat alium sensum præter tactum. & propter hoc, dominium & vigor aliorum sensibilium non corrumpunt animal, v.g. fortis color, & fortis sonus, & fortis odor: sed tantum corrumpunt sua instrumenta propria: nisi per accidens, verbi gratia, quando cum sono fuerit magna percussio. & similiter de colore, & odore. sapores autem nocent animalibus essentialiter mediante gustu: gustus enim est aliquis tactus.
C sed qualitates corrumpentes animalia sunt tangibiles, verbi gratia calidũ, frigidum, & durum.

Omnis quidem.n. sensibilis superfluitas corrũpit sensum: quare & quod tangi potest tactũ: hoc aũt determinatum est viuere. Sine aũt tactu monstratũ est q̃ impossibile est animal esse. Vnde tangibiliũ excellentia non solum corrumpunt sensum, sed & aĩal. quia necesse est solũ habere hunc. Alios aũt sensus habet animal sicut dictum est. non propter esse. sed propter bene esse, vt visum, quia in aere & in aqua, vt videat. oĩno autẽ quia in diaphano. gustũ autem propter delectabile & triste, vt sentiat quod in alimento, & concupiscat & moueatur. Auditum aũt, vt significetur aliquid ipsi. Linguam aũt, quatenus significet aliquid alteri.

P H. *Nam sensilis cuiusuis exuperantia corrũpit sensoriũ: quamobrẽ tactile etiam tactum. hoc autem animal definitum est: ostensum namq; est*

est fieri non posse, ut sine tactu animal sit. itaq; fit ut tactilium excessus non solum sensorium, sed animal etiam corrumpant. quandoquidem necesse est animalia hunc solum habere. Reliquos autem sensus habet ut diximus animal, non ut sit, sed ut bene sit: ueluti Visum, quandoquidem in aere & in aqua & omnino in translucido uersatur, ut uideat: Gustatum, propter iucundum & molestum, ut id quod in alimento est, sentiat, idq; cupiat ac moueatur. Auditũ, ut ei aliquid significetur. Linguam, ut ipsum quidpiam alteri significet. D

Et dominiũ cuiuslibet sensibilis expellit instr̃m sensus. & ideo tangibile expellit tactum. & per istum fuit definitum. s. viuere, animal. n. impossibile est vt sit sine tactu. Et ideo dominiũ tangibilis non tantum corrũpunt instr̃m sensus, sed etiã & animal. quia est necessariũ animali vt sit ens, non vt sit in meliori dispositione. Illi aũt alii sensus sunt in aĩali propter melius. Visus aũt vt aspiciat in aere, & aqua. Et similiter de gustu, vt sentiat delectabile, & tristabile, & vt habeat appetitũ & moueat. Et sĩr de olfactu. Auditus aũt, vt audiat rem. Lingua vero, vt significet rem alio modo. E

68 Idest, Et dominium omnis sensibilis, quando fuerit intensum, corrũpit suum instrumentum proprium, siue fuerit tactus, siue alterius. D. d. & per istum fuit definitum, &c. i. & per hanc virtutem, s. tactum, definitur animal. & causa in hoc est, quia impossibile est vt animal sit sine tactu. Et ideo accidit ꝙ tangibile intensum non tantum corrumpit instrumẽtum sensus, sed animal essentialiter: quia sensus tactus est de rebus necessariis animali. s. vt sit ens, non secundum ꝙ sit esse melioris, sicut est de aliis sensibus residuis. D. d. Visus autem, vt aspiciat in aere, & aqua. Et similiter de gustu, s. ꝙ primo est propter appetitum cibi. Auditus, autem vt audiat rem. i. sonos, & intelligat per eos in animalibus rationabilibus, & in aliis brutis: in animalibus rationabilibus, vt intelligant intentiones, quas significant verba. Lingua autem, vt notificet rem alio modo. & innuit, vt puto, iuuamentum, quod est in uerbis, non gustus. hoc enim iuuamentũ magis apparet propter melius quàm in gustu: quoniam gustus reputatur eẽ necessarius propter suam vicinitatem tactui. alii autem sensus sunt propter melius: & precipue visus, & auditus. & hoc est manifestum. F

Librorum Trium de Anima finis.

MARCI ANTONII ZIMARAE.

Solutiones Contradictionum in dictis Aristotelis, & Auerrois.

Super Primo de Anima.

1. de aĩa. tex. 1. Ontradictio est super tex. primo. Aristote. enim & Commenta asserunt sciẽtiam alteram altera præstätiorem & nobiliorem esse ex subiecti nobilitate. Sed huius oppositum habetur ab Auerr. in primo de partib⁹ animalium iuxta finem, vbi habet q̃ scientia Naturalis plus apparet in materia viliori, quàm in alia nobiliori. Et confirmat hoc ex arte, vbi ingenium artificis, & ars magis ostenditur in materia vili quàm in materia nobili, vt testatur etiã cõmenta. 12. meta. cõ. 18. authoritate Themistij. Dixerunt nonnulli, ad pauca respicientes, non fuisse ex intentione Philosophi vnquam scientiam sumere nobilitatem à subiecti differentia. Sed mirum est de istorum audacia, ne dicam temeritate, qui vt aliquid inanis nominis sibi vendicarent, conati sunt contradicere patribus Antiquis, & veritati. Nam etiam Themistius hoc idem asserit, quod Commenta. & exempla Commenta. sunt exempla Themist. vt patet. Nã Aristo. 9. meta. tex. cõ. 22. ostendit q̃ actus præcedit potentiam nobilitate, & q̃ scientia in actu est nobilior scientia in potentia, &. 6. meta. tex. cõ. 2. ostendit scientiam honorabiliorem esse honorabilioris generis. & quomodo imaginari potest q̃ altera alteram excellat in nobilitate, & non differat ab eadem. omne enim ens omni enti comparatum, aut est idem, aut diuersum, vt patet.

Solutio. Dicamus igitur q̃ secus est de natura & arte, & secus est de scientijs speculatiuis, quas nos habemus de rebus. Natura. n. facit naturalia, & ars artificialia. & ita etiã ars magis fulget in materia vili, q̃ in materia nobili propter duas causas, quia, vt dicit Themistius, vt recitat Comment. 12. meta. cõ. 18. magis debemus mirari de ingenio artificis facientis aliquid ex luto, quàm ex auro: quia nobilitas materiæ obumbrat vigorem artis præsertim apud communem hominum cognitionem, qui ab extrinsecis iudicant, vt dicebat Anaxag. referente Arist. in. 10. æthi. cap. 10. qui dicere consueuit nequaquam mirari si absurdus multitudini videretur. nam multitudo solum iudicat à rebus externis. sapientes autẽ magis admirantur artem, quàm materiam arti subiectam. & sic intelligitur dictum Themist. & hæc est prima causa. Secunda causa est ex impossibilitate materiæ, quia materia vilis ex sui impossibilitate cum maiori difficultate recipit impressionem artis, aut naturæ, & difficilior redditur generatio. & hãc causam tetigit Commen. in allegato loco. Sed habet dubium contra se. quia tunc generatio animalium ex materia putri esset difficilior quàm animalium ex semine genitorum, quod non conceditur, quia citius, & facilius generarẽtur, vt dicta experiẽtia. sed prima causa Themist. magis placet. Et ideo in talibus, vt est natura & ars, quia sunt causæ rerum, secus se habet quia in operationibus naturæ, & artis sapientes magis exercitantur in contemplando scientiam Naturalem, id est à qua natura dirigitur, quàm ex rebus nobilioribus, vbi in eorum generationibus patent res particulares. Sicut Philosophi plus admirantur de generatione animalium ex putri materia generatorum, quomodo talia generentur, & qualis sit eorum generatio a sibi simili vel cõueniẽti, quàm in generatione animalium, quæ ab vniuoco generantur, vbi causa proxima est nota ad sensum: licet animal tale plus ex se perfectionem diuinam repræsentet, & participet, quàm animal vile, quia distantiæ entium sunt diuersæ valde, sed in scientia nostra secus est: quia est causata à scibilis rebus, & intelligere nostrum sequit̃ naturã. & nobilitatem rei intellectæ, & ordinem rerum, vt dicit Commenta. in libro destruct. in disputa. 6. &. 12. in plerisque locis, & 12. meta. cõmen. 51.

Secunda contradictio est in tex. 8. Arist. dicit in hoc tex. q̃ animal vniuersale, aut nihil est, aut posterius est. Sed huius oppositum habetur. 12. metaphysi. cõmen. 27. authoritate Alexan. vbi dicitur, q̃ vniuersalia sunt priora in intellectu particularibus, quæ cum auferuntur, auferuntur particularia. & ideo existimantur esse substantiæ. 1. de aĩa. tex. 8.

Solutio Auerr. Soluitur. Auer. locum illum interpretatur de illo vniuersali Platonico separato secundum esse à singularibus, dicens, illud, aut nihil esse, aut si sit, nihil proficere ad definitiones rerum: quia res possunt sciri per definitionem, non cogitando aliquid de tali vniuersali separato. Pro illa expositione

Auer. adducas scripta Philosophi in. 1. æthi. cap. 7. in fine capituli, satis ad propositum. Alexander autem satis subtiliter interpretatus est locum illum in. 1 libro naturalium quæstionum, quæst. 11. & breuiter sua interpretatio in hoc cōsistit, q animal vt vniuersale conceptum siue vt genus posterius est. ista enim sunt de secundo intellectis, & talia non significant aliquam veram naturā, aut substantiam, sicut animal bene est significatiuum substantiæ cuiusdam, quia significat substantiam animatam sensitiuā, & est res aliqua, & aliqua natura, cui accidit vniuersalitas & generalitas. sunt enim ista accidentia. semper autem accidens est posterius natura, cui accidit. Et ideo Aristo. animaduertens ad hoc, quòd animal vniuersale, idest sub intentione vniuersalitatis, vel sub intentione generalitatis, vt sic aut nihil est, quia non significat vt sic naturam aliquam subsistentem extra animam, quia talis intentio est ens in anima tantum, & diminutum: aut posterius est, quia vt sic, significat intentionem accidentem rei & naturæ, cui accidit vniuersalitas, & generalitas. nam, si vnum solum animal in natura subsisteret, adhuc natura illa, quæ est substantia animata sensitiua remaneret: tamen non esset illud vniuersale prędicabile de pluribus. & ideo vt sic est aliquid posterius. Dicit enim Commenta. in septimo primæ philosophiæ commen. 46. definitiones vniuersalium habent aliquam dispositionem dispositionum substantialium existentem extra animam, & qualitatem accidentem eis: significans nobis per hoc quod vniuersale potest sumi dupliciter, videlicet pro natura & re, quæ est fundamentum, & pro qualitate, quæ est intentio & accidens, fundatum in illa re. & sic quò ad qualitatem. vel animal sub illa qualitate conceptum, quatenus sic concipitur, aut nihil est, aut posterius. Et ita locus ille potest legi secundum mentem Aristot. Sed qualitercunque sit, quantum ad propositam contradictionem, isto modo respondetur, quòd vniuersalia possunt dupliciter comparari ad particularia, vno modo quò ad esse, alio modo, quo ad intellectum. ista est distinctio Auerro. authoritate Alexand. in. 12. metaphysi. commen. 27. quòd si comparentur quò ad esse, sic sunt posteriora. vnde Aristote. dixit in prædicamentis, quòd ablatis primis substantijs, impossibile est aliquid aliorum remanere. sed quò ad intellectum secus est. Hoc dicit Commenta. expresse ex intentione Alexand. in cōmen. vigesimoseptimo, duodecimo primæ philosophiæ ita etiam dicit dominus Albertus. 11. primæ philosophiæ, tractatu primo capit. secundo.

Sol. Alex.

solu.

Tertia contradi. est in tex. 16. Aristote. & Commen ponunt differentiam inter Physicum & Dialecticum, quia Dialecticus definit per formam, & Naturalis per materiā. Sed oppositum habetur ex primo physico. cōm. 1. vbi dicitur q Mathematicus solum genus causæ formalis consyderat, & ita omnes definitiones mathematicæ erunt dialecticæ & vanæ. aut assignetur causa diuersitatis inter Dialecticum & Mathematicum. Soluitur. ideo definitiones dialecticæ sunt per formam, quia forma est subiectum vniuersalitatis & communitatis, vt dicit Commenta primo cœli cōm. 92. & ideo non faciunt scire. Amplius autem licet forma sit causa alicuius effectus, non tamen ab ipso Dialectico consyderantur, vt est causa talis effectus, alioquin non solum per formam; verum etiam & per materiam definiret, vt appetitus vindictæ, licet sit causa accensionis sanguinis circa cor, non tamen Dialecticus in definiendo iram per appetitum vindictæ, definit, vt per causam accensionis: quia talis definitio esset relatiua, & non absoluta, sicut sunt definitiones naturales. vnde Commenta. dicit disputatores absolute consyderare. quod propterea dicit ad differentiam Naturalis, qui definit per formā, vt est causa materiæ: secundi physicorum 26. & 92. Sed dialecticus definit per formā absolute consyderatam, non consyderando vt est causa materiæ, nec alicuius materialis proprietatis. vnde cum in rebus plurimis hæc tria sunt. materia, & forma, & causa, per quam forma est in materia, omnia ista ponuntur in definitionibus naturalibus. & hoc est, quod dixit Arist. 15. tex. q ira, & quælibet passio animę concupiscibilis definitur, vt est in materia ab hoc, & huius gratia. sed Dialecticus per solam formam debet definire. Mathematicus autem licet consyderet formam, quæ fm esse est in materia, non tamen consyderat causam propter quā forma est in tali materia trāsmutabili. quia hoc consyderat naturalis. & isto modo dicitur solum genus causæ formalis Mathematicus consyderare. tamen bene Mathematicus istam formam consyderat, vt est causa proprietatum fluentiū à tali forma, vt in tali esse abstractionis consyderatæ sunt. Geometer, licet non consyderet

1. d: aīa. tex. 16.

Solutio.

deret figuram triangularem, vt habet causam, quia est in materia sensibili, puta vel in ære aut ligno, consyderat tamen causam proprietatum suarum, & vt habet talem causam, videlicet quia habet tres, & per illam demonstrat. Secus autem est de Dialectico. quia Dialecticus non solum non cōsyderat formam abstrahendo ab hoc, quod est habere causam sui esse in materia sensibili: immo etiam neque consyderat ipsam, vt est causa, vel habens causam alicuius effectus, vel alicuius proprietatis. & ideo cōsyderatio eius est absoluta communis, & vana per consequens, pro quanto non potest esse medium in demonstratione, quæ est per causam, propter quam res est, & quoniam illius est causa. quia, licet Dialectic⁹ definiat per illud, quod est causa, non tamen sub illa ratione, qua causa, sed vt est vnum entium absolute. Et nota bene hoc, quia pauci admodum ante nostra tempora intellexerunt istud. Et adde quòd vltra prædictam causam ideo Dialecticus dicitur artifex absolute consyderans, quia circa ens simpliciter tres artifices versantur. 4. primæ philosophiæ tex. cō. 5. primus Philosophus, Dialecticus, & Sophista. de omnib⁹ enim Dialecticus disserit ex communibus, & probabiliter.

Mathematicus etiā à rōne for mam consyderat eā vt est finis vide The. 2. phy. super 74. & Auerr. ibi.

1. de aīa. tex. 16.

Quarta contradi. est in eodem tex. Quia Philosophus ponens differētiam inter Physicum & dialecticum, dicit quòd physicus definit per materiam, & Dialecticus per formam. Sed huius oppositum habetur in tex. immediate sequenti, videlicet in. 17. vbi inquit quòd non est aliquis artifex, qui per solam materiam definiat. Soluitur. Illa differentia est intelligenda cum præcisione. nam Dialecticus definit per solam formā sine materia, sed Physicus per materiam & formam: & qui per materiam & formam definit, dicitur per materiam definire. quia igitur illud, quod discernit Physicum à Dialectico, materia est & non forma, ideo in tali discrimine materia exprimitur. Nam expressa sententia Arist. ibi est q́ nullus artifex per solam materiam definire potest. Vnde hoc etiam elicitur ex intentione Philosophi ibidem nam, cum triplex possit definitio assignari, per materiam solum, per solam formam, & per materiam & formam: quæ istarum inquit Philosophus definitio Naturalis erit? Et solutio est, quòd illa, quæ est ex vtrisque. & ista est melior solutio, quæ dari potest in illo loco. quia materia in Naturali Philosophia relatiue cognoscitur, vt est ad formam, & vt est materia formæ. 2. phy. 26. & per consequēs Physicus vt Physicus per solam materiam definire non potest. Differentia illa est cum præcisione intelligēda. quia Dialecticus per formam tantū, sed physicus per materiā & formam simul. &, quia in materia est ratio, in qua Dialectic⁹ distat à physico, illud fuit expressum, sicut est in simili, artes & scientiam Naturalem. Nam Medicina, quæ est ars mechanica, vt dicit Cō. est n. de artibus operatiuis, circa quædam est, quia est circa quædam corpora, i. humana. Naturalis vero est de omnibus corporibus, tam simplicibus quàm mixtis, tā animatis, quàm inanimatis. Similiter Medicina sanitatis & ægritudinis quasdam causas consyderat, s. particulares, seu propinquas: sed Naturalis omnes causas & propinquas & remotas. & quia remotæ à Medico non cōsyderantur, sed à physico, ideo Aristo. in principio libri de sensu & sensilibus illas expressit, dum dicit quòd Physici est sanitatis prima & ægritudinis inuestigare principia. Et si dicatur quòd exemplum Aristote. est in oppositum de ira: quia dicit quòd Physicus dicit quòd est accensio sanguinis circa cor, Dialecticus vero, quòd est appetitus vindictæ, Soluitur eodem modo. quia Aristote. expressit illud, in quo est differentia inter Physicum & Dialecticum. nam, cum Physicus definit iram, dicit illam esse accensionem sanguinis circa cor propter appetitum vindictæ, & iam dixerat hoc supra quòd passiones animæ sunt communes animæ & corpori, & per consequens sunt coniuncti, tex. commen. decimoquinto. & quòd est motus talis corporis an hoc gratia huius. & ideo Physicus de omni tali anima, & passionibus, quæ sine materia non sunt, definit. & dat exemplum de ira, q́ est accensio sanguinis in tali corpore ab hoc, huius gratia. vbi expresse dicit omnes causas in ea poni & qui dicit totum, dicit & partes. vnde non dicit tex. q́ physicus per solā materiā definiat, sed per materiam. & hoc est multum differens. Alij dicunt q́ definitiones per solam materiam datæ sunt naturales, sed imperfecte. & est solutio Themistij, & aliorum. Sed hoc non probatur. quia Arist. dicit nullum artificem per solam materiam definire. & præterea definitiones naturales sunt media in demonstrationibus, sed materia, circumscripta forma, non est causa alicuius naturalis proprietatis, sed vt est coniuncta formæ. vnde materia

Solutio.

Solutio aliorū.

abstracta à forma non est naturalis consyderationis, vt alias declaraui. quia omnis cõceptus habitus de materia à naturali, est relatiuus: & ideo nullo pacto Naturalis definit per solam materiam. esset enim vana ista definitio, cùm ex ea non posset concludi aliquod accidens proprium. Et consydera subtiliter hic, & hic siste gradum. quia, si quæratur quid prohibet, vt quemadmodũ Dialecticus definiens per formam, non definit per eam, vt est causa alicuius, nec vt habet causam sui esse in materia, sed solum vt est res quædam, eodem modo etiam nõ definire queat per solam materiam, non vt est causa, nec causam habens, propter quã sit sub tali forma, sed potius vt est res quædam. non enim per vitam meam videtur esse ratio diuersitatis in hoc inter materiam & formam. quia dialecticus circa totũ ens simpliciter versari potest ex. 4. primæ philosophiæ. & est dubium satis arduum, sicut vides. Nisi esset ꝙ ideo Philosophi genus definiendi per formam appropriauerunt Dialectico, quia causa communitatis est forma, & Dialecticus ex communibus disserit. Et ideo animaduerte ꝙ definitio ꝑ solã materiam nullius artificis est scientifice definientis, neque esse poterit artificis communis per communia disserentis. quia cõmunitas non est à materia, vt materia distinguitur contra formam sua proprietate, nisi subiret modum formæ, & sub ratione communitatis, sed hoc nõ erit ratione, quã materia. Et ideo videtur mihi sine præiudicio melioris sententiæ, ꝙ Dialecticus vtrunque potest efficere, & vt definiat per solam formam, & per solam materiam, vt vtrũq; consyderatur, vt est res quædam, quia non video, quare hoc non possit efficere. tamen semper ista consyderatio erit per communia. & quia communitas est à forma, ideo materia illo modo posita in dialectica definitione habebit modum formę, quia non consyderatur sub ratione propria, sed sub ratione communi. Tamen animaduerte ꝙ vt dicit Arist. in 2. phy. in fine. definitiones omnes naturales dantur per materiam, vel apparenter, vel consecutiue, ita etiam omnes definitiones naturales habent formã, vel apparenter, vel consecutiue. Vnde illa iræ definitio naturalis est, quæ dicit irã esse accensionem sanguinis circa cor: sed non est data per solam materiam, vt tu fingebas in argumento. quia, vt dicit in tex. ira & vniuersaliter opera, & passiones animę sunt talis corporis, & talis animæ. nõ enim sunt cuiuslibet corporis, sed corporis physici potentia vitam habentis, & hoc est animatum corpus. vnde sanguis est pars similaris corporis animati, vt dicitur in. 2. de partibus animalium. cap. 2. cor est pars dissimilaris. non enim sanguis extractus à vena dicitur sanguis, nec cor in cadauere existens dicitur cor ecce igitur ꝙ apparet consecutiue forma in illa definitione. Sed, si quis interrogetur vtrum imaginando istam definitionem iræ per sanguinem, & cor datam, non vt sanguis est vere sanguis, & cor verũ cor, sed vt sunt substantiæ quædam corporeæ absolute, non in ordine ad corpus animatum, cuius sunt partes, non est dubium ꝙ illa definitio taliter cõsyderata esset per communia, & dialectica, & vana ex consequenti. O quantum placet mihi per vitam meam. Deo laus illustranti intellectum. dicitur etiam Physicus materiam consyderare, quia omnẽ causam consyderat secundũ esse, quod habet in materia. Vnde causam mouentem consyderat, vt mouet materiã ad formam secundum esse, quod habet in materia: & finem, secundum ꝙ est terminus motus, per quem mouetur materia, & materiam secundum quod est subiectum formæ ſm esse, quod habet forma in materia, vt dicit Albertus in digressione. vnde Commenta. 2. physico. in quo est materia, sunt omnes causæ.

Solutio.

Quinta contradi. est super eod. tex. Aris. & Auer. dicunt Physicum definire per materiam. Sed huius oppositum scribit Them. in. 2. phy. tex. cõ. 21. vbi dicit ꝙ definiturus rem naturalem in definitionibus vtetur materia, sed definiet per formam. Soluitur. sine dubio scientiæ speculatiuæ distinguuntur ex diuersis modis definiendi, vt patet. 6. primæ philosophiæ in tex. cõ. 2. & quia in definitionibus rerum naturalium dicitur apparere natura: quia res naturales constituuntur per naturam, sicut artificiales per artem: sic definitiones naturales dãtur per materiam sensibilem, quia in eis apparet natura, quæ est principium motus, & omnium qualitatum sensibilium. sed cum duplex sit natura, videlicet materia, & forma: ſm Peripateticos autem forma est tota quiditas, materia autem est veluti vehiculũ & fundamentum deferens quiditatẽ: ideo in definitionibus rerum naturalium, apparere dicitur materia, non quia ad quiditatẽ pertineat: sed pro quanto forma definiti dicitur huiusmodi ſm dispositiones, in quibus existit, vt dicit Commenta. .. de anima. cõm. 16.

1. de aïa. tex. 16.

côm.16.Sic igitur Themistius dixit, definitiones naturales dari per formam, quia definitio exprimit quiditatem, & forma est quiditas. materia autem neq; quiditas est, neque habens quiditatem, quia non est neque forma, neque formatum. sed quia est necessaria in definitionibus propter causam prædictam, ideo Themistius illo modo dixit. vnde æquiuocatio est in dubio. quia Physicus definit per materiam sensibilem modo prædicto, sed sermo Themistij est in comparando materiā, quę est natura, ad formā, quæ est nobilior natura, propter quam materia est in effectu.

1. de aïa. com.24. Sexta contradi. est in cō.24. Habet Auer. q; intellectus non eodem modo existit in omnibus hominibus. istud autem videtur repugnare vnitati intellectus, quam ponit Solutio. côm.5. tertij. huius. Soluitur fm ipsum. Nā hic loquitur de intellectu particulari, qui est virtus cogitatiua: ista enim non eodem modo præparata inuenitur in oībus hoīb⁹, sed intellectus, de quo loquit' côm.5. dicens ipsum vnum esse, & intellectus abstractus à materia vniuersaliter compreheńsiuus. & in illo non est varietas, sed, si qñque apparet varietas, hoc est in relatione cogitatiuæ sibi deseruientis ad intelligere nostrum.

1. de aïa. com.30. Septima contradi. est in cōmen.30. Dicit Auer. ignem esse manifestum est. Sed oppo Solutio. situm. 4. cœli cō.32. quia esse eius ibi demō stratur. Soluunt aliqui, esse ignis manifestū est, & non demonstratur: sed esse ignis in loco suo proprio hoc latet, & hoc est, quod demonstratur. Solutio non sapit viam Auer. quia Commen. in cō. illo.32. dicit illam esse demonstrationem ad demonstrandum esse ignis, qui est species, & pars subiectiua Alia solō. subiecti illius libri, quod raro cōtingit. Ideo aliter soluo. ignis duplex, teste Auer. & Alexan.2. de generatione côm.21. &.4. cœli.32. scilicet inferior, & superior, qui est in vltimo continentis. Et primus quidem ignis manifestus est ad sensum: sed secundus nullo sensu comprehenditur, sed ratione, & discursu demonstratur.

1. de aïa. com.32. Octaua contradi. est in cō.32. Nullus, inquit Commen. & Philosophus, posuit ter- Solutio. ram esse principium. Oppositum habetur de Hesiodo.1. meta. tex. cō.14. Soluitur. intelligitur de naturaliter loquentibus, quorum nullus posuit solam terram esse principium. instantia de Hesiodo cessat, quia ipse fuit leges imitatus, & Theologiam metrice composuit, vt est famosum.

1. de aïa. com.37. Nona contradi. est in.37. cō. Quia dicit, q; motus essentialiter attribuitur homini per pedes. Oppositum.6. phy.59. &.7. physi. cō.4. de corde. Solutum fuit.7. physi. cō.4. Solutio. sed illi solutioni addo, q; licet motus progressiuus attribuatur homini essentialiter per pedes, quia motus progressiuus habet per pedes fieri, tamen radix istius motus est à corde.

Decima contradictio est in cōmen.43. 1. de aïa, com.43. Motus est transmutatio rei in sua substantia. Oppositum.1. phy.53. &.5. phy. tex. cō.7. Soluitur. argumentum est ad hominem, Solutio. nam Antiqui posuerunt animam esse motū: ergo non nisi substantialem, quia anima est substantia. & ideo contra illos ibi arguitur, & dictum Auer. ex ipsorum ore sequi, & prodire videtur.

Vndecima contradi. est in tex.48. Arist. 1. de aïa. tex.48. & Commen. videntur dicere quietem esse magis propriam animæ, quàm motum. & Alexan. in paraphrasi cap.6. vbi probat animam fm se mobilem esse, expresse dicit q; magis proprium magisq; fm animæ naturam esse videtur frui potius quiete, quàm motu. Sed huius oppositum habetur à Themistio in principio libri de anima cap.1. inquit animam esse fontem & initium omnium motuum. Item oppositum huius inuenimus ab Auer. in lib. destructio destructionum. disputa.15. in solutione primi dubij. vbi inquit q; intentio cœli apud homines est ipsemet motus, in eò q; est motus, nam perfectio animati, in eò q; est animatum, est motus. quod non esset verum, si anima, per quam vnum viuit. esset magis causa quietis, quàm motus. Amplius mot⁹ est tanquam vita omnibus natura constantibus. & ipse Cōmen. exponit hoc de motu cœli. sed ille, cum sit circularis. est animæ. Nisi esset, q; mot⁹ animæ alij sunt veri, alij Solutio. existimati, vt dicit Commenta.2. de anima côm.37. motus veri sunt localis, alterationis, & augmenti. motus existimati sunt sensatio, & intellectio, & isti dicuntur.3. physi. motus æquiuoce. Arist. igitur & Alexan. authoritates habent sic intelligi, q; animæ motus existimati magis perfecte fiunt nobis quiescentibus, quàm motis, vnde iudicium sensus & intellectus impediuntur ex reali motu & alteratione corporis, vt patet in ebrijs, infirmis, & id genus. Non igitur est sensus q; natura animæ potius est initium quietis & motus priuatio in corporib⁹ animatis, quàm motus sed eo modo, quo diximus. Arguitur enim contra Antiquos hic, qui animæ essentiam definiebant per mo-

tum, ita quòd sit eius quiditas in motu constituta.

1. de aīa. tex. 48. Duodecima contradi. est super eod. tex. Aristo. scribit quòd intelligentia assimilatur potius statui, quàm motui: vbi Themis. & alij expositores colligunt motum esse magis alienum à natura animæ quàm statum. Sed huius oppositum habetur à Themistio primo de anima, vbi dicit animam esse originem & fontem omnium motuũ.

Solutio. Soluitur. Aristo. Arguit contra Antiquos, qui ponebant motum esse de essentia animæ, ita quòd constituitur per motum. sicut venti & fluuij, quorum essentia cõsistit in motu. & Aristo. improbat, quia motus impedit propriam animæ actionẽ, & quies magis perficit. vnde intellectio, quæ est præcipua animæ operatio, magis perficitur in quiete, quàm in motu. vnde sobrij, & senes, & corpore quieto, & in silentio, motus melius intelligimus, quàm ebrij, iuuenes, & qui lacessito sunt corpore, & qui interdiu intelligunt. cum hoc tamen stat, vt anima sit fons omnis motus, præsertim quia motus animæ est circularis, qui est fons & origo omnium aliorum motuum, vt patet ex octauo physico. Vnde anima vt inquit Cõmen. est principium omnium motuum, tam verorum, quàm existimatorum. tamẽ animæ actiones, præsertim intellectus magis impediuntur à motu corporeo, quam à quiete. vnde confectum est vt sedentes iudicent.

1. de aīa. com. 51. Decimatertia contradi. est in cõmen. 51. dicit Commen. quòd causa, propter quam cœlum moueri melius sit quàm vt quiescat, & ꝙ circulo moueatur meli⁹ sit quàm motu recto, primæ philosophiæ est. Sed oppositum secundi patet. 1. cœli tex. cõmẽ. 12.

Solutio. Soluitur. quid inconuenit idem ingredi diuersas scientias speculatiuas, ſm diuersas consyderationes? certe nihil. patet. 2. physi. cõ. 71. Dico ꝙ principia sensibilium à Diuino consyderantur, & causæ, sed altiori modo quàm sit modus naturalis. vnde quare aliquid melioris rationem habeat, hoc potest consyderari ab artifice consyderante finem, & præcipue primum finem, qui est ratio bonitatis in omnibus, talis autem à Diuino consyderatur. Naturalis autem assignat istorum rationes sensibiles, & existentes in motu. Vide ergo bene & consydera dicta Commentato. 12. metaphysi. cõmen. 1. 5. 6. &. 29. vide commento. 5. &. 9. septimi meta. & commen. 3. tertij metaphysico. & sic intelliges quod diximus tibi. sufficit nobis loca tibi ostendere. non oportet omnia scribere. breuitati indulgere volumus.

1. de aīa. com. 64. Decimaquarta contradi. est in cõmen. 64. Motus sensationis finis ei⁹ est in anima, & principium eius est ab extra. Oppositũ patet commen. 3. huius primi de anima.

Solutio. Soluitur. hic comparat sensationes animæ eiusdem raionis. nam sensationes interiores quædam rectæ fiunt, & quædam reflexæ. vnde prima incipit ab obiecto, & terminatur vltimate in vltima virtute sensitiua, quæ est memoria, deueniendo per sensus exterinsecos & intrinsecos, tanquam per media, sed sunt quędam, quæ reflexo gradu ac retrogradu procedunt. & istæ incipiunt ab anima, & terminantur ad extra, in tantum quòd, vt dicit Commentator in tertio colliget, cap. 38. ex hoc potest reddi ratio visionum, quæ contingunt melancholicis, & mulieribus dicentibus se videre mortuos, aut dęmones, aut aliquid huiusmodi. Sed hoc dixit ipse, quia non credidit Deo, nec veritati. sit maledictus. quia etiam veræ visiones angelorum fuerunt non tantũ imaginatiæ: licet hoc quandoque possit esse ex sola imaginatione, & defluxu idoli formati vsque ad exteriorem sensum, sic igitur intelligitur dictum eius hic. Sed in commento tertio primi huius comparauit sensationes diuersarum rationum, quarum quædam magis tenent se ex parte corporis, sicut somnus & sensatio, quæ in somno fit. ista enim accidentia ligant animam. & ideo terminantur ad ipsam: quia à re corporali effumante causatur somnus, & ligamentum fit in sensu communi. similiter motus ille est à circunferentia ad centrum. vigilia autem est accidens formalius. & ideo tenet se magis ex parte animæ: quia est solutio ligamentorum, & est ratio, propter quam anima operatur, & in ea fit motus de centro ad circunferentiam. Et ideo dicit Commenta. quòd sensus, & imaginatio, quæ in vigilia fiunt, incipit ab anima, et redundat in corpus.

1. de aīa. com. 69. Decimaquinta contradi. est in commen. 69. Scribit ibi Commenta. quòd si in aliquo corpore sola quantitas remaneat, possibile est ibi imaginari mouens & motũ. Huius oppositum sequitur ex dictis suis. quarti physicorum commen. 71. ibi enim dicit quòd elementa posita in vacuo non possent moueri: & tamen in casu ibi esset quantitas. Soluitur. dico ꝙ dictum suum hic sequitur ad hominem. nam illi, contra quos

quos arguit, dicebant, q puncta illa erant corpora, & cùm non sint elementa, sequit q essent ex elementis causata. talia autem bene possunt imaginari posse remoueri, sola quantitate remanente, cùm habeant intrinsecam resistentiam. Motus etiam imaginarius est res ampla satis. dicunt enim Mathematici punctum ex sui fluxu causat lineam, & fluxus lineæ causat superficiem: & superficies fluens causat corpus. omnia aũt ista ad imaginationem vera sunt, non autẽ secundum rem ipsam.

1. de aĩa. tex. 78. Decimasexta contradi. est in cõm. 78. Dicitur q impossibile est vt substantia sit elementorum aliorum oppositum. 12. metaphy. 22. Fulcitur etiam hoc idem. 4. meta phy. cõ. 2. vbi dicitur substantiam esse causam omnium non fm agens & finem, sed fm subiectum. Solutio. Soluitur. principia duplicia, propinqua, & remota. principia remota possunt esse eadem respectu omnium prædicamentorum. sed principia propinqua minime. glosa est Auer. cõ. 22. iam allegato in. 12. meta. hic autem loquitur Cõm. de prncipijs propinquis, quando dixit q substantia non est elementum aliorum. & reddens causam subdit, dicẽs, principia. n. non substantiæ sunt non substantiæ.

2. de aĩa. tex. 79. Decimaseptima contradi. est super tex. 79. Dicit Aristo. hic, q ossa non sentiunt. Sed huic aduersatur Gale. in. 2. de crisi, vbi ponit differentiam inter rigorem tertianæ, & quartanæ, vbi dicit q in rigore quartanę fit læsio vsque ad ossa, ita q quidam conquæsti sunt se dolere in ossibus. Hoc etiam contradicit sensui in laborantibus morbo gallico, qui plurimum conqueruntur se dolere in ossibus. Solutio. Nisi esset q sensus communicatur ossibus mediante panniculo inuoluente illa, sed fm sui substantiam sensu carent. sicut est de substantia cerebri, pulmonis, & hepatis, quibus sensus illo modo cõmunicauit fm peritos Medicos.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

Super Secundo de Anima.

2. de aĩa. tex. 2.
PRima contradi. est super tex. 2. Aristo. diuidit substantiam trimembri diuisione, videlicet in materiam, formam, & in substantiam compositam ex materia & forma. Sed oppositum habetur. 7. metaphy. tex. commen. 44. vbi dicit, q dicitur quatuor modis. & ita etiam asserit Cõmen. in. 8. metaphysi. cõ. 2. Soluitur. diuisio substantiæ, alia est fm famam, alia fm rei veritatem. diuisio fm famam est quatrimembris, quia vltra tria membra, quæ sunt materia, forma, & compositum ex materia & forma, est quartum. & est vniuersale, quod fm Antiquos erat substantia. quia autem Ari. in. 7. vult inquirere de hac opinione, vt dicit Cõm. in cõ. 44. vtrum vniuersalia sint substantiæ rerum particularium, induxit ibi istam diuisionem, quæ famose dicitur de quatuor: non quia ista sit opinio eius. nam ibi late probat nullũ vniuersaliter dictorum substantiam esse. qñ igitur loquitur ex mente propria diuidit substantiam in materiam, formam, & congregatum: sed quando loquitur fm famã. diuidit substantiam in materiam, formam & congregatum, & vniuersale.

Secunda contradictio est in commen. 2. 2. de aĩa. com. 2. Dicitur q per formam indiuiduũ fit hoc. Oppositum apparet. 12. meta. 14. &. 1. cœli. 92. &. 1. meta. cõ. 40 vbi patet q per materiam. Soluitur. à forma indiuiduali habetur principialiter indiuiduum hoc, quod est. Solutio. Et est ista sententia eius manifeste 7. meta. cõ. 5. vbi dicit q Philosophus loquit de principio indiuidui, & dicit q talis est substantia, quæ est forma, & per illam substantiæ demonstratæ sunt substantiæ, & vnum. Materia etiam concurrit, tamen minus principaliter quàm forma. Accedit ad hoc q, vt declaraui prolixe ĩ quæstione mea de principio indiuiduationis, alia est indiuisio entitatiua, & alia quantitatiua. vnde entitatiuam indiuisionem principaliter habet à forma, quantitatiuam autem appropriate videtur habere à materia: cùm quantitas videatur materiam consequi. Sed de his latius dictum est à nobis in quæstione illa: & illic vide.

Tertia contradictio est in tex. 3. Aris. dicit q corpora maxime videntur esse substãtiæ, 2. de aĩa. tex. 5. & horum naturalia. quod Cõ. in cõ. & Ammonius, referente Philopono ibidem dicũt habere veritatem, fm q est famosum magis, & vt apud multorum hominũ cognitionem, vt dicit Philoponus. sed huius oppositum inuenimus apud Auer. in epitoma, seu paraphrasi meta. tract. 1. cap. de substantia, vbi dicit q magis famosa ex significationibus substantiæ est illa, quæ dicitur de indiuiduo substantiæ. & reddit causam, quia omnes Philosophi indicant illud esse

substantiam. igitur videtur quod non secundum vulgus. immo etiam secundum Philosophos indiuidua, & corpora naturalia composita dicuntur substantiæ. Soluitur. Auer. comparat ibi ad significationes substantiæ alias positas ab eo ibi, videlicet ad prædicata, quæ sunt genera. & species, vel differentia, quæ notificant quiditatem indiuidui prædicamenti substantiæ, & ad aliam significationem, vbi substantia capitur pro omni, quod iudicat quælibet definitio, siue sit definitio substantiæ, siue accidentium. & illa ratione Philosophi iudicant solum iudicium prædicamenti substantiæ ex rebus ad prædicamentum substanitæ, & aliorum prædicamentorum esse substantiam in relatione ad prædicata vniuersalia, quæ sunt in prædicamentis quibuslibet. quia voluerunt ex mente Arist. 7. meta. tex. com. 44. & infra numerum vniuersalem substantiam esse. Vnde Comé. 1. meta. có. 45. dicit Arist. opinabatur quod intellecta rerum notificantia notificant substantias rerum, sed non sunt substantiæ earum. Et ista consyderatione substantia etiam apud Philosophos vere non dicitur de aliquo vniuersali, sed de particularibus, quia verus respectus est particularis, & non vniuersalis. 12. meta. tex. cóm. 27. authoritate Alexan. &. 1. de gene. & corru. tex. có. 59. melius est esse secundum indiuiduum, quàm secundum speciem. Sed, si comparatio Philosophorú fiat ad partes componentes istud indiuiduum compositum ex materia & forma, in hoc est discordia apud vulgus & sapientes, quia vulgus ignorat materiam & formam. Vnde Commen. authoritate Alexá. dicit in. 2. phy. có. 9. & habetur in primo meta. genus causa formalis latuit vsque ad tempora Socratis. nam Antiqui credebant omnes formas esse accidentia. Similiter natura primæ materiæ latuit vere omnes vsque ad tempora Platonis & Aristo. præsertim. Plato enim, vt inquit Cómen. 3. cœli nihil sciuit de prima materia. sic igitur apud vulgus maxime famosum est substantiam dici de corporibus compositis naturalibus, quæ sunt indiuidua prædicamenti substantiæ. sed Philosophi dicunt quod etiam causæ istorum sunt substantiæ, vt materia, & forma. sed an magis forma, in hoc est quæstio etiam apud sapientes quia Có. & sequaces tenent formam. & Albertus etiam hic: sed Alex. & Simplicius. 1. physi. tenent compositum. sed de hoc alibi dixi.

Solutio.

2. de aia. tex. 3. Quarta contradi. est super eod. tex. Ari. & Có. dicunt quod illud dicitur habere vitam, quod habet per se, seu essentialiter alimentum & augmentum. Sed huius oppositum habetur. 1. de anima tex. có 39. vbi dicitur nihil esse essentialiter motum ex se in motu augmenti & alterationis: quia motú ex se non est nisi in loco, vt habetur etiam. 8. phy. có. 60. & in. 2. de anima có. 50. Itē secundum hoc sequitur vt embryo non sit vnus, quia non nutritur per seipsum, i. per sua organa, sed per venā vmbilicalē. Nisi esset quod primo de aīa ōnditur aīam non mouere seipsam essentialiter, neq; motu alterationis, neq; motu augmenti: quia motus alterationis attribuit corpori per se, & formæ nó nisi per accidens: & similiter augmentatio attribuitur toti, rationi partium. & hoc suffecit Arist. contra Antiquos ibi ab probãdum animá non posse mouere se essentialiter, neq; motu alterationis, neq; augméti. hic vero illud dicit vnum per se, quod habet per se nutrimentum & augmentum, i. quod habet intrinsecum principium istorum motuum in quantum tale. Quomodo autem in motu locali sit motum ex se vere, & qúo in alijs motibus aliquo modo, & potest esse motú ex se, dicemus infra in. 2. de anima. cóm. 50. Ad id autem, quod de embryone dicebatur respondetur quod viuit, quia non potest esse augmentum sine vita & nutritione. cùm igitur augeatur, nutritur necessario Tamen dicamus, quod cum sit alligatus matrici, nutritur mediante vena vmbilicali, quæ attrahit sanguinem à matrice, & defertur ad mébra eius. in quibus digeritur & demandatur ad reliqua membra. Vnde membra matricis præparant sibi nutrimentum, sicut etiá matres infantibus masticant cibum, tamé nutritio fit per se in membris proprijs infantibus, & à proprijs virtutibus. & hoc sufficit. Vtrum autem embryo in illo casu sit animal, dubium est. quia quæ habent solum sensum tactus, prius dicuntur zoophyta, quàm animalia. Amplius animal est substantia animata sensitiua: sed fœtus non est in vtero aptus exire in vsum omnium sensuum, vt clarum est. igitur non videtur proprie animal esse. Et confirmatur, quia animalium propium videtur posse mouere seipsum in loco secundum totú, & quiescere se, vt dicitur. 8. phy. tex. có. 29. sed fœtus alligati in matrice, si mouentur, non mouentur ex se, quia sunt coniuncti cum matrice, sicut fructus cum arbore. Vnde sicut animalia ostreacei generis affixa petris, licet dum pungantur, moueantur, non tñ proprie animalia sunt, sed zoophita. i. ancipitis naturæ in-

Solutio.

tæ inter plantas & animalia. Respondetur, vt habetur ab Ari.in.2.de generatione animalium cap.3.Anima vegetatiua prius tépore pręcedit sensitiuam:& sensitina rationalem.non enim simul animal est & homo,aut equus.vnde natura gradatim procedit ab inanimatis ad animata.vnde iacto semine in matrice,quando fit conceptus, & aggregatur menstruum & semen maris, & coagulantur ante animationem,tunc illud est in genere inanimatorum. sed aduenien te anima est in genere plantarum,i.viuit vita animæ,quæ inuenitur in plantis.postea, quia vltra ꝙ nutritur,augetꝰ, mouetur etiá in matrice, cum qua est colligatus fœtus mediantibus cotyledonibus,seu acceptabulis,dicitur esse zoophitum.quando vero est extra,& potest se mouere,est animal perfectum.vnde dato ꝙ non possit generare,dúmodo possit se de loco ad locum mouere, hoc sufficit vt sit animal perfectum. Nam multa etiam animalia perfecta sunt, quæ generare non possunt,vt muli, & id genus, licet omne,quod generatur,sit animal perfectum,sed non conuertitur.Et ita proprie loquendo fœtus animatus in vtero potius dicitur esse in genere illorum, quæ à Græcis zoophita dicuntur,quàm in genere animalium simpliciter & absolute dictorum.

2.de aía. tex.3. Quinta contradict. est super eodem tex. Quia Arist. hic vitam appellat, & describit sic,quæ per ipsum fit nutritio & augmentatio.Sed huius oppositum habetur infra in tex. cõ.13. vbi dicit viuere autem multipliciter dicto Ampliꝰ corpora cœlestia sunt viuentia.2. cœli tex.commen. 60. & debet dicere vita intellectualis.12.met.te.cõ.39.

Solutio. Nisi esset,ꝙ non ideo Arist.vitam illo modo describit,quia opinetur nõ aliam esse vitam:immo vita sensitiua,& appetitiua , & intellectiua vitæ sunt,& in altiori gradu ꝗ nutritiua.nec ideo illo modo describit vitá, quia sola illa viuere dicuntur, quæ augentur & nutriuntur.nam cœlestia,vt arguebatur,viuunt,& non augétur,nec nutriuntur, nec aliqua alteratione passiua transmutantur.1.cœli.20.& infra. Sed vel hoc ideo fecit,quia in mortalibus,de quibus est sermo eius in lingua Græca hoc est famosum , vt dicit Cõmen.vel quia conuenit cum Platone,ꝙ proprium animatorum est ex intrinseco moueri, vt patet. 8.phy.tex.cõm.29.& habetur.1.de anima.tex.cõ.19. ideo vltimá in talibus sumpsit vitam, ostendens etiam talem participare motum quendam. nam est mutatio quędam fm qualitaté & quantitatem nutritio & augmentatio, vt dicit Simplicius.

Sexta contradi. est in cõ.3. Non dicitur mortuum, nisi animal, quod caret principio nutrimenti & sensus insimul,non principio sensus & motus tantum. Sed oppositum videtur primo de anima cõ.vlti. vbi dicit ꝙ non dicitur mortuum , nisi animal, quod caret principio, i vita, non principio sensus & motus insimul.In vno.n.loco vult ex sola carentia vitæ,s. vegetabilis, animal mortuum dici:in alio vero ex carentia vitę & sensus insimul. Soluitur, ꝙ hic loquitur fm suũ idioma,quia dicit in Arabico, &c. sed primo de anima fm idioma Græcorũ, qui volunt mortem esse carentiam nutritiuæ animæ.vnde & in plantis mors reperitꝰ. — 2.de aía. com.3. — Solutio.

Septima contradi.est in eodem.cõ. Ponderat Cõm.quare Philosophus dixit ꝙ corpora viua habent principium essentialiter se augendi.dicit ꝙ illud dixit, propter aliqua,quæ non sunt viua , & in talibus videtꝰ esse aliquid simile augmento,sicut est lapis, de quo etiam patet.1.cœli.cõ.22.&.1.de generatione.38.videtur igitur Cõm.velle aliquid esse,quod habeat principium essentialiter se augendi.Sed huius oppositum patet infra in tex.cõ.39.primi huius,vbi habetur ꝙ nihil augetur essentialiter ex se.Soluitur, ꝙ ibi intelligitur,ꝙ nihil augetur essentialiter,i.sine alio motu præcedente:quia augmentatio debetur partibus per alteratioñe & motum præcedentem,toti vero attribuitur ratione partium.& hoc fuit satis Arist. contra Platonem ibi,ꝙ anima non est primo mota in augmento à seipsa . in hoc vero loco intendit ꝙ corpora viuentia habent principium essentiale, i. intrinsecum , per qđ augentꝰ.& sic sedatꝰ discordia hic, & ibi. — 2.de aía. com.3. — Solutio.

Octaua contradi.est in cõ.4.Dicit Cõm. subiectum accidentis esse ens in actu. Huiꝰ tamen oppositum sentit ipse primo cap. de substan.orbis,vbi ponit dimensiones interminatas fundari in materia prima,quæ est ens in pura potentia. Dicendum, ꝙ aliqui ex ista authoritate moti ponere conati sunt de intentione Auer.formam corporeitatis substantialem materiæ primæ coæternam, quia volunt subiectum cuiuslibet accidentis esse ens in actu .Et ista positio bene fuit Auic. vnde Cõmen. 4.cœli cõ.40. expresse habet ista verba.& similiter est de tribus dimensionibus cum prima materia,s.ꝙ sunt primæ formarum existétium in ea in actu. & ideo putauerunt quidam ꝙ corporeitas est substantia.Ecce ꝙ ex intentione aliorũ. — 2.de aía. com.4.

Cõmen.

Commen. dicit primam formam materiæ esse corporeitatem substantialem: sed ſm ipsum prima forma est corporeitas, quæ est trina dimensio. Dicamus igitur quod accidentia duplicia sunt, terminata & interminata. tunc dico quod dictum Auerro. hic habet locum de terminatis: dictum verum suum in primo capitulo de substantia orbis est de interminatis. conueniens enim est, quod terminata non haberent consimile subiectum, quale habent interminata, nisi actus fieret potētia, & forma esset materia: quod impossibile est. nam terminatio insequitur formam & actum. 7. meta. 49. sed interminatio potentiam & materiam. Sed magnificentia tua fecit replicam subtilem meo iudicio hic, quia tunc saltem forma substantialis non differret ab accidentibus interminatis: quia, sicut subiectum formæ substantialis est ens in potentia, ita per te accidentium interminatorum est ens in potētia. Et sic differentia, quam ponit Commē. inter formam substantialem & accidentalem, est vniuersaliter vera tam de accidentibus terminatis, quàm de accidentibus potentialibus, & interminatis. Soluitur. nam Auerro. non solum ponit differentiam inter formam substantialem & accidentalē penes hoc, verum etiam penes aliud, quod est quòd forma substantialis est pars substantiæ, non autem forma accidentalis. per fundari igitur in subiecto, quod est pura potentia, distinguitur ab accidentibus terminatis forma substantialis: & per esse partem substantiæ, vniuersaliter ab omnibus distinguitur: siue terminata, siue interminata fuerint.

nota Instantia.

Solutio.

Nona contradictio est in tex. 6. Arist. declarans quomodo plantæ habent instrumēta, dicit quod folia sunt cooperimentum eius, quod est circa fructum. Sed in. 2. physi. tex. commen. 80. expresse dicit folia esse tegmē fructus. Facilis est solutio. nam Arist. hic loquitur de illo, cui immediate deseruit foliū & est id, quod est circa fructum, sed in. 2. de anima de illo, ad quod principaliter & mediate, & est fructus ipse. quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis est. Vnde volui notare tibi hoc propter duo. Primum, vt scias intentionem naturæ in generatione plantarum & animalium maxime solicitam esse de seminibus, in quibus consistunt virtutes influitæ diuinæ, ex quibus fit perpetuatio in specie secundum successionem, & omnia ad illa videtur natura dirigere. nam & herba, & stipula, & gluma, vt inquit Themist. in secundo physicorum, cæteræque id genus multiuges formæ, quæ antequā maturesceret triticum, subinde alteræ post alteras creabantur, videntur adeo omnes ad triticum proculdubio intendisse id simul atque consecutæ sunt, quies quædā, & veluti status innascitur, vt manifestum sit ea omnia tritici gratia præcessisse. Et idē contingit in multis animalibus insectis, vbi est varia formarum successio, tendens ad vnum finem, vt videre potes in. 5. de natura animalium, cap. 18. vbi etiam vide exemplum de bombyce, ex quo fit sericum. Secundum est, vt scias apud Aristo & Græcos differentiam esse inter carpon & pericarpion. quia carpos est semen ipsum, sed pericarpion est id, quod est immediate circūfusum & complectens ipsum semen. verbi gratia in ficu, parua illa semina, quæ sunt instar grani milij, sunt fructus ſm Arist. qui carpos græce dicitur. sed totum illud humidum, circunstans illa semina vna cum pelle illa extrinseca appellatur pericarpion, quod Latini pulpam appellant. & Plin. plerunque dicit carnem, vt caro mali cotonei, & id genus.

2. de aīa. tex. 6.

Solutio.

Decima contradictio est in cōmento. 7. Scribitur quod non est dubium, quō ex anima & corpore fiat vnum. Sed oppositum fuit per tex. cō. 92. vbi contra Platonem fuit dubitatum, quō ex anima & corpore vnum fiat. Soluitur. dubium esset quō ex anima & corpore vnum fiat, si animę plures essent in eodem distinctæ loco & subiecto, sicut imponitur Platoni dubium iterum esset, si anima ipsa esset corpus. sed apud tenentē animam esse formam non compositam ex materia & forma, & per cōsequens actum, & tenendo corpus esse potentiam, nullum est dubium, quō ex materia & forma vnū fiat. quia hoc est, quia hoc actus, illud vero potentia. 8. meta. tex. cōm. 15.

2. de aīa. com. 7.

Solutio.

Vndecima contradi. est in eodem cō. dicit Cōm. quod ens & vnum per prius de forma dicitur, quàm de congregato. Huius oppositum dixit supra cō. 3. Soluitur. composita sunt magis entia ſm famositatem, quia omnibus nota sunt: sed ſm veritatem forma est per prius ens, & vnum, quàm compositū. 7. meta. tex. cō. 7 Nec videatur tibi hoc mirabile, quia in simili Cō. 2. meta. cō. 16. dicit quod ista inferiora sunt magis naturalia ſm famositatem. cùm tamen clarum sit quod secundum naturam superiora sint naturalia magis

2. de aīa. com. 7.

Solutio.

Duodecima contradi. est in cōm. 8. Scribit Commenta. quod, cùm auferuntur formæ naturales

2. de aīa. com. 8.

naturales, auferuntur materiæ. oppositum primo phy. 82. vbi dicitur q; est æterna, & non destruitur destructis formis, quarum nulla est ibi perpetua, de substantialibus lo-
Solutio. quendo. Soluitur. intelligitur de materia secunda, quæ rectius subiectum quàm materia dicitur. talis enim est habens formam: & ideo talis non est natura, sed habens naturam. 2. physico. commen. 10. materia autem prima, quæ vere materia dicitur, non corrumpitur corruptis formis particularibus, quia non dependet in esse ab hac forma vel illa, sed à forma secundum speciem successiue in ea succedente. semper enim stat cum aliqua & si esset sine omni forma, tunc non ens actu esset ens actu s'm viã eius. 2. physicorum commen. 12. Vnde. 12. metaphysi. commen. 14. materia ab omni forma separata non est ens extra animam, sed est ens rationis.

2. de aĩa. cõm. 8. Decimatertia contradi. est ibidem. Dicit Commen. q; nomen in rebus artificialibus primo dicitur de materia, secundo de congregato ex materia & forma. Oppositum huius habetur. 5. metaphysi. cõmmen. 14. contra Auic. vbi vult quòd denominatiua per prius significant formas, & secundario subiectum. cuius oppositum Auicen. dicebat. Aliqui dixerunt super hoc, quòd ibi loquitur de prima significatione ex primo modo significandi. vnde concretum accidentale ex primo modo significandi importat formam. ex secundo modo significandi importat subiectum. & hic loquitur de primo significato: quia primum significatum est congregatum, vel ipsum subiectum. Istã solutionem non intelligo. quia non est modus significandi, nisi respectu rei significatę. & ideo responsio ista seipsam interimit, sicut vides, quia nihil diuersum dicit, nisi quantum ad verba. Iohannes autem de Ianduno multa etiam dicit in. 5. metaphysi. quæ quia confusa, & sine fundamento ex maiori sui parte dicuntur, omitto. Dico autem ego q;, si volumus videre quid nomen significet, oportet nos cognoscere actum & distinctionem actus. Nam vt scribitur. 9. metaphysi. tex. commen. 7. Nomen vero actus, qui ad perfectionem annectitur, aduenit etiam in alijs, maxime ex motibus. &. 8 meta. cõmen. 7. nomen imponitur rei s'm q; est in actu. Actus autem duplex est, & accidentalis, & substantialis. primus dat esse simpliciter, secundus dat esse s'm quid. accidentalis iterum duplex, quidam à natura inductus, & quidam ab arte. Nam secundũ Auer. 2. physi. 13. omnes formæ artificiales sunt accidentia. in rebus igitur compositis ex materia & forma substantiali nomen primo significat formam substantialem, compositum est in actu simpliciter, secundariò autem significat compositum. Nomina autem compositorum ex materia, & forma accidentali à natura producta videntur primo significare formam, secundario materiam; quia talia composita vt sic non habent esse, nisi per formam accidentalem. nam licet Socrates simpliciter habeat esse per formam substantialem, tamen esse album habetur ab albedine, quæ est actus secundum quid perficiens. Et ideo nomina denominatiua talium accidentium, cùm importent talem compositionem ex subiecto & accidente, sicut patet primo physico. commen. 15. album significat albedinem & recipiens albedinem, ideo primo significat albedinem, secundario subiectum, sicut patet contra Auicen. 5. metaphysi. in cõm. 15. Sed in nominibus rerum artificialium dubium est quid primo significent talia nomina. Nam, si hoc fundamentum imitari voluerimus, q; nomen imponitur rei secundum q; est in actu, videtur q; nomina artificialium primo importent formam, & secundario materiam. Nam, sicut scribit Cõmen. in secundo physico. super tex. com. 13. formæ artificiales, licet sint accidentia in corporibus naturalibus, tamen constituũt res artificiales, secundum q; sunt artificiales: quemadmodum formæ naturales constituunt res naturales. & subdit. Si igitur naturalia sunt substantiæ, necesse est, vt formæ naturales sint substantiæ. quemadmodũ artificialia s'm q; artificialia sunt accidentia, ideo formæ artificiales sunt accidentia. & hoc apud me cõcludit, Quicquid dicant alij, dico de intentione Auer. artificiale duobus modis concipi posse, vno modo, vt est indiuiduum substantiæ, & vt habet esse in actu simpliciter & absolute. Nam hoc nomen scãnum videtur importare ex communi hoĩum acceptione aliquid in actu, sicut hoc nomen lignum & lapis. alio modo potest sumi scãnum, vt est res artis. & primo quidem modo loquitur Cõ. 2. de anima. cõ. 8. qñ dicit q; nomina rerum artificialium primo significant materiam, & secundario formam artificialem, nam talia actualitatem habent de se vt quod, licet vt quo, ratione formæ substantialis. & quia tale indiuiduum substantiæ comparatur ad formam artificialem, vt materia ad

ad actum, quia formæ actus fundantur in composito ex materia & forma à natura producto, ideo nomina talium artificialiũ, vt sunt nomina indiuiduorum substantiæ primo significant substantiam quàm accidens, quia per substantiã talia sunt in actu simpliciter, non per accidens. sed, si talia nomina sumantur vt sunt nomina rerum artis, quia vt sic quiditatiue sunt accidentia, sic talia primo significant formam, à qua habent tale esse ſm quid. quàm substantiam. non enim video quomodo formæ artificiales, cùm sint de quiditate rerum artificialium, quare non importabunt primo eas. Et dictum Auer. non contradicit huic sententiæ, si bene aduertis. Nam hic dicit in rebus igitur artificialibus significat nomen indiuiduum substantiæ ſm suam primam significationem, quia significat materiam, & in rebus naturalibus demonstrat ipsum secundum suam primam significationem, quoniam significat formam. ecce ꝙ consyderat nomen rei artificialis, vt est indiuiduum substantiæ, cui forma artis inhæret. & ista est syncera veritas, nec aliter dicere posset ipse Auer. si vult à contradictione remoueri, etiam si ab inferis reuiuisceret. Dicta autem Modernorum hic nullam prorsus vim habent, sicut tu poteris ex dictis nostris iu dicare. Recto enim & ipsum, & obliquum cognoscimus, sicut dicit Philosoph⁹.

2. de aïa. tex. 10. Decimaquarta contradi. est in te. 10 Ari. dicit ꝙ animal est corpus & anima, sicut oculus pupilla & visus. Sed huius oppositũ habetur in. 7. primæ philosophiæ in tex. cõ. 60. vbi dicitur ꝙ syllaba Ba non est B & A, nec caro ignis & terra. Et confirmatur per rationem. quia ratio vniuscuiusq; & substãtia est id quod semel: quia omne per se vnũ est vnum per vnam formam. 5 metaphysi. tex. commen. 19. vbi dicitur ꝙ sex non est

Solutio. bis tria, neque ter duo. Nisi esset ꝙ totum dicitur esse suæ partes simul iunctæ integratiue. Vnde per cõparationẽ ad causas ꝓpinquas, aïal non est nisi corpus & anima, quia istæ sunt duæ causæ propinquæ adæquatæ, ex quibus componitur, tamen ratio animalis formaliter est distincta à ratione corporis & animæ, etiam simul iunctarum quia animal formaliter non est corpus & anima propter iam assignatam rationem. Si enim totum quantitatiuum dicit rationem formalem distinctam à partibus etiam simul iunctis, multo fortius est de toto essentiali.

2. de aïa. tex. 13. Decimaquinta cõtradict. est super tex. 13. Arist. ibi enumerans virtutes, seu potestates animæ, non enumerauit appetitum: & tamen tertio de anima tex. cõ. 52. Appetitus est potentia animæ, & concurrit vt efficiẽs in animalibus vnà cum imaginatione ad causandum motum progressiuum, vt ibi dicitur. & similiter in. 2. de anima. tex. cõ. 27. enumeratur. Nisi esset ꝙ ad intellectũ debet reduci appetitus intellectiuus, qui est voluntas, & ad sensum debet reduci appetitus sensitiuus. nã vbi est sensus, ibi etiã est dolor, & voluptas. vbi autem hæc sunt necessario est desyderium. 2. de anima. tex. commen. 20. Etenim Peripateticorum sententia est, ꝙ virtus cognoscens & appetitus est vna secundum rem, & differunt ſm q̃d quid erat esse, i. secundum rationes formales. Vnde lucidissimus Themistius in tertio de anima cap. 48. super tex. cõmen. 29. expresse dicit quòd appetitio, sensus concupiscentia, & desyderium dicitur: appetitio intellectus voluntas. ac subiecto quidem idem est sensus & appetitio eius, sed ratione cogitationeque discrepant. Eodem modo intellectus & voluntas idem sunt, sed diuersitatem essentiæ & definitiones enarrãt. Idem tenet Commen. in. 3. de anima, in cõ. 49. Et aduerte hic, vt notat Ammo. ꝙ in isto tex. 13. Aristot. diuidit animam in suas potestates. cuius argumento est, quia dicit vt intellectus & sensus. & licet dicat de motu ſm locum, & statu, & motu alimenti, per hoc debet exponi, idest principia istorũ motuum. & licet Cõmen. in com. videatur dicere ꝙ ista diuisio est de operationibus virtutum animæ, ab ipsa tandem veritate coactus in principio cõm. 15. vbi ponit continuationem, expresse testatur diuisionem istã esse de virtutibus animæ. quod nota. Solutio.

2. de aïa. com. 16. Decimasexta contradictio est in cõmẽ. 16. Viuere dicitur de nutrimento & augmento solum. Sed oppositum dixit supra tex. commen. 13. Soluitur. hic sumitur nomen vitæ præssius, ibi vero latius. Solutio.

2. de aïa. tex. 20. Decimaseptima contradict. est super tex. 20. Aristo & Commen. asserunt, ꝙ vbi est sensus, ibi est imaginatio, & appetit⁹. quod probant. quia vbi sensus, ibi dolor, & voluptas consequitur, vbi autem hæc sunt, necessario & desyderium est. & ita videtur ꝙ nõ possit esse sensus sine appetitu. Huius tamẽ oppositum memini me legisse apud Alex. in paraphrasi de anima, in cap. de impulsu, & vi impulsoria, vbi ĩter alias d̃rias, quas ponit inter appetitũ & vim sensualem, hæc est vna, ꝙ oĩno ante appetitum sensus semper est

est, non semper autem post sensum est appetitus. quod si ita se habet, non vbicunque altera harum potestatum est, ibidem semper alteram esse contingit, & est expressa contradictio, sicut vides. Nisi esset q; Alex. loquitur de appetitu, qui est principiu motus localis determinati in animalibus perfectis inuenti. Vnde ista se habent per ordine, imaginatio, assensus, impulsio, actio. stat. n. esse imaginationem sine assensu, vt imaginemur Solem esse pedalem, & tamen non assentimus. Similiter non omnem assensum sequitur impulsio. nam, qui cuipiam, quod album sit, assentit, non continuo in id impulsu trahitur. &, si Socratem esse eu, qui obiter progreditur, assentimus, no proinde ad rem quapiam appetitione & impulsu trahimur. Accidit etiam vt plerunque impulsione, atque appetitu parati nihil agamus, quoties appetitui neque consilium, neque deliberatio suffragauit, vt asserit idem Alexan. in cap. de phantasia, in para. de anima & ita patet q; loquitur de appetitu determinato & perfecto. Aris. autem loquitur de appetitu imperfecto, & imaginatione imperfecta, quae est respectu obiecti praesentis, vt notat Comen. ibi in commen. & omnes expositores.

Solutio.

Decimaoctaua contradictio est in com. 20. dicit q; omne animal habet imaginatiuam. Oppositum infra. 156. Soluitur. loquitur hic de imaginatiua absolute, siue perfecta, siue imperfecta: ibi vero de imaginatiua perfecta tantum.

2. de aia. com. 20. Solutio.

Decimanona contradictio est in co. 22. Dicit q; sentire est actio. Oppositum infra. com. 52. vbi dicitur q; est pati. Nisi esset q; sumpsit actionem pro passione. aut si verius dicamus, non est formaliter actio, neq; formaliter passio, sed assimilatur illis, & hoc Deo duce in. 3. de anima declarabimus, vbi videbimus in simili quomodo intelligere sit pati. sed pro nunc recurre ad. 13. quaestionem quolibetorum Scoti. artic. 3. & ibi videbis veritatem.

2. de aia. com. 22. Solutio.

Vigesima contradi. est in tex. 24 Aristo. & Commen. videntur dicere formam esse actum agentis in patiente & disposito. Sed huius oppositum habetur in. 7. meta. tex. commen. 26. vbi dicitur q; agens non facit in alio aliud. non enim facit in materia formam, sed ex materia formatum. Solutio. generatio, & omnis motus dupliciter potest consyderari. Vno modo, vt est extra animam in effectu. & sic quod per se generatur, est compositum ex materia & forma, istud enim terminat in esse reali actionem agentis. & isto modo Arist. loquitur in. 7. primae philosophiae. Alio modo consyderatur vt est in abstractione animae, vt refertur ad sua principia ex quibus constat, & sic sunt materia, forma, & priuatio, quorum duo sunt per se, & vnum per accidens. vnde sic in ratione generationis ista tria apparent, s. termini, & subiectum. nam generatio est transmutatio ex non esse ad esse. nam ex hoc, q; est transmutatio, apparet subiectum, & eius transmutatio est actus transmutabilis, & non esse est priuatio, & esse est ipsa forma. & sic intelligitur dictum Philosophorum, dum dicunt formam esse actum agentis, secundum rationem cosyderata generatione. Aut dic q; compositum est terminus totalis, sed forma partialis.

2. de aia. tex. 24. Solutio.

Vigesimaprima contradi. est in co. 24. Habetur q; actio attribuitur primitus formae. oppositum est. 1. de anima. co. 3. vbi dicit aliqua accidentia primitus attribui corpori q animae. Soluitur, q; illa accidentia, quae dixit Come. primitus attribui corpori quam animae, non intellexit de corpore in quo est anima, sicut forma in materia, sed de corpore extrinseco, sicut est vapor respectu somni aut aliquid huiusmodi, & sic no est ad propositum. Sed adhuc dubitatur. quia actio videtur primo composito attribui in prooemio met. & primo de anima. 64. Soluitur. composito vt quod, formae vt quo & hoc non negat hic Commen. quia dicit q; actio attribuitur primitus enti propter formam.

2. de aia. com. 24. Solutio.

Vigesimasecunda contrad. est in tex. 26. Aristo. in praesenti loco laudat illos, qui opinati sunt animam sine corpore no esse. Sed hoc videtur inferre animam intellectiuam sine corpore non esse. Sed huius oppositum videtur ex. 2. de anima, vbi dicitur, q; separatur, sicut perpetuum a corruptibili. & est contra id, quod demonstratur in. 3. de anima, q; nullius corporis est actus. Nisi esset, q; hoc dictum locum habet de anima vegetatiua, & sensitiua, quae sunt formae organicae constitutae, sicut formae, quae constituuntur per subiecta. tales enim sunt inseparabiles, & separatio earum a materia est corruptio earu, vt dicit Commen. 4. phy. co. 18. Fallit autem de intellectiua. quia Aristote. de illa superius dixit q; est aliud genus animae, & q; separatio eius non est per corruptionem, sed sicut perpetuum a corruptibili, quia est separatio secundum maximam distantiam in essentia & natura. Sed contra istam solutionem, quae licet sit Ammo. in praesenti loco,

2. de aia. tex. 26. Solutio.

ti loco, est replica. quia Aristo. hoc infert ex his, quæ in tex. 24. & 25. demonstrata sunt videlicet quòd anima est actus corporis. sed hoc est commune omni animæ, vt patet per Aristote. supra tex. commen. 5. vbi dicit q, si quid igitur commune est omni animæ, anima vtique erit actus corporis instrumentalis potentia vitam habentis. Et confirmatur, quia actus, & perfectio dicitur in relatione ad id cuius est, & relatiua non possunt absolui nec in esse, nec intellectu. ideo aliter soluo q anima rationalis dupliciter concipi potest, vt anima, & vt intellectus. Magna enim differentia est inter animam & intellectum, vt patet per Aristo. in primo de anima. tex. commen. 23. vbi impugnat Democritum non distinguentem inter animam & intellectum. vnde anima cùm definiatur per corpus; nulla anima quatenus anima, potest esse sine corpore, quia est actus corporis. Sed in hoc est differentia inter animam intellectiuam, & animam plantæ, & sensitiuam. quia istæ sunt actus corporis cõstituti in esse per corpus, & dependent à corpore, & quò ad essentiã, & quo ad operationem, sed anima intellectiua solum est actus dans operari, & vt sic non est separabilis à corpore. vnde Commenta. dicit expresse primo de anima. commen. 12. quòd ista est sententia Aristote. de intellectu materiali quòd est abstractus secundum essentiam. quia non est virtus organica, & q nihil intelligit sine imaginatione, & per consequens quò ad operationem est coniunctus. Et hoc intellige vt intellectus consyderatur vt est pars animæ. si vero consyderetur vt intellectus, sic non dependet à phantasia, nec concernit corpus: immo sic est intellecta, quæ intelligit abstracta sicut aliæ intelligentiæ. vnde sicut nauta dupliciter consyderari potest, vt nauta videlicet. & sic dicit respectum ad nauim, & non potest sub illa ratione sine naui esse: & vt homo, & sic separatur à naui, ita intellectiua anima, vt anima est, importat respectum ad corpus, sed vt est intellectiua, est separabilis. Et ex ista solutione patet solutio ad Achillem illorum, qui credunt demonstrare secundum Aristote animam intellectiuam esse inseparabilem à corpore. quia, si esset separabilis, haberet aliquam operationem sibi propriã, sed propria operatio, si qua est, quæ attribui potest animæ intellectiuæ, maxime videtur intelligere, si autem intelligere est imaginari, aut non est sine imaginatione, nec ipsum sine corpore esse potest. frustra autem est essentia, quæ non habet operationem sibi propriam. Et istud est argumentum, in quo isti Alexandrei sonant campanas, & dicunt secundum Aristote. Animæ intellectiuæ essentiam esse mortalem secundum Aristote. & inseparabilem. Dicimus nos quòd æquiuocatio decepit eos, & locus communis. quia non distinxerunt inter animam intellectiuam in ratione animæ, & in ratione intellectus. Vnde licet argumentum eorum concludat animam intellectiuam inquantum anima est, non esse sine corpore, non sequitur aũt simpliciter, igitur essentia animæ est inseparabilis simpliciter. nam, vt inquit Auicen. in. 6. naturalium. cap 1. nomen animæ non est nomen essentiæ. Et licet Aristo. in. 3. de anima locutus sit de intellectu, vt est pars animæ. & sic dicit nihil ipsum intelligere sine imaginatione, innuit tamen Aristo. intellectum etiam habere aliam consyderationem, vt intellectus in se consyderatur, vt patet in tertio de anima, vbi mouet quæstionem, & licet non absoluerit eam, tamen Peripatetici, & sequaces eius dicunt illud esse de intentione eius.

Cõtra ponẽtes mortalitatem animæ.

Vigesimatertia contradi. est in cõm. 27. Artifex non potest probare subiectum esse, neque species subiecti. Oppositum primi patet primo elementorum, vbi probatur syllogismum elenchum esse. Oppositum secũdi patet. 4. cœli. commen. 32. Soluitur. diffuse pertractaui ista in speciali quæstione, quam feci de hac materia. pro nunc dico breuiter q aliqua subiecta adeo nota sunt, q scientiæ despiciunt ea, nullam prorsus mentionem facientem de ipsis. aliqua vero subiecta non sunt adeo ignota, quòd demonstrari queant. quia, sicut diximus superius in. 4. cœli. super. 32. commen. implicat, quòd aliquod subiectum demonstretur in scientia, in qua est subiectum. tamen si fuerit aliquod subiectum, quod indigeat aliqua modicula declaratione, tale bene superficietenus à sciẽtia illa, in qua est subiectũ, potest notificari & persuaderi: sicut est syllogismus hypotheticus per materiam, & sicut est via inductionis vel exempli, vnde Auerro. primo priorum. cap de syllogismo hypotetico inquit quòd per syllogismos hypotheticos per naturam ostenduntur ea, quæ sunt minus occulta, quàm sint occulta per naturam, sicut esse animæ per suas operationes: sicut fecit Auicenna. in. 6. naturalium, qui ex operationibus animæ notificauit esse animæ: non quòd illa sit ratio demon-

2. de aĩa. com. 27.

Solutio.

demonstratiua, sed est syllogismus hypotheticus per naturam, in quo antecedens est notum per se, & consequens etiam est per se notum, & sequela est per se nota. & talis syllogismus nihil simpliciter probat, sed est sola persuasio quædam, & superficialis notificatio. Et ideo dixit bene Commentato. in. 4. cœli in commen. 22. vbi dixit, quòd alia est latentia, quæ indiget syllogismo, videlicet cathegorico: & alia est latentia, quæ indiget inductione. vnde hoc idem sentit Themist. super secundo poste. cap. 11. in sua paraphrasi. Et sic dico, quòd ratio illa Philosophi in libro elenchorum non est ratio demonstratiua ad probandum esse subiecti illius libri. sed est quædam persuasio exemplaris & similitudinaria. De partibus vero subiectiuis, an in scientia possint demonstrari, nec ne, iam diximus commen. trigesimosecundo: quarto de cœlo diffuse: & tu illuc recurras.

2. de aïa. tex. 29. Vigesimaquarta contradictio est in tex. 29. Aristote. dicit quòd in animalibus habentibus tactum, manifestum est, ꝙ insit etiam appetitus. De imaginatione autem immanifestum, posterius autem consyderãdum. Sed huius oppositum dixit supra in tex commen. vigesimo. vbi inquit quòd vbi sensus, ibi est imaginatio & appetitus.

Solutio. Solutio est. vt inquit Simplicius, non est immanifestum si per imaginationem intelligamus indeterminatam, & quæ est respectu tangibilium presentium, quia hoc est clarum. sed per per imaginationem hic intelligitur determinata, quæ est respectu absentium, & cum memoria est coniuncta. vnde animalia imperfecta bene sentiunt iucundũ, & triste, sed non per imaginationem. siquidem imaginatio est nobilior & altior sensibus, vt notat Ammo. in præsenti loco. Pro quo nota quòd secundm Aristote. in secundo de anima in tex. commen. 156. Sensus ab imaginatione distinguitur, quia sensus inest omnibus animalibus, non autem imaginatio. Et ex hoc scire potes quòd animalia imperfecta si sentiunt & appetunt, hoc non est per virtutem altiorem quàm sit sensus, sicut est in perfectis habentibus imaginationem distinctam à sensu, & nobiliorem & determinatam. & ideo spongia marina, & id genus appetunt, & delectantur, & contristantur circa iucundum, & triste, per sensum, & non per imaginationem, quæ sit virtus superior quàm sit sensus. & hoc teneas.

de aïa. com. 32. Vigesimaquinta contradict. est in com. 32. Dicit Commenta. quòd intellectus speculatiuus non est anima, nec pars animæ, sed commento primo. tertij de anima dicit oppositum.

Solutio. Soluitur. intellectus speculatiuus secundum ipsum quandoque supponit pro operatione animæ, quæ est intellectio: & talis nec anima est, nec pars animæ, sed est accidens maxime de nona intellectione. quandoque sumitur pro intellectu potentiæ, qui est pars animæ nr̃æ, quo mediante intelligimus, & sapimus. primo modo hic. secũdo modo sumit͛ ibi.

2. de aïa. tex. 37. Vigesimasexta contradict. est in tex. 37. Aristote. & Commen. in commẽ. dicunt, ꝙ anima est causa efficiẽs corporis. vbi Com. inquit quòd est causa omnium motuum, tam verorum, quàm existimatorum. Sed huius oppositum inuenimus apud Alexan. in paraphrasi de anima in cap. de impulsu. & vi impulsoria, vbi dicit ꝙ non proprie moueri corpus ab anima dixeris.

Solutio. Soluitur. formæ sunt in duplici differentia. quædam sunt formæ abstractæ à corpore, & per se subsistentes, sicut sunt intelligentiæ separatæ. & tales per se mouere dicuntur, quia in mouendo non mouentur, neque per se, neque per accidens, tales enim habent esse perfectum in se & cõpletum in specie, quæ tota saluatur in vno supposito ſm Peripateticos, & habent vnitatem numeralem perfectam, & natura priorem suo corpore. Et ideo Cõmmen. in primo cœli. in com. 22. dicit ꝙ cœlum est semper mobile per principium extrinsecum, quod non est corpus, neque virtus in corpore. Sunt iterum aliæ formę, quę sunt actus corporis, sicut anima quæ est corporis actus, quæ in mouendo mouentur per accidens. & tales formæ non proprie dicuntur mouere corpus. quia non habent subsistentiam separatam extra corpus. vnde, si anima dicitur mouere corpus, est propterea, quia anima intercedente mouetur corpus est enim ratio, qua corpus mouetur sed non est id, quod proprie per se mouet. motus enim & generationes sunt suppositorum. anima autem, quæ est forma dans esse corpori, non est suppositum, sed est ratio, propter quam suppositum est in actu. vnde forma est actus, sed suppositum est in actu propter formam. & ista est mens Alexandri ibi. inquit enim omnis entelechia, & actus per se immobilis est. animam autem entelechiam siue actum monstratum est, quapropter neque corpus ab anima moueri proprie dixeris: id enim proprium est

est in his duntaxat rebus, in quib⁹ id quod mouetur, ab eo quod mouetur, abiunctum, est, velut à bob⁹ moueri plaustra dicuntur. sed quia communius dicitur ab aliquo moueri id. quod intercedente aliquo mouetur: sic enim artifex ab arte mouetur, quia per artem, sic ignis à leuitate, sic ipsum animal ab anima moueri dicitur, quia per animam, siue intercedēte anima mouetur. motio enim eiusmodi animali ea parte cōpetit, quà animatum est, non autē qua graue, aut leue. aut calidum, aut frigidum, album, aut nigrum. Sic igitur intellexisti, ꝙ supposita sunt, quæ vere mouentur, & quæ proprie mouent, sed formæ suppositorum sunt ratio, per quam fit motus sicut artifex est, qui proprie mouet materiam artis, sed ars est ratio mouendi.

2. de aīa. com. 38. Vigesimaseptima contra di. est in cō 38. Dicit Cō: ꝙ caput est principium sensationis. Huius oppositum habetur in libro de sensu & sensi. vbi dicitur ꝙ cor. Soluitur. quicquid dicant alij, veritas est ista. cor est principium omnis sensationis, cerebrū nullius sensationis principium est, sed natura produxit ipsum ad contra operandum cordi per sui frigiditatē in contemperando cordis calorem. ista est Aristo. via, istud sentit Cō. in cō. suo super libro de somno & vigilia in secunda colūna, vbi declarat ꝙ sensus communis organice est in corde, & ꝙ cerebrum non concurrit, nisi tanquam instrumentum ad contemperandum calorē cordis, vt sit proportionatus pro operationibus sensitiuis. Sed Medici instant ratione (Instantia Medicorū) sensata ꝙ sensus sint organice ī cerebro. qa stante nocumento in prima parte cerebri, fit nocumentum in virtute imaginatiua, & in sensu communi, sicut illo, qui præcipiebat ꝙ tibicines deberent excludi à domo propter impedimentum, quod sibi inferebant. stante nocumento in medio fit nocumentum in virtute cogitatiua: sicut fuit ille, qui proijciebat vasa argētea per fenestrā. quidam autem habent nocumentum in parte posteriori cerebri: & illi non possunt memorari alicuius rei præteritæ. ergo videtur ꝙ ista instrumenta talium sensationū sunt in cerebro, & non in corde. hoc est argumentum contra philosophos. Nos dicimus pro Philosophis ꝙ hoc nihil mouet. (Solutio.) Nam ista contingunt propter impedimentum, quod est in corde. nam facta læsione in cerebro in aliqua sui parte, impedit᷑ mensura illa caloris deseruientis tali virtuti in corde organice existentis. vnde cerebrum sm̄ diuersas sui partes contemperat calorē cordis tali, vel tali virtuti deseruientem. & inde est ꝙ facto nocumento in parte media cerebri impeditur temperamentum, & mensura caloris naturalis existentis in corde: quod temperamentum, & quæ mensura est instrumentum virtutis cogitatiuæ in corde organice existentis. & ista est sententia Philosophi in. 2. de partibus animalium cap̄. 7. & sic de alijs dicas consequenter. ista sunt ex præcordijs Antiquorum Peripateticorum, & à truffatoribus minime intellecta, quorum doctrina non consistit, nisi in multitudine verborum. volunt, n. facere nouas sectas, & miscere Græca Latinis, & medicinalia, & Platonica cum Aristo. & neutrū attingunt. sicut cuilibet parum exercitato in Philosophia Arist. patere potest.

2. de aīa. tex. 40. Vigesimaoctaua contradi. est in tex. 40. Arist. & Cō. volunt solum ignem videri ex elementis nutriri & augeri. Sed huius oppositum habetur in. 1. cœli. tex. cō. 21. vbi dicit᷑ ꝙ omnia corpora physica, quæ alterantur sm̄ passiones, videntur habere augmentum & decremētum, puta animalium corpora, & partes ipsorum, & plantarum, & similiter elementorum. Et confirmatur. quia certum est ꝙ augmentum ignis est improprie dictum, cum augmētum verum sit animatorum, vt patet. 1. de genera. & corrup. tex. cō. 33. & 2. de anima: & per consequens augmentum improprie dictum ita competit terræ & aquæ, sicut igni. non igitur solus ignis maxime videtur augeri & nutriri. Nisi esset ꝙ tametsi augmentum in rebus sim- (Solutio.) plicibus, sicut sunt elementa, sit improprie dictum, in hoc tamen est differentia inter ignem & alia elementa. quia ignis, aut est alterans alia, aut in eo magis dominatur alterare, quàm in cæteris, est. n. formalissimū inter omnia elementa, vt dicitur in. 2. de genera. & corru. tex. cō. 50. solus. n. & maxime speciei est ignis, &. 4. meteo. tex. cō. 5. oīa putrescunt elementa, excepto igne. ex sua autem acuitate contingit, ꝙ ea, quæ non sunt eiusdem speciei, transmutat in sui naturam, vt ligna. & in hoc augmentum eius videtur magis assimilari vero augmento, quod fit in viuentibus, vbi etiam nutrimentum mutatur in substantiam aliti. & istud est motiuum istorum in præsenti tex. in secunda figura ex duabus affirmatiuis, vt dicit Cō. Sed augmentum aquæ, & terræ manifeste fit per iuxta positionem consimilis in specie: quia aqua addita aquæ, & terra terræ reddunt aliquid maius. Licet igitur

ignis non sit verum augmentum, vt dicitur in.1.de gene.& corrup. propter defectum illarum trium conditionum positarum in.1. de gene.& corru.tex.cô.33. tamen magis assimilatur maioratio eius augmento viuentium, quàm maioratio aliorum elementorum propter causam prædictam. Vnde licet ignis etiam augeri potest per iuxta positionem alterius ignis, vt dicitur in.2.de gene.& corru.tex.cô.38. Ignis.n.augetur igne & æther æthere, & in hoc conuenit cũ augmẽto per iuxta positionem facto cum alijs elementis, tamen etiam habet alium modum, vbi per appositionem plurium lignorum videtur resultare maior ignis, quod nõ habent cætera elementa, quæ non sunt ita alteratiua & actiua. & hac ratione solum ignis videtur inter alia elementa nutriri & augeri, cum tamen vere neque nutritio sit, neque augmentum, quia non permanet, vt dicitur in.2.de gene.& corrup.

2.de aĩa. tex.41. Vigesimanona contradi. est in tex. 41. Arist. in paruo spatio sibi contradicit hic. Nam vuult omnium natura constantium terminum esse magnitudinis & augmenti. & postea immediate subdit, ignis augmentum in infinitum protendi, quousque combustibile fuerit. & cum ignis sit vnum eorum, quæ natura constant, & animalia, & partes ipsorum, vt dicitur in principio.2. phy. eius debet esse terminus magnitudinis. & augmenti. & sic vniuersalis interimitur per instantiam particularis aperte, vt dicitur in libro priorum. Hanc autem contradictionem Egidius Roma. conatur sedare, dicens sermonem Philosophi esse de natura augmentabilibus, sicut sunt ea, quæ propie augentur, sicut sunt animata. Vnde iste motus est finitus & terminatus, qui est in corporibus animatis, quę vere augentur: sed augmentum ignis non est terminatum: igitur in figura secunda sequitur q; motus augmenti veri non est ab igne. Vnde Côm. per terminos exponit vltima naturalia, quę inueniuntur in corporibus augmentabilibus, i. animatis. Et postea præfatus doctor inquirens resolute causam augmenti in reb⁹ naturalibus, dicit, q; potest esse triplex, forma, materia, & ordo vniuersi. De forma patet, & est concessum ab omnibus Peripateticis. sed de materia, inquit, q;, cum aliquid constat ex tota sua materia, tale non potest esse nisi vnum in vna specie, vt colligitur.1.cœli.tex.cômen.93. vbi dicitur q; mũdus, quia constat ex tota sua materia, vnus est numero: quia autem materia passiuorũ & actiuorum terminata est, ideo etiam nõ crescit de facto ignis in infinitũ. vnde Aristo. vult magis terminationem ignis esse à materia quàm à forma. inanimatis autem est econtra, quia est propter animam magis quàm propter materiã. Tertio dicit terminatum imponi ex vniuersi. nam, quia elementa continentur à cœlo, inde est q; sibi imponitur terminus, quia quibusdam temporibus dominantur sydera calida, quandoque frigida: motus.n. Solis in obliquo circulo est causa istius vicissitudinis, vt dicitur in.2.de genera.& corrup. ista sunt dicta eius.

Impugnatio. Videtur in 2.dicto esse contradictio. quia Commen.in.3.phy.in cõ.60. dicit expresse q; infinitas est à materia, & finitas est à forma. & per consequens non videtur q; naturaliter terminatio sit à materia. Et qđ dicit, q; in rebus constantibus ex tota sua materia vnum indiuiduum est in vna specie, & in illo non potest esse augmentum, patet q; æquiuocatio est in sermone. quia per te sermo est de augmento, quod est in quantitate continua. sic.n.augmentum animatorum est ad terminatum, & augmentum ignis non est ad terminatum. sed modo loqueris de augmento in quantitate discreta. Amplius licet res constantes ex sua materia sint terminatæ in numero, tamen non est illud principaliter, sed per viam signi & causæ secundario, vt alias declaraui: quia poti⁹ forma limitat materiam, quàm materia formam, vt alibi demonstraui.

Solutio propria. De maximo & minimo. Dico cum distinctione in hoc quæsito, præsupponendo primo q; Philosophi deuenerunt ad hoc, vt asserant in rebus generabilibus, & corruptibilib⁹ dari extrema & media, s. maximum & minimum ex duobus: Primo ex operationibus formarum, quia inuenerunt eas esse terminatas, & requirere dispositiones terminatas quantitatiue & qualitatiue, & s̃m terminatum tempus, & hoc experientia docuit. Vnde Medici de causis sterilitatis loquentes, dicunt quandoque prouenire propter magnitudinem virgæ. & Aristo dicit hoc in libris de generatione animalium, q; habentes penem immoderatum sunt infœcundi: & etiam propter paruitatem. & ideo datur maximum & minimum, cũm latitudine tñ quadam in istis. Et similiter deuenerũt ad hoc ex cognitione gñationum, quæ fiunt in determinatis temporibus. vnde.2.cœli.tex.com.38 datur tempus minimum in non excedere, ita de qualitatiuis dispositionibus, vt pulchre dicit Commen.in.6.physi. cômen.91.

de embryonibus habentibus quantitatem maximam & minimam, & de quantitatibus hominum, & vniuersaliter dicit quòd actio cuiuslibet entis perficitur per quantitatem & qualitatem terminatam. vnde primo cap. de substantia orbis datur exéplum de aqua, dum conuertitur in aerem, & ecõtra. Secundo deuenerunt ad istud ex rebus artis. ars enim est æmula naturæ, & naturam mitatur. & viderunt in arte, quòd ipsa est, quæ imponit terminum rebus in mensura & figura, non instrumenta, vt patet inductiue in omnibus. Et ita etiam dixerunt quòd sit in natura, quòd forma naturalis est, quæ imponit terminum & figuram rebus non instrumenta. Nota tamen quòd est distinctio in istis formis. quia quædam sunt propinquæ primæ materiæ, sicut sunt formæ elementariæ, quæ secundum viam Auer. ex hoc habent vt sint quodammodo media inter substantiam & accidentia. Et ex hac ratione concludit, quod istæ multum participant de proprietate materiæ. vnde nullam sibi requiruntur terminationem, & figuram, vt est demonstratum in tertio cœli. tex. commen. 67. Figura enim, vt scribit Commen. in cõm. 67. associatur in hoc formis substantialibus perfectis in hoc, quod non recipit diuisionem. & ideo caret motu alterationis, vt dictum est in septimo physicorum, & ideo elementa in sua natura cõsyderata infigurata sunt, & interminata per consequens. & ideo, quia sunt primæ materiæ formæ eorum propinquissimæ. & ideo sic habent proprietatem materiæ, quæ est radix interminationis & infinitudinis. vnde etiam propter sui imperfectionem recipiũt quandam penetrationem in suis partibus, vt notat Commenta. in octauo physicorum cõ. 82. Et propterea concluditur quod possunt esse simul in eodem puncto, vel parte materiæ in mixto, quod non possunt facere formæ mixtorum perfectæ, quæ appropriant sibi certam quantitatem terminatam, & figuram: sed bene tales formæ recipiunt terminationem insequentem formam mixti, & per illam terminantur, & non per proprios terminos, quibus carent ex se, & qui corrumpuntur in mixtione, si quos habuerunt, dum existebant separata. Et ideo animaduerte, frater mi, quòd elementa aliter se habent, vt in sua natura consyderantur, aliter, vt iam existunt & sunt partes mundi, primo modo termino carent & figura, sed secundo modo habent terminum, quia vniuersum terminatum est & non infinitum, vt est demonstratum in tertio physicorum & magis in speciali adhuc in primo de cœlo. vnde sic figurantur à continente. Ista igitur ratione ignis augmẽtum in natura sua consyderatum simpliciter vt est agens principale, & non instrumentum animæ infinitum est, apposito combustibili. quia vt sic, vbi desinat, non habet. Si autem consyderatur vt est pars mundi, vt sic terminum habet. maxima enim dimensio, quam recipit materia, est illa, quã habet sub forma ignis, & minima illa, cum qua stat forma terræ, vt dicit Commenta. in secundo de anima. commento 97. & sic ignis in existentia naturæ est determinatus per maximum & minimũ. Sed in hoc est differentia inter ignẽ & alia simplicia ex vna parte, & reliqua mixta perfecta. quia illa habent terminationem extrinsecus deriuatam propter continens, & ratione qua sunt partes. sed mixta vltra rationem generalem habent intrinsecam causam suæ terminationis, & est sua forma, & quæ ex sui perfectione, cùm sit eleuata magis à materia, & accedat magis ad actum & formam, est terminata, & imponens causam terminationis in entibus. vnde secundum quòd magis & magis eleuantur, sic sunt perfectiores & magis ad vnitatem accedentes. Vnde quidam viri magni tenuere animas perfectorum animalium esse indiuisibiles, tamen via Auer. licet diuisibiles sint omnes formæ eductæ de potentia materiæ, sunt tamen magis vnitæ perfectiorum animæ. vnde in animalibus perfectioribus propter istam causam partes diuisæ non mouentur neque viuunt. & ideo licet detur ignis maximus & minimus, & aqua, hoc est secundum quòd existit in natura, sed in se non habet terminum. Et ideo in hoc bene dicit Egidius Romanus, quòd terminatio in igne non est à forma sua, sicut est in animatis, si ipse respexit ad istam differentiam originatam ex propinquitate materiæ & distantia. 2 cœli. commento trigesimo secundo esse elementorum propinquum materiæ: sed non est absolute concedendum terminationem esse à materia, sed à forma principaliter. vnde magis est rationis & formæ, quam materiæ. quia, si materia est terminationis causa, non est ratione suæ essentiæ, sed quatenus est formata, & actuata per formam. Et ideo nota bene differentiam inter generabilia simplicia & maxima perfecta, quia licet de facto omnia terminata sint maximo & minimo, tamen secus est in simplicibus,

& secus in mixtis. quia in simplicibus est anima extrinseca, in mixtis vltra extrinsecã est causa intrinseca, & est ratio formæ suæ, quæ perfecta est, & requirit figuram & terminationem terminatam, cuiusmodi non sunt formæ simplices. Et ex hac ratione scire potes quare formæ elementariæ in mixto possint se penetrare & simul esse in eadem parte materiæ, quod non possunt formæ mixtorum perfectorum. assimilantur enim accidentibus & qualitatibus in hoc, sicut sapor, odor, & color, qui sunt in eodẽ subiecto, quia non habent diuersos terminos. sed vna quantitate terminata subiectum insequente terminantur: iuxta illud, tanta est albedo quanta est superficies, ex prædicamentis. ita formæ elementariæ in mixtis habentes esse ligatum, habent extẽdi & terminari per quietem & terminatam insequentem mixtum & formam eius; & non habent diuersas terminationes, sicut sunt formæ mixtorum. Ideo Cõmen. 8. physi. cõ. 82. expresse dicit q, elementa recipiunt quãdam penetrationem in suis partibus.

2. de a͂a. com. 41. Trigesima contradi. est in cõm. 41. Dicit Cõm. q, ignis dominatur in corporibus nutribilibus. Sed oppositum patet. 2. de generatione. in te. cõ. 49. & in. 4. meteo. vbi scribitur q, omnia residentia circa medium à prædominio sunt terrea. Soluitur. fm molem terra dominatur: ignis aũt fm virtutẽ, & præcipue in nutribilibus: nam generatio est prima participatio animæ in calido naturali, & vita est eius permansio. Et ideo dixerunt sapientes q, frigiditas non ingredit̃ opus naturæ igneæ. namque anima omnia operatur. 2. de anima. tex. cõ. 41. & . 130. Replicari potest. in maiori quanto est maior virtus. si igitur terra dominatur quantum ad molem: igitur quantum ad virtutem. Soluitur. intelligitur propositio in his, quæ sunt eiusdem speciei, sicut plus ponderat gleba terræ, & velocius descendit quàm medietas glebæ. fallit in his, quæ sunt diuersarum rationum. similiter intelligitur propositio illa, quò ad virtutem insequentem talem molem, non autem quò ad alias virtutes, quæ illam molem non insequuntur, sic dico, quòd, cum terra quò ad molem dominetur in mixtis, talia mouent̃ ad motũ eius. Et ideo canis proiectus de turri descendit virtute elementi dominantis in eo, sed quò ad suum motum, qui est ab anima, & quò ad alias operationes virtutis nutritiuę & sensitiuæ ignis dominatur, sicut communiter cõcessum est ab omnibus sani capitis. Solutio.

Trigesimaprima contradi. est in cõ. 48. Dicit Commen. virtutes corporum cœlestium conseruant esse secundum omnem dispositionem. & fm omnes partes. Oppositum videtur in vltimo cap. de substantia orbis, vbi dicit q, cœli permanentia non est à virtute. Soluitur. negat ibi virtutem extensam ad extensionem subiecti, concedit hic virtutem abstractam à tali. n. est permanentia cœli & motus æternitas. 2. capit. de substantia orbis. & . 8. physico. commen. 15. æterna enim habent causam necessariam conseruantem, & dantem esse. 2. de aïa. com. 48. Solutio.

Trigesimasecunda contradict. est super tex. 51. Aristote. in. 2. de anima tex. commen. 51. scribit quòd sensus in ipso moueri & pati aliquid accidit, sicut dictum est: videtur enim quædam alteratio esse. Et Cõmen. in cõmen. dicit q, hoc est primum cõsyderandum de sensu, vtrum sit de virtutibus actiuis vel passiuis: & q, Aristote. posuit sensum in genere virtutum passiuarũ. Sed huius oppositum habetur per Alexand. in sua paraphrasi de anima, in capitulo de intellectu practico & speculatiuo, vbi dicit q sentire non est pati, sed iudicare, atque discernere. Nisi esset, quòd, vt scribit Aristot. in septimo physicę auscultatio. tex. cõm. 12. Sensus ipsi alterantur, patiuntur enim. act9 enim ipsorum motus est per corpus, patiente aliquid sensu. pro quanto igitur sensatio non fit nisi per impressionem specierum sine materia in sensorio resultantem, sic sentire consistit in quodã motu, & in quadam passione. sed illa receptio & passio nõ est sensatio formaliter, sed iudicium & cõprehensio sensilis in specie relucẽtis. Et ideo bene loquitur Alexand. quòd sentire, non est pati, sed iudicare, atq; discernere. Quod etiam ratione fulcitur. quia potest esse pati & receptio speciei in sensorio, & tamen non erit sentire, dicit enim Philosophus ad alia fortiter intenti delata sub oculis non videmus. Amplius sequeretur virtutes sensitiuas, in genere potentiæ esse viliores simpliciter virtutibus vegetatiuæ, vt est nutritiua actiua, & generatiua, quia istæ sunt actiuæ & illæ passiuæ, & agens est nobilius passo. Et ideo non est credendum operationem sensus esse passionem, formaliter loquendo, licet sine passione quadam fieri non possit. Nec est credendum sensum formaliter esse de virtutibus passiuis inquantum sensus, sed vt est operatiuus per organum. sic enim Aristote. dicit in septimo patiente aliquid sensu per corpus. & 2. de a͂a. cõm. 51. Solutio.

 isto

isto modo sunt glosanda dicta Auer. & reducenda in bonum intellectum. Et qui nō vult illo modo intelligere, vadat via sua. arbitrij enim nostri non est ꝙ quisque loquatur. Subtilis doctor in quolibetis quæstione. 13. in arti. 3. in responsione ad secundū. dicit ꝙ, sicut esse album est habere formaliter albedinem, sic sentire est habere formaliter sensationem. sed hoc non est vniuersaliter verum. quia stat aliquid formaliter denominari ab aliqua forma, licet illa formaliter nō inhæreat. vt communiter dr̄ de his principijs ab extrinseco denominantibus.

2. de aīa. com. 51. Trigesimatertia contradi. est in com. 51. dicitur sensum esse de virtutibus passiuis. Videtur autem oppositum probasse Philosophus superius in tex. cōm. 37. vbi declarat animam effectiue concurrere ad omnes motus tam veros quàm existimatos, vt dicit ibi Commen in commento. Soluitur.

Solutio. Dico ꝙ, opinio illa Alberti Magni in. 2. de anima iudicio meo est multum rationi cōsona, ꝙ sensus, licet vt est in potentia ad recipiendum speciem sit passiuus, fit autem actiuus, postea quàm specie illa informatus fuit respectu sensationis. illi autem, qui posuerunt motorem separatum concurrere immediate ad sensationem causandam aliqua speciali influentia. multum, vt mihi videtur, excedunt limites istius artis: Et licet Commen. 2. de anima. cōmen. 60. moueat istam quæstionem, quæ omnino dubia est, & ab eo cum difficultate apparet solutio, tamen talem motorem separatū non ponit, sicut expositores eius dicunt. impossibile enim est ꝙ sensatio effectiue sit ab intelligentia, tanquam à causa efficiente, propinqua aliqua speciali influentia concurrente. Nam secundum Auer. 7. meta. cō. 31. ad finem, quod mouit Aristo. ad ponendū mouens separatum à materia fuit factio virtutum intelligentium: quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtæ cū materia. omne. n. nō mixtū cū materia fit à mixto cū materia simpl'r: quemadmodū omne mixtum cū materia generatur à mixto cum materia. & primo meta. cō. 31. materiale non transmutatur nisi à materiali. Et confirmatur. Aristo in plerisque locis damnat Antiquos, quia effectum sensibilium ponebant causas insensibiles, sicut patet primo meta. 19. 21. 23. 25. & 26. modo, si Commen. ponat intelligentiam esse immediatam causam sensationis, tunc ipse incidit in foueam quam fecit. quia effectus sensibilis erit immediate ab insensibili & abstracta causa. Amplius. quomodo euadet quin aliquid nouum immediate proueniat ab antiquo? Forte dices ꝙ hoc facit mediante obiecto, quod concurrit dispositiue & non effectiue. Contra. quia tunc soluuntur argumenta Aristote. contra Platonem de ideis, & Auer. contra Auicen. qui ponebat datorem formarum: quia tales etiam ponebant ista agentia inferiora concurrere dispositiue. Ampli⁹ quomodo causa vniuersalis erit effectus particularis causa immediata non video. hoc autem sequitur euidentet, si intelligentia concurrat solum vt efficiens, & obiectū vt disponens. Amplius. Aristo. in secundo de anima. 52. 59. & 60. reddit causam, quare non sentiunt sensus se, & quare non sentimus dum volumus, reducit hoc ad istam causam, quia sensus non possunt sentire sine motore extrinseco: tale autem est obiectum, vt omnes dicunt. Amplius, 59. & super commento libri de somno & vigilia habetur ꝙ prima perfectio sensuum fit ab intelligentia agente, quæ declaratur in libro de animalibus, sed ista postrema perfectio fit à sensibilibus. hæc & alia adduci possunt. quæ gratia breuitatis omitto. Dico igitur, siue species sensibilis idem sit cùm sensatione, siue non idem, quæstionem istam ab Auer. motam esse propter speciem, non propter sensationem. quia miratur ipse, vnde habet obiectū producere spiritualius esse quàm sit suum esse, non à medio, vel ab organo potest esse ista maior spiritualitas in specie quàm in obiecto quia medium concurrit vt materia tantum in receptione speciei. effectus autē potius insequitur agens, quàm materiam. Et ideo videtur esse ponendus extrinsecus motor. & hoc non potest negari. sed non modo, quo Moderni ponunt. Nam intelligentia ipsa secundum Aristo. concurrit ad omne opus mundi huius: ideo enim mundum hunc oportet superioribus lationib⁹ continuum esse, vt omnis virtus eius gubernetur inde, meteoro. primo. vnde, sicut in generatione animalis virtus informatiua existens in semine in virtute animati, scilicet cœlestis corporis & intelligentię non errantis. à qua gubernatur, producit animal, sic obiectum sensibile extra quantumque materiale esse habeat in virtute intelligentiæ, cuius ipsum est quasi instrumentum, producit speciem sensibilem habentem spiritualius esse quàm habeat ipsa. sensus autem specie informat⁹ virtute obiecti primi fit actiu⁹ ad sensationis productionem.

sensibilo

sensibile enim sensum agere facit ex mente Philosophi in libro de sensu ex obiecto enim & potentia paritur notitia. Et hoc videtur velle Commentat. secundo de anima commen trigesimoseptimo, vbi dicit animam esse causam effectiuam omnium motuum tam verorum quàm existimatorum existentium in animato. Et ista etiam sententia est eiusdem. 2. de anima cōmen. 149. & non habeo pro inconuenienti hoc, quod idem sit actiuum ratione alterius. & sit passiuum ratione propria. vnde sicut intellectus possibilis est actiuus & passiuus teste Auer. 3. de anima. commen. 19. sic imaginor de ipso sensu. Et in hoc iudicio meo recte dixit Albertus, nec rectius dici potuit. Et hoc fuit in causa, sicut mihi videtur, quare Aristote. non posuit expresse motorem istum extrinsecum in sensu, sed bene in intellectu. quia motor iste concurrit vniuersali influentia vnà cum obiecto, quod est causa proxima non dispositiua, sed effectiua particularis respectu speciei sensibilis. in intellectione autem, in qua fit transitus de ordine in ordinem, & fiunt potentia intellecta actu intellecta, fuit necessarium ponere istum intellectum agentem: quia ibi manifestum erat quòd productio speciei intelligibilis non poterat reduci ad phantasma, cùm exeat ordinē & latitudinem sensibilium. sed in sensu, vbi manet consimilis ordo, non videtur aliquem motorem separatum appropriatum ponere: sed vniuersalis eius influxus sufficit, sicut etiam in alijs est. Et hoc voluit dicere Comment. vt mihi videtur, dum dixit, sed Aristote. tacuit motorem istum extrinsecum in sensu, & propalauit in intellectu: quia in sensu latet, & in intellectu manifestum est. Sic cognouisti iam quomodo sensus est de virtutibus passiuis, & quomodo de actiuis, & respectu cuius, & qualiter.

2. de aïa. tex. 52. Trigesimaquarta contradictio est super tex. 52. Aristote. & Commen. videntur tenere in hoc loco quòd sensus non sentiunt se. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexand. in suo tracta. de intellectu, capitulo quarto, vbi agit de intellectu in habitu, vbi inquit quòd eodem modo sensus seipsum sentire dicitur, quando hæc sentit, quæ actu sibi eadem fiunt. nam, vt diximus, sensus in actu est ipsum sensili, cum & sensus & intellectus formarū receptione absq; materia, quæ sibi propria sunt participant.

Solutio. Dicimus nos quòd intellectus & sensus in aliquibus conueniunt, & in aliquibus differunt. Conueniunt quidem, quia vterque percipit per speciem, tertio de anima textu commen. 2. intelligere est sicut sentire conueniunt etiam. quia sicut sensus & sensilis est vnus & idē actus secundo de anima. te. commen. 141. sic & intellectus & intelligibilis secundum actum est vnus & idem actus. & quo ad istam similitudinem sensus potest dici quòd sentiat se, sicut intellectus, pro quanto est vnus actus vtriusque, scilicet obiecti & potentiæ actu operantis. Differunt autem, quia licet sensus percipiat recipiendo species sine materia, non tamen sicut intellectus. quia intellectus recipit species sine materia, & sine conditionibus materiæ: quia obiectum relucens in specie intelligibili est abstractum à materia & à præsentia materiæ, & ab omnibus circunstantijs & appenditijs materiæ. secus autem est de sensu, quia sentit cum his & nunc. & ideo intellectus est communiter vnus supra suam essentiam per verum circulum, vt dicitur in primo de anima, quod non potest facere sensus, cùm virtus organica sit, & illo modo sensus non potest sentire seipsum. Et istud est ex mente Alexand. in paraphrasi de anima, in capitulo de intellectu secūdum actum, vbi formaliter isto modo dicit. Iccirco intellectus in actu, qui idem fit cum intellectu specie, non immerito sese intelligere dicitur. ergo sese intelligit, quia hoc idem, quod itelligitur, fit. species enim abiunctas à materia intelligit: nō enim singulariter apprehendit hoc, sed in singulari id, quod est, esse intelligit, sicut retro dictū est. Neque tamen ex pari ratione sensum seipsum sentire dixeris, licet ipsæ quoque species sensilium rerum excipiat, ea de causa, quia sentit quæcunque sentit, velut addita materiæ: huius enim & singularis functio sensus est. non fit autem idem sensus cùm rei sensili specie, quāuis nō more materiæ species excipiat: materiales enim formæ sensilesque secus à sensu, secus ab intellectu pensitantur. & vide cætera, quæ sequuntur.

Trigesimaquinta contradictio est super eodem tex. Aristoteles quærit quare sensus non sentiunt se: & soluit, quia sensitiuū est in potentia & non actu ipsum sensibile, & nihil mouetur de potentia ad actum, nisi à motore extrinseco. & est locus allegatus, quòd sensus seipsos non sentiunt. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexandrum in tractatu de intellectu, cap. 4. vbi agit quomodo intellectus in habitu 2. de aïa. ex. 52.

seipsum intelligit. vbi expresse dicit, quòd eodem modo sensus seipsum sentire dicitur, quando hæc sentit, quæ actu eadem sibi fiunt.

Solutio. Dico quòd in præsenti textu Commen. aliter legit textum, quàm Græci expositores. Vult enim Aristot. adducere rationem, per quam probat sensum esse de virtutibus passiuis & non actiuis. Nam, si sensus esset de virtutibus actiuis, cum virtutes actiuæ ex se absque extrinseco motore possint operari, sequeretur quòd sensus sine sensibilib⁹ possent sentire se, & sua organa, & elementa ipsa sensoria componentia. Sed secundum Græcos, dubitatio Aristote. est, quia, si sensus est de virtutibus passiuis. nã sentire in quodam pati & moueri consistit secundum omnes, vt dicitur in primo de anima.te.commen.79. vbi dicit sentire autem & moueri & pati aliquid ponunt: tũc contra hoc suppositum ab omnibus concessum insurgit ista dubitatio. cum sensus sint passiui, & habent sensibilia secum iuncta: nam organa constant ex elementis, quę secundum seipsa sensibilia sunt, aut secundum accidentia ipsis: quare igitur, sicut sensus patiuntur à sensibilibus remotis, à coniunctis non patiuntur? cur oculos ipsos nõ cernimus & oculorum colores, sicut per oculos cætera cernimus? Et solutio Aristo. consistit in hoc, quòd sensorium est in potentia ad sensibile, & non in actu, sicut cremabile est in potentia combustibile, & non actu. quia si actu esset, non indigeret eo, qui est extra, igne in actu, vt dicit, ad hoc vt comburatur. Et est locus satis arduus & difficilis sicut vides, intantum quòd Plutarchus, vt refert Simplicius, voluit hanc dubitationem protendere contra Empedoclem, & non contra sententiam Aristotelis, & in hanc sententiam est diuus Thomas in præsenti loco. Et in veritate, qui tenent in via Aristotelis elementa formaliter non remanere in mixto, isto modo habent necessario exponere locum istum. Sed istis aduersatur Simplicius, & Themistius, & Alexand. & Ammonius, & Commenta. vnde volunt ista intelligi secundum viam Aristotelis. Sed quomodo ex hac solutione patet responsio clare ad obiectionem, difficile est videre. Dicit Ammonius in hoc loco tres causas. Prima est quòd sensus secus se habet circa sensibile, & secus circa intelligibile se habet intellectus. quia intellectus in intelligendo intelligibile non indiget organo, & seipso sufficit, nec aliquid ad hoc habet impedimentum. sed sensus indiget organo, & ideo non potest conuerti supra suum organum, nec supra se. Secunda causa, quia sensus cognoscit spiritualiter & indiget medio, puta aere, vel aqua, vt patet in tribus sensibus, & etiam medio debite disposito, & ideo est ratio, quare visus non potest videre colorem sui organi, & tamen colorem extrinsecum potest. Tertia causa, quę est verior inter omnes, quia id, quod sentit, est totum compositum ex virtute & organo, & totum hoc concurrit vt patiens. & quia nihil à seipso pati potest, ideo indiget sensibili extrinseco. Vnde dato quòd elementa sint in organo, quia tamen organum componitur ex elementis, sicut ex materiali causa, & totum organum vnà cum sentiente virtute fit passum, omnia, quæ in organo sunt concurrunt etiam vt materia, non vt agens. & ideo necesse est quòd deducatur ad actum ab extrinseco motore. Accedit, vt dicit Themistius in hoc loco, quòd à iunctis innexisque nulli ictus eueniunt. Vnde forma existens in subiecto non alterat subiectum, quia alteratio fit per contactum. & ideo oportet quòd alterans sit distinctum loco, & subiecto, ab ipso alterato. Vnde Aristote. in primo de generatione & corruptione in tex.com.78 continuum quidem igitur vnumquodque, & vnum ens impassibile. similiter autem & non appropinquantia. Et ista est ratio, quare ęthica febre laborantes non sentiũt febrem suam, licet calor ille extraneus sit intensior quàm sit calor in alijs febribus dependentibus ab humoribus, vt sunt putridæ, vel à spiritibus, vt sunt ephemere, quia humor & spiritus sunt corpora distincta à membris sentientibus: sed caliditas febris æthicæ est formaliter & subiectiue in ipsis membris. Sed quò ad authoritatem Alexand. qui videtur contradicere huic sententiæ, respondetur q, nõ est intentio Alexand. dicere quòd sensus sentiant se, aut organa sua: quia alibi ipse oppositum tenet, sicut est rei veritas. sed dicit similitudinem inter intellectum in actu & sensum ĩ actu, penes hoc quia, sicut intellectus in actu & intelligibile in actu vnum sunt, quia vnus & idem est actus vtriusque: sicut in simili dicitur in tertio physic. quòd vnus & idem est actus motoris actu mouentis, & mobilis actu moti: sic etiam est de sensu in actu & sensibili in actu. & sic dicunt verba eius, quia dicit. Similiter autem sensus seipsum sentire dicitur, quando hæc sentit, quę actu sibi eadem fiunt: & non dicit q, sensus sit conuer-

Quarę ęthica febre laborantes nõ sentiũt se febrire.

conuersiuus supra suam essentiam, aut supra organum suum. Vnde Auicen. dicit in 6. naturalium quod virtus imaginatiua, quæ est spiritualior, quàm sensus extrinseci, & quàm sensus communis, non potest imaginari organum suum.

2. de aïa. cõm. 52. Trigesimasexta contradictio est in cõm. 52. Scribitur sensationem exterioris sensus non posse fieri sine præsentia obiecti. Huius tamen oppositum meminimus nos inuenisse in dictis eius super commento. libri de somno & vigilia, vbi dicit in somno visionem, & gustus sensationem, vel aliquid

Solutio. huiusmodi posse fieri. Soluitur, quòd talis sensatio non sensus est exterioris, sed est sensus communis, qui vtitur intentionibus pro rebus, vnde illa sensatio non est sine præsentia obiecti: obiectum enim præsens est species in organo sensus exterioris, quã apprehendit sensus communis, & non sensus exterior: quia sensus exteriores in somno sunt ligati. nam secundum Auer. in prædicto tractatu somnus est ligamentum sensuum exteriorum. Et ista est solutio Gregorij Ariminensis in primo sententiarum. 3. distin. primi, quæst. prima arti. 2. in solutione secundæ experientiæ Aureoli. & dicit istam solutionem esse de mente Cõmenta. prædicto loco. Miror maxime de tanto doctore quomodo plerunque allegat tot, & tantas Commen. authoritates, quas aut nõ intelligit, aut fingit se non intelligere. ipse dicit in primis sensationes istas non posse fieri à sensibus exterioribus, quia sensus exteriores sunt ligati: & allegat Cõmen. ibi. sed contra sensus communis etiam in somno ligatus est: & ligamentum non attribuitur sensibus exterioribus, nisi propter ligamentum prius existere in sensu communi. nam, vt dicit Philosophus, somnus est passio primi sensitiui: primum autem sensitiuum appellat sensum communem. Dicamus igitur pro nobis & pro ipso quod sensationes dupliciter fiunt. quandoque per lineam rectam: & ista incipit à sensibilibus extrinsecis, & terminatur ad virtutem rememoratiuam. alia est per lineam reflexam & retrogradam: & ista incipit à virtute rememoratiua, & terminatur ad sensus exteriores. In somno autem potest fieri retrograda sensatio. nam virtus imaginatiua per intentionẽ, quam recepit ab obiecto extrinseco, vel à virtute rememoratiua, mouebit sensum communem, et sensus communis mouebit sensum particularem, & sic fit talis sensatio. vnde ista sensatio est sensus particularis tanquam subiecti, & non est sensus communis, nisi tanquã agentis. Sed illud, quod decepit Gregoriũ, fuit, quia non potuit imaginari quomodo sensatio ista possit esse sensus exterioris, cùm ipsi sint ligati, sed, vt dixi, ipse incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim, nam quomodo potest esse sensus communis, cùm ipse sit primo ligatus? Soluimus igitur quòd in somno perfecto ligati sunt sensus isti, & sensus communis, & præcipue à sensibilibus communiter occurrentibus: & in tali somno nõ fiunt istæ sensationes. est & alter somnus imperfectus, & in tali fiunt istæ sensationes. & licet sensus exteriores in tali somno ligati sunt respectu sensibilium exteriorum communiter occurrentium ab extrinseco, tamen respectu alterius fenestræ, vt ita dicam, per quam itur ad sensum communem, non sunt ligati, & respectu illius imitari possunt. istud sentit Auerr. ibi in litera. Et ne videar ista studio contradicendi dixisse, adduco verba eius formaliter. inquit. quomodo autem accidit quòd homo in somno videt, quòd sentiat per quinque sensus absque eo, quòd ibi sit aliquod sensibile extrinsecum. & soluit dicens. Hoc accidit per contrariũ motũ ei, qui fit in vigilia. in vigilia. n. sensibilia extrinseca mouent sensus, & sensus cõmunis mouent virtutem imaginatiuam: in somno autem quando virtus imaginatiua imaginata fuerit intentionem, quam accepit ab extrinseco, aut ex virtute rememoratiua, reuertetur & mouebit sensum communem, & sensus communis mouebit virtutem particularem: & sic accidit quòd homo cõprehendit sensiblia, licet non sint extrinsecus, quia intentiones eorum sunt in instrumentis sensuum. hæc illæ formaliter. Vide etiam pro hoc ipsum tertio colliget capit. 38.

Trigesimaseptima contradictio est in cõmen 60. Dicit Cõment. quod melius est quod diuersitas formæ sit causa diuersitatis materiæ, quam econtra. Sed huius oppositum habetur ab ipso octauo physico. commen. 46. vbi ex diuersitate materiæ probat diuersitatem formarum. Soluitur. diuersitas materiæ est causa diuersitatis formæ: sed diuersitas materiæ est signum diuersitatis formæ, non causa. Ratio igitur quam facit 8. physi. 46. est à signo, non à causa. 2. de aïa. com. 60. Solutio.

Trigesimaoctaua contradictio est super tex. 62. Aristoteles definiens sensitiuum dicit, esse tale potestate, quale sensibile est iam actu. & subdit, quòd patitur non 2. de aïa. tex. 62.

simile ens, passum autem assimilatum est. videtur igitur sensibile in principio esse contrarium sensitiuo, & in fine simile. Ex hoc igitur sequitur sensationem esse alterationem in contrarietate fundatam. Huius tamen oppositum Aristote. supra iam dixerat in tex. commen. 57. vbi distinxit ipsum pati & alterari, asserens aliud esse corruptionem quandam, aliud autem salutem pot⁹. & ita finaliter concludebat, quòd alteratio, qua secunda potentia deducitur ad actum, est ex secundo genere alterationis. sic quãdo sciens in habitu exit ad actum consyderandi: & similiter quando sensus exit in actum sentiendi.

Solutio. Soluitur. vt dicit Aristote. quia non habemus propria nomina, quib⁹ nominare possumus huiusmodi intentiones factas à sensibilibus in sensus, oportuit vti nominibus istis tanquam proprijs, scilicet ipso pati & alterari. Sed aduerte quòd in alteratione proprie sumpta, quæ est corruptio quædam, talis est inter terminos cõtrarios: sicut est in vero motu, qui est de cõtrario in contrarium. Sed huiusmodi contrarietas non inuenitur in sensitiuo, quia non mutatur de forma contraria in formã contrariam: nec sic assimilatur sensibili vt fiat eius materia. ex hoc enim, quòd sensitiuum visus mouetur à colore, non albescit, neque nigrescit, sicut iam fit in alteratione vera, vbi passum est materia agentis, sed solum formam eius recipit: hoc enim est vniuscuiusque sensus proprium, susceptiuum esse specierum sine materia. & proptetea neque pati, nec alterari proprie dicitur. Sed istud est aliud alterationis genus, quod in perfectionem desinit, pro quanto ista receptio est solius formæ, quæ tandem terminatur in iudicium & cognitionem. quemadmodum enim dicim⁹ ceram excipere sigillum, & imaginem auream, non tamen quatenus aurea est, cera enim sine auro, aut ære symbolum excipit, vt dicit lucidissim⁹ Themistius. Et subdit quòd nulla materia de forma sibi accidente, hærenteque iudicium ferre potest, quoniam materia suapte ingenio incipiens bruta irrationabilisque est: ratio vero tum de alijs iudicat, tum ratione & forma rationem & formam apprehendit: sensus vero species, & ratio ea est, quæ sedem in primo instrumento sentiendi habet.

Quare ethicus febrẽ suam non sentiat. Et hinc scire poteris propter quam causam ethicus non sentiat febrem suam, quia febrilis ille calor realiter est, & materialiter in membris. & ideo membra, cùm sint caloris illius materia, non possunt de illo afferre iudicium, sed bene de calore, quod est in humoribus, aut spiritibus iudicare poterunt, quia ab illis possunt decidi species sine materia in organo tactus, sed à proprio calore nihil patitur, sicut combustibile à seipso non comburitur, vt dicit Arist. in secundo de anima. in tex. commen. 52. Et hoc pulchre notauit Themist. in. 2. de anima in tex. 62. vbi inquit quòd sensum proprie pati & alterari à sensilibus, cum patet quòd, si visus exalbuit, alba non percipit, si manus recaluit, calida non sentit: si palatum indulcuit, dulcia non dignoscit, aures strepitũ familiarem obaudiunt. Ad formam igitur contradictionis dic quòd in alteratione & passione vera passum mutatur de habitu contrario in habitum contrarium, & passum fit materia agentis. sed in alteratione perfectiua. qualis est sensitiui, non est de contrario habitu in contrarium nec id, quod patitur fit materia formæ agẽtis, sed solum desinit in iudicium & cognitionem mediante receptione solius formæ circũscripta materia. forma enim sola sensibilis est, quæ sensorium percutit. Solum igitur hic est salus, quia sensitiuũ, antequã priuatur à sensibili, non habet formam secundum quam fit assimilatio, sed facta passione habet. vnde ex non formato fit formatum, & ex non cognoscente in actu fit cognoscens. sensibilia enim extra actiua sunt huius operationis, vt dicit Aristote. in. 2. de anima. in tex. commen. 59. quod qualiter sit intelligendum superius declarauimus. non valet autem quòd, si sensitiuum ante pati non est simile, igitur est contrarium, q ia negatio affirmationem non infert. Vel dic quòd est priuatiua contrarietas, ex quo existens simili fit similis, sed non positiua, sicut est in vera.

Trigesimanona contradi. est super eodẽ tex. Aristo. inquit ꝙ sensitiuum est tale in potentia, quale est sensibile actu, & passum est tale, quale est illud. Sed huius oppositũ sequitur ex his, quæ scribuntur infra ab eodem in tex. commen. 121. vbi dicitur quòd proprium est vniuscuiusque sensus susceptiuum esse specierum sine materia. Manifestum est autem ꝙ sensibile actu, quod mouet sensum, est forma in materia, sed sensus, seu sensitiuũ nunquã actu, vbi passum fuerit, habebit formã sensibilis in materiali & naturali esse. Et tũc iterũ concesso ꝙ ista receptio fit secundum speciem, restat quomodo sit facta assimilatio inter sensibile habens esse materiale, & ipsum sensum. 2. de aĩa. tex. 62.

Soluitur,

Solutio. Soluitur, vt tradit Aristo. in tex. cómen. 57. extractio potentiæ secundæ ad actum secũdum fit ab eo quod est actu, & simili sic, sicut potentia ad actum. non est enim necesse vt passum assimiletur agenti in natura, aut in forma, aut in modo essendi simpliciter. non in natura, alioquin cœlum nõ posset agere in ista inferiora, quæ sunt distantis naturæ: nec in forma, alioquin Sol non posset generare hominem: nec in modo essendi, sicut est in casu nostro. sed vt scribit etiam Com. 12. meta. c. 18. ista similitudo debet esse talis, qualis est inter potentiam & actum, potentia enim est ordo & habitudo ad actum. quotiens igitur currit inter agens & passum talis proportio, vt tale sit passum in potentia, qua pati possit ab agẽte, qualis est in actu agens, vt possit agere, tunc semper prouenire potest actio, nisi aliquid impediat. Et hoc præcipue etiam verificatur in casu nostro, vt allegatum est ex mente Philosophi. licet igitur sensibile extra habeat esse materiale, & sensus recipiat secundum esse spirituale, est tamen talis proportio, vt sensus à sensibili sic pati possit, sicut sensibile potest agere. Vtrum autẽ sensibile virtute propria adæquate, an etiã concurrẽte extrinseco motore causet illud esse spirituale. dubitatio ardua est, & mota per Auer. in commen. 60. quæ indiget perscrutatione separata, de qua infra dicam. Sic igitur intelligere potuisti, qualis similitudo currit inter sensibile & sensitiuum, quia est talis, qualis est inter potentiam & actum. Sed, quia intellectus adhuc nõ quiescit, dicamus, altius quædam repetentes, ꝙ forma rerum sensibilium habet duplex esse, naturale, & extraneum, naturale in materia, extraneum vero in medio, vel in anima sicut scribit Commen. in. 2. de anima in cõmen. 97. Et, quia anima est primo diuersa à materia, est alter modus receptionis animæ & alter materiæ. vt scribit Comment. 3. de anima. commen. 5. in principio. Sic enim anima quodammodo dicitur esse omnia, quia ꝑ sensum est omnia sensibilia, & per intellectum est omnia intelligibilia. 3. de anima. tex. commen. 37. vnde Commenta. in libro destructio destructio. disputa. 3. in solu. 28. dubij. dicit. ꝙ quælibet forma habet esse duobus modis, videlicet esse intelligibile, quando comprehendit separatum à materia ab intellectu, & esse sensibile, videlicet id, quod habet actualiter in materia. verbi gratia lapis formam habet materialem extra actum, & aliam formam, quæ est intellectio, & comprehensio facta in anima, prout anima rationalis capit eam separatam. quia igitur forma quælibet, dicit, habet duplex esse in anima, & extra animam ex formis sensibilibus istis, sicut materia est in potentia ad talem formam in esse naturali, sic anima est in potentia ad eandẽ formam in esse spirituali, quia lapis non est in anima, sed forma lapidis, vt dicit in tertio de anima. &, sicut agens transmutans materiã in esse naturali, assimilat sibi passum in tali esse, sic sensibile mouens sensum in esse spirituali assimilat sibi ipsum in tali esse, vel per se, vel concurrente extrinseco motore. Et ad hoc animaduertens Philosophus in. 2. de anima. in tex. commen. 138. dicit ꝙ videns quodammodo coloratum est: sensorium enim vnumquodque susceptiuum est specierum sine materia. Vides igitur clare quomodo sensitiuum fit simile, vbi passum est à sensibili. Et hoc est, quod Commenta. notat in commen. 62. vbi inquit ꝙ sentiens innatum est perfici per intentionem rerum sensibilium, non per ipsas res sensibiles. Et, si non, tunc esse coloris in visu & in corpore esset idem. Et, si ita esset, tunc esse eius in visu nõ esset comprehensio. vbi patet hanc esse differentiam inter esse coloris in visu, & esse eiusdem in corpore colorato. quia in visu est comprehensio, sed in corpore colorato non est comprehensio. Et propterea inquit Commen. ꝙ Arist. animaduertens ad hanc differentiam dixit ꝙ sentiens est illud, quod est in potentia, sicut sensatum est in perfectione. & non dixit ꝙ est in potentia sensatum: quoniam, si ita esset, idem esset esse coloris in visu & in sua materia. ex quo patet colorem in visu non esse, sicut forma in materia, sed sicut cognitum in cognoscente.

Quadregesima contradi. est super eodẽ tex. Aristo. dicit ꝙ sensitiuum patitur non simile existens, passum autem assimilatum est. Sed ex hoc sequitur, vt sensatio fiat in tempore. quod tamen est falsum. est enim subita mutatio, & in talibus non differt fieri à facto esse, nec pati à passo esse, vt demõstratur in. 6. physi. auscultationis. Soluitur. intelligitur isto modo ꝙ sensitiuum ante receptionem speciei à sensibili non est assimilatum illi, sed post receptionem. sic .n. anima est omnia ſm receptionem, & similitudinem, vt dicit Commenta. in tertio de anima. i. per receptionem similitudinum. 2. de aĩa. tex. 62. Solutio.

Quadragesimaprima contradi. est in cõ. 62. Sensibile non agit in sensum, nisi quando est 2. de aĩa. cõ. 62.

do est contrarium. Oppositum secundo de anima. 57. Soluitur secundo de anima. 57. tex. distinguitur de duplici alteratione, perfectiua, & corruptiua. licet igitur in sensatione non sit vera contrarietas ad agendũ actione corruptiua, est tamen aliqualis, talis qualis requiritur inter mouens & motũ, & alterans & alteratum alteratione perfectiua. vide ibi, & intelliges.

Solutio.

1. de aĩa. tex. 63.

Quadregesimasecunda contradi. est in tex. 63. Aristote. describens sensibile proprium inquit. Dico autem sensibile proprium, quod non contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit decipi. Circa autem hanc secundam conditionem est contradictio. quia Commentator dicit hoc esse verum in maiori parte, sed nõ expressit in quibus casibus est verus, & in quibus nõ. Themistius autem volens hoc specificare in secundo de anima cap. vigesimoprimo. super expositione pręsentis loci assignat tres conditiones, videlicet quòd organum sit incolume, quod non sit perturbatum mediũ, & quod sit debita distantia. & cùm hac glosa omnes ferè Latini interpretantur locum istum. Nos aũt inuenimus Alexan. in paraphrasi de anima in capitulo .12. vbi declarat, quæ sunt sensibilia per se, & quæ per accidens, quod assignat quandoque. inquit. n. In proprijs autẽ sensibilibus sensus potissime veri sunt, vbi sensibus ea seruantur illæsa, quibus cum sensilia suscipi nata sunt. Quorum primum, atque præcipuum est, vti secundum naturam valentia & sana sensoria sint. Deinceps vero rei sensibilis situs. neque enim res retro positas visus cernere potest. Tertio loco æquabilis interualli mẽsura necessaria est. nõ enim ex omni spatio sensoria res sensibiles excipere possunt. Prę ter hæc autem opus est medio, quo intercedente ad sensoriorum ministeria, commoda, & apta sensibilium susceptio præbeatur. neque enim visio fieri potest, nisi colluminato perspicuo. Postremo nihil oportet, quod sensum interpellat & turbet. neque enim audire possumus, cùm soni vehementiores obstrepunt, & sensum inturbant. Aut igitur Themistius est diminutus, aut Alexand. superfluit. Dicimus quòd Alexandri Themistius dicitur abbreuiator, vt notat Commenta. duodecimo metaphy. commento secundo, & ideo duæ illæ conditiones expressæ per Alexand. reducuntur & virtualiter continentur in illis tribus expressis per Themist. nam debita distantia sensilis ad sensum præsupponit etiam debitum situm, & includit illum, quia non dicitur sensibile esse in debita distantia: quando non est in situ conuenienti ad hoc vt sentiatur. sensile etiam dicitur in respectu ad sensum, cuius est inuitatiuum. Similiter vltima conditio, vt non sit aliquis mot⁹ fortior, qui impediat, reducitur ad illam. videlicet quòd medium non sit perturbatum & ideo quod Alexan. pluribus expressit, Them. paucis perstrinxit Quod si dicat vltra istas cõditiones requiri aliã, videlicet quòd virtus non sit distracta, quia ad alia fortiter intenti delata sub oculis non videmus, vt dicit Philosophus in libro de memo. & remini. Dic ꝙ continetur in prima illa cõditione Themistij. quia in distractione mentis ad altiora reuocatur sensus communis, & spiritus ad interiora, vt notat Cõmenta. in commento super libro de somno & vigilia. & sm Alexand. reducitur ad postremã conditionem adductam per ipsum, quia motus maiores impediunt minores. & ideo, quando virtutes interiores vigorantur in suis actibus, exteriores debilitantur, & econtra.

Quadragesimatertia contradi. est in cõ. 65. Dicit Cõmen. ꝙ sensibilia communia sunt propria sensui communi. Huius oppositum patet infra cõmen. 133. vbi dicitur ꝙ non sunt propria alicui sensui. Soluitur. per sensum communem non intellexit hic virtutem aliquam distinctam ab alijs sensib⁹, sicut imponit sibi sanctus Doctor hic: sed intellexit cõmunitatem sensuum, quia sensibilia cõmunia possunt sentiri à pluribus, quàm ab vno sensu. & ideo dixit quòd sunt propria sensui communi. Et tu vide Themistium in. 2. de anima super. 133. Et sic argumenta Sancti doctoris nulla. & sic etiã patet ꝙ nulla sit contradictio. 2. de aĩa. com. 65. Solutio.

Quadragesimaquarta contradictio est in com. 72. Dicit ꝙ color vniuscuiusque visibilis videtur in luce. siue illud visibile videatur in obscuro, siue videatur in luce. Sed ex verbis infra in eodem cõ. videtur oppositũ istius sequi. quia ibi habet ꝙ color non est visibilis, nisi mediante luce. Soluitur. dictũ eius verificatur de visibilibus, quæ videntur in obscuro, & in medio illuminato: sicut sunt noctilucæ, & quærcus putrefacta, quæ & die & nocte videri possunt. tñ rõne alterius videntur in die, & ratione alterius videntur in nocte, nã in nocte videntur merito lucis, in die merito coloris, & non merito lucis subiectiue existẽtis in visibili, quia lumen maius obfuscat minus. cùm hoc tamen 2. de aĩa. com. 72. Solutio.

men stat q; talia videantur, vt colorata in medio actu lucido. & mediante luce continentis. Et sic propositio est vniuersaliter vera, q; omnis color in quolibet visibili existens non videtur, nisi mediante luce.

2. de aia. com. 72. Quadragesimaquinta contradi. est in eodem cõ. Cõ. habet q; color non est visibile nisi mediante luce. Oppositũ. 2. de anima. cõ. 67. vbi habet q; color non est visibilis p aliquam formã sibi contingentem, sed est visibilis per se.

Solutio. Soluit. visibilis est color mediante luce, quantum ad actum immutandi diaphanũ, & organũ sensus mediante luce, lux igitur est diaphani dispositio pro formis colorum recipiendis & pro visu. nõ.n. colores in obscuro videri possunt, licet sint actu colores etiam in obscuro existentes. visibilitas igitur competit colori per se in secundo modo: quia forma coloris est causa visibilitatis eius. Sic igitur patet contradictionis sedatio, si recte vides.

2. de aia. com. 76 & 79. Quadragesimasexta contradi. est in cõ. 76. & 79. Quia in. 76. dicit q; medium in sono est aer, non aqua: sed in 79. dicit oppositum.

Solutio. Soluitur. in aqua non fit sonus realiter, sicut fit in aere, sed solũ spiritualiter. & sic etiam intelligitur dictum eius in cõ. 81. infra. in prin. commen.

2. de aia. com. 84 Quadragesimaseptima contradi. est in cõ. 84. Dicit Cõmen. aerem in aure semper moueri, & tamen in 83. dixit ipsum quiescere.

Solutio. Soluitur in eodem. 84. quia motus aeris existentis in aure est motus proprius: sed motus in aere extraneo, & non organico est motus extraneus. cum hoc igitur q; talis aer organic⁹ mouet motu proprio, stat ipsum quiescere quiete opposita motui extraneo. sic soluitur, vt vides, instantia. sicut etiã ignis in sphæra propria potest dici motus, & quiescens diuersimode.

2. de aia. cõ. 91. Quadragesimaoctaua contradict. est in commen. 91. Dicitur q; non habere pulmonem sit causa remota non respirandi. Et tamen primo poster. dicitur q; est causa propinqua.

Solutio. Soluitur. dictum eius in posterioribus habet veritatem respectiue, non absolute: quia non habere pulmonem est causa ꝓpinqua respectu non animalis, tamen simpliciter propinqua non est.

2. de aia. tex. 92. Quadragesimanona contradi. est in tex. 92. Aristoteles, & Commenta. videntur dicere, quòd differentiæ odorum male, & cũ difficultate apprehenduntur ab homine. praue enim odorat homo. Ex aduerso autem scribit Auerro. in commento libri de Sensu & sensi. in capitulo quinto, quod homo apparet quòd melius distinguit differentias sensibilium olfactus, quàm cætera animalia.

Solutio. Soluitur per doctrinam Aristotelis in quinto de generatione animalium capitulo secundo. Nam acute videre, audire. & olfacere bifariam dicitur, aut quia distincte percipiendo differentias istorum sensibilium, aut procul, & à remotis attingendo ipsa. primum prouenit ex synceritate & temperamento organi. & quia complexio humana est magis temperata alijs complexionibus brutorum, sic omnes sensus hominis sunt perfectiores alijs. vnde distinctius percipit omnes differentias sensibilium, quàm faciant cætera. sed percipere à remotis obiectum prouenit ex situ organi. vnde qui habent oculos profundos, & palpebras grossas à remotis inspiciunt, illi autem qui habent oculos eminentes, non possunt ad longam distantiam. sic animalia multa procul olfaciunt ex situ organi. vnde catelli Laconici, qui habent porrectas nares, eminus olfaciunt. homo igitur in hoc à quampluribus animalibus vincitur. sed non vincitur indistincte iudicando differentias sensibilium. Et hoc etiam fatetur Commentator in libro de sensu & sensi. dicit enim quòd apparet, quòd homo melius distinguit differentias sensibilium olfactus, quàm cætera animalia, & tamen multa animalia comprehendunt fortius odores à remotis. Hoc etiam innui in præsenti commento nonantesimosecundo prope finem.

2. de aia. com 94. Quinquagesima contradictio est in commento, & in proœmio metaphysicorum. Nam hic videtur sensus tactus præcedere alios sensus, & per consequens visus: ibi vero visus alijs præfertur sensibus.

Solutio. Soluitur. priora generatione via perfectionis posteriora sunt, sic dicimus prioritatem tactus ad alios sensus esse prioritatem secundum subiectum & materiam, sed prioritas visus ad tactum est prioritas formæ & finis. Et hoc etiam confirmat Commenta. in secundo de anima commento septuagesimoseptimo, vbi dicit quod Aristoteles videtur ordinare consyderationem de virtutibus sensus secundum nobilitatem, non autem secundum naturam. prius enim egit de visu, quàm de alijs. sed Auicen. sexto naturalium ordinauit talem consyderationem secundum naturam: quia prius egit de tactu, quàm de alijs. Pro hoc vide secundo de generatione & corruptione textu commenti septimi.

Quinqua-

2. de aīa. com. 97. Quinquagesimaprima contrad. est in cō. 97. Dicitur ꝙ raritas ignis est maxima. Oppositum. 4. physi. 72. vbi dicit ꝙ crescit in infinitum. Soluitur. est maxima ſm naturam, prout consequitur formam existenté in materia. terminatio enim est à forma: sed prout in materia absolute est, in infinitum tendit, cùm infinitudo sit à materia. 3. physico. 60.

Solutio.

2 de aīa. com. 98. Quinquagesimasecunda contradi. est in cō. 98. &. 101. Quia hic dicit ꝙ omnes sensus indigent medio etiam gustus, & tactus. tamen de gustu & tactu oppositum apparet in cō. 101. Soluitur. ibi negat requiri medium extrinsecum. & hoc per se: nam in sensu tactus, & gustus non concurrit medium extrinsecum per se, sed per accidens. vide pro hoc cō. 115. secundi de anima. Et ideo Cōm. in princi. cō. 116. secundi de anima dicit ꝙ aer & aqua in talibus sensibus sunt media, si debent dici media. ex hoc enim apparet ꝙ illa non sunt vere media, sed sunt media per accidens, vt ipse declarauit in cō. 115. Et eodem modo soluitur contradictio iudicis eius super cō. libro de sensu & sensi. vbi dicit ꝙ sensus, tactus, & gustus, non indigent medio. & tamen in hoc. 98. dicit ꝙ indigent medio. Soluitur. ibi negat tales sensus indigere medio extrinseco in ratione per se, & veri medij: hic concedit eos indigere vero & per se medio intrinseco. sensibile enim positum supra sensum non causat sensationem, ſm Aristo. quicquid dicat Auicen. in hoc.

Solutio.

2 de aīa. cō. 100. Quinquagesimatertia contrad. est in cō. 100. Dicit ꝙ amplitudo venarum & viarū anhelitus est propter necessitatem, & non propter melius. Oppositum in simili scribitur. in. 2. physi. 82. &. 88. contra Antiquos. Pondera, quia non assertiue, sed dubitatiue loquitur, & cogita.

Solutio.

2. de aīa. cō. 108. Quinquagesimaquarta contradict. est in cō. 108. Dicit graue & leue esse substantias, &. 5. meta. 18. dicit ꝙ sunt quantitates, &. 1. cœli. 17. dicit ꝙ sunt substātiæ. etiam in. 2. de gene. & cor. &. 7. phy. 11. &. 2. de partibus animalium. cap. 1. habetur ꝙ sunt qualitates. Vide quæ scripsi super. 7. physi. in cō. 11. Et, si vis curiosius videre, vide Conciliatoré in differentia. 42. in tertio dicendorum,

Solutio.

2. de aīa. cō. 116. Quinquagesimaquinta contradict. est in cō. 116. Dicit carnem esse medium, & non instrumentum tactus. Sed in commento super libro de sensu & sensi. & in secundo colliget. capit. de iuuamentis carnis, & in capitu. de iuuamento tactus, dicit oppositum. Vide Conciliatorem differentia. 42. in. 3. dicendorum de hac materia. quia qñ dicit Cōmé. ꝙ caro est organum tactus, intelligitur de carne cordis, quia in corde ſm Philosophum est radix istius sensus, & organum. quando dicit ꝙ est medium, loquitur de alia carne. Alij per carnem intelligunt carnem neruosam esse tactus instrumentum, & ponunt neruos esse partiale instrumentum tactus, sicut ipsemet Conciliator tenet. Et huic opinioni fauere videtur Cōm. 2. de anima. cō. 108. vbi dicit ꝙ tempore Aristo. quo scripsit librum de animalibus, non erāt noti nerui, sed post per anatomiam apparuit. illud enim. quod sciuit Aristote. ratione sciuit post per sensum. nā vult ꝙ Philosophus per illud, quod est intra carnem, intelligat neruum: & tale est organum tactus partiale. & ista est via Auerr. sine dubio. Sed salua reuerētia Auer. eius positio non videtur esse de intentione Aristo. Nam dicere, quando Aristo. composuit librum de partibus animalium, in quo expresse ponit organum tactus in corde esse; sicut est videre in. 2. lib. cap. 10. & in lib. de sensu & sensi. ꝙ tunc non fuerunt cogniti sibi nerui, quia scientia sectionis erat tunc ignota, istud in veritate esse videtur vnum magnum mendacium. Nam Philosophus plerunque de neruis loqui videtur in libro illo, sicut in ca. 8. vbi agit de carne, & de his, quæ vice carnis habenť. & in libro de historijs animalium plerunque de neruosa carne meminit, vt in. 3. cap. 5. Nec est verisimile ꝙ tantus Philosophus, qui fuit solertissimus naturæ rimator, librum illū sine anatomia conscriberet. quomodo enim de cordis ventriculis, deq; alijs minutissimis mēbris conscripsisset ita solertet, nisi proprijs oculis vidisset singula? Nerui auté non sunt adeo minutissima corpora, quòd propter sui paruitatem non possint videri. Præterea sententia Philosophi fuit sensum tactus medietatem contrarietatum obtinere. Et ideo dicit in. 2. de anima in tex. cōm. 124. plantæ non sentiunt, quia non habent medietatem. sunt enim complexionis multum terrestris. &. 3. de anima. tex. com. 66. ait Philosophus. omnium enim tangibiliū tactus est, sicut medietas & susceptiuus sensus, non solum quæcunque differentiæ terræ sunt, sed calidi & frigidi, & aliorum omnium tangi possibilium. & propter hoc ossibus & capillis, & huiusmodi partibus non sentimus, quia terræ sunt. & plantæ etiam ob hoc neque sensum vnum habent, quia

Solutio.

Digressio contra Auerr. de instrō sensus tactus.

terreæ

terreæ sunt. Arguitur ergo sic. nerui sunt terrestris complexionis, sicut omnes Medici, & Philosophi testantur. ergo talibus nõ sentimus. patet consequentia, quia manente causa, manet effectus. quõ ergo Auer. exponit q; illud, q; est organum tactus est illud, quod est intus: & per illud quod est intus exponit neruum: cum nullo modo neruo sentiamus? Cõfirmatur authoritate Philosophi, quæ non recipit glosam. 1. de anima. 79. tex. scribit enim ibi Philosophus, quæcũque enim insunt in animalium corporibus simpliciter terræ, vt ossa, nerui, pili, nihil sentire videntur. quare dicendum est illud, quod intus est, esse organum sensationis: & tale est ipsum cor. Ista est veritas. & ita Simplicius, & Antiqui exposuerũt locum illum. Et in hoc nolo cum Auer. esse quia, vt mihi videtur, in hoc quæsito dimisit præceptorem suum, & imitatus est potius Medicos. Nam, sicut scribit Philosoph9 1. æthico. cap. 7. pro defensione veritatis etiã propria impugnare oportere, præsertim Philosophos, magis existimandum est. nã cũm ambo amici sint, pium est veritatem in honore preferre. Excusare ipsum possum, de errore defendere non possum. nam litera sua in. 1. de anima non loquitur de neruis, sed de ossibus solum. Similiter sermo Medicorum, in quibus etiam versabatur, fecerunt ipsum à veritate deuiare. Hæc notauimus hic propter errorem communem imponẽtium Arist. illud, quod negat expresse. & istud non prouenit, nisi quia vident expositores, & de tex. nihil.

2. de aia. cõ. 129. Quinquagesimasexta contradi. est in cõ. 129. dicit q; demonstratio illa Philosophi fundatur super propositiones: quarum vna est, q; omne, quod sentit animal, aut sentit ipsum per contactum, aut mediante corpore extraneo. si ista disiuncta datur per opposita, sequitur aliquam sensationem sine contactu fieri: cuius oppositum patet. 7. physi. tex. cõm. 12. vbi habetur q; omnis alteratio perfectiua fit per contactum. si non datur per opposita, non est disiunctiua, per Boetium in libro diuisionum. Solutio. Soluitur. per contactum intellexit medium intraneum. & sic sensus est q; omnis sensatio, aut fit per medium intrinsecum, aut per medium extrinsecũ. Et ista bene opponunt, sicut vides.

2. de aia. tex. 130. Quinquagesimaseptima contradi. est in tex. 130. Dicit Aristote. aerem esse auditus, aquã vero visus, ignẽ aũt aut nulli9, aut omnibus communem, quia nihil sine calore sensitiuum est. Sed huius oppositum habetur ab Auer. in. 3. colliget. cap. 36. vbi dicit, q; auditus est aeris, aqua visus, olfactus attribuitur igni. Amplius videtur q; organum olfactus, cũm sit in anteriori parte cerebri, q; sit frigidum & humidum, & ita erit aquæ tantum, & non aeris, aut aquæ. vt Aristote. dicit hic. Solutio est, q; non est intentio Aristo. dicere ibi esse organum alicuius sensus ex vno tantum simplici constans elemento, quia animal & membra eius ex quatuor constant elementis: sed sua intentio est aliqua sensoria elementis simplicibus attribui, in quibus ipsa mixtio non est manifesta, & sic pupilla attribuitur aquæ, auditus, aeri. vnde si pungatur oculus, non exit nisi aqua, & in auribus, apposito cornu, sentitur aer complantatus, vt dicitur in. 2. de anima. Olfactus autem propterea dicitur esse alterius istorum, vt notant Cõmen. & Græci expositores, non ratione organi, sed ratione animalium, quorum quædam olfaciũt per aquam, vt pisces, & quædam per aerem, vt animalia degentia in aere. Ignis autem propterea dicitur, aut nullius esse, aut omnibus communis, quia ignis, qui est feruor, & exustio, corrumpit organa sensitiua & animalia: alter est elementalis, qui regulatur ab anima. & sic calor ille est naturalis, vt ab anima regulatur, & sic est omnibus cõmunis. vnde ꝓportio cuiuslibet sensus & organi ad ignem sub ratione, qua sunt in actu secundo, est proportio tanquam ad formam. & proportio ad alia elementa præter ignẽ, vt sic, est sicut ad materiam, quia semper respectus imperfectioris ad perfectius est respectus materiæ ad formam, aut instrumẽti ad agens. 3. de anima cõ. 36. sed quando Auerro. dicit organum olfactus esse ignis, hoc intelligit ex parte modi, quo multiplicatur intensio odoris, qui aut est fumalis euaporatio, aut non fit sine ea: & non intelligitur quantum ad organum.

Quinquagesimaoctaua contradi. est super tex. 133. Arist. & Cõm. dicunt q; numer9 2. de aia. tex. 133. cognoscitur negatione continui. Sed hoc videtur esse contra id, q; habetur in. 10. meta. tex. cõ. 2. vbi dicitur q; omnis numerus vno cognoscitur, & ibidem tex cõ. 4. numerus sm q; est compositus ex vnitatibus, mẽsuratur per vnitates. Amplius est dubium, quõ numerus est priuatio continui, vt dicit Commen. in cõmento. Paulus Venetus dicit q; sumitur priuatio pro contrario min9 perfecto, vt nigredo dicitur priuatio albedinis. & quia in inuitando sensum, vnum euidenti9 sentitur, & certius quàm multitudo

ideo

ideo dicitur quòd numerus est priuatio continui. Sed hoc non potest stare, quia litera dicit ꝙ numerus cognoscitur negatione continui, & Commenta. etiam in commento videtur ꝙ talia se habent vt priuatio & habitus, quia loquitur vniformiter hic, sicut de quiete respectu motus Et ideo dicimus nos ſm Cō. ꝙ sicut de quiete dicebatur ꝙ sensus non comprehendit quieté, nisi post comprehensionem motus, ita etiá sensus non cognosceret numerum, qui causatur ex diuisione continui, nisi prius cognouisset ipsum continuum, quod est vnú. Et hoc est, quod dicit Cōm. ꝙ comprehésio multitudinis, & numeri est per comprehensionem priuationis continui, quod est multitudo. Vbi aduerte, vt habetur in. 4. phy. numerus diuiditur per vnitates, sed non continuatur per vnitates. & ideo in numero est priuatio continuationis. & isto modo sensus cognoscit naturam negatione continui, pro quanto cognoscit multa, quæ non sunt vnita in vno côntinuo. &, si sensus non præcognouisset vnum continuum, non posset illud iudicare in ratione numeri. & sic numerus cognoscitur negatione continui. vnde, vt dicit dominus Albertus hic, sensus oppositorum est idem essentialiter, vbi vt dixi, essentialitas se tenet ex parte potentiæ cognoscentis. Simplicius autem dicit in præsenti loco ꝙ non est intelligendum numerum cognosci negatione continui, sicut tenebra à visu per priuationem lucis, ex hoc ꝙ non mouet visum. quando quidem numerus est per se sensibilis, sicut vnum, sed quoniam opponitur vnum multitudini, & quia multitudo congregat insimul vnum continuum secundum vnumquodque eorum, ex quibus multitudo componitur, quoniam in sensibilibus vnum, vt continuum, est vnum, non autem in multitudine manifestatur, & in cögregatione ipsum continuum, quamuis & vnus sit numerus secundum diuisam collectionem; & vnus est, & cognoscitur, sed non vt continuus, & hoc manifestat continui negatio, videlicet, ꝙ numerus non cognoscitur solum vt vnú, hoc enim in sensibilibus solum continuum est, sed in collectione istorum talium, collectione recusante continuationem. & est expositio satis subtilis in veritate. & in hoc credo verum esse quod dicit. quia numerus dicit formam positiuam, & non est pura priuatio, sicut quies. Vbi animaduerte, quòd numerus mathematicus, qui ex vnitatibus indiuisibilibus resultat, vt sic, non cadit sub sensu, sed sub imaginatione. & vt sic, pertinet ad Mathematicum. sed numerus, qui est sensibile commune, resultat ex vnitatibus corporalibus sensibilibus idem enim est dicere res sensibiles & corporales, vt dicit Simplicius in prologo physicorum. Et illa ratione vnitas sensibilis est vnum, quod est continuum, non illud, quod præcise est indiuisibile, & est principium numeri mathematici, quia illud pertinet ad imaginationem. Ita mihi videtur pro nunc dicere. quare licet in istis sensibilibus communibus conueniat Naturalis & Mathematicus, tamen alio & alio modo. quia Naturalis consyderat de istis, vt sunt coniuncta sensibilibus proprijs, & vt mouent sensus aliquo motu, & ipsis proprijs, sed Mathematicus abstrahit ab isto motu istorum, vt coniunctus est proprijs, & sic non pertinet sua consyderatio ad sensus istos, nec est sensibilis; sed imaginabilis tantum. Et per hoc patet solutio ad ea, quæ in oppositum adducebantur. quia Aristoteles in decimo metaphysicorum tractat de numero, vt est quantitas discreta ex vnitatibus in diuisibilibus præcise resultans: & de hoc est verum quòd numeratur per vnitates, vt cóponitur ex eis, & cognoscitur per vnitatis reiterationem. sed iste est numerus formalis. sed numerus sensibilis constat ex vnitatibus sensibilibus, & per illarum iterationem cognoscitur, vt dicit Aristoteles in quarto physicorum tex. commen. 134. & cognoscitur etiam negatione continui secundum alterum dictorum modorum, vel secundum Auer. vnde numerus sensibilis & naturalis est ille. qui causatur ex diuisione continui. &, quia continuum non componitur ex indiuisibilibus, vnitates istæ sunt res continuæ, sed mathematicus numerus causatur ex vnitatibus indiuisibilibus. Ex hoc patet, solutio ad obiectiones, quæ possunt fieri - quomodo numerus dicit priuationem vnitatis & continuationis, & tamen oppositú habetur, decimo metaphysi. vbi tex. cōm é- octauo dicitur, quòd vnum opponitur priuatiue multitudini. & confirmatur, quia vnum dicit indiuisionem secundum Auer. quæ priuatio quædam est, & per consequés numerus non est priuatio vnitatis, sed econtra. Solutio. est æquiuocatio in sermone. quia in decimo metaphysic. agitur de vno transcendenter sumpto: & tale opponitur priuatiue multitudini. & etiam loquendo de vno, quod est princ ipium numeri dicit in diuisionem, quæ est priuatio multitudinis

nis.tamen hic est sermo de numero sensibi li,qui importat negationem continui, ex cuius diuisione resultat,& non sumitur pro numero mathematico,qui est quantitas di screta ex vnitatibus indiuisibilibus causata: quia talia vt sic sunt separata à sensibus. Vn de potest dari alius intellectus subtilis illius authoritatis in te.côm.133.omnia ista motu sentimus,i.motus contrahit & specificat ista entia ad esse sensibile, & coniungitur ipsi materiæ sensibili, vt dicit dominus Albert⁹ in quæstione de homine.Sed licet hoc sit verum in se,non tamen est ad propositũ quia tunc esset æquiuocatio in paruo spacio de motu.qui Philosohpus in tex. habet statum,quiescens autem eò quòd non mouetur.& tunc non esset verum omnia sensibilia communia contrahi ad esse sensibile per motum,quia fallit hoc in quiete.Nisi esset quòd Albertus diceret quietem etiam contrahere ad esse sensibile ista, quia natura est principium motus & quietis. Sed magis placet alter illorum sensuum, videlicet Themisti j,& Auerro. per motum, intelligendo motum spiritualem, vel sicut exposuit Simplicius. Et aduerte quòd discretio numeri,vt numerus est sensatum commune,communis est ad omnem diuisionem partuim continui,secundum quam diuisio nem diuersa cognoscũtur sensata,quæ sunt in ipsis, & sic numerus cognoscitur negatione continui ratione istius diuisionis, seu discretionis partium coniunctarum in se paratione consistentium, & includentium negationem vnius continui.

2.de aĩa. com.133 Quinquagesimanona contradi. est in cõ. 133.Dicit Commenta.q̃ id,quod inuenitur vni accidentaliter, inuenitur alij essentialiter.Vide oppositum secundo physicorum. com.48.

Solutio. Soluitur,q̃ id, quod est accidentaliter vni naturæ,est essentiale alteri naturæ: sed id,quod est accidentale vni naturæ non potest esse essentiale alicuius eiusdem rationis cum illa natura. primo modo intelligitur authoritas Commentator hic: secundo modo intelligitur authoritas eiusdem in secundo physicorum, in commento allegato.

2.de aĩa. com.133. Sexagesima contradi.est in eodem com. Dicit priuationem essentialiter cognosci. sed supra cõmen. 120. dixit quòd accidentaliter cognoscitur.

Solutio. Soluitur. supra dixit hoc comparando ad habitum.hic vero dixit oppositum comparando ad potentiam. eadem enim est potentia respectu priuationis & habitus essentialiter,licet habitus per se cognoscatur,& priuatio illius habitus per accidens.

Sexagesimaprima contradi.est in cõmẽ. 134.Dicit Cõmẽ.q̃ virtus,comprehendens istum esse Socratem, aut filium hominis, est superior virtute sensus. Huius oppositũ scribit ipse in.2. de aĩa in cõ.63.vbi dicit q̃ cogitatiua hominis comprehendit intentiones indiuiduales decem prædicamentorum. 2.de aĩa. cõ.134.

Solutio. Nisi esset quòd dictum eius hic intelligitur completiue: sed dictum eius supra in.63 intelligit̃ inuatiue. Aut hic loquit̃ respectu sensus exterioris. virtus ista est superior, qua comprehendimus substantiam, aut relationem:& ista virt⁹ est cogitatiua. & hoc non contradicit Auer.in illo loco.

Sexagesimasecunda contradict.est ibidẽ. Auer. habet q̃ quando coniunguntur duo sensus ad iudicandum super eandem rem ipsam esse eandem.iudicium est vtriusque sensus,& non alterius tantum.Sed vide oppositum infra.cõ.& tex.146. 2.de aĩa. cõ.134.

Solutio. Soluitur dictũ eius hic procedit de initio,& occasione iudicij,sed dictum eius infra procedit de cõplemento iudicij.vnde sensus exteriores respectu sensus communis sunt sicut testes, qui examinantur à iudice,qui dicitur audire iudicium vtriusque partis,& postea proferre sententiam.

Sexagesimatertia contradi.est in te. 141. Dicit Aristo.q̃ vnus est actus sensilis & sensitiui. Sed huius oppositũ inuenimus apud Alexan.in paraphrasi de anima in capitu. de intellectu in actu, vbi dicit q̃ sensus non fit idem cum rei sensilis specie. 2.de aĩa. tex.141.

Solutio. Soluitur intentio Philosophi est quòd, cùm sensibile concurrat sicut motor, & sensorium sicut motum,& quia idem est actus motiui & mobilis,& motus est in mobili non in motore, sic actus sensibilis & sensorij idem est, & est in sensorio non in sensibili. Intentio autem Alexand.est quòd sensus non sentit se,sicut intellectus seipsum intelligit post aliorum intellectionem.& illa ratione Alexand.dicit q̃ sensus non fit idem cum rei sensibilis specie,quia post speciem rei sensibelis non est conuersiuus supra seipsum,vt seipsum sentiat,sicut est de intellectu.

Sexagesimaquarta contradictio est in te. 146.Aristoteles dicit sensum communem cognoscere alteratim inter sensibilia diuersorum sensuum, & in eodem instanti.vbi Com. dicit in cõ. quòd alietas est quædam relatio,& relatiua insimul existunt in actu. Sed ex hoc sequitur sensum communem apprehendere relationem. Sed huius oppositum 2.de aĩa. tex.146.

ſitum colligitur ex ſententia Commẽ.in.2. de anima.commen.134.vbi dicit ꝙ virtus, quæ comprehendit iſtum eſſe Socratem, aut filium Socratis, eſt ſuperior ad virtutem ſenſuum. & ita videtur quòd relatio non cognoſcitur à ſenſu communi. Solutio. Soluitur dictum Commenta. intelligitur de ſenſu exteriori,quia ille non cognoſcit ſubſtantiam,neque relationem,ſed ſenſus hominis interiores poſſunt hæc cognoſcere.vnde intentio Commenta. eſt ibi ponere differentiam inter illos modos duos, ſecundum quos aliquid dicitur ſenſibile per accidens. vnus eſt non ſimpliciter,& eſt quando ſenſibile vnius ſenſus comparatur ad aliũ ſenſum,ex quo accidit vt ſit coniunctum cum ſenſibili proprio illius ſenſus. vt ſi pomum fuerit coloratũ & dulce,dulce dicitur ſenſibile per accidens reſpectu viſus.nam hic eſt accidentalitas duorum ſenſuum exteriorũ, qui ſunt in eadem latitudine, quia ambo ſunt exteriores,& vnus non eſt ſuperior altero.Sed ſecundus modus per accidens ſenſibilis eſt,quando aliquod obiectũ per accidens eſt coniunctum ſenſibili per ſe alicuius ſenſus, quod tamen nõ eſt obiectum alicuius ſenſus eiuſdem ordinis,ſed ſuperioris ſicut ſi albũ accidat vt ſit filius Socratis. vnde iſta relatio accidit albo, & non pertinet nec ad viſum,nec ad alium ſenſum exteriorem,ſed bene poteſt pertinere ad ſenſum cõmunem,qui eſt virtus ſuperior ad viſum,& ad reliquos ſenſus exteriores. immo vt dicit Themi.eſt princeps aliorum,& alij ſunt ſicut famuli & miniſtri eius.Et ne videatur tibi mirum,vt relatio ſenſibilium rerum ſenſu percipiatur,vt eſt ſenſibilis.nã Ariſt. hoc expreſſe dicit in.2. de anima. in tex.cõ.145.ꝙ quia nos vnumquodq; ſenſibilium ad vnumquodque comparando diſcernimus & ſentimus,& ſentimus ꝙ differunt,neceſſe eſt vtique ſenſu. ſenſibilia.n. ſunt. vbi Commenta. dicit quòd differentia eſt ſenſibilis, quæ eſt inter ſenſibilia, licet enim intellectus etiam differentiam inter ſenſibilia agnoſcit, tamen in vniuerſali & non ſignate,& ſenſibiliter.vnde videtur mihi relationem iſtam poſſe agnoſci, à ſenſu communi,& non ſolum à cogitatiua,vt aliqui voluerunt: aliter ratio Ariſtot. in tex.146.non procederet,in qua demonſtrat virtutem ſenſus communis in eodem tempore indiuiſibili apprehendere,& proferre iudicium de diuerſis, vel contrarijs ſenſibilibus.

2.de aia. tex.151. Sexageſimaquinta contradict. eſt ſuper tex.151.Ariſt.in hoc textu dicit ꝙ deceptio eſt magis propria animalibus.& in hoc plurimum tempus perficit anima. Sed vtrũq; videtur falſum eſſe.quia cognitio veritatis, cũm ſit animæ perfectio,videtur eſſe magis propria animæ.Secundũ etiam falſum eſſe videtur,quia tẽpus diſpoſitionis naturalis, & præter naturam æquale eſſe non poteſt, vt patet in.2.cœli.tex.cõ.38. vbi Cõmenta. dicit in paraphraſi ꝙ tempus ſanitatis eſt prolixus tempore ægritudinis.&.1. cœli te. cõ.15.quæ præter naturam ſunt, citiſſime corrumpuntur. Solutio. Niſi eſſet ꝙ iſtud Ariſt. declarauit quõ ſit magis proprium, videlicet ex parte temporis, non quia ſit magis naturale.Et quando arguitur ꝙ tempus non poteſt eſſe æquale diſpoſitionis naturalis, & præter naturam:Reſpondetur, ꝙ hoc locũ habet in diſpoſitionibus, quæ immediate inſequuntur formam ab agente mediante forma:iuxta illud, agens quantum dat de forma, tantum dat de accidentibus conſequentibus formam, mediante tamen forma.ſed cognitio non datur ab agente dante animam, ſed cauſatur ab obiecto & potentia cognoſcente.& licet anima pluri tẽpore verſetur in ignorantia,quàm in ſcientia,tempus tamen illud breue eligibilius eſt,quo verſatur in ſcientia, quàm tempus prolixum in quo verſatur in ignorantia,ſicut præponendum eſt tempus breue in fœlicitate,quàm prolixum in miſeria, & ita adhuc non eſt æqualitas, ſi bene conſyderas.proprium igitur hic ſumitur, quò ad quando,& non aliter. nam multis modis proprium dicitur,vt patet in.4.topi.

2.de aia. com.151. Sexageſimaſexta contradi. eſt in cõ. 153. Dicit virtutem imaginatiuam diſtingui ab alijs virtutibus.In cõ 20. huius ſecundi dicit oppoſitum. Solutio. Soluitur.hic loquitur de perfecta imaginatiua, quæ eſt in determinata parte corporis,& quæ eſt non ſolum reſpectu præſentis obiecti,verum etiam reſpectu abſentis. ſed ibi loquitur de imaginatiua imperfecta,quæ ſolum in imperfectis animalibus,& ſolum circa præſentia obiecta actum habet,quæ diſſeminata eſt per totũ animalis corpus.

2.de aia. com.153. Sexageſimaſeptima contradict.eſt ibidẽ. Dicit imaginatiuam differre ab intellectu & cõſilio,quia imaginamur dum volumus. Sed fuit oppoſitum. ꝙ hoc eſt nihil, quia à pari intelligimus cùm volumus. Solutio. Soluitur. bene intelligimus dum volumus, ſed non intelligimus verum cum volumus,ſicut eſt de ſenſu & imaginatiua.

Sexageſi-

2.de aïa. tex.155. Sexagesimaoctaua contradi. est in te.cõ. 155. Ponuntibi quatuor habitus. Sed oppositum habetur. 6.æthi.cap. 4. vbi sex ponũtur habitus. Solutio. Soluitur. Philosophus hic distinxit solum habitus, qui noti erant ab Antiquis vsq; ad sua tempora: sed in sexto æth. enumerat omnes habitus, quos ipse ex puris naturalibus nouit.

2.de aïa. tex. 156. Sexagesimanona contradi. est in tex. 156 In eodem cõmen. dicitur sensus esse veros in maiori parte. Et tamen oppositum dixit supra in. 152. vbi habetur q; sunt semper veri. Solutio. Soluitur. supra loquebatur de sensu, vt mouetur à sensibili: hic vero loquitur, vt ex se componit. Sed cõtra. nam etiam sensus vt mouetur à sensibili, non est semper verus, sed frequenter, sicut patet. 2. de anima. cõ. 63. & ideo forte sumpsit semper supra, idest in maiori parte. Vel si vis q; ly semper sumatur, vt distinguitur contra frequenter, dicas q; illud est verum, seruatis illis tribus conditionibus positis à Themistio in. 2. de anima. super tex. 63. Et Auer. seipsum glosat consimiliter. 4. metaphy. cõmen. 26. vbi habet hæc verba. Comprehẽsio autem, quæ fit vno sensu, & vno modo sensus, & in eadem dispositione est vera semper. Hæc de secundo dicta sufficiant.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

Super Tertio de Anima.

3.de aïa. tex. 1. Ontradictio est in textu primo. Aristote. in hoc tex. videt dicere q; per intellectum materialem, qui possibilis est vocatus, homo intelligat. sic. n. exponit Themi. & Commen. illud, quod dicitur hic. De parte aũt animæ, qua anima intelligit & sapit, idest per quem homo intelligit & sapit. Sed huius oppositum scribit Alexan. in tracta. de intellectu cap. 3. vbi habet q; intellectus agens est effectiuus intellectionis. & videtur esse etiam de sententia Commen. 3. de anima, com. 19. vbi dicit q; comparatio intellectus agentis ad materialem est comparatio quodammodo principij mouentis ad materiam motam. Solutio. Soluitur intellectus agens, siue Deus sit, vt posuit Alexan. siue sit pars animę nostræ, vt voluit Themist. & Commẽ. pro tanto dicitur esse effectiuus intellectionis, quia comparatio eius ad intellectum materialem est sicut comparatio lucis ad diaphanum. comparatio autem intentionum imaginatarum ad ipsum est sicut comparatio coloris ad visum. & sicut lux est perfectio diaphani, sic intellectus agens est perfectio intellect9 materialis. & sicut diaphanum non mouetur à colore, neque recipit ipsum, nisi quando lucet, ita intellectus materialis non recipit intellecta, quæ sunt hic, nisi fm q; perficit per istum intellectum & illuminatur per ipsum. & sicut lux facit colorem in potentia esse in actu, ita q; possit mouere diaphanum, ita intellectus agens facit intentiones intellectas in potentia esse actu intellectas, quas recipit intellectus materialis. Ratione igitur specierum intellectarum intellectus agens dicitur esse effectiuus intellectionis: tamen iudicium ipsum & discrimen, quo de obiecto intellecto iudicamus fit per intellectum possibilem. nam, si sensus habet virtutem, per quam discernit sensibile, multo magis intellectus materialis. Vnde teneo intellectionem formaliter, qua intelligim9 & iudicamus, immediate produci ab intellectu materiali illuminato per intellectum agentem, & informato specie intelligibili, sed dicitur ab intellectu agente causari ratione speciei, quia illa est ab intellectu agente effectiue. Et ista videtur esse sententia Auer. in. 3. de anima. in cõ. 19. vbi dicit ponendo differentiam inter intellectum agẽtem & passibilem, q; differunt in hoc, q; iudicium est aliquid in capitulo perfectionis iudicis, actio autem non est fm illum modum in capitulo perfectionis agẽtis. Et etiã, si opinio opposita vera esset q; intellectio immediate produceretur ab intellectu agẽte in nobis, non propterea sequeretur hominem formaliter intelligere per intellectum agentem, sed per intellectum materialem, quia eo formaliter anima ĩtelligit & sapit. nam omnes expositores sunt concordes in hoc, q; intellectus, de quo Aristot. loquitur in hoc principio. 3. de anima, est intellectus materialis. vnde, licet motus effectiue sit à motore, non tamen formaliter est in motore, nec formaliter motor denominatur moueri, sed mobile. ita est etiam de intellectione, quæ est quidam motus, licet æquiuoce dictus. & hoc tangit Commen. in præadducta differentia. Et, si replicetur in oppositum per authoritatem Themist. in 3. de anima. cap. 27. vbi dicit hominis essentiam esse intellectum agentem, & q; omnis actio inde deriuatur & dicatur. Sol. Them. vt tradit Commen. 3. de anima. cõ. 20. opinatus

est intellectum materialem & agentem,& speculatiuum esse vnum subiecto, & differet fm modum. Et licet hoc teneat Them. aduerte tamen q in via eius iudicium formaliter attribuitur nobis per intellectum materialem, non quatenus ex potestate cõstat, sed quatenus agens est intellectus, quia illinc omnis actio dicitur, atque deriuatur. Quòd si intellectus materialis non accipit indiuisibiliter ea, quæ intellectus agens tradit indiuisibiliter, nihil est q miremur, quãdo huius rei illud exemplum exploratum habemus, quòd affectiones corporum, candor, nigror, & eius generis cæteræ, quanquã propria rõne & suapte natura indiuisibiles atque insecabiles sint in materiam, tamen diuisibiliter & secabiliter recipiuntur. Et ex isto capite recte perpenditur secundũ Themistium intellectum agentem & materialem esse vnum subiecto: quod bene Commenta. videtur intellexisse. Et sic habes quid in via Alexand. Commenta. & Themistij sit dicendum in hoc quæsito arduo, sicut vides.

3. de aïa. tex. 2. Difficultas quo pacto intellectus intelligat. Solũ Scoti Secunda contradictio est super tex. 2. Aristote. & Commen. videntur dicere intelligere esse sicut sentire, & q sit pati. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexandrum in tract. de intellectu. vbi cap. 5. dicit. Intellectui peculiare esse actium esse. & intellectio, vt inquit, est ei actio, & non passio. Subtilis doctor perscrutans circa hoc in quæstione. 13. quolibetorum in artic. tertio dicit q non est sensus, quòd intelligere sit pati formaliter, ita quod sit de genere passionis, sed quòd formaliter denominat per hoc, quòd recipitur in aliquo subiecto: sit sensus, intelligere est recipere intellectionem, & sic etiam sentire est recipere sensationem. Vnde, si obiectum vel Deus causaret sensationem, non diceretur sentire. similiter, si intellectus causaret effectiue in se intellectionem, non propterea diceretur ex hoc intelligere. sed potius ex

Cõfutatio hoc quòd recipit intellectionem. Sed ista declaratio non bene exprimit sensum Arist. nec aperit aliquid proprium sensationi & intellectioni, in quo dististinguuntur ab alijs formis denominantibus. nam hoc est commune omnibus formis denominantibus ab intrinseco, quòd sunt per informationem in re denominata, immo & motus ipse denominat mobile, in quo est formaliter & non denominat motorem. Præterea stat aliquid denominare aliquid, in quo tamen non est per inhærentiam: sicut communiter dicitur de sex principijs. Dicamus igitur, vt alias diximus, q sensus & intellectus materialis sunt de virtutibus animæ passiuis secundum sententiam Cõmenta. in. 2. de anima. commen. 51. & 3. de anima. commen. 4. potentiarũ autem passiuarum proprium est moueri ab obiecto, cui attribuuntur. &, quia sensus mouetur à sensibili, & intellectus ab intelligibili, ideo intelligere est si sicut sentire. Nota tamen, q in passione vera sunt duo. vnum est contrarietas, merito cuius est aliqua corruptio: secũdo est receptio formæ. sentire & intelligere de passione non habent nisi receptionem tantũ, quia in eis non est vera cõtrarietas: merito cuius concomitetur aliqua corruptio, & ideo est alterum genus alterationis & passionis ipsa sensatio, quàm sint veræ alterationes, quæ fiunt secundum veras passiones & passibiles qualitates, vt dicitur secundo de anima textu commen. 57. & 58. & in tertio de anima textu commen. 28 In talibus enim est euasio & perfectio, vt dicit Commen. etiam in commen. & Themi. in eodem loco super. 2. de anima dicit idẽ. Vnde, quia sensatio præsupponit receptionem specierum, & intellectio receptionem specierum intelligibilium, sic sentire, & intelligere consistunt in quodam pati, tanquam in necessario præsupposito ad hoc, q sit sentire & intelligere. Sed intelligere & sentire formaliter non sunt receptio specierum. quia, vt scribit Commenta. in. 2. de anima. commen. 149. recipere aliquid est aliud à iudicare illud. Et Alexand. dixit in paraphrasi de anima, in illo capit. vbi agit de intellectu practico & specu. quanquam per corporeas affectiones sensuum functio fiat, sentire tamen nõ est pati, sed iudicare, atque discernere Et ideo Alexan arctius loloquens in via Peripateticorũ voluit potentias animæ distingui in actiuas & iudicatiuas, appellans actiuas potentias animæ vegetatiuæ: reliquas vero vt sensus & intellectus in numero potentiarum iudicatiuarũ, quia istæ sunt virtutes discernentes & iudicantes. vnde secundo de anima tex. commẽ. 150. videtur autem intelligere & sapere tanquam quoddam sentire esse, in vtrisque. n. anima iudicat aliquid & cognoscit. Aduerte tamen q licet secundum Auerr. & Alex. tã in intellectione, quàm in sensatione concurrat specierum receptio, quæ est passio quædam, differenter tamen est ista passio in sensu & in intellectu. quia sensus patitur, patiente aliquid organo. vt dicitur. 7. physi. tex,

Propria solutio.

tex.comme.12. sed intellectus non patitur patiente organo, quia nullius organi est actus, tertio de anima. tex.commen.5. Sed tunc est difficultas apud viam Theo. & Themi. negantium specierum receptionem in intellectu materiali vere, quomodo sit similitudo ista intelligendo, in hoc, quod Aristote. dicit intelligere esse sicut sentire, & quomodo sit quoddam pati. Dicamus nos quòd in via istorum ista sunt in intellectu intelligenda fm similitudinem & nõ vere. vnde in substantia intellectus materia lis vere non recipitur aliqua species, sicut in sensorio recipit species, sed quia accidit substantiæ intellectus materialis propter mixtionem, inquantum videlicet tangit magnitudinem, vt intelligat ea, quæ sunt hic, sicut sensus in sentiendo per speciem dependet ab obiecto sensibili, sic intellectus à phantasmate, tertio de anima. tex commen.30. intellectiuæ animæ phantasmata vt sensibi lia sunt. sicut igitur sensus, ad hoc ꝙ sentiat, mouetur à sensibili: sic intellectus materialis ad hoc vt intelligat, oportet vt quiditatem enim phantasmatibus speculetur. tertio de anima. tex.commen.32. species intellectiuas in phantasmatibus speculatur. Sed tunc est difficultas, si intellect⁹ nõ intelligit per receptionem speciei sicut sensus, quomodo igitur intelligere est pati fm istã viam? & qũo Aristo. dixit intellectum locũ esse specierum. 3. de anima. commen. 6. vbi laudat Antiquos? &. 3. de anima. tex. cõ. 38. lapis non est in anima, sed species? Soluitur secundum viam similitudinis. Nam intellectus, vt intelligit, sic discernit & iudicat, & intelligere formaliter non est pati, sed iudicare & discernere obiectum intellectum. sed, quia hoc iudicium quod affert de istis, non competit sibi inquantum intellectus est, sed inquantum est tangens magnitudinem: nullus enim intellectus abstractus vere a magnitudine intelligit aliquid eorum, quæ sunt hic, vt dicit Themist. tertio de anima. cap. 45. & est etiam sententia Commẽ. tertio de anima. commen. 19. sic igitur intelligere intellectus materialis fit de rebus sensibilibus, quæ sunt potentia intellecta pro quanto fit in phantasmatibus, sicut sentire fit respectu sensibilis. &, quia hoc sibi ex passione contingit, vt magnitudini est connexus & iunctus, sic intelligere est quoddam pati, quia huic intellectui vt moueatur ab obiecto, quod est hic in phantasmate relucente hoc sibi accidit. & sic est passiuus non vere, non solum quia non per organum, verum etiam quia neque vere in sua substantia aliquid recipit per informationem, sed solum modo prædicto per viã similitudinis. Sed tunc est in hoc difficultas, quia intelligere videtur esse actio transiens. & non immanens. Dic quòd iudiciũ est in iudice. Commenta. tertio de anima commen.19. iudicium est in capitulo perfectionis. licet igitur actus intelligendi intelligatur quodammodo transire in obiectum, hoc est pro quanto terminatur ad ipsum: tamen iudicium est actus iudicis, & virtutis discernentis. Et hoc voluit Alexan. in prædicta authoritate, quæ in principio contradictionis adducebatur, ꝙ intellectus actiuus est, & intellectio est ei actio & non passio. Scis igitur ex sententia Peripateticorum, qũo intellectio non est passio formaliter, sed iudicium. & quia iudiciũ attribuitur formæ & agenti, potius est actio quàm passio. verissime tamen est qualitas, quę est in ipsa virtute iudicante. Et, quia non inconuenit vnam & endem formam posse spectare ad diuersa prædicata secundum diuersas habitudines, qualitas.n. est fm quam quales esse dicuntur: &, quia ab intellectione dicitur intellectus intelligens, & sensus à sensatione dicitur sentiens: sic sentire & intelligere sunt qualitates. Si hoc intellexerit Scotus ille subtilis, bene dixit Si vero consyderentur, vt præsupponunt receptionem specierum, quæ receptio est passio quædã, sic sunt in capitulo passionis. Si consyderentur in ordine ad potentiam eliciẽtem istos actus, sic sunt actiones. Sic concorda dicta sapientum. Si quæratur in via Theophrasti & Themist. cur sensus non potest sentire sine receptione speciei. & intellectus materialis potest. Dic, quia intellectus est substantia immaterialis, cui competit receptio vera sensus vero est materialis, & virtus organica. & licet recipiat sine materia, alteratur tamen quodam modo, & patitur patiente organo. vnde sensibilia excellentia corrumpunt sensum. tertio de anima. tex. commen. 7. sensus enim consistit in quadam consonantia & ratione. 2. de anima. tex. commen. 143. Sed intellectus, cùm nullius organi sit actus, non opus est, vt intellectio fiat per contactum, sicut sensatio. Hac enim ratione ostendit Aristote. in. 7. physico. quòd in sensatione alterans, & alteratum sunt simul, quia alteratio quædam sensus esse videtur. tex. commen. 12. Sed intellectus, cum nõ sit corpus, neq; virtus i corpore, potest iudicare de obiecto

sine receptione vera speciei in sua substantia facta. Vnde, vt dicebatur ex sentẽtia Philosophi. 2. de anima. tex. cõ. 150. intelligere & sapere videtur tanquam quoddam sentire esse: propterea quia in vtrisque anima iudicat aliquid, & cognoscit aliquid eorum, quæ sunt. Hoc. n. argumẽto decepti sunt Antiqui, arguentes in secunda figura ex duab⁹ affirmatiuis. Non est igitur similitudo penes formalem receptionem specierũ vtrobique, sed penes iudicium, sicut vides. Sed differt iudicium intellect⁹ à iudicio sensus. quia sensus ad hoc vt iudicet, præsupponit in sensorio passionem à sensibili respectu speciei sine materia. sed intellectus hoc non requirit: ideo potest dijudicare sine receptione speciei in sua substantia, sed in parte sensitiua, in qua recipiuntur phãtasmata. & sic alteratio est in parte intellectiua, non ratione subiecti, sed ratione virtutis sensitiuæ, quæ est coniuncta ei, cui accidit vt sic, vt tangat eam, ex parte. s. qua intellectus est. Et hoc fuit in causa ꝙ Arist. in. 2. de anima locuturus de virtute sensitiua in genere, præmisit sentire in quodam pati & moueri cõsistere, in tex. cõ. 51. sicut iã concessum erat ab Antiquis, vt patet. 1. de anima. tex. cõ. 79 Et ideo, quia mens eius non erat hoc sane dictum simpliciter, sensum pati & moueri, & ab alio agere, seu in actu esse, ideo ibi in tex. cõ. 54. apponit corrigendo hoc dictum, primum quidem tanquam idem sit moueri, & pati, & agere dicimus. & mot⁹ est act⁹ quidam, imperfectus tamen. Vbi, vt notat lucidissimus Them. innuit differentiam inter moueri & agere, & inter pati & agere. licet. n. sensus patiatur & moueatur à sensibili, vt dictum fuit, non tamen agit ratione sensibilis in hoc, ꝙ iudicium sumit de sensibili, sed hoc habet ex se & sua ratione formali. in plus enim est agere, vel in actu esse, quàm sit motus, aut passio. nã vt dicit Themist. ibi, ita actus excedit motum, sicut genus excedit speciem, nam motus est actus quidam. s. imperfectus: ratio autem actus generalior est. Et, si instetur contra hoc authoritate Philosophi in lib. de sensu & sensi. vbi habet ꝙ sensibile sensum agere facit: & in. 2. de anima. tex. cõm. 59. vbi dicit, ꝙ actiua operationis sensibilis sunt extra. Dic ꝙ facit ipsum esse in actu, quò ad speciei receptionem, pro quanto sensus patitur aliquid patiente organo, vt dictum est: sed non facit ipsum agere in hoc, ꝙ discernit, & iudicat, quia hoc habet ex sua intrinseca ratione. sensus. n. & intellectus sunt ex virtutibus animæ, quæ habent discernere & iudicare, sed sensibile solum quò ad hoc habet virtutem sensitiuam excitare, & est sibi occasio non causa principalis ferendi iudicij. organum etiam non patitur à sensibili sm̃ passionem corruptiuam, neq; passiue: nõ. n. albescit, nec nigrescit, vt patiuntur corpora: immo talis alteratio in perfectionem terminatur, quia est receptio specierum sine materia, & sensitiuum etiam operatur non vt potentiæ factiuæ, sed secundũ iudiciũ & cognitionem.

Tertia contradi. est super cõ. 4. & 5. Cõ. tenet intellectum materialem esse abstractum, & immortalem. Sed huius oppositũ habetur in. 3. de anima. tex. cõm. 20. vbi loquens de intellectu agente dicit ꝙ ipse sol⁹ est immortalis. & patet ꝙ hoc non potest absolute intelligi. quia vltra intellectũ agentem etiam intelligentiæ mouentes orbes sunt abstractæ, & immortales. igitur hoc intelligitur comparatiue, in ordine videlicet ad cæteras animæ virtutes & potestates: & ita intellectus possibilis non est immortalis. Soluitur. inter virtutes animæ sunt duæ, quarum vna est omnia fieri, alia est omnia facere: sed illa, quæ est omnia facere, est præstantior ea, quæ est omnia fieri, & sic in supremo gradu abstractionis sola essentia intellect⁹ agentis peruenit: sicut si quis dicat Solem esse magis abstractum, quàm lucem. Ex hoc tamen non sequitur quin intellectus potestatis etiam abstract⁹ sit, quia abstractio & immortalitas non consistit in puncto, sed habet latitudinem magnam. quia distantiæ entium sunt valde diuersæ. 2. cœli. cõ. 64. vnde intellectus materialis est in infimo gradu abstractorum. 3. de anima. cõm. 19. concordat Them. 3. de anima ca. 36. & sic elicio solutionem istam. aliter etiam dici potest, vt notaui in tabulis. 3. de aĩa. cõ. 4. & 5 Solutio.

Quarta contradi. est in cõ. 5. Auer. vbi reprehendit Alexand. qui, sicut sibi imponit, posuit intellectum materialem causatum ex mixtione elementorum, & vniuersaliter omnes alias virtutes animæ, dicit ꝙ hoc est contra Aristo. quia sententia Arist. fuit primas perfectiones animæ esse à motore extrinseco. Sed ipse non recordatur suimet super. 7. meta. cõ. 31. vbi reprehendit Auic. ponentem datorem formarum, & Themistiũ ponentem motorem extrinsecum respectu animalium ex putrefactione generatorũ. Soluitur. memini me diffuse dixisse de hac materia super quæstione nostra de speciebus intelligibilibus. sed pro nunc dico ꝙ 3. de aĩa. com. 5. Solutio.

via Auic.& via Alexan.sunt duæ viæ extremæ.sed via Auerro.est media,& partim discrepat ab vtroque,& partim cum vtroque conuenit. Auicen.ponebat,sicut Plato in simili dicebat, q; motor separatus erat causa adæquata productionis formarũ. vnde Co. ibi contra eos dicit q;, si ita esset, non opus esset materia in generatione. nam materia est,ex qua fit aliquid inexistente .si autem tales formæ non educuntur de potẽtia materiæ, sed totaliter sunt ab extrinseco, videt' sm ipsum q; materia superfluat:quia sequitur expositione tales formas esse per se subsistentes. Alexand.vero videtur esse in alio extremo,vt sibi imponit Cõm.quia ipse voluit animam intellectiuam hominis,& animas brutorum,& vniuersaliter omnes materiales formas esse causatas ex diuersa mixtione elementorũ tanquam ex causa adęquata:sicut est de qualitatibus secundis. vt est color, & sapor, qui causantur ex primis qualitatibus elementorum. vnde dicit Cõ. q; ista positio est quasi positio negantium agens, & concedẽtium materiam tantum: & sunt illi,qui ponunt casum: sicut patet. 2.physico.Sed via Auer.est in medio . quia ipse tenet q; formæ istæ animatorum, sicut est anima cogitatiua hominis,& omnes inferiores animæ sunt eductæ de potentia materiæ,non tamen insequuntur mixtionem elementorum tanquam causam effectiuã adæquatam , immo elementorum mixtio concurrit in genere causæ materialis.sed illud,quod concurrit effectiue, est virtus informatiua existens in semine, & est motor extrinsecus, qui est intelligentia separata, à qua rememoratur talis virtus.& ita Cõmẽ. medium tenens extrema dimisit, sibijpsi non obuiando.

3.de aĩa. com.5. Quinta contradict.est in eodem com.5. Dicitur q; in corporibus cœlestibus nõ sunt plura indiuidua in eadem specie. Oppositũ videtur.2.cœli.cõ 59. vbi ponit omnia corpora cęlestia esse eiusdem speciei.Soluitur. Solutio. multotiens dixi tibi speciem aliam vniuocam,aliam analogam esse,sicut est de genere & differentijs. sic in proposito negat hic in corporibus cœlestibus esse plura indiuidua in vna specie vniuoce dicta , concedit tamen in talibus esse plura indiuidua in specie analogice dicta,quę est secundum prius & posterius.

3.de aĩa. com.5. Sexta contradictio est in eodem com. 5. Superius.vbi iam diximus in solutione secundæ quæstionis, ipse declarans quomodo ex intellectu & intelligibili fiat maxime vnum dicit,quia non fit aliud ab eis, sicut est in compositis ex materia & forma . Sed huius oppositum sentire videtur. 12. meta. cõ. 51.vbi habet q; in solo intellectu diuino intelligibile & intellectum vnum sunt. Dico,quicquid dicant Moderni, q; intellectus Auer. iste est, q; ex intelligibili & intellectu fit maxime vnum,quia esse intelligibilis & esse intellectus sunt vnum & fiunt vnum. Solutio. Nam quid melius quàm Auer. per Auer. interpretari ? Dicit seipsum declarando.12. meta.cõ.39. intellectum, cùm intelligitur, fit idem cũ eo.scum intellectu . Et subdit. & intellectus est illud, quod intelligitur.& propter hoc dicitur q; intellectus sit res intellecta. Et hoc est consonum viæ Aristotelicæ. nam ipse.3. de anima habet q; anima est quodammodo omnia.37.cognitum.n. fit vnum cum potentia cognoscente,& esse rei cognitæ , vt sic est esse rei cognoscentis. Ista igitur identitas vniuersaliter reperitur in omni potentia cognoscente. & quanto potentia cognoscens abstractior fuerit,tanto maior est identitas cogniti cum natura, quæ cognoscit. Et suprema virtus abstracta à materia,& à qualibet imperfectione est intellectus primi entis. hinc est q; ibi intellectus & res intellecta sunt idem omnibus modis sm viam Auer. Vnde,cum res intellecta ibi sit diuina essentia, in qua est omnis perfectio,omnis bonitas sine aliqua dependentia vel potentia, vel quasi potentia, illic est mare indeficiens bonitatnm,& perfectionum,inde spargũtur flumiua & riuuli entibus,sm quod vniuscuiusque dispositio requirit.Et hoc est,qđ dixit Ari.in.1.cęli in te.cõ.100.Ideo intellect⁹ diuinus essentiã diuinam aspiciens omnia videt , quia videt illud , quod est omnia eminenter,nam videt illud quod est ens per essentiam . nil aliud videt sm Auer. perfidum , nisi suam essentiam:sicut inquit ipse 12.meta.cõ.51.si quis cognosceret naturam calidіtatis existentis in igne,non diceretur ignorare naturam caliditatis in alijs rebus calidis. vnde 4.physi.cõ.102.dicit.Si illud,quod est calidum simpliciter,est ignis simpliciter,illud, quod est aliquod calidum,est aliquis ignis. sic,cum Deus sit ens per essentiam, alia entia sunt entia per participationem , alia entia aliquid diuinitatis participant, sicut patet etiam. 2.de anima.te.cõ.34.&.2.celi.te. cõ. 64.&.1.physi.81.Solum igitur in intellectu primi intellectus intelligibile est idem simpliciter & omnibus modis, quia ibi est entitas per essentiam solum . & in nullo

alio intellectu, quia in alijs est participatio entitatis, & non est fontalis plenitudo. solū enim vnum est ens simpliciter perfectum, & illud Deus est. 5. meta. cō. 21. Noluit igitur Cō. absolute q intelligibile non fiat idem cum intellectu in alijs intelligentijs, sed voluit q omnimoda, & simplex identitas nō est nisi in solo primo intellectu. Et ideo dixit. 12. met. 51. q Deus intelligit entia eo modo, quo non est fas homini: immo eo modo, quo nullius alius intellectus ea potest intelligere, disputatione. 3. in solutione. 28. dubij contra Algazelem in libro destructionū. Et ideo fuit opinio eius, sicut ibi patet q in alijs intellectibus citra primū quilibet intelligit aliquid extra se. vnde intellectus secundæ intelligentiæ intelligit primum extra se, quia ipsa prima intellligentia non eminenter continetur in essentia secundæ, sed potius econtra. Et quia secunda intelligentia eminenter continet posteriores, immo omnia alia, dicimus q non intelligit ea ſm ipsum extra se: quia videndo seipsam videt illud, quod est omnia infra ipsam. Et ideo voluit solum primum intellectum esse incausatum, in quo intelligibile & intellectus sunt idem per essentiam omnibus modis. sed in alijs intellectibus ex parte est identitas, & ex parte diuersitas: ex parte est actualitas, & ex parte potentialitas. sicut infra declarabimus magis. Nota ista, quia multi cristato capite non potuerunt ascendere ad hoc, vt intelligerent quomodo ex ītellectu & intelligibili non fit aliud, sicut ex materia & forma: & quomodo solum in primo intellectu est verum omnibus modis, & in alijs ſm quid: & hoc respectu primi. Quia igitur materia nunquam fit forma, neque forma vnquam fit materia, sed ex materia & forma fit aliud, quod non est neque materia, neq; forma, & istud est compositum ex materia & forma. &, quia intelligibile fit intellectus, & intellectus fit intelligibile, ideo nō fit aliud ab eis, ideo fit maxime vnum ex eis. Et licet in omni intellectu locum habeat, simpliciter de solo intellectu verificatur omnibus modis. Et hoc declarabitur statim, qñ declarabimus, qūo in oībus intelligentijs est potētia citra primā.

3. de aīa. com. 5. Septima contradi. est in eodem cō. 5. Scribit Cōm. reddens causam, quare ex intellectu & intelligibili fit maxime vnum, dicit quia illud, quod fit ex eis, non est aliud ab eis, sicut est compositum ex materia, & forma. videtur velle, compositum substantiale dicere tertiam entitatem realiter distinctam à partibus. Cuius tamen oppositū videtur sentire. 1. phy. 17. Soluitur ibi à me, & illic vide. dico enim q ibi loquitur de toto integrali, vt patet in litera. sed de composito substantiali non possum videre quomodo non habeat aliquam vnitatem per se, & entitatem distinctam ab entitate partium. Dicant alij quicquid velint, dico q mēs Auer. est ista, sicut ibi late probatū est. Solutio.

Octaua contradi. est in eodem cōmē. 5. est contradictio. Quia dicit intellectum agententem esse quasi formam, & intellectum passiuum esse quasi materiam. Sed oppositum scribit ipse. 12. meta. cōmē. 17. vbi dicit q intellectus possibilis respectu intellectus agentis est quasi locus eius, non quasi materia. Soluitur. in materia duæ sunt conditiones. Vna q de potentia eius forma materialis deducatur ad actum. Et quantum ad istam conditionem respiciens dixit Cō. in. 12. met. in cō. 17. q est locus, nō meteria intellis possibilis, respectu agentis intellis. nā intellectus agens nō est eductus de potentia intellectus possibilis. Alia est conditio materiæ, q ipsa sit informabilis per formam, & perfectibilis per eam. & quantum ad istam conditionem intellectus possibilis habet rationem quasi materiæ, nōn materiæ, quæ formam mediantibus dimēsionibus & qualitatibus recipit, sed habet proportionem materiæ abstractæ. quæ cōparata ad suum actum est sicut potentia, nā via eius fuit ex intellectu potestatis, & ex intellectu agente vnam intelligentiam resultare, quæ merito intellectus possibilis passiua est, & receptiua. sed merito intellectus agentis est productiua. 3. de aīa. com. 5. Solutio.

Nona contradi. est in cō. 5. in solutione. 3 qōnis. Cō. dicit q cū, ens diuidat in ens sensile & intellectile, & sensile in materiam & formā, ita ens intellectile pariformiter videtur diuidi in aliquid proportionale materiæ, & in aliquid proportionale formę & in tellectus materialis est in tali modo, videlicet q est ens proportionale materiæ. Huius tñ oppositum scribit Alexā. in tractatu de intellectu cap. 1. vbi declarat quare intellectus materialis dicatur, non quia est subiectum aliquod, vt materia, quæ per præsentiā formæ potest hoc aliquid fieri, sed quia materia habet essentiam suam in potentia, quia omnia potest, ad quæ habet potentiam. id enim, quod est potentia quatenus huiusmodi est, meteriale est. Et parum infra ponens differentiam inter sensum, & intellectum materialem, inquit q sensus, 3. de aīa. com. 5.

cum

cum per corpora fiant, non sunt hæc, quæ percipiunt, sunt tamen actu alia quædam. est enim sensus facultas corporis cuiusdã idcirco & corporis patientis est aliquid sensuum perceptio. & ex hac causa non omniũ omnis sensus est perceptiuus, est enim & ipse iam aliquid actu. intellectus vero cum nec per corpus aliquid percipiat, nec corporea facultas sit, nec patiatur, nullum omnino entium actu est, nec est hoc aliquid potens, sed est simpliciter potestas quædam huius perfectionis & animæ, specierum et nouorum susceptiua. Amplius idem Alex. in paraphrasi de anima in cap. de intellectu practico & speculatiuo expresse dicit intellectum rectius comparari agrapho, idest in scriptionis carentiæ. quàm ipsi tabellæ. tabella enim est in numero entium. vbi expresse vult intellectum non esse in numero entium, sed priuationem quandam. Soluitur opinio Alexan. est multum remota in hoc ab opinione aliorum Peripateticorũ. Theophrastus enim, & Themistius, & Cõ. volunt intellectum esse æternum & immortalem: immo volunt prædicti q; non est potestas animæ, in qua sunt aliæ potestates, sed est substantia superior anima, quam contingit separari, sicut perpetuum à corruptibili. ita notat Themistius in. 2. de anima: commen. 31. & Commenta. comme. 21. &. 31. & in. 3. de anima. commen. 5. Et tunc secundum istos viros intellectus materialis dicitur esse potentia, & nullam dicitur habere naturam, nisi quia possibilis est vocatus. tertio de anima. tex. commen. 5. ista ratione, vt refert Themistius in tertio de anima. cap. 39. authoritate Theophrasti. inquit enim, cùm intellectus homini extrinsecus accedat, cumque tanquam appositus intellectusque sit, quæritur quemadmodum cõgenitus nobis dicatur, demum, quæ nam confirmatio natura vt eius sit. Certe id, qđ dicitur, nihil actu esse intellectum ad potestatem, omnia recte hactenus dicitur, quatenus & in sensu, non tamen vsque eò ad viuum resecãda res est, neq; tam nihil actu probandus, vt neque ipsemet sit. calumnia hæc esset & oratio contentioni cauilloque proxima. Sed ita intelligendum, vt in animo talis quædam sui generis potentia sit pro subiecto formarum, ac gremio, qualis in rebus materialibus facultas illa est, quæ constitutioni earum, & concretioni substernitur. Vbi patet secundum istos viros intellectum materialem esse in numero entium, & esse subiectum omnium formarum in esse intelligibili, sicut materia est subiectum omnium formarum in esse sensibili. Et quod dicitur non esse aliquid actu, hoc referendum est ad ipsam priuationem; & potentiam, seu carentiam formarum talium, vbi sic consyderatur. Alexander autem tenuit animam intellectiuam esse vnam formam dantem esse homini formaliter, & eductam de potentia materiæ, in qua sunt omnes virtutes, scilicet altrix, sensibilis, motiua, appetitiua, intellectus, & voluntas. verũ in hoc est differẽtia, quòd omnes animæ humanæ potentiæ sunt organicæ, excepto intellectu materiali qui est suprema animæ humanæ potentia, secundum quam anima transcendit corpus, ita quod huiusmodi potestas non est alligata organo corporali, sicut sunt aliæ potestates. vnde ex alijs potestatibus animę & organo corporeo resultat aliquod in actu, & demonstratum: etenim ex oculo & visu fit aliquod actu videns, & sic de singulis. non sic est de intellectu, quia nullius partis corporis actus est, sed est potestas animæ, & perfectio eius, quæ est gremium formarum & notionum. Alia etiam differentia est inter sensum & intellectum materialem. quia sensus, cùm per corpora fiat, patitur patiente corpore, intellectus autem per corpus non intelligit, quia nec actus corporis est, nec patitur patiẽte corpore Et ideo Alexander omnes demonstrationes Aristotelis, & verba eius interpretatur isto modo, quòd videlicet intellectus non est corpus, nec virtus in corpore, quia non est iudicium demonstratum in actu, sicut sunt corpora composita ex materia & forma. nec etiam est virtus in corpore, quia non est virtus affixa organo, sicut sensus. nec patitur patiente corpore sicut sensus, quia forma existens in subiecto patitur passione subiecti, cùm autem intellectus non sit virtꝰ organica, ideo non est virtus corporea. Et eadem ratione dicitur simplex, & eadem ratione dicitur immortalis, quia non accidit sibi mors ratione, qua sit virtus organica. & ideo dicit intellectum à principio rectiꝰ cõparari agrapho, i. carentiæ inscriptionis i. tabella, q̃ tabellæ non scriptæ. quia tabella dicit aliquod ens in actu cõpositum ex materia & forma per se subsistens, cuiusmodi non est intellectus, vt diximus: quia non est aliquod subiectum, ex quo & forma suscepta possit fieri aliquod per se subsistens in actu, sicut ex prima materia, & forma substantiali fit aliquid per se vnum

Solutio.

In actu per se subsistens. vnde, si materialis dicitur, est, quia est in potentia ad omnia intelligibilia, quia omnia quæ sunt, intelligi possunt, & potentia reducitur ad materiã, vt testatur etiam Commen. 12. meta. cõ. 26: Vbi animaduerte ꝙ Cõm. non videtur bene habuisse mentem Alex. nec ex consequẽti impugnatio Commenta. procedit contra mentem Alex. Nam non vult etiam Alex. intellectum materialem esse formaliter nõ ens & priuationem puram, sicut sibi imponit Commen. alioquin quomodo Alex. fateretur intellectum materialem esse susceptiuum notionum & formarum? Vnde in paraphrasi de anima ita scribit in cap. de intellectu practico & speculatiuo. Nihil igitur est ex his, quæ sunt actu, materialis intellectus, sed omnia potestate. cum enim ante intellectionem nihil sit actu, vbi quid intelligit, id quod intelligitur fit, siquidem illi intellectio. cùm aduenit ꝙ intelligibilis rei speciem habet. Solum igitur intellectus materialis, formalis, & promptitudo quædam est ad formas excipiendas, tabellæ nondũ scriptæ persimilis, quinimmo ipsius tabellę agrapho, hoc est inscriptionis carẽtię, quàm tabellæ similior. tabella enim iam in entiũ numero est. quapropter anima ipsa, & id, quod anima præditum est, tabellæ potius comparari potest, ipsa vero inscriptionis carentia ferè intellectus materialis est promptitudo & facultas quæpiam, excipiendis inscriptionibus accommodata. sicut igitur in tabella accidit, vt ipsa quidem, in qua aptitudo ipsa, & facultas est inscriptionis excipiendę, vbi quid inscriptum est, pati aliquid videatur, cùm aptitudo ipsa & facultas in actum prompta nihil omnino patiatur: nec enim subiectum vllum est, eodem pacto intellectus nihil patitur, cùm nihil sit eorum, quæ sunt actu. In libro autem de intellectu cap. de intellectu materiali seipsum melius declarat, quomodo intellectus materialis nihil sit actu. inquit enim. Intellectus, cùm non per corpus aliquid percipiat, nec corporea facultas sit, nec patiatur, nullum omnino entium actu est, nec est hoc aliquid potens, sed est simpliciter potestas quædã huiꝰ perfectionis, & animæ specierum, & notionum susceptiua. vbi patet intellectum materialem non esse actu aliquod entium eorum, quæ recipiuntur in intellectu, nec est aliquod potens, idest aliquod subiectum in actu, sed est potentia animæ susceptiua notionum. Sententia igitur Alex. est ꝙ intellectus materialis aliud est ex parte, qua materialis, & aliud ex parte, qua intellectus. nã materialis dicit potentiam, quæ est priuatio ni coniuncta, & sic est priuatio omnium intelligibiliũ actu. sed quia ista priuatio fundatur in essentia, in cuius illa essentia est aliquid ex natura rei, quia est potentia animæ, quę est gremium formarum, & quia ista potentia, quę est subiectum formarum, non est corpus, nec virtus in corpore, nec ex ipsa, & organo fit aliquid demonstratũ, ideo dicitur non pati patiente corpore. Voluit igitur Alexã. intellectum materialem esse simpliciter priuationem, sed quò ad formale dicit priuationem, sed connotat aliquid reale, & est potentia, quæ est gremiũ specierum intelligibilium. nam & Alexan. in paraphrasi de anima ostendit modum, quomodo intellectus materialis potest seipsum intelligere post aliorum intellectionem, quod non fecisset, si pura priuatio est apud ipsum.

Decima contradictio est in eodem com. in solutione tertię quęstionis. Dicit. nullam formam liberatam esse à potentia, nisi primam formam, & per consequens in omnibus intelligentijs citra primam aliqua est potentia. Huius tamen oppositum habetur 3. phys. 32. vbi dicitur ꝙ in æternis non differt posse ab esse, &. 12. meta. com. 30. vbi dicitur ꝙ in ente æterno nulla est potentia omnino. & idem habetur ibidem. 35. 41. & 44. & 2. cœli. 32. 33. & 34. vbi habetur ꝙ in ente æterno possibilitas est necessitas. Soluitur. potentia duplex pro nunc. quædam realis & physica, ꝙ ista semper cum actu habet compositionem facere. alia est potentia, quæ nihil reale dicit, & ista communi vocabulo potentia logica nuncupatur. Dico autem potentiam logicam ens rationis per actum collatiuum intellectus, causatũ ex non repugnantia terminorum, ſm quod non repugnant. Dico nunc quamlibet intelligentiam citra primam dupliciter considerari posse, & sub ratione generis, & sub ratione speciei. nam intelligentia Saturni potest concipi, & inquantum ens, & inquãtum tale ens. si autem consyderata fuerit inquantum ens est, non repugnat sibi ꝙ maiorem perfectionem habeat, quàm sit illa, quam actu possidet. quia, si sibi latitudo maioris perfectionis repugnaret inquantũ ens, ita quòd ratio formalis entitatis est præcisa causa istius repugnantiæ, tunc cuilibet enti istud repugnaret, & per consequẽs primo enti: quod falsum est, & impossibile. & est simile. si talpæ repugnaret visio, inquantum 3. de aĩa. cõm. 5.

quantum animal, tunc cuilibet animali repugnaret. & ideo sub ratione generis secunda intelligentia potentiã, & priuationem aliquam includit: quæ tamen nihil reale dicit, sed solum non repugnantiam. Si autem consyderata fuerit sub ratione speciei, inquantum scilicet est tale ens in tali gradu entitatis ordinatũ, sic s̄m Philosophos omnis perfectio apta nata sibi competere sub ratione, qua talis ab æterno sibi inest. Et s̄m hunc sensum dixerunt in æternis non differre potentiam ab actu. Et, quia sola prima intelligentia habet omnem perfectionem possibilem reperiri in habitu entis, cũ sit rectius entitas quàm ens, vt videbimus statim, inde est ꝙ in ea nulla est potentia, nec ratione generis, nec ratione speciei. omnes autem citra primam priuatæ sunt gradu aliquo entitatis, & bonitatis sub ratione entis. nulla autem sub ratione talis entis potentiam aliquam habet sub ratione, qua talis. sic igitur applica singula singulis, & solue & concorda ea, quæ in apparentia dissonare videntur.

3. de aĩa. com. 5. Vndecima contradictio est ibidẽ. Dicit Auer. ꝙ solum in prima intelligentia quiditas & essentia idem sunt, in alijs autem differt quiditas ab essentia. Sed huius oppositum nos inuenimus in. 3. de anima. tex. commen. 9. vbi absolute Philosophus in abstractis videtur vniuersaliter concedere quiditatem, & essentiam idem esse, &. 7. meta. tex. commen. 41. hoc idem habetur. Debes scire pro solutione Auerro. voluisse quiditatem, & essentiam non esse nomina synonyma, quia talia secundum ipsum non vsitantur in doctrina demonstratiua, nisi forte ad exponendum: tamen in præsenti loco distinguatur, quia sub proprijs rationibus sumuntur. Vnde scias quiditatem esse abstractius quàm sit essentia. vnde quiditas solum actum dicit, & ab actu nomen quiditatis est deriuatum. vnde secundum ipsum. 7. meta. 21. &. 34. tota quiditas est à forma, essentia autem est maioris ambitus, quia competere potest & entibus in actu, & entibus in potentia. Et ideo secundum principia ipsius habemus concedere materiam essentiam esse, seu naturam. quiditatem vero minime. similiter habemus concedere materiam esse de essentia compositi non habemus autem concedere materiã esse de quiditate compositi. vnde. 1. phy. cõ. 5. in fine commen. dicitur ꝙ materia. & forma sunt partes qualitatiuæ, idest partes essentiales compositi, non tamen tam materia quàm forma sunt partes quiditatis compositi, sed tota cõpositi quiditas forma est. Illud igitur, quod in rebus istis ex materia & forma compositis facit quiditatem ab essentia differre, est materia, quæ est radix potentialitatis. Sic pariformiter manuducam intellectum tuum à simili procedendo, vt intelligas quomodo solum in prima intelligẽtia est quiditas, & essentia vnum & idẽ omnibus modis. Reuoca in memoriam ea, quæ paulo ante dixi, videlicet quòd sola prima intelligentia & sub ratione generis, & sub ratione speciei consyderata est actus purissimus: omnes aliæ citra primam, aliquã potentiam habent, saltem sub ratione generis. quia igitur ratio in rebus materialibus, per quã quiditas ab essentia differebat, erat potentia annexa cum actu, si in primo sit actus sine potentia solum, sequitur ibi solũ quiditatem, & essentiam idem esse. in alijs autem, cùm sit compositio ex actu & potẽtia, non sicut ex positiuo & positiuo, sed sicut ex positiuo & priuatiuo, vt supra declaratum fuit, & longe ante nos subtilissimus Doctor in octaua distinctione primi quæstione. 2. pulcherrime declarauit, sequitur ergo ꝙ in talibus quiditas & essentia quoquo modo, vt dicit Com. idem nõ sunt. Sed intellectus subtilizans dubitare posset propter quid dixit, quoquo modo non sunt idem. Soluitur. in rebus compositis ex materia & forma simpliciter, & sine additione aliqua, concedendum est quiditatem, & essentiam non eadem esse. Sed in intelligentijs citra primam absolute illud non concedit Commen. sed cùm ly quoquo modo, quæ est dictio distractiua. Et ratio est ista, quia in istis inferioribus est vera compositio ex potentia vera reali & forma. & in talibus sequitur, quòd essentia & quiditas non sunt idem simpliciter. sed in abstractis quia ibi non est physica potentia, sed logica tantum, quæ est ens rationis: pro tanto dixit ꝙ quoquo modo in eis quiditas & essentia non sunt idem. Dixit etiam quoquo modo, quia in talibus non est potentia, & nisi sub ratione generis, non sub ratione speciei. & ideo aliquo modo in eis quiditas & essentia idem sunt, & aliquo modo non idem. sed in rebus materialibus tam sub ratione generis quàm sub ratione speciei quiditas & essentia non sunt idem. Et, quia in solo primo ente, vt diximus, quiditas & essentia idem sunt, ideo dixit Auer. in libro destructio destructionum disputa. 6. in solutione. 6. dubij ꝙ prima causa est quiditas simpliciter,

simpliciter, & omnia alia entia quiditaté habent ea mediáte. Ex his applica, & solue.

3. de aía. tex. 17. Duodecima contradictio est in tex. 17. Aristo. in illa demonstratione aperte testator animam intellectiuam esse naturam quandam, vt notat Commen. in com. dum dicit. Et quia consyderatio de anima est cósyderatio naturalis, quia anima est vnum entium naturalium. Sed huius oppositum habetur in primo de partibus animalium, vbi quærit vtrum de anima omni sit consyderatio naturalis, & determinat oppositum. Et inter alias rationes adducit istam, quia non omnis anima est natura. Aliqui ad pauca respicientes enuntiauerunt Aris. ibi locutum fuisse superficietenus, & probabiliter, & dicunt rationes eius ibi non tenere. Nam prima ratio reflectitur, dum dicit, si Naturalis consyderat de intellectu, tunc igitur de omni intelligibili consyderaret, & sic sola scientia Naturalis omnia consyderaret, nam oportet Philosophum concedere aliquam scientiam de intellectu consyderare, & tunc idem dicam sibi, sicut ipse dicit de Naturali. Amplius, vt aiunt, ipse assumit propositiones falsas, quia dicunt, ꝙ non omnis anima est natura, quia non intellectus. Sed huius oppositum scribit in præsenti demõne, vbi probat ꝙ oportet ponere intellꝰm agenté, quia in omni natura est aliquid, qđ est oía fieri, & aliquid, qđ est oía facere. patet aút ꝙ minor est, ꝙ anima intellectiua est natura quædam. Amplius sua probatio falsa est, dum asserit non omnem animam esse naturam, quia non omnis anima est principium motus, quia non intellectus. Sed huius oppositum scribit Philosophus in tertio de anima. tex. com. 49. vbi dicit quòd ista duo sunt principia motus intellectus & appetitus. & idem dicit in tex. sequenti. Vnde ꝑm viam istorum non solum Arist. non fecit rationes demonstratiuas, immo neq; probabiles, cùm fundentur super propositionibus falsis. Et ita oportet secundum mirabilem istorum phátasiam Aristotelis sophisticis rationibus paralogizare. Scribit enim Comment. in 1. phy. có. 10. ꝙ tales sunt sermones vani, qui peccant in materia & forma. Et sic accidit Philosopho, quia propositiones eius sunt falsæ, & peccant per æquiuocationem, cùm natura aliter sumatur, vt patebit.

Solo quorundam.

Refutatio solutionis. Dicimus nos ꝙ non est credendum magistrum primum aliquid dixisse sine forti ratione, & ita est de quolibet verbo eius, vt scribit Commenta. in primo de generatione, & corruptione, commen. 38. Mirum est profecto mirum de tam crassa hominum istorum ignorantia & temeritate, immo materiam confitentia, qui inueniunt locos in Aristote. vbi ex intentione examinat illam quæstionem & satis diffuse, & in loco proprio; attinebat enim illa quæstio illi libro, vt clarum est, & dicunt Aristotelé non esse tenendum, immo, quod plus est, asserunt ipsum fundari in propositionibus falsis. Sed videant ipsum in omnibus libris eius, quòd doctrina est consona in dictis eius. Vnde. 6. primæ philosophiæ, vbi ponit distinctionem scientiarum speculatiuarum penes quiditatiuam consyderationem, ex triplici modo definiendi & abstrahendi, dum asseruit naturalem definire per materiam secundum esse, & definitioné, intulit in tex. secundo ibidem quòd Physici est de quadá anima consyderare, & non de omni. Patet autem ꝙ hoc dicit propter intellectum, de quo dixit. 2. de quo anima ꝙ videtur esse genus aliud animæ, & hoc solum contingere separari, sicut perpetuum à corruptibili. & 6. primæ philosophię dicit ꝙ non omnis forma, de qua Naturalis consyderat, cum materia est. & Cóm. dicit, ꝙ illud fuit dictú propter intellectum. & 7. meta. tex. có. 35. idem habet Philosophus, ꝙ Physici non interest de omni anima differere. Dicamus igitur ꝙ differentia est inter animam & intellectum. in hoc enim taxauit Arist. Antiquos in. 1. de anima. Anima. n. in propria significatione dicitur quicunque corporis actus, seu perfectio prima est, & sine corpore esse non potens. Vnde Arist. in. 2. de anima. tex. có. 26. laudat Antiquos, qui dixerút animam non esse corpus, nec sine corpore esse. Intellectus autem dicitur, qui nullius corporis actus est. vnde sine corpore esse potest, cum sua essentia non dependeat à corpore. Vnde illæ animæ proprie sunt quiditatiuæ consyderationis a Naturali, quæcú que proprie sunt animæ. Scribit, n. Aristote. istam vniuersalem propositionem in principio. 3. de cœlo, ꝙ oés naturales substátiæ aut corpora sunt, aut cum corporibus generantur & corrumpunť. si aút intellectus cú corpore non generatur, neq; corrumpitur: non igiť intellectus erit substátia naturalis. substatiæ. n. naturales intelliguntur, quæcú que quiditatiue à Naturali consyderantur, non ꝑm esse alioquin, nec primus motor a Naturali consyderaretur. Dico igitur Arist. istam fuisse indubitatá sententiam de anima intellectiua, ꝙ sit æterna & abstracta, & quæ

Solutio ꝓpria.

quæ extrinsecus aduenit nobis, vt patet in 2 de gene. animalium. cap. 3. & tunc à Naturali non consyderatur, nisi inquantum est principium, per quod homo intelligit & appetit appetito intellectiuo. Vnde recte dicit Cõ. q illa animæ definitio non vniuoce cõpetit intellectiuæ, & alijs. Vnde, sicut intelligentia consyderatur à Naturali, inquantũ est anima orbis, pro quanto dat sibi motũ. & sic, vt scribit Commen. assimilatur formæ naturali. pro quanto autem non diuiditur ad eius diuisionem, assimilatur abstractæ formæ. propter hoc tamen non dicitur intelligentia quiditatiue a Naturali cõsyderari. Eodem modo intellectus, vt est anima hominis videlicet vt per ipsum homo intelligit. quodãmodo assimilatur formæ naturali, & sic intellectus natura dici potest: pro quanto autem non diuiditur ad diuisionem hominis, dicitur assimilari formis abstractis, propter hoc tñ non sequit̃ intellectũ quiditatiue à Naturali consydera ri, sicut neq; sequebatur de intelligẽtia. Sed replicabis q est ratio diuersitatis. quia intelligentia habet aliam operationem natura priorem, in qua non dependet à corpore, videlicet intelligere & velle, sed anima intellectiua non habet, quia Aristoteles dicit in primo de anima. Intelligere, siue sit imaginari, siue non fieri possit sine imaginatione, non contingit absque corpore esse. & ita cùm anima intellectiua non habeat aliquam operationem sibi propriam, non potest à corpore separari, & ita quiditatiue à Naturali consyderabitur, intelligentia vero solum quò ad quia est. Sed, si hoc argumentum demonstrat, tunc igitur non est differentia inter intellectum & animam: & ita male Aristoteles taxauit Antiquos in hoc, & male asseruit ipsum solum à corpore separari. Dicamus igitur quòd tenendo, sicut tenendum est secundum Aristotelẽ q intellectus sit virtus abstracta à materia, vt fuit opinio etiam Theophrasti, qui fuit auditor Aristotelis, & opinio Themistij, & Cõmenta. q de necessitate habet intellectionẽ perpetuam, per quam intelligit in se consyderatus substantias sempiternas: & est semper fœlix in se. Vult enim Commenta. q, si noster intellectus non potest intelligere substantias abstractas, q nullus intellectus posset etiam intelligere: quia in talibus, vt dicit. 3. de anima. cõ. 36. quicquid intelligit vilius intelligit nobilius, & non econtra. Licet igitur intelligere in nobis, quod cõmuniter experimur, & de quo Aristoteles egit in tertio de anima, cum imaginatione fiat: & sic talis intellectus dicitur anima & natura, quia assimilatur animæ & formæ naturali, quia vt sic est motor coniunctus tangens hominem, sicut intelligẽtia orbem, tamen in se consyderatus, cum non diuidatur ad hominis diuisionem, sed sit substantia abstracta, sic habet intelligere æternum supra tempus, & supra omne corpus. Et de taliter consyderato intellectu & intellectione non pertinet ad Naturalẽ. cuius argumẽto est quòd Aristoteles mouens hanc quæstionem in tertio de anima, non soluit ibi, sed dixit quòd de hoc erit posterius consyderandum, quia videbat hoc spectare ad scientiam Diuinam, quæ est posterior via doctrinæ cæteris scientijs. Vnde & 9. primæ philosophiæ de tali intuitiua cognitione intellectus respectu substantiarum separatarum dicit q non est in nobis, sicut cæcitas. Et beatus Thomas ab ipsa veritate coactus concessit ibi; & notauit illud de mente Philosophi. videlicet q intellectus hominis habet quoddam intelligere, non dependens ab imaginatione, sicut est intuitiua cognitio intelligentiarum. quod quidem intelligere homini secundum Peripateticos, licet non contingat nisi in postremo, in se tamen consyderatus intellectus semper habet illud. Et hoc etiam notauit Commen. in primo de anima, commen. 12. si bene animaduertis. Dic igitur resolute intellectum consyderari à Naturali quò ad quòd est modo prædicto, quiditatiue vero à scientia Diuina. Et ita non est contradictio in dictis Aristotelis alicuius mouenti. Ad rationes respondetur, quòd bene ratio procedit de Philosopho Naturali, & non de Diuino. quia scientia Naturalis est scientia specialis, ad quam spectat consyderare quiditates rerum sensibilium in particulari, & sub particulari ratione formali, quia inquantũ sensibiles sunt: sed scientia Diuina est scientia communis, ad quam spectat omnia cõsyderare in ratione communi & transcendenti, vt dicit Philosophus in procemio Metaphysi. & clarissime in. 11. metaphysi. ca. 2. vel. 3. ad finem. Si igitur Naturalis quiditatiue consyderaret intellectum, igitur omnem intellectum abstractum consyderaret quiditatiue, quia non est maior ratio de vno, quàm de alio, in eo quòd est intellectum & abstractum, & ex alia parte consyderaret quiditatiue omne sensibile: ista autem sunt extrema, quia vnum est secundũ esse & rationẽ in materia, aliud vtroque

modo

modo abstrahit. sed qui consyderat quiditatiue extrema, debet etiam & media consyderare. & ita etiam Naturalis quiditatiue consyderaret entia imaginabilia: quia si de quo minus ergo & de quo magis. Si enim Naturalis per te abstracta vtroque modo quiditatiue consyderat, multo magis minus abstracta consyderabit. Sed non valet de Diuino. quia licet Diuinus omne abstractum & intellectum quiditatiue consyderat, non tamen omne intelligibile consyderat quiditatiue, nisi sub ratione transcendenti. sed vltra illam rationem remanet specialis, quæ est scientijs specialibus propria. Dices, scientia Naturalis & Diuina consyderant de omni anima: igitur nulla alia remanebit scientia. quia Naturalis per te cõsyderat vegetatiuam & sensitiuam, & Diuinus intellectiuã & qui consyderat de omni tali, consyderat de omni sensibili: & de omni intelligibili: igitur scientia Mathematica non erit. Respondetur, negando consequẽtiam. quia licet scientia Naturalis quiditatiue consyderet omne sensibile, & Diuina omne intelligibile quiditatiue, hoc tamen est sub ratione communi. & ideo restat specialis consyderatio entis imaginabilis ipsi Mathematico. hoc autem isti videre non potuerunt. Si replices, dicam pariformiter de Naturali, quia ponam ꝙ consyderat quiditatiue omne sensibile, cùm consyderet de sensu, & dico etiã ꝙ quiditatiue consyderat de intellectu. sed dicam quòd consyderat de omni intelligibili, inquantum intelligibile est, & sic non superfluunt aliæ scientiæ. Respondetur. ꝙ hoc non potest dici. quia Naturalis est artifex specialis, & ratio sua formalis est consyderare res, vt concernũt materiam sensibilem, & motum. quia non abstrahit à materia sua consyderatio, quæ est principium sensus & motus. Vnde Cõmẽ. 7. meta. & Aristotelis dicit ꝙ homo nõ potest intelligi sine carnibus & ossibus. vbi Commen. in commen. dicit ꝙ impossibile est intelligere quiditates naturales sine sensu & motu: sed ratio intellegibilis, inquantum intelligibile est, & ratio intellectus inquantũ intellectus est, abstrahunt à sensu & motu: & ideo ista ratio formalis consyderandi non potest esse Naturalis, sed est sciẽtiæ Diuinæ appropriata. Vnde ratio entis inquantum ens non est magis abstracta, quàm ratio intellectus inquantum intellectus, aut ratio intelligibilis inquantum intelligibile, sunt. n. rationes transcendentes, res enim sicut se habent ad entitatem, ita et ad veritatẽ, ex. 2. primæ philosophiæ, tex cõ. 4. Et confirmatur per Boetium in primo de Trinitate, vbi ponens differentiam inter istas tres scientias speculatiuas penes modos formales consyderandi, inquit ꝙ in Naturalibus proceditur rationabiliter, quia est de rebus sensibilibus contingentiæ & variationi subiectis, in quibus rara est certitudo: in Mathematicis disciplinabiliter, quia procedimus per imaginationem, in Diuinis autem intellectualiter. Idem etiam confirmat dominus Albertus in principio suæ meta. & sententia Arist. expresse in. 6. primæ philosophiæ, in tex. cõ. 2. nam cùm scientia Diuina illa dicatur, si alicubi autem, vt asserit, diuinum aut honorabile existit, in tali natura existit, videlicet, quæ est abstracta vtroque modo. modo omne tale est intellectus & intelligibile. & ista ratio est Diuini, non naturalis, licet etiã sit de abstractis ſm indifferentiam. Sic igitur patet ꝙ intellectus inquantum intellectus, pertinet ad Diuinũ, & omne intelligibile inquantum intelligibile, sicut omne ens inquantum ens. & ita hoc non est Naturalis. Ad aliud respondet ꝙ isti æquiuocant. nam natura quandoque sumitur pro omni essentia & substantia, & quandoque sumitur proprie, vt de ea consyderat Naturalis, vt est principium motus. Aliter enim consyderatur natura in scientia Diuina, & aliter in scientia Naturali, vt scribit Comment. in. 5. meta. cõ. 5. Dico igitur ꝙ in. 3. de anima. cõ. 17. dum Arist. dicit in omni natura dari vnum, quod est omnia facere, sumitur pro omni substantia, seu essentia. Vnde sic in natura entium est vnũ, quod est omnia fieri vt materia, & vnum, quod est omnia facere. & illo modo primꝰ motor natura dicitur: quia vt scribit Cõm. 12. meta. cõ. 17. omnes formæ sunt in potẽtia in prima materia, & sunt in actu in primo motore: tamen primus motor non est natura, vt definit in Physicis, immo ex hoc excluditur à consyderatione Naturali quiditatiua, quia non habet in se principium motus, vt patet. 2. physico. commen. 73. illo modo etiam intelligentia dicitur natura. Vnde Com. in principio libri de substantia orbis inquit. Declaratum est corpora cœlestia esse composita ex duabus naturis, sicut corpora generabilia & corruptibilia componuntur. Sed in libro de partibus animalium, quando Philosophus dicit ꝙ non omnis anima est natura, sumit naturam proprie, vt est definita in Physicis. quia intellectus medium illo modo natura non est, immo

immo proprie loquendo etiam non est anima. quia vt diximus, differentia est inter animam & intellectum. Ad illud autem, in quo dicebatur probationes Aristo. non valere, quia probat per hoc non omné animam esse naturá, quia non omnis anima est principium mot⁹, cuius oppositum ipse dixit de intellectu. 3. de anima. comé. 48. & 49. pariformiter dicitur q negauit intellectum esse principium motus, sicut natura definitur, quæ est principium intrinsecum ipsi naturato, in quo est per se: sed intellect⁹ & quælibet intelligentia non est principiú intrinsecum; cùm principia debet de animalibus Naturalis inuestigare, quia ista est intentio Philosophi ibi, sed extrinsecum. Vnde Commen 1. cœli. cõ. 22. inquit, cú cœlum sit semper motum, necesse est, vt moueatur per principium extrinsecum nõ corporeum, neque vt sit virtus in corpore. Virtutes igitur naturales, definitæ in libro physicorum, sunt corpora, aut virtutes in corpore, cuiusmodi non est intellectus. Vnde Commen. in. 12. disput. 1. contra Algazelem inquit in solutione dubij primi, q emanatio Dei benedicti s̄m naturam, neque s̄m Philosophos recte loquentes non est secundum naturam, neque s̄m voluntatem, quæ est in nobis. Et ita isti hallucinati sunt non intelligentes veritatem, neque menté Arist. Albertus autem cognomento Magnus in libro. 11. tract. 1. cap. de animalibus, dicit rationes Arist. procedere de intelligentijs cõmuniter, & non de intellectu hominis. Sed cum reuerentia non bene dicit. quia Arist. ibi loquitur de intellectu; qui refertur ad intelligibile, sicut sensus ad sensibile. patet autem q iste est intellectus passibilis. 3. de anima. cõ. 2. Si igitur est intelligere sicut sentire. Amplius Aristo. ibi adducit tertiam rationem ad eandem conclusionem, vbi probat scientiam Naturalem quiditatiue non consyderare de intellectu. Et videtur mihi, q sit per locum à maiori negatiue, & est confirmatio nostrorum dictorum. ná scientia Naturalis nullá ré abstractam à materia s̄m definitioné consyderat, sicut sunt entia mathematica. Et hác ꝓbat, quia Naturalis cõsyderat ea, q̃ à natura fiunt: in talibus aút est ratio boni & finis. demȭratum est aút. 2. physi. q natura agit propter finem, sed in talibus entibus in abstractione consistentib⁹ non est ratio boni neque finis, vt asserit, & habetur etiam in. 3. meta. sequitur igitur q multo minus poterit consyderare intellectum, qui est omnino abstractus. Vnde ex modo loquédi illa est tertia ratio: aliter sermo eius non esset continuus. Et ista est confirmatio omnium dictorum nostrorum superius, quia verum vero consonat ex omni parte. Si dicatur q Commen. 2. physi. cõ. 26. dicit q quiditatiua consyderatio se extendebat vsque ad vltimam formarum materialium. & primam abstractarum. Dic q per vltimam intellexit cogitatiuam: & hoc inclusiue vsque ad materiam abstractarum exclusiue: quia illam quiditatiue non consyderat, quia intellectiua est primus terminus, in quem desinit exclusiue, & ipsa cogitatiua inclusiue. Vnde in sua media dicit, q de anima intellectiua consyderat scientia Naturalis, vt est proportionata materiæ, nõ igitur absolute & in se. Sic glosa dictum ei⁹ 3. de anima. cõ. 17. & 1. de anima. cõ. 12.

Decimatertia contradi. est in cõ. 20. Dicit Auer. q intellectus in potentia prius applicatur nobis, quàm agens. Huius oppositum patuit cõ. 18. & 36. Nisi esset q intellectus possibilis est prior origine: sed intellectus agens est prior prioritate perfectionis. Aut aliter. cùm intellectio, quæ fit in nobis duplex sit, & per intellectum speculatiuú, & per intellectum adeptum, intellectus possibilis quò ad primam intellectionem, præcedit intellectum agenté quò ad secundá. quia secunda primam supponit. 3. de anima 36. licet, vt dictum est: secunda longe perfectior est prima secundum ipsum. 3. de aïa. com. 20. Solutio.

Decimaquarta contradi. est in cõ. 20. Intellectus s̄m Auerro. in libro de anima dicitur quatuor modis videlicet, de intellectu materiali, & de intellectu in habitu, & de intellectu agente, & de virtute imagiuatiua. Huius tamen oppositum scribit Alexand. in tracta. de intellectu, qui in principio inquit q intellectus apud Arist. est trinus. primus enim est intellectus materialis, secundus in habitu, & tertius est intellectus agens. Soluitur intellectus proprie, qui est vniuersalium, triplex est, & sic loquitur Alexand. extensiue autem imaginatiua etiam dicitur intellectus respectu particularium. vnde etiam intellectus passiuus dicitur. 3. de anima. tex. cõ. 20. & sic accipit intellectum etiam Arist. ibidem in tex. cõ. 48. vbi dicit. Videntur autem duo hæc mouentia. aut appetit⁹, aut intellectus, si quis imaginationé posuerit, sicut intelligentiá quandá. 3. de aïa. com. 20. Solutio.

Decimaquinta contradi. est in com. 26. Dicitur q formatio intellectus est semper vera. Sed oppositum habetur in com. 21. vbi dicitur q formatio intellectus non est vera nequ 3. de aïa. com. 26.

neque falsa. Debes scire ꝙ Commē. per formationem hic intellexit primam operationem intellectus, qua quiditas ipsa simplex in se apprehenditur per intellectum. & quia quiditas ipsa forma est, ideo ab ipsa formatio dicitur: aut quia intellectio talis mediāte specie fit, quæ apud Arabes etiam forma nuncupatur. sicut alias declaraui. Circa autem talem intellectionem distinctum est. nam aut illud, quod apprehenditur, est conceptus simpliciter simplex, & talis in se cōsyderatus non habet aliquid, per quod possit sciri, & aliquid per quod possit ignorari: & circa talem nulla potest esse deceptio in intellectu, immo ibi veritas est. talis autem veritas in prima operatione intellectus cōsistens non est formalis veritas, quæ scilicet ĩ cōpositione, vel in diuisione consistat, sed solum consistit in hoc, quòd obiectum ita se offerat potentiæ cognoscenti, sicuti ipsum est in se. si autem conceptus fuerit simplex, qui simplici actu intelligentiæ concipi possit, sit tamen conceptus ille resolubilis in quid, & in quale, in talibus potest contingere falsitas virtualis, puta si intelligeretur homo irrationalis. & de hoc loquebatur Philosophus: quinto metaphysi. tex. com. 34. quando dicebat ꝙ falsa in se ratio nullius est simpliciter ratio, ibi enim falsitas virtualis. virtualem autem falsitatem appello, quando obiectum concipitur in actu simplicis intelligentiæ, sub aliqua ratione sibi repugnante. sed quando esset copula formalis: tunc etiam esset falsitas formalis. Ad propositum ergo primo operatio intellectus est semper vera, seruatis illis conditionibus. & veritas illa consistit in hoc, quòd obiectum ita præsentet se intellectui sicuti est: veritas enim est adæquatio rei ad intellectum. quando autem dixit Commen. quòd non est vera, neque falsa, intellexit de veritate & falsitate, quæ in compositione, & diuisione consistit, quia talia solum in secunda intellectus operatione habēt fieri.

3. de aīa. com. 27. Decimasexta contradictio est in commēto 27. Habet Auerr. ꝙ scientia in potentia generatur à scientia in actu. Sed huius oppositum habet tertio de anima, commen. 5. in solutione tertiæ quæstionis vbi habet hoc pro inconuenienti, quia tunc scientia, quæ est in magistro, esset generans scientiā, quæ est in discipulo. sicut ignis generat alium ignem sibi similem. Debes scire, ꝙ Auerro. hanc consequentiam, & rationem accepit à Themistio super tertio de anima. cap. 32. & 33. & Them istius autem videtur deduxisse illud ex sententia Platonis. inquit enim cap. 32. Quòd si cui extrema opinio incredenda videatur, omnes homines, qui ex actu & potentia conditi dicimur, ad vnicum intellectum agentem referri, vnde cōsistimus sumusque homines, nihil est, quamobrem auersari absterriue debeat, vnde enim communes illæ animi conceptiones. prænotionesque communes omnibus haberentur? vnde ingenita illa impressaque omnium mentibus primorum noticia cōstitisset natura duce, nulla ratione, nulla doctrina? vnde postremo intelligere mutuo & intelligi vicissim possemus? nisi vnus singularisque intellectus fuisset, quem cōmunem omnes homines haberemus. Quo circa verissime illud apud Platonem legitur. Nisi inquit hominibus communia essent multa, sed proprium quid aut impromiscuum contineretur in singulis, non esset admodum facile ostendere, & significare alteri voluntatem suam: hæc ille. Nos autem alias declarauimus Platonis authoritate non procedere de intellectus vnitate, cum totum studium Academicorum sit in purificatione & immortalitate animarum humanarum. sed illud dictum Platonis erat propter ideas ponendas. nam nisi esset vna communis idea, in qua homines conuenirent, non facile alter alteri suos conceptus posset exprimere. Ista autem ratio Themist. & Auerro. vt alias deduxi, multas habet instantias, quas afferre possem. sed quid quid sit pro nunc, dico secundum ipsum, scientiam non posse generari à scientia, sicut ignis generatur ab igne. hoc autem sequitur secundum ponentes pluralitatem intellectus, vt ipse opinatur. quod quomodo declaratur, non est præsentis negocij, si quatamen est declaratio, vide quæ dicit Them. & isto modo negauit ipse generari scientiā à scientia. tamē ꝙ scientia absolute alia via non possit generari quantum ad indiuiduū nullibi ipse dixit hoc: immo præsens commentum est contra illos, qui tenent nostrū scire esse reminisci secundum Auerro. sed videant quæso com. 2. primi poster. & com. 48. & 49. primi metaphy. & 7. meta. cō. 58 & in fine. 2. poster. & in cō. super lib. de sensu & sensi. in columna. 3. & 3. de anima. cō. 5. & 20. & 6. æthic. cap. 4. & tunc videbunt vtrū ista fuerit opinio Auer. nec ne. Ista voluimus notare, ne verbositas aliquorū mentem Auerro. peruerteret.

Decimaseptima contradictio est in cōm. 29. Habetur ꝙ delectatio non est in intellectu. 3. de aīa. cōm. 29.

lectu. Sed huius oppositū habetur. 12. meta. tex. co. 39. Soluitur in intellectu non est delectatio eiusdem rationis cum illa, quæ est in sensu, sed bene alterius rationis potest delectatio esse. Vide Themistium in. 3. de anima. cap. 47. & intelliges hoc.

Solutio

3. de aīa. com. 29.

Decimaoctaua contradi. est in eodē cō. Fuit oppositum nobis. nam ibi dicit Cō. ꝙ proprium appetitus sensitiui & desyderij sensibilis est cum præsentia obiecti sensati: econtra autem est de appetitu intellectuali. Sed huius oppositum inducebatur de animalibus perfectis, quia talia habent imaginationem & desyderium respectu absentiū sensatorum, sicut patet. 2. de anima. 156. & 20. Nec valet si dicatur ꝙ ibi loquitur de imaginatione, non autem de desyderio. nā desyderium consequitur imaginationem, sicut vmbra consequitur corpus. Soluitur. ista differentia intelligitur cum præcisione: sicut dicitur in simili de vniuersali & singulari, vt sunt obiecta sensus & intellectus.

Solutio.

3. de aīa. com. 33.

Decimanona contradi. est in com. 33. dicit Commen. ꝙ cogitatiua non componit intelligibilia singularia Huius oppositum patet in hoc. 3. cōm. 20. & 22. Confirmatur quia cogitatiua apparet intellectus particularis, eo quia homo per ipsam particulariter discurrit. Soluitur, dictum Cō. hic intelligitur sano modo & sensus est iste: cogitatiua non cōponit singularia, idest terminos simplices, qui tamen vniuersales sunt, quia hoc pertinet ad intellectū, qui est superior cogitatiua. singulare hic non sumitur, vt distinguitur contra vniuersale, vt intelligit contradicens, sed vt distinguitur contra compositum.

Solutio.

3. de aīa. cōm. 34.

Vigesima contradi. est in cō. 34. Dicit ꝙ bonum & malum, verum & falsum sunt in eodem genere. Sed oppositum huius patet. 6. meta. tex. cō. vltimi. vbi habet ꝙ bonum & malum sunt in rebus, sed verum & falsum sunt in intellectu. Soluitur, ꝙ bonum & malum dupliciter possunt sumi. vno modo vt mouent in genere causæ efficientis: alio modo vt mouent in genere causæ finalis. si primo modo, sic bonum & malum sunt in anima sicut verum & falsum: & sic sunt in eodem genere, quia vtrunque est cognitio. nam. 12. meta. cōm. 36. balneum in anima mouet vt efficiens, & balneum extra animam mouet vt finis. & ideo, si considerentur vt mouent in ratione finis, sic habent esse in rebus. de hoc tamen latius dicemus in commento vltimo: sexto metaphysicorum.

Solutio.

3. de aīa. com. 36.

Vigesimaprima contradi. est in cōm. 36. Auer. in recitando opinionem Themi. dicit ꝙ ponendo intellectum abstractum, tunc hoc verum est ꝙ id, quod est magis visibile, magis comprehenditur. Sed oppositū huius patet. 2. meta. cō 1. Soluitur. dictum eius hic intelligitur sic, ꝙ, si intellectus abstractusītelligit res materiales imperfectas, multo magis aptus est intelligere res abstractas perfectas. hoc tamē non est sibi facile, sed difficile. & ita dixit. 2. meta. cōmen. 1. ꝙ exemplum illud Philosophi de visu noctuæ respectu luminis diei non ostendit impossibilitatem, sed difficultatem. dico per locū à minori ꝙ, si intellectus ista imperfectiora intelligit, multo magis aptus est intelligere res ipso perfectiores, sicut Deus est & abstractæ substantiæ. hoc tñ non est sibi facile, sed laboriosum propter ipsum in cognitione nostra naturali dependere à sensatis.

Solutio.

3. de aīa. com. 36

Vigesimasecunda contradi. est in eo. cō. 36. In illa parte, in qua reprehendit Alexā. videtur habere pro inconuenienti ꝙ æternum in sua actione indigeat aliquo corruptibili, ita ꝙ ex eis fiat vna actio Sed huius oppositum patet. 3. de anima. cō. 18. de intellectu agente & phantasmate. similiter. 7 meta. com. 31. & 2. physico. tex. com. 26. vbi dicitur ꝙ Sol & homo generant hominem. Soluitur. Cō. negat æternum non posse coniungi corruptibili, eo modo, quo Alexand. ponebat. quia sicut sibi imponit Auer. ipse Alexan. tenuit intellectum possibilem esse generabilem & corruptibilem, & posuit intellectum agentē abstractum esse, quia apud Alex. Deus est: & dixit ꝙ in copulatione intellectus adepti Deus vniebatur formaliter intellectui possibili. hoc aūt non potest intelligere Cōm. nam, si aliquod abstractum informaret corruptibile, aliquo modo à corruptibili dependeret. & ideo caueant, qui ad intentionem eius tenent animam intellectiuam dare esse formaliter homini. Illud autem, quod de phantasmate & hoīe allegabat, nihil mouet: tū quia phantasma non est materia intellectus agentis, nec virtus informatiua hoīs est materia respectu Solis in hominis productione, sicut intellectus possibilis erat materia ſm Alex. respectu intellectus agentis in copulatione: tum etiam, quia phantasma Socratis & Platonis nō est primum instrumentum intellectus agētis, sed secundariū & extraneū quoquo modo, sicut patet. 3. de anima. 5. 19. & 20. cō. Nā sicut dicit Auic. species est in prima intentione naturæ, non indiuiduum, nisi

Solutio.

per

per accidens. & ita dicendum puto de Sole & homine. sed de hoc latius vide. 8. phy. cõ. 15. vbi declaratur quomodo nouitas sit in effectu deriuata à volũtate antiqua, & quomodo non.

3. de aĩa. com. 36. Vigesimatertia contradic. est in eodem commen. 36. In illa parte, in qua ponit opinionem suam, dicit ꝙ intellectus in habitu est, per quem extrahimus intellecta. Huius tamen oppositũ supra dixerat contra Alexan. hoc idem opinantem. Solutio. Soluitur ibidem vbi contra Alexan. arguit, & contra Auempace. ibi. n. dicit. & etiam quomodo attribuitur actio propria intellectui, quæ est facere intellecta intellectui generabili & corruptibili, s. qui est in habitu. Nisi quis ponat ꝙ intellectus, qui est in habitu, sit intellectus agens compositus cum intellectu materiali, vt dicit Them. aut ponat ꝙ forma postrema nobis, qua abstrahimus intellecta, & intelligimus ea, est composita ex intellectu in habitu, & intellectu agente, vt Alexan. & Auempace ponunt: sicut nos etiã reputamus esse apparens ex sermone Arist. in intellectu in habitu. ergo non discordat ab Alexan. nisi pro quanto ponebat intellectum materialem qui est pars ipsius, esse corruptibilẽ: non autem in modo ponendi.

3. de aĩa. com. 51. Vigesimaquarta contradi. est in com. 51. Dicit Auerro. ꝙ bonum actuale commune omnibus est laudabile. Oppositum. 1. æthi. cap. 16. Solutio. Soluitur. sumitur laudabile æthicorum. 1. strictius quàm hic: quia ibi sumitur vt distinguitur contra honorabile, hic autẽ lato vocabulo sumptum est.

3. de aĩa. com. 66. Vigesimaquinta contradi. est in com. 66. Dicit Commen. ꝙ tactus cõprehendit sensibile suum sine medio. Huius tamen oppositum patet. 2. de anima. com. 107. 108. 115. Solutio. Soluitur. tactus quantum est merito receptionis non indiget medio, sed per accidẽs & merito contactus nihil prohibet ipsum medio indigere.

FINIS.